13-d. 7. 5

Nº 1
5-128

Biblioteca Universitaria
GRANADA
Sala A
Estante 1
Tabla
Número 189

del Collegio de la Compañia de Jesus Granada

# ALLEGATIONES
## I. V. MONARCHAE
## Domini Lapi de Caſtiglionchio, Patricij Florentini,

Ab infinitis erroribus per D. Quintilianum Mandoſium Iureconſ. Romanum purgatæ,

*Et cum eiuſdem D. Quintiliani Additionibus doctiſsimis pariter & vtiliſsimis.*

ADDITIS INSVPER NONNVLLIS ALLEGATIONIBVS, ſeu Conſilijs eiuſdem LAPI, & aliorum, qui in antiquis Editionibus non habebantur.

*Cum Summarijs, & Indice Locupletiſsimo.*

CVM PRIVILEGIIS.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA GRANADA



VENETIIS, M.DC.

Apud Marcum Variſcum.

PRAEFATIO

# D. QVINTILIANI MANDOSII

## IVRISCONSVLTI ROMANI,

## In Allegationes Celeberrimi Doctoris

## Lapi de Caſtiglionchio.

LApus de Caſtiglionchio patricius Florentinus contemporaneus fuit Io. Andreæ, cui etiam ſcripſit, prout per Arch. in c. preſenti, in 2. no. de off. leg. lib. 6. Io. à Lignano, cuius Alle. integra ponitur ſub nu. 72. incipit in quæſtione, Io. Calde. prout Alle. 62. Quædam parochialis, vbi in fin. ſubijcitur reſponſio ipſius Io. Cald. & forſan Io. Cald. fuit præceptor ipſius Lapi, dicitur enim in dicta Alle. 62. Ad Dominũ meũ, D. Io. Cald. & Alle. 74. quæro an res. poſt nu. 3. dicitur ſecundum D. meum, D. Io. Cald. Fuit etiam tempore Bald. de Peruſio, prout videre eſt Alle. 88. commune Florentiæ, & Alle. 105. quæritur an prædicti, ac tempore Ant. de Butrio, ac tẽpore Benedicti xij. quo fuit promulgata extra. Vas electionis de cenſi. inter commu. videlicet anno. 1535. & vixit diu poſt obitum dicti Benedicti, vt per Pariſ. conſ. 105. in cauſa, nu. 10. vol. 4. Magnæ fuit authoritatis, ac conſiſtorialis Aduocatus teſte Ludo. Roma. Singu. 39. an habẽs. Eius præclariſſima opera, quæ circunferuntur, ſunt hæ Allegationes, ac tractatus de Hoſpitalibus, quem fuiſſe huius Lapi percipies etiam ex verbis Gemin. in c. fin. poſt nu. 19. de electio. lib. 6. ex verbis Card. in c. de Xenodochijs, poſt n. 4. verſ. Inſuper hoc dicit Lap. de relig. dom. ex conſ. Ant. de But. 62. hic de duobus, poſt nu. 2. & Anch. conſ. 355. viſis, verſus fi. Tractatus item de Canonica portione eſt eiuſdem Lapi, Præfati item Docto. vbi ſupra, & idẽ Ant. de But. conſ. 29. viſis prope fin. Lapum Aduocatum Florentinũ nominant. An idem fuerit hic Lapus, qui & Lapus Abbas, S. Miniati, qui ſcripſit ſuper corpore iuris canonici, videtur ꝙ ſic ex verbis Io. Franc. Pauini olim Rotæ Auditoris preclariſſimi in tract. de offic. & pote. ca. ſed. vacante, in 6. præiu. poſt nu. 19. quæ ſunt, de quo Lap. in c. cupientes, §. ceterum, de elect. li. 6 & Alle. 20. & 21. & Alex. in l. quia poterat, col. 3. verſ. tamen cum dicta opin. Bar. ff. ad Trebel. Verum reſpõdere poteris, ꝙ vltra illum Lap. Abb. etiam hic Lap. noſter ſcripſerit ſuper 6. Decre. Ipſi tamen, & infra nominandi videlicet, Aene. de Falco. de reſerua. & Cæſ. Lambert de iure patr. ſi has Alleg. aßerunt eſſe Lapi, Abb. malè ſentiunt, ille videlicet, in 5. q. princ. poſt nu. 4 verſ. & hãc opin. & hic in prin 9. art. 6. q. 1. par. 2. lib. An autem hic Lapus fuerit ẽt Abbas, vel non parui refert. Sat ſit annuiße, quòd quando Lapus noſter citatur, non Lapus Abbas nominatur, ſed Lapus de Caſtiglionchio, alter verò Lapus Abb. Et ꝙ noſter ab illo ſit diuerſus apparet ex alleg 6. ante nu. 2. alleg. 75. caſus talis, nu. 5. & ad fin. alleg. ſeu cõſ. noſter Lap. dicit D. meus, D. Lap. & Abb. S. Miniati. Idem patet, & ꝙ vterq; Lapus fuerit eodẽ tempore alle. ſeu. conſ. 101. in ciuitate Florent. vbi Lapus de Caſtiglionchio, & alij in fin. deſcripti conſulũt in fauorem monaſterij S. Miniati ſuper hæreditate ad illud ex ꝑſona Lap. Abb. S. Miniati delata, prout in themate, & toto con. itẽ alle. 105. quæritur, & La-

ſus hic fuit forſan illius Lapi, Abb. ſcholaris, prout alle. 118. quæritur non leuiter, col. fin. vbi dicitur D. meus, D. Lap. Abb. S. Miniati ſcribit, &c. alleg. 120. Fulcinius, verſus fi. et alleg. ſeq. in cuius fin. ſubſcribitur Lapus noſter, poſt nu. verò 3. dicitur, & ita no. D. meus Lap. Abb. &c. authoritas vtriuſq; Lapi maxima eſt. De hoc noſtro Lapo quē Doct. illuſtrem vocat Soz. conſi. 128. circa præſentem, nu. 6. vol. 4. loquens. Ludo. Roma. conſi. 226. vltra pridie. nu. 6. dicit, ꝙ cum Lapus in illo caſu non habeat contra dicentem, ſe ſatis abſurdum putare à ſua authoritate in iudicando recedi. Idem notauit Lamber. de iur. pat. artic. 9. q. 1. par. 2. lib. 2. poſt nu. 26. ver. ita in terminis decidit ibi Lap. qui contradictorem non habet, & eius authoritas eſt maxima, Pariſ. præalleg conſ. 105. vol. 4. volens oſtendere Extra. Benedicti circa charitatiuum ſubſidiū non fuiſſe vſu receptam, ſeu non ſeruari ſubdit ante nu. 7. Lapo in hoc credendū eſſe ſicut Gloſatori dicenti iure cauetur, ſed conſuetudine non habetur. Ant. de But. fecit aliquas annotationes, ſeu additiones ad has alle. vt ad fi. 1. alle. vbi dicitur, hæc additio eſt D. mei, D. Ant. de Butr. Doct. eximij, alle. 7. ante nu. 6. ibi ſecundum Ant. de Butr. et in quibuſdam alijs alleg. idē videre eſt, prout etiam teſtatur, Fel. in c. conſtitutus, nu. 10. de reſcr. addidit etiā aliqua D. de S. Gem. prout alle. 7. verſus fi. ibi D. de S. Gem. alleg ſeu con. 30. ante nu. 7. alleg. 42. ante nu. 3. Ego puto, ꝙ plures ex allegationibus huiuſmodi eo modo quo illas habemus ſint, ex fragmentis aliquibus ipſius Lapi ad hāc formā redactæ ꝑ ſcholarē ipſius Antonij prout ad fi. 1. alle. vbi (vt ſup. dixi) ſūt hæc verba videlicet, hæc addi. eſt D. mei, D. Ant. de But. et hic ſcholaris fuit, vt puto D. de S. Gem. q (ut ꝑmiſi) aliqua addi. ꝙ Ge. fuerit Ant. de But. ſcholaris colligitur ex verbis ipſius Gem. in c. 2. poſt n. 6. de conſuet. lib. 6. ibi. ſed D. meus, D. Ant. de But. & ex verbis eiuſdem Gem. in c. 1. de reſcr. eo. lib. ante nu. 12. ibi, & credo, ꝙ opi. Lapi, & D. mei, & præmiſerat opi. Lapi. & Ant. quæ eadē erat. Et ꝙ Ant. de But. eo modo quo allegationes huiuſmodi circūferūtur nō reduxerit ipſe, apparet ex fi. alle. 12. vbi dicitur ſecūdum Ant. de But. & ſic alius ab Ant. de But. has alle. ad meliorem formam reduxit, aliquas verò ſubſtulit, vel reſecauit prout videre eſt alle. 23. de Dote, vbi nihil aliud ſcriptū inuenitur, niſi hoc videlicet. Hic nil boni dicit, alle. 109. vbi dicitur, ꝙ ſcriptor remittit ſe ad alle. 65. & ꝙ non inſerit, alle. 110 & 111. quia ſunt quaſi inutiles, et in alle. 114. ſunt hæc verba. Nō cōpleui, quia uidebatur inutilis. Memini me legiſſe apud Fel. ꝙ Anto. de Butr. has alleg. ſummauit. Et ꝙ ipſe Lapus aliquas alle. non formauerit hoc modo quo deſcriptæ reperiuntur clarè patet, quippè quæ in tertia perſona loquuntur, puta diſputat, tractat, probat, & per alia ſimilia verba: locutio. n. in tertia perſona de alio prædicat, prout infra alle. 77. Tabellio, col. 2. ver. conſultus ego. Eſt bene uerū, ꝙ aliquę alle. videtur poſitæ prout per authorē formatę fuerūt, & ad modū cōſiliorū, & nonnullæ cū eiuſdē authoris ſubſcriptione prout videre eſt, alle. 56. quidā uir. 62. uiſis. 63. quidā Frāciſcus, & in alijs: & aliquæ concipiuntur in prima perſona prout. 74. quæro 75. caſus talis, præſertim, nu. 5. ad fi. alle. ſeu conſ. 84. D. Papa col. 2. uer. quæritur nunquid, & poſtea uerſ. Reſpondeo ad prædicta, ubi dicitur, uideri pōt in libello allegationū mearū, & ſe remittit ad alleg. 100 puto legendū. 96. & in fin. eſt ēt ſubſcriptio. & conſi. ſeu alleg. 86. in cauſa, & alleg. 96. beneficia. poſt prin. ibi modo quæritur à me Lapo. alleg. ſeq. & alijs. Hæc mihi uiſa fuerunt præmittenda ne quis ſuper præmiſſis inueniendis diu laboraret. Cęterum admonitos oēs uelim, ꝙ ſicut inter oēs libros Pontificios, & legales nullus melior, & magis proficuus hoc Lapi allegationū libello inueniri pōt ita nec eo mēdoſior, & incorrectior hactenus apparuit. Quot aūt ſit hodie libellus hic a me mendis purgatus facilè ēt apparebit ſi cū hactenus impreſſis, ex ꝗbus nonnunquā uix Authoris mēs colligi poterat, cōferatur.



# DOMINI LAPI DE CASTIGLIONCHIO PATRICII FLORENTINI

## Eximij ac celeberrimi Decretorum Doctoris.

### SVMMARIVM.

1 *Iuriſdictio iudicis, an ſola recuſationis propoſitione cum cauſa legitima ſuſpendatur.*

2 *Excommunicatio poſt recuſationem non tenet, ſicut nec poſt appellationem.*

3 *Recuſationis propoſitio ſufficit ad hoc, vt proceſſus reddatur nullus.*

4 *Excipitur caſus.*

5 *Notorium quid eſſe plus eſt, quam litem fore conteſtatam.*

6 *Notorietas repellit ab effectu recuſationis, quæ non poteſt proponi poſt litem conteſtatam.*

7 *Iudex quando repellit exceptionem prima facie concludentem, & de iure approbatam, debet exprimere cauſam.*

8 *Appellatio non eſt neceſſaria ad finem ſuſpendendi, ſed ad finem deuoluendi.*

9 *Recuſationis exceptione propoſita dato, quod ſit neceſſe appellare, nunquid proceſſus poſtea habitus appellatione deſerta validetur an remaneat nullus.*

10 *Appellatio iuſta transfert iuriſdictionem ad iudicem ad quem, nec remanet apud iudicem à quo.*

11 *Appellatione pendente ab interlocutoria nunquid actus factus per iudicem renunciatione appellationis poſtea ſubſecuta ſit validus, & num. 14.*

12 *Decret. non ſolum. de Appel. declaratur, numero 12. & num. 13.*

### ALLEGATIO PRIMA.

IN hac allegatione facit plura dubia.
1 † Primum an ſola propoſitio recuſationis cum cauſa legitima ſuſpendat iuriſdictionem iudicis
a adeo, vt proceſſus [a] ſit ipſo iure nullus poſtea ſubſecutus; ꝙ non ſuſpēdat ipſo iure. alle. dictū Inn. de app. cum ſpeciali. In contrarium alle. glo. Ber. ibi, quæ dicit recuſationē ſuſpendere iuriſdictionem, & gl. idem dicentē de off. deleg. ſuſpitione, & dictum Hoſt. de app. cum ſpeciali. & in ſum. deleg. §. ſed nec illud, & §. quis ſit effectus, & dictū Io. poſt Hoſt. de app. legitima in ver. aſſignata, quæ dicit, ꝙ appella-
b tio [b] recuſatio, & relatio ſimul intitulantur, quia & cuiuſq; pendentia iuriſdictionem ſu-
c ſpendit. [c] Vnde ſicut excommunicatio [d] non
d tenet poſt appellationem, ſicut nec poſt recuſationem, quod eſt no. dignum. Ad hoc 2. q. 6. appel. ff. de arb. non diſtinguemus. §. cum quidam. de off. deleg. ſuper qōnum. §. fi. Spec. tenet contra. ꝙ ſit neceſſe appellare, in Spec. de recuſatione. §. qualiter. ver. quid ſi ſubdelegatus. Allegans tenet ſecundū. ſ. ꝙ nō ſit neceſſaria appellatio, ſed ſufficiat formalis propoſi-
3 tio ad hoc vt nullus † ſit proceſſus: vltra allegationes ſupra allegatas allego. 2. q. 7. quoties
4 cum gl. & 3. q. 5. † quia ſuſpecti. cū gl. excipit vnum caſum, niſi iudex recitat expreſsè recuſationem tāquam notoriè falſam, quia in notorijs, &c. de reg. iur. ad noſtram, & ſic quia notorietas excuſat à propoſitione eius quod ante lit. cont. proponi debebat, quia plus eſt
5 eſſe notorium † quam litē fore cōteſtatam, vt
e 6 not. Vin. de app. propoſuit. in fi. [e] ſic † & noto-
f rietas [f] repellit ab effectu recuſationis, quæ

g poteſt proponi g poſt lit. conteſt. ponit hoc
7 idem† Spec.in tit.de pet.& poſ.§.2.in prin.iu
dex dēt exprimere cauſam in ſententia, quan
do repellit exceptionem prima facie conclu
dentem,& à iure approbatam. Arch.de reſt.
h ſpol.frequens,lib.6. Exigit h tamen in repul-
ſione, ꝙ iudex cauſam exprimat repulſionis,
ſ.ꝙ notoriè falſa.ad hoc allegat dictum Pau-
li in Cle.ei quem.de conceſ.præben. de man-
dato facto ſub conditione de qua debet con-
ſtare,niſi ſit notoria. Ad hoc allegatur de ne-
gatione petitæ dilationis cum ſolennitate le-
gali:quia quando iudex vult effrenatam mul
titudinem reſtringere hoc debet exprimere:
8 vt no.de teſti.ſignificauerunt† per Inno.vnde
concludit,ꝙ ad finem ſuſpendendi nō eſt ne-
ceſſaria appellatio,ſed ſolum ad finem deuol
uēdi.allegat not.de app. dilectus.& per Bart.
9 de appel.ſi expreſſim.†Secunda præſuppoſita
opi.ꝙ ſit neceſſe appellare dubitat, an propo
ſita recuſatione exceptionis,ſ.quia non admit
titur ſit appellatum,& proceſſus habitus po-
ſtea deſerta appellatione validetur,an rema-
neat nullus. Alleg. ꝙ ſit aliquis, ex quo non
fuit oblata probatio de appel.cum interpoſi-
ta.& de teſti.ex parte adę.elicit opi.contrariā
ꝙ proceſſus remaneat nullus,quia ipſe de re-
i cuſatione non habet cognoſcere, i ſed arbitri
ſunt eligendi, & eo quod noluit hunc ordinē
obſeruare,patet,ꝙ grauauit,et fecit contra iu
ra, et licuit appellare, et eo quod appellauit
iuſta fuit appellatio: ſecus in alijs exceptioni
bus,quarum cognitio ſpectat ad ipſum, quas
licitè repellit ſi eas putat non veras: et hoc ca
ſu non iuſtificatur appellatio, niſi probentur
exceptiones.vt d.c.ex parte adę.et d.c.interpo
10 ſita. † k Deſerta verò appellatione proceſſus
K remanebit nullus,quia appellatio iuſta tranſ-
fert iuriſdictionem ad iudicem ad quem, et
ſic nō remanet penes iudicem à quo, quia in-
l diuiſibilis, l et penes duos inſolidum eodem
modo eſſe non poteſt. 20.q.1.loquitur.de iure
patr.c.1.ff.de ſerui.l.via. cum ſim.not.glo. de
off.deleg.prudentiam: actus ergo nullus non
m ſuſcitatur ex deſertione m appellationis. nec
ob.de ap.cum ſit romana.cum ſim.quia loqui
tur in appellatione interpoſita poſt actū,quæ
nō reddit actum ipſo iure nullum,ſed ſuſpen
ſum.alleg.ad hoc glo.or.de ſent. excom.licet.
n lib.6.in ver.conualeſcant. n Item ibi Archid
qui allegat de conſue.ad noſtram. C. ſi à nont
comp.iudi.per totum.alleg.dictū Pet.et Abb.

de eo,qui mit.in poſſ.cum veniſſent.alleg.di-
ctum Io. An.de ſent.excom. lib.6.vbi dicit il-
lud quod ibi dicitur nō ſolum habere locum
in ſententia excōicationis, ſed in quacunque
nulla,vt in caſu noſtro,& in omni ſentētia la-
ta poſt appel.allegat gl.2.dictæ decre.licet al-
leg.not.per Io.And.de app.vt ſuper lib.6.ſup
ver.renunciatum.& dictum Io.An.de app.ſę-
pè.ſuper glo.ſicut.& no.idem de elec. c.audi-
tis ſuper gl.ſuper verbo maximè, & gl.de of-
o fic.deleg.c.is cui.lib.6. ſuper gl.2.o Dubitatur
tertio,an ſi appellatione pendente ab interlo-
cutoria aliquis ſit factus actus per iudicem,
vel ad aliam interlocutoriam proceſſum pen-
dente fatali,ſi poſtea deferatur, vel renuncie-
p tur p appellationi talia acta, vel interlocuto-
ria valeant.Concludit,ꝙ non valent eadē ra-
tione & poterunt per viam nullitatis retracta
q ri. q Nec ob. ſi dicatur, ꝙ fruſtra appellantes
proſequerentur appellationes, quia imò vti-
le,& ſuperior de nullitate hac cognoſcet.Nec
prodeſt dicere ipſum à quo appellatur poſſe
cognoſcere de hac nullitate,quia vtile eſt pro
ſequenti ne forte ipſe iudex eum lædat, quia
non præſumitur, ꝙ proceſſum ſuum ex defe-
12 ctu ſuo impugnaret.† r Nec ob. ſi dicatur, ꝙ
r decre. non ſolum. de app.obuiet inquantum
dicit non referre an aliquid attentent poſt ap-
pellationem à diffinitiua, vel interlocutoria:
quia ſecundum hoc nulla videtur differentia:
quia quo ad tempus retractandi,niſi fiat proſe
cutio per viā appellationis procedit illa diffe
rentia,ſed non negat quin docendo de verita
te appellationis, excipiendo de nullitate quis
audiatur, & ad hunc finem & effectum poteſt
probari iuſtitia appellationis,talia ergo geſta
ſ poſt appellationem legitimam ſ ſunt nulla ip
ſo iure:licet ſint aliqua in opinione,donec fue
rit cognitum appellationem fore legitimam,
vt in decre. nō ſolum,vel donec fuerit actum,
vel exceptum de nullitate,& probatur ad hūc
finem, & effectum appellationem iuſtā fore,
& ſic dicit de facto obtinuiſſe cū antiquo ad-
uocato. Hæc additio eſt domini mei domini
13 Ant.de But.Doct. eximij. † No.bene inquan
tum decre.non ſolum.dicit differendam retra
ctationem attentatorum ad tempus iuſtifica-
tæ appellationis non per hoc negat interim ſu
ſpenſam iuriſdictionem,nec attentata permit
tit, nec ſuſpenſionem iuriſdictionis impedit,
t ſed ſolum differt t actum retractandi ad tem-
pus,& ſic aliàs dixi ſuper intellectu c.de app.





14 ſuper eo.do.Ant.de But. † Ex his infertur, ꝙ
ſi iudex appellatione interpoſita ab interlocu
toria ex cauſa legitima proceſſit vſque ad ſen
tentiam excluſiuè,& ante ſententiam ſit deſer
ta appellatio, ꝙ ſi aliqui actus proceſſerunt
ſubſtantiales,ad ſententiam non tenebit ſen-
tentia,niſi illa iterentur. Si proceſſerint actus
non ſubſtantiales tenebit, ex quibus dicit cau
tum aduocatum multa agere poſſe.

## Addi. Quint. Mandoſij.

a ¶ Proceſſus.] *Poſt recuſationem,& alle
gationē ſuſpicionum, an ſit ipſo iure nullus
quinque fuerunt opiniones, quas refert, ci-
tans etiam Lap.hic Rom.in l.quia poterat,
nu.12.ff.ad Treb.et conſ.220. circa primū,
nu.3 ſeq.& Rom.ibi,& Lap.hic refert etiā
Andr.Barb.in tract.Card. Lega.a Lat.q.3.
poſt nu.16 et ante nu.19. Hic articulus ſat
dubius eſt,voluit enim Innoc.hic citatus,ꝙ
nō ſit nullus. Idem etiam tenet But.& Car.
in d.c.cum ſpeciali, & plures alij citati per
Alex.in alle.l.quia poterat, nu.6.ff.ad Tre
bel.& p̄ceptor meus D.Phil. Dec.cōſ.135.
in cauſa,poſt num.2.verſ.licet nonnulli,vbi
hanc veriorem dicit,licet aliter ſenſiße vi-
deretur,in c.quoniam,cōtra,nu.25.de prob.
Alias opinio.recenſet Alex.in d.l.quia po-
terat,inter quas verior illa videtur,& ma-
gis communis, quòd talis proceſſus ſit ipſo
iure nullus, prout concludit ibi, Barb.poſt
nu.3.verſ.ego de facto dixi,quam opi.prius
tenuerat,Hoſt.in alle.c.cum ſpeciali,& ſe-
quuntur alij alle.per Alex.in d.l.quia po-
terat verſ. Alia fuit opi.Bar.Et illā opin.
Alex.ibid.poſt nu.7.dicit veriorem. Ean-
dem etiam opin. tenet conſ. 89. diligenter,
col.2. verſ.ſed præmiſſiſ.lib.1. & Mil. in
ſuo rep. in verſ.iuriſdictio ſicut ſuſpenditur
per appellationem,& opin.Barb.dicit com
munē,Rui.conſ.6.de ualiditate,nu.5.vol.4.
Hanc opin. veriorem dicit Phil. Franc. in c.
iudex,qui cū Lapo hic reſidet, nu.7. de off.
deleg.lib.6. Et idem etiam videtur ſentire,
in c.cum ſpeciali,col.8. ad fi. referens opin.
comprobat Pariſ. conſ.98. num.7.lib.3.&
conſ.106.Bonifacius,poſt num.4.vol.4.vbi
ſequitur Lap.hic.Idem voluit Io.de Amic.
de Vena. conſ. 109. in cauſa inquiſitionis,
nu.5. Ad hanc alle.Vita. Gamba.in clauſu
la,nil noua.recu.iudi.pend.in fi. & Apoſt.
ad praxim Papien.in for.decli. iuriſdictio-
nem,in gl.iudicem ſuſpectum.in ver.proce-
dit ſe remittunt.Et hoc dictum Lapi pro no
ta.refert And.Barb.in Apoſtil. ad Bal.in
l.vni.C.ſi quacun.prædi.pote.in ver. Vica-
rio. Et dum Barba. ibi dicit ſe credere hanc
alle.nō citari à modernis, videlicet à Rom.
Tu dic quòd imò citatur, vt ſupra oſtendo.
Et ita tenuit Rota in Columbriē.Spolij Can
toriæ coram Reumano 7.Ian.1549.& fuit
comprobata hæc Alle. prout annotauit bo.
memo. Nouatus Rotæ Auditor præclarus.
Hanc etiam opi. veram ſupponit Dec.Put.
41.de Iudici. incipiēs licet proceſſus factus
coram iudice recuſato.*

b ¶ Appellatio.] *Appellatio, & recuſatio
procedunt à pari. l. apertiſſimi, verſ. cum
poſt.C.de iud.c.ſuper eo.2.verſ.in cauſis de
app.vbi tamen videatur Ab.et D.meus in
c.poſtremo,in princ.eo. Io.And.ſuper rub.
eo.ver.Et quia appellatio,recuſatio, & re-
latio.& Alex.in alle.l.quia poterat, col.2.
verſ.item pro opin. Bar ff.ad Treb.Fely. in
c.1. poſt nu. 6. & ibi Apoſtil. in verſ. à
pari.citat,& ſequitur Lap.hic.de iudi. An
autem remota appellatione,cēſeatur remo-
ta recuſatio, aliqui dixerunt, quòd ſic, ex
quo a pari procedūt.Ego autem dico, quòd
communis opin.eſt in cōtrarium, quòd imò
non cenſeatur per illam clauſulam remota
recuſatio, & hanc dicit communem Barb.
in l.ſi.ad fi.C.de ſent.& interlo.& ibi Saly.
in 2.q.ante nu.8.hanc dicit ueriorē.Et hanc
communem dicit Grat.reſp.134.partes, nu
me.9. lib.2. & vide tex. in c.poſtremo, &
ibi D.meum,Phi.Dec.de appell.*

c ¶ Suſpendit.] *Vide Vita. de Gamba. in
tract.clauſu.in clau. Nil noua. recuſa.indi.
penden.num.2.& ſeq.*

d ¶ Excommunicatio.] *Idem voluit Gem.*

in c.legitima,poſt nu.6.de appel.lib.6. Et quòd excommunicatio poſt appellationem ſit ipſo iure nulla probatur,in c.cum glo.in ver.poſt appellationem.de appel.c.licet.de ſent.excom.lib.6.glo. in c.1.11.q.3. infra Alle.proxima,nu 5.Alle.47.nu.3.per D. meum in c.peruenit,1.de appel. ante nu.3. per Pariſ.conſ.28.ad reſolutionem,nu.28. vol.4. Caſum autem ꝙ excõmunicatio poſt appellationem ab eo, qui putabat ſe iudicẽ fulminata valeat habemus, in c.ſi duobus, de appel.& per hunc infra Alle.89.poſt nu.10.verſ. Et tenet excommunicatio.

e ¶ In fin.] *Et Gem.in c.iudex,col.3.verſic. item in notorijs de off.deleg.lib.6.*

f ¶ Notorietas.] *Et Lap. hic ſequuntur Franc.in c.cum ſpeciali,col.9. ad fi.verſ.1. quando.de app.& in c.legitima, poſt nu.3. eo.tit.lib.6.in c.iudex,col.pen.in 2.limit.de off.deleg.eo.lib.& Fely.in c.accedens,1.nu. 6.vt lit. non conteſt.*

g ¶ Proponi.] *Prout per omnes in c. cum ſpeciali. de appell.*

h ¶ Exigit.] *Prout in ſimi.per Bar.in l. Lucius,in fi.ff de his, qui notan.infa.*

i ¶ Nõ habere cognoſcere.] *Et Lap. hic citare voluit Fran.in c.cum ſpeciali in fi. & in c.interpoſita, col.2.ſuper glo 2.cum quo reſidet. de appel.*

K ¶ Interpoſita.] *Vbi etiam Franc. poſt prin.verſic.ex quo idem concludit, & hanc Alle. citare voluit.*

l ¶ Indiuiſibilis.] *Infra Alleg. proxim. num.4.*

m ¶ Deſertione.] *Argu.tex.in l. quod initio,& l.quæ ab initio,ff.de reg.iur. c.nõ firmatur,eod.titu.lib.6. vbi latè per Dyn. Et quòd proceſſus huiuſmodi non reuiuiſcat ẽt facta expreſſa renunciatione appellationi, & inde ſecutis eſt Deci.Bellam.624.incipit proceſſus nullus. vide infrà Alleg. 47. magiſter,num.5.vbi quod ſententia excommunicationis ſuſpenſa per appellationem legitimam non conualeſcit, & ibi Lap.remittit ſe ad hanc Alle.*

n ¶ Conualeſcant.] *Vide Gemin.conſ.99. ſuper,& in fi adducit,& ſequitur hanc Alleg.uide tamen Præpoſi. in c.ſæpè, nu.36. de appel. vbi dicit, quòd attentata non reconualeſcunt, cum quo tranſit Prob. in addit.ad gl.Pragm.tit.de cauſis,§.& ne,in ver.interponi, ſub num.6.*

o ¶ Dubitatur.] *Infra alleg.proxi. nu.10. & Dec.Io.Pau.Ptolo.150. verſus fin.*

p ¶ Deferatur,vel renuncietur.] *idem voluerunt Rot. 130. ſi poſt inhibition in non. Phil.Franc.in c.ſæpè,col.11.verſ. & ita tenet Lap.de appel.& in c.non ſolum,poſt nume.8.& poſt nu.9.eo.tit.lib.9.& in c.licet, poſt princ.de ſent.excom.eo.lib.glo.pragm. de cauſis,§.& ne,in verſ.interponi,colu.3. Io.Bertac.in ſuo reper.in verſ. Appellatione pendente attentata valent, vbi ſequitur Rotam,vbi ſupra,& Lap.hic & D.meus in l.1.poſt prin.C. de bon. poſ.ſecund.tabu.*

q ¶ Per viam nullitatis.] *Sequitur Phil. Franc.in c.ad audientiam,in fi.de appel. & Ioan.Bap.Ferret. conſ.209. dico, ante numerum 8.*

r ¶ Impugnaret.] *Argu.tex.in l.abſentẽ, C.de accuſ.Bald.poſt Iac.de Are. in l.poſt nu.21.verſ.niſi allegaretur dolus, C. quan. prouo.non eſt neceſ. Idem Bal.in l.fin.proponis,num.17.C.quomo. & qua vt iud. Amplio.etiam ſi perſona, quæ tulit ſententiam ſuccedit in locum iudicis ad quem, puta ſi appellatum fuerit ab Epiſcopo ad Archiepiſcopum,qui Epiſcopus defuncto Archiepiſcopo in illius locum ſuccedat, prout per Spec.de appel.§.nunc tractemus, num.21.*

ſ ¶ Poſt appellationem legitimam.] *Ió voluerunt ſequentes Lap.hic Phil.Fran. in c.conſuluit,ad fi.de appel.& in d.c.non ſolum,§.illa verò,col.2.ad fi.eo.tit.lib.6.Rui. conſ.199.in pluribns, ante nu.27.lib.1. & Pariſ.conſ.107.quæritur, num.126.lib.3. quod conſil. furatus eſt eidem Caro. Ruyn. illudq; paucis immutatis ſibi aſcribit.*

t ¶ Differt.] *Idem voluit Dominus meus, in cap.de priore, verſus fi. de appel.*

SVM-



## SVMMARIVM.

1 *Appellatione facta à diffinitiua ſententia petitiſq; apoſtolis, ſed non datis, & ideo proteſtatũ,an ſi poſt lapſum petendorum committatur ſententiæ executio poſſit executor ſententiæ appellationis exceptionem admittere,nu.1.& nu.11.*

2 *Appellatio dicitur indiuiſibilis, nec penes duos remanet.*

3 *Appellationi a diffinitiua eſt deferendũ.*

4 *Excommunicatio poſt diffinitiuam latam etiam nulla.*

5 *Appellatio poteſt deduci in iudicium per viã accuſationis principalis, & per viam exceptionis.*

6 *Appellans non dicitur condemnatus.*

7 *Innouari nihil poteſt intra tempus proſequendæ, vel interponẽdæ appellationis.*

8 *Appellatio a diffinitiua & ab interlocutoria in quo differant.*

9 *Appellatione ab interlocutoria iuſte interpoſita, an attentata poſt appellationem retractari debeant, ante iuſtificationem legitimæ cauſæ.*

10 *Appellatione deſerta, vel renunciatione ſequuta nunquid acta poſt appellationẽ validentur.*

12 *Appellatio deuoluit ad ſuperiorem iudicem non ſolum id ſuper quo appellatur, ſed etiã illius acceſſoria, & contingẽtia.*

13 *Executor ſententiæ nõ admittit exceptionem contra ſententiam licet contra commiſſionem admittat.*

14 *Executor factus per papam ad hoc, vt ualeat, quæ requirantur.*

## ALLEGATIO SECVNDA.

1 DIſputat †hic allegans vtrum ſi a ſententia diffinitiua legati ſit appellatum & petiti apoſtoli, & non dati & proteſtatum ſit in forma debita ſi poſt lapſum tempus petendorum apoſtolorum committatur ſententię executio, poteſt executor admittere exceptionem appellationis.Et primò oſtẽdit legatum a quo eſt appel-
a latum deficere in poteſtate committendi.[a] Secundò executorem talem debere exceptionẽ admittere. Primum probatur quia appellatio
b ſuſpenditur,[b] vel transfertur ad tempus, vel reuocatur, vel aufertur, & in ſuperiorem ad quem transfunditur,alle.dictum Inno.de off. deleg.paſtoralis,§.pręterea,ſuper ver.ad mandatis,C.de excep.ſi vt proponis,de app.ſi a iudice,lib.6.Secundo quia ſi foret delatum appellationi ſublata eſſet poteſtas iudici a quo, & tráſfuſa in iudicem ad quẽ,de app. cum ap
c pellationibus,lib.6.[c] quod procedit etiam in
2 appel.ab interlocutiaria ad hoc de app.cum
d dilecti.[d] † Non remanſit ergo penes eũ quia
e indiuiſibilis,nec penes duos, &c.[e] vt no.gloſ. de off.deleg.prudentiam.Sic etiam erit quando eſt legitimè appellatum a diffinitiua ſi ſumus in caſu, in quo appellatio non eſt irrita. de appel.Romana, §.ſi autem,lib.6. probatur quia primo caſu defert tantũ homo iuris permiſſione:ſecundo defert ius,& præcipit deferri de appel.cum appellationibus,lib.6.q.7.de
3 appell.decret. alleg.† Appellationi autem a diffinitiua eſt deferendũ etiam ſi non grauetur primus iudex ſupra,de teſt.c.fraternitatis,
4 C.de temp.appel.l.per hãc.† Ad hoc quia poſt diffinitiuam latam excommunicatio eſt nulla abſque eo quod oſtendatur legitima cauſa appellandi:vt no.de ſent.excommunic.licet, libro 6.& probatur de app.dilectus,& per no. eo.tit.dilecti,el 3. Ad hoc,c.venientes, de iureiur.& in talibus non expedit cauſam exprimere,2.q.6.ad fi.not.de app.c.1.lib.vj.hæc iura dicunt appellantes exemptos a iudicis poteſtate de appell.c.Romana,§.cum vero, c.paſtoralis,cum.ſi.Et hæc concludit uera etiam ſi non ſit ſuperiori appellatio præſentata, uel cauſa commiſſa.per no.per Inno.de off. dele. paſtoralis,& §.præterea, ſuper ver. ſuſpenditur,verſ.etiam non aduenientibus literis non debet exequi ſententia,2.q.vj.† Ad hoc quod
5 dixit Innoc.de app.dilectus,il.3. vbi dicit ꝙ de appell.poſſum me tueri, non ſolum illam proſequendo, ſed etiam de illa excipiendo, dicendo tu non potes exequi, quia ſic appel-
6 laui.† Ad hoc gl.de appel.quæ dicit ſententiã
f epiſcopi depoſiti[f] tenere, etiam ſi poſtea appellationem non fuerit proſecutus, quia qui appellat non dicitur condemnatus, ff. de pę-
7 nis,l.2.§.fi.† Ad hoc quia ſicut nihil debet innouari infra tempus appellationis interponendæ,

g [illegible]dæ, de appel.non ſolum, lib.6. [g] nec infra
tempus appellationis proſequendæ. Ad hoc
quia pendente hominis dilatione, quod fit eſt
nullum, ſic & quod fit pendente dilatione iu-
ris, ad quod de appel. ſignificante, ad ſecun-
dum, ff. de ma.l. ſeruus, in vectig. in Auth. de
h nupt.§. diſponat.[h] Ad hoc dictum Spec. in tit.
de ſent. excommun.§. eſt autem, circa princip.
vbi dicitur ꝙ ſententia non mandatur execu-
tioni poſt appellationem & hoc beneficio ſo-
lius appellationis, ſecus interlocutoria, quia
præſumitur pro proceſſu, ad hoc quia paria
ſunt aliquid fieri intra tempus appellandi, vel
poſt appellationem ab interlocutoria miſſa
i inhibitoria, de appell. non ſolum, lib.6.[i] Hoc
autem vltimo caſu planè non tenetur quia fit
per iudicem a quo, ergo hæc omnia extendit,
non ſolum vbi appellatio interponitur a dif-
finitiua, ſed etiam vbi interponitur ab interlo
8 cutoria. † Dicit tamen duplicem differentiam
inter appellationem a diffinitiua, & interlocu
toria, quia in appellatione ab interlocutoria
nõ habent prędicta locũ quãdo appellauit ex
cauſa non legitima, & non vera, quia iure nõ
9 approbatur de appell. † cum appellationibus,
lib.6. Secundo quia licet iuſtè interpoſita ſit
appellatio ab interlocutoria, tamen non reuo
cantur geſta, niſi quando decretum fuerit ap-
pellationem fuiſſe interpoſitam, & proba-
tam fuiſſe cauſam legitimam ex qua interpo-
ſita eſt appell. clem. appellanti. Vnde omnia
pedent ex futuro euentu probatæ cauſæ ap-
pellationis. Similiter quod no. de except. cum
uenerabilis, de ſententia lata per falſos teſtes,
quæ tunc demum patefacta veritate rectè de-
K tegitur nulla. [k] Prædicta probant multa iura
maximè in ſententia excommunicationis, for
tius in alijs, quia prima fortius ligat. Ad hoc
quod not. Ioan. And. de teſt. ex parte adæ. Ad
hoc quod not. de eo, qui mit. in poſſ. cum ue-
niſſent, de elect. auditis, & de appell. ſæpè, &
c. vt ſuper, lib.6. ſuper uer. renunciatio, in qui-
10 bus apparet † geſta poſt appellationem non
l validari [l] deſertione appellationis nec renun
ciatione. Nec ob. tex. reuocari attentata poſt
appellationem, quia intelliguntur de reuoca-
tione facti, prædicta omnia, vt nullitatis nia
talia poſſint retractari, tenet Ioan. And. etiam
in appellatione ab interlocutoria de teſti. ex
parte, adæ, ſuper glo. ad hanc vltimam, quod
no. Innoc. de off. deleg. paſtoral. quod non po
nit Ioan. And. in nouel. Suppoſito hoc quod
ſuſpenſa ſit poteſtas iudicis a quo, & quod in
poteſtate deficiat, ſequitur ꝙ alteri cõmittere
non poteſt, quia hoc regulare ꝙ ſuppoſito de-
fectu poteſtatis, quis non poteſt committere
alteri quod non habet, & per hoc ceſſat, quòd
executor non poteſt admittere exceptiones,
quia hoc eſt verum, quando conſtat de iuriſdi
ctione committentis, ſed in caſu noſtro non
conſtat. Ad hoc quod no. Hoſt. in d.c. paſtora-
lis, verſic. de mero executore loquens dicit ꝙ
nullas exceptiones admittit, dicit verum ſi eſt
11 datus ab habente poteſtatem dandi. † Ad hoc
de off. deleg. ex literis, vbi patet ſi notorie con
ſtat eum qui mandat non habere poteſtatem
m non eſt parendum. ad hoc dictum Innoc. ibi [m]
dicit executorem non exequi quando conſtat
in dubium ex literis reuocatum. Sic, & hic
quando conſtat legitime appellatum. Ad hoc
12 dictum Innoc. in d.c. paſtoralis, vbi dicit, † ꝙ
ſi iudex præcipit ordinario, vt exequatur con
tra eum, qui appellauit, non deberet ei pare-
re, & ſi feratur ſententia aliqua ob hoc non te
net, quia a non ſuo iudice lata eſt, ad hoc di-
n ctum Federici in opere ſuo. c.244.[n] & iura ibi
per eũ inducta, vbi dicit, ꝙ appellatio deuol-
o uit, [o] id ſuper quo appellatur cum contin-
gentibus, ſiue acceſſorijs, & cognitione, ſeu iu
riſdictione ipſius, & ſuſpendit iuriſdictionem
iudicum inferiorum, ita ꝙ nullus, niſi Papa
de his ſe intromittere poteſt, nec appellans,
vel appellatus ſuper his ad alium poteſt re-
13 currere. † Ad hoc quia licet executor non ad-
mittat exceptionem contra ſententiam, admit
tit contra commiſſionem ſuam, vt not. Innoc.
p de re iudic. de cætero, [p] quod intelligit quan
do commiſſio eſt enarrata, quia literæ ſunt fal
ſæ, vel ſurreptitiæ, quia ille nec mixtus, nec
merus executor, & ſic non eſt parendum. Et
quod de ſurreptione poteſt opponi, alleg. di-
14 ctum Inno. † de off. deleg. ex literis, vbi dicit,
q ꝙ ſi Papa fecit executorem non valent [q] lite-
ræ, niſi faciant mẽtionem de multis, quod in-
telligit de omnibus quibus expreſſis literas
de communi curſu non habuiſſet per cap. ſu-
r per literis, de reſcript. [r] ſic in propoſito tace-
s re appel. [s] à diffinitiua. Ergo ad hoc dictum
Hoſtien. in d. cap. paſtoralis, vbi dicit quod
contra commiſſionem ſemper poteſt opponi
de veritate tacita, quod maximè eſt verum,
vbi commiſſio facta fuit aliquo impellente,
quo caſu ſemper parit exceptionem, vt no. Io.
And. de off. deleg. cum in iure, & quod not.

Archid.



Arch. 25. q.2. Si verò cognitio: non obſt. quod
no. Inno. in d.c. cum in iure, vbi dicit, ꝙ non
ob. ap. tamdiu parebit inferiori quandiu appa
reat ſuperiori iudex cui commiſſa fuit, quia
id debet intelligi quãdo ante ſententiam, fuit
appellatum, vel quando poſt ſententiam, ta-
men ſi iudices, qui ſententiam tulerunt dati
erant appellatione remota, & ſic poterant per
ſe, & per alios exequi, quod nõ placet, de ſent.
excom. c.1. in princ. placet tamen Ioã. And. de
appel. paſto. in ver. emendari. Secus in appella
tione à diffinitiua, quæ eo quod eſt interpoſi-
ta, eſt a iure approbata, & ſine grauamine po-
teſt eſſe iuſta.

## Addit. Quint. Mandoſij.

a ¶ In poteſtate committendi. ] *Hoc di-
ctum Lapi ſequuntur, Fran. Cur. vel quicun
que is ſit in Apoſtil. ad Pau. Caſt. in l. & ſi
non cognitio, in ver. exceptiones, C. ſi con.
ius, vel vti. publi. & Io. firma. in reper. in
ver. executor ſententiæ merus, verſ. itẽ niſi
committens executionem notoriè non habe
ret. ratio autem aperta eſt, ſi enim legatus
hic committens executionem exequi per
ſe non poterat, quomodo executionem va-
lide committet?*

b ¶ Suſpenditur. ] *Lego Appellatio ſu-
ſpendit, vel transfert ad tempus, vel reuo-
cat, vel aufert, & in ſuperiore ad quem
transfundit. Hoc dictum Lapi refert, & ſe-
quitur Fran. in alleg. hic c. ſi a iudice, poſt
prin. de appel. lib.6. An autem appellatio
ſuſpendat, an extinguat iudicatum, et quid
de iure canonico tracto in 3. q.20. Commiſ.*

c ¶ Lib.6.] *Rot. 363. ex hoc, num.4. in no.
Abb. & alij in c. cum ceſſante. de appel.
Amplio, vt etiam de conſenſu partium nõ
poſſit primus iudex, ſine noua commiſſione,
prout dicta Dec. 363. verſ. intantum quod
de illa. & Dec. 70. ſi iudex in no. quam
ſequitur D. meus in alle. c. cum ceſſante, poſt
num.18. qui etiam limitat.*

d ¶ Glo. ] *Et c. dilecti. 2. eo.*

e ¶ Duos. ] *L. ſi ut certo. §. ſi duobus vehi-
culum, ff. commo. l.3. §. ecõtrario. ff. de acq.
poſſ. Et ſupra alleg. proximà poſt num.5.*

f ¶ Depoſiti. ] *Quòd valeat actus epiſcopi
depoſiti, qui appellauit, & quòd appellatio
de iure ciuili extinguat, de iure verò cano-
nico ſuſpendat pronunciatum, videantur,
quæ ſcripſi ſuper Com. 20. quæſt.3.*

g ¶ Lib.6.] *Et ibi glo.1. verſ. innouata, glo.
in l. iudiciorum, in ver. ſequuta, ff. de accuſ.
Corſet. in ſuis ſingu. in ver. appellatio. 2. &
in ver. terminus.*

h ¶ Diſponat. ] *Pro præmiſſis, videatur,
tex. in l. ſiue pars, vbi gl. Bar. & Bal. C. de
dilatio. per Spec. ſub eo. tit. §.1. glo. in l.1. §.
1. in ver. nullius. ff. de fer. glo. in c. vbi peri-
culum, in ver. decem. de elect. lib.6. Anchr.
conſ. 36. viſa quadam. nu.6. & de multipli-
ci ſpecie dilationum, vide Lanfr. de dilatio.
in prin. Limitanda ſunt dicta hic per Lap.
et regula, quòd dilatione pendente, nihil ſit
innouandũ, niſi ſumus in penitus diuerſis,
vel in non repugnantibus dilationi ad l. ge-
neraliter, § nullo, C. de reb. cred. per Bart. in
alle. l ſiue pars, & in l.2. nu.12. ff. de re iud.
ad Rot. 128. iudex. in 1. addi. poſt medium,
ver. illud autem quod in termino. in no. &
per Sozzi. in 93. Regu. in 1. & 16. fallen.
Abb. in c. ſignificante, nu.9. de app. Huc ſpe
ctat, quòd Rom. Domini de Rota ſemper te-
nuerunt, quamuis dilationem non impedi-
re compulſorialium decretũ, & alios actus
ipſi dilationi non repugnantes. prout Dec.
Accoramb. 30. & Putei 12. ſub tit. de Dila
tio. pro hac limita. videatur etiã Alle. 82.
in cauſa A. nu.6. uerſ. Ad id quod diceba-
tur, quòd dilatione pendente. Limita etiam
niſi ceßat cauſa ob quam dilatio conceßa
fuit, vel eandem iudex cauſa cognita reuo-
caſſet, Bal. in c.2. num.7. de dilatio. Bart. in
l. a filia, §. alumno. ff. ad trebel. idem Bart.
conſ. 164 proceßus, num.2. Alex. conſ. 34.
viſo. num.6. Mil. in reper. in ver. dilatio.*

i Lib.6.] *Et Rot. 193. ſi ab excom. in no. &
Bellam. 623. proceſſus factus.*

K ¶ Nulla.] *Sententia per falſa inſtrumen-
ta, ſeu falſos teſtes lata valet, ſed retractan*

*da ve-*

*da venit, l. diuus, & ibi Bar. ff. de re iud. gl. in c. licet, in ver. opponi, verſus fin. de prob. & ibi per omnes. Sozzi. reg. 364. vbi ſubdit aliquas fallen. Nic. Boe. Dec. 307. in prædicto.*

l ¶ Validari. ] *Idem ſupra alle. præceden. num. 6.*

m ¶ Inno. ] *Ibi. Et in c. dudum, poſt princ. verſic. item ſi huic petenti. de præſum. latè Gui. Papæ Dec. 574. an iudex.*

n Con. 244. ] *Vel potius 248. incipien. Caſus talis eſt, num. 1.*

o ¶ Deuoluit. ] *Infra alleg. 107. incipien. allegatio, ſeu appellatio, verſ. ſecunda ratio. Phil. Franc. in c. dilecto, colum. 8. verſi. ſecundo operatur de appel.*

p ¶ De cœtero. ] *Et ibi per Abb. colum. 2. vbi etiam Addi. in verſ. per mandantem, quæ citat, & ſequitur hanc alle.*

q ¶ Non valent. ] *Idem voluit Rot. 310 ſi reus, poſt num. 2. verſic. in quibus iuribus expreßè cauetur. in no. & Pariſ. conſ. 106. num. 13. vol. 4. qui ſequitur Lap. hic.*

r ¶ De reſcr. ] *Et melius quam per aliquẽ per hunc infra Alleg. 89. duo prælati. poſt num. 6. verſic. item eſt ſciendum, quem infiniti ſequuntur, quos ibi referam.*

ſ ¶ Appellationem. ] *Et taciturnitate appellationis delationis illi factæ, & ſimiliũ ſubreptio inducitur. Rot. 310. ſi reus, col. 2. verſ. Cum quo concordant in no. Et dictum Lapi hic ſequitur, Pariſ. conſ. 106. Bonifacius, num. 13. volum. 4.*

*SVMMARIVM.*

1 *Petitione data ab actore ſuper aliquo, an ſi alia directo contraria detur admittenda ſit.*

2 *Reconuentio ſuper eadem re procedit.*

3 *Reconuentio poſt litem conteſtatam nunquid fieri poſſit.*

4 *Petitione ſummaria pendente nunquid poſt litem conteſtatam contraria petitio in cauſa plenaria ſit admittenda.*

5 *Cauſæ ſummariæ pluribus modis conſiderantur.*

6 *Lite conteſtata in ſummaria an actor habeat cauſam querelæ ſi in reconuentione conteſtetur; & quid teneatur facere reus reconueniens ad hoc, vt reconuentio procedat.*

7 *Cauſa vſuraria, an ſit criminalis.*

## ALLEGATIO TERTIA.

a DIſceptat [a] in hac † allegatione, an ſi
1 ſit data petitio ſup aliquo ab actore, ſi detur contraria directa petib
tio illa ſit admittenda. [b] Vt ſi detur petitio ex qua petitur inſtrumentum vſurarium pronunciari admittatur directo contraria petitio, per quam petitur inſtrumẽtum purum, & non fictitium, nec vſurariũ pronunri: alle. quod non: quia prima eſt præiudicialis ad ſecundam, & è conuerſo, cum ſententia in
c vna, &c. de exce. fundum. [c] Et determinat contra. quia in cognitione ſunt compatibiles in proceſſu: quia coram eiſdem tractantur, & tractari poſſunt. Secus ſi coram diuerſis tractari debeant, vel tractarentur, vt not. Inno. de ord. cog. tuam nobis: non ob. ꝙ ſint præiudiciales: quia ſic omnis peremptoria exceptio repelletur: quia hoc onus habet exceptio peremptoria: & tamen de ea cognoſcitur ſimul cũ principali, de ord. cog. c. 1. Secundo quia aliter re-
2 conuentio † non procederet ſuper eadem re, quod eſt falſum: vt no. de ca. poſ. cum eccleſia, ſuper ver. faciendum. in nouel. per Io. And. de off. deleg. cum contingat in glo. quia melius in nouel. de reſtit. ſpol. ex cõqueſtione. in ver. iudicibus, ad hoc gl. de or. cog. c. fi. ad hoc, l. ſi inter me. de except. rei iud. l. Pomp. §. ſi is de proc. de prob. in præſentia, & ibi per Bart. de proba. l. circa, ad hoc, quod no. de fide inſtru. cum Ioannes. ſuper glo. 4. non videtur. in nouel. Nec ob. ſi dicatur conuentum rei ven. non poſſe recõueniri ſuper eadem re, ex quo poſſidet; quia poſſidenti, &c. de iudi. examinata: hoc eſt propter primam petitionem cui hæc annexa eſt; alias non liceret. vt no. Io. And. de
3 prob. in præſentia. in ver. ceteris. Secundo †
d [d] dubitatur an reconuentio poſſet fieri poſt litis conteſt. concludit illam opin. veram, & practicari, quod reconuentio poſſet fieri ſtatim poſt litis conteſt. antequam fiat ad alia tranſgreſsio.



greſſio. Et dicit quod placet Ioan. And. in d. decre. i. de mut. peti. in nouel. ſuper glo. 2. in ver. non ſit audiendus, & not. in auth. & conſequenter, in gl. fin. Et eſt ratio, ſecundum Io. And. quia quæ ſtatim fiunt, &c. de eleg. off. ff. ſi cert. petat. in l. lecta, & tenet Vincen. in d. decre. i & firmat glo. in clem. ſæpè, in verbo, ab exordio, de ver. ſign. & quia ex quo fit ſtatim ceſſat præiudiciũ actoris, quia cauſa non
4 eprotelabitur. † Tertium [e] dubium an pendẽte petitione ſummaria admittatur directò cõtraria plenaria, poſt lit. cõteſt. dicit ꝙ quędã
5 ſunt cauſæ ſummariæ † proprie, quia in eis ſufficit ſemiplena probatio, & aliquando iuramentum tantum. C. de his qui ad. eccl. cõ-
f fu. [f] poſſunt & quãdoque vnus teſtis, de quibus Inſt. de off. iud. §. fin. verſ. 6. & in talibus non procedit reconuentio. Quędã ſunt ſummariæ improprie, vt quia tolluntur ſolum ſubſtantialia iudicij, & in talibus non impeditur reconuentio, vt in propoſito, ſi detur petitio ſuper inſtrumento vſurario, & poſtea petatur illud purum, & verũ pronuntiari, nã tales cauſæ poterũt ſimul tractari, & vna ſententia terminari, adhoc dictum Pau. in d. cle. Non ob. l. j. C. vbi cauſa ſtatus, quia ibi nõ admittitur reconuentio propter naturã poſſeſſorij, quia ĩ hoc eſt priuilegiatũ, de ord. cog. c. fi. Item quia non eſt cauſa vſuraria ſummaria, ſed tunc demum ſi iudex velit quod ſummariè ſit tractanda. Ad hoc gl. ibi ſuper ver. valeant, quæ dicit quod inuitis partibus poteſt ſeruare ordinem iuris. Vnde niſi conſtet iudicem velle procedere ſummariè, non po-
6 teſt dici ſummaria. † Item ex quo iam in sũmaria lis eſt conteſtata, non habet actor cauſam querelæ, ſi conteſtetur in recõuentione, hoc dicit maximè procedere quãdo reus reconueniens offert ſe incontinenti paratũ probare, & renuntiat longioribus dilationibus, allegat dictum Bar. in auth. & conſequenter, vbi dicit quod procedit reconuentio ſi vult renuntiare priuilegio reconuentionis, vt ſimul tractentur. Item dicit, illa quæ dicuntur in cle. fin. procedere quando fit reconuentio ex diuerſa cauſa, ſed quãdo fit ſuper eadẽ re, & directò cõtraria cauſa, ceſſat illa ratio, qa ſicut eſt licitum per modum exceptionis omnes meas adducere defenſiones, nihil ob. qn poſſim pducere p modũ petitionis, ad hoc practica eſt de reſt. ſpo. ex cõqueſtiõe, ad hoc de eo qui mit. ĩ poſſeſ. ſuper ver. poſſum, vbi vnus petit ſibi reſtitui poſſeſſionem, & alter petit confirmari, adhoc gl. in clem. diſpẽdioſam de iudi. quæ dicit quòd ſi creditor petit debitũ, hæc eſt cauſa ordinaria, & ſi reus excipiat de vſura nihilominus proceditur ſuper ea, vt ordinaria attẽta natura petitionis. Sed ſi reus non ſolum excipiat, ſed petat ſic
g pronuntiari [g] ſi probet, tunc proceditur ſummariè, & ſic ſummaria trahet ad ſe ordinariam, & ſic videtur dicendum quod actori licere non debet quod nõ reo, ſicut actor petit pronuntiari pro ſe, ita reus poteſt petere, nec erit longior diſcuſſio in materia petitionis principalis, quam eſſet in materia exceptionis ad quam admittitur, nec erit hic intricatio proceſſuum, hinc eſt quod de eadem ſpoliatione poſſum excipere, & agere ſimul, &
7 ſemel, vt not. de reſt. ſpol. † Tractat [h] vltimo
h an cauſa vſuraria ſit criminalis; quia agitur ciuiliter ad intereſſe partis, & non ad pęnã delicti de procur tuæ, & ſic conſuluit dom. Ioan. de Riccis, cui commiſſa fuit cauſa conſulenda Florent. aduocatus.

### Addit. Quint. Mandoſij.

a ¶ Diſceptat. ] *Regula iuris eſt quod tã coram iudice ordinario, quam corã delegato reus conuentus poſſit actorem ſibi obnoxium reconuenire, etiam pro cauſa diuerſa ſeparata a cauſa cõuentionis, l. cum Papinianus. C. de ſentent. & interlo. cum ſua materia, l. 1. §. fi. ff. quæ ſent. ſine app. c. 1. & 2. ubi omnes, de mut. petit. c. diſpẽdia, §. fi. de reſcr. lib. 6. Cuius regulę 18. fall. uidcantur per Sozzi. Reg. 132. in ver. reconuentio. actoris.*

b ¶ Admittẽda. ] *Libelli contrarij ſuper eadem re, & in eodem iudicio admittuntur dati ex parte actoris, & rei, cap. cum eccleſia, & ibi Abb. notat. nu. 6. de cauſ. poſ. & propri. latè per D meum in c in pſentia, ante num. 4. qui hanc Alleg ſequitur, de prob. Et ad Lap. hic ſe remittit Phil. Fran. in cap. perſonas, col. 6. verſ. in alia tamen, de appellat.*

c ¶ Fundum. ] *Et l. fundi, l. duob⁹, §. colonus, ff. de iureiu. Bal. in l. eũ qui. verſus fi.*

C. de

C.de inoff.teſt.et in l.ſi iudex,in 1.lect.ff. de his,qui ſunt ſui,vel alie.iur.

d ¶[Secundo.] Reconuentio quando fieri poſſit,tres ſunt opi.prima eſt, ꝙ fiat ante litis conteſtationem in cauſa cõuentionis, auth.& conſequenter,vbi etiam glo. fin. C.de ſenten. & inter. & c. 2.de mut. petit.c.ſæpè,§.verũ quia, & ibi gl.in ver. exordio.de verb ſig. Altera fuit opin.qđ etiam incontinenti poſt conteſtationem litis in cauſa conuentionis, reconuentioni locus ſit,Bal. in c cum veniſset. nu. 10. de iu.quæ tamẽ lectio in illo loco alterius potius eſt, vt ibi annotatũ eſt, ante nu.8. gl.in all.cle.ſæpè,in ver.exordio, de ver. ſign.Iaſ.in l.ædita,poſt nu.15. ver.4.facit,C.de æden.Hipp.de Marſ. conſil.vlt. nu.36.ver.Nam licet reconuentio,vbi ſequitur Lap.hic Rip.lib.1. reſpon.c.8.nu. 4.Rebuff.ſuper concor.§. præfatiq́;graduati,de collatio.gl.2. Prædictæ duæ opi. ſunt etiam ex mente Lapi hic,& communiter ab alijs tenentur. Videatur etiam Gemin.in c.diſpendia.§.fi.ante nu.9. de reſcrip.lib.6.vbi tenet cum hoc & declaratur ibi.Tertia fuit opinio quod quãdocunque ante concluſionem in cauſa conuentionis, reconuentio fieri poſſit, prout per Spe.in ti.de Recõuen.§.ſequitur,quæ tertia opi.ſic indiſtinctè accepta falſa eſt, et cõmuniter reprobata in locis ſupra adductis præſertim per Hoſtien.Io Andr. Abb.et alios in alleg.c.1.de mut.petitio. Illam etiam cõiter reprobatam ſupponit Feli.in d.c.1.nu. 2. Vt igitur hæc tertia opi.ſubſiſtere poſſit neceſſario illam reconuentionẽ ſupponere debemus impropriã, & non priuilegiatam,vt pari paſſu cum conuẽtione ambulet, & ita procedit tex. in c.diſpendia,§.reus de reſcr. lib. 6. Et ita intelligi, & limitari debent quæ tradunt ibi Gem.in 2.not.& ibi Phi.Fran. ad finẽ,& tex.in alleg.cle.ſæpè §.verum quia cum gl.in ver.exordio.de ver.ſign. Et hoc voluit Bal.in alleg.c. cũ veniſſet, num.10.de iud ſi tamen Bal.lectura eſt. Videatur oĩno D.meus,conſ.200.in caſu propoſito,col.1.ver.& breuiter non laborando, vbi reconuentionem poſt litis conteſtationem dicit non eſſe veram reconuentionẽ,nec habere priuilegia propriæ recõuentionis,et Fel.in alleg.c.1.de mut. petit. ſubdit quaſdam declarationes poſt Mar.Sozzi.ibi,quæ videantur.

e ¶[Tertium.] Si cauſa eſt intẽtata ſummariè, an admittatur reconuentio de cã plenaria,vel contra,videantur Inn.Hoſt. & Abb.in c.1.de mut. petit. & latius ꝑ Mar.Sozzi.ibi poſt nu.58.in 7. fallent. Et quod cõis ſit opi. quod quando vna cã eſt ſummaria,altera plenaria,nõ ſit locus reconuẽtioni quo ad effectum ſimultanei proceſſus,ſecus quo ad effectũ prorogationis iudicis videatur Dec.Iafrc.779.incipit quando vna cauſa eſt ſummaria.

f ¶[Confu.] Videlicet.l. præſenti, §.ſic vbi,cum gl.in verbo, de ſua conſcientia, & §.ſanè.

g ¶[Pronunciari.] Sequitur Fel. in c.1. colu. 2. verſicu.hanc declarationem, de mut.petit.

h ¶[Tractat.] Duo ex ijs paucis verbis in iure ſatis dubia eliciuntur.Primũ eſt quod criminaliter, & ad pœnam criminalem agi poteſt pro vſura commiſſa imponendam , quod an ſit verum videamus. Et pro opin.negatiua diſtingui poteſt,quod aut loquimur de iure ciuili,& clara videtur pars negatiua, cũ de iure ciuili permiſſæ ſint vſuræ, quod apparet ex l.eos,C.de vſur. vbi Imperator Chriſtianus vſuras permittit per Iac.Butrig. in l.cunctos populos,colu.2.& ibi Barto. nu.6.C.de ſacroſan. eccleſ. Si ergo lex ciuilis vſuras permittit, ergo pœna aliqua vſurarij afficiendi non ſunt,arg. tex.in l. graccus,C.de adulter.aut loquimur de iure canonico,ſecundum quod etiam videtur, quod nulla pena criminalis ſit cõtra tales ſtatuta, prout tenent Bal. & Sal.in l.improbũ.C.de ijs qui notat. infam. vbi dicunt qđ nullo modo vſurarius criminaliter puniri poteſt,ex quo nulla lege cauetur,ad tex.in §.cũ igitur,ibi nec quælibet eſt lex tale dicens in Auth.de nõ eligen. ſecun.nuben.& in l.et ſi quis,§. idem Labeo.in fine,ibi.Pœna tamen in eum ſtatuta non eſt.ff.de relig.& ſump.fune.Idem etiã quod Bal.voluit Io.de Anan.in cap. quam pernitioſum, col.4.de vſur. Et pro hac opi.concludit D.meus Phil.Dec.conſi.170.viſo,col.2.ver.Sed ꝑdictis, vſque ad finem,contra contrariam partẽ, & ſic affirmatiuam veriorem puto, pro qua adduco,text.in cap.cum in diœceſ.de vſur. vbi quod crimen vſurariũ poteſt in iudicium deduci per viam accuſationis,ergo aliqua pena puniri debet illi delicto conueniente. Et vſurarius plurifariã delinquit. Primo præceptum diuinum,& ius canonicum contemnit, nã contra Euangelium Mutuum date tanquam nihil inde ſperantes,c.conſuluit, de hæret.c.ad noſtram,de emptio.& vend.c. illo vos, de pig.& per Fed.de Sen.conſil.vlt. nu.5. Delinquit ſecundo vſuras recipiendo, & ſic exequitur ſuũ malũ propoſitũ. Tertio delinquit uſuras nõ reſtituendo. Et quod vſuræ ſint indiſtinctè prohibitæ de iure diuino,& canonico,& qui contrarium tenet,quod puniri debeat, uult Matheſ.no. 49.no.qđ omnes uſurarij. Pœnę autem inductæ a iure canonico tendunt ſolũ cõtra hoc tertium delictum. Si igitur alia duo delicta non punirentur,impunita remanerent contra iura,et rõnem,c.ut clericorũ, de ui.& honeſt.cler.cle.2. & ibi ad hoc not.Card nu.8.de ſent.excom.tenet Iaco. Butr.in alleg.l.improbũ, quod uſurarius exigẽdo uſuras cõmittit dolũ, ergo tenet pena criminis ſtellionatus, unde puniri põt pena arbitraria criminaliter propter dolum.Pro eadem opin. concludit etiam Corn.conſi.19.uidetur,lib.3. Altera, qđ uerba præmiſſa huius alleg.ſupponunt eſſe differentiam inter cauſam ciuilem, & criminalem,quando agitur occaſione delicti illa ſit videlicet, quod ſi agatur ad pœnam delicti. Ampliata ſiue imponenda ſit corporalis, ſiue pecuniaria fiſco applicanda dicatur cauſa criminalis, ſi uero agatur ad commodum priuatum, uel pœna parti applicãda ueniat,dicatur cauſa ciuilis,quæ opi.eſt uera, & cõmunis, & probatur per tex.in §.in ſumma, ubi gl. & Doct.Inſtit.de iniur.Bar.in l.licitatio,§.quod illicite,in 1.not. ff. de publ. pro quibus uideantur alia per me adducta in Glo.Facul.iuxta.4.editio.Beneuentan.§.habita,in gl.in uer. in ciuilibus.

SVMMARIVM.

1 Moniales S.Claræ, an comprehendantur ſub cap non ſolum de regu.lib.6.
2 Mendicantes religioſi, qui dicantur, nu. 2.& num.4.
3 Moniales mendicantes, quæ ſint.
5 Priuilegium ſcriptum tollens unum,non tollit,nec extenditur ad aliud.
6 Profeſſus in regula mendicantium infra annum probationis, ſi durat poſt annum, an ex tacita profeſſione ratificetur ingreſſus.
7 Monaſterio obligari a ſe ſolo, quis non poteſt.

ALLEGATIO IIII.

1 a AN † diſpoſitio[a] capituli non ſolũ de regula prorogata per c. cõſtitutionem,eod.tit.lib.6.habeat locum in monialibus S. Claræ, ut ex profeſſionibus infra annum alligentur ordini, in ſpecie concludit, allegans quod nõ, quia mendicantes non ſunt.
2 b † Nam mendicantes[b] ſunt, quicunque ad congruam ſuſtentationem redditus, aut poſſeſſiones non habent,& profeſſio,ſiue regula, vel cõſtitutiones quælibet interdicunt, ſed per quæſtus publicos præbere ſolet, ſibi victum incertamen-

mendicitas,de relig.Doc.c.1.§.confirmatas,
li.6.Ad hoc moniales habēt poſſeſſiones ad
congruam ſuſtentationem, nec per quæſtum
publicū,aut priuatum victum quærunt.ideo
Guliel.de Mon.Lau.in clem. vt profeſſores,
de ſtat. reg. dicit quod nullæ moniales erāt
mendicantes,quod non placet Lapo per de-
cre.j.de ſtat.reg.§. ſanè.lib.6.a contrario.
3 Et † dicendū eſt, ſecundum eum quod mo-
niales mēdicantium ſunt propriè ordinis mi
norum,& prædicatorum,quales ſunt prędi-
ctę moniales ordinis S.Claræ,& in prędictis
monialibus habet locum dicta decretalis,nō
ſolum,libro 6.Ad id quod dicitur quod ha-
bent poſſeſſiones,& non mendicant,reſpon-
c deri poteſt quod ſicut illi, qui etiā de [c] facto
mendicant, quia non habent poſſeſſiones cō
gruentes, non tamen ſunt mendicantes, nec
prohibentur de iure poſſeſſiones habere, vt
4 not.Paul.in d.clem. vt profeſſores. † Ita illi
q ex fundatione ſuæ regulæ, vel de iure mē-
dicantes ſunt, licet de facto non mendicent,
mendicantes dicuntur,vel quia cōtra prohi-
bitionem retinēt poſſeſſiones,vel quia ſuper
hoc habent priuilegiū a Papa, quod poſſint
d certas poſſeſſiones retinere, [d] & pcipere fru
ctus,& quo ad alia retinēt eadem priuilegia
mendicantium, & mendicantes dicuntur,
5 quia † priuilegium ſcriptum tollens vnum,
nōn tollit aliud, ſt. de ſer. vr. prę.domus de
vſu. pa.ex tuarum, de priui. paſtoralis.Dato
ergo quod priuilegio ſint habilitatæ ad poſ-
ſeſſiones habendas,ex hoc non ſunt habilita
tæ ad alia,nec liberatæ ab alijs iurib.loquen
tibus de mendicantibus.Hinc eſt quod de iu
re mēdicare poſſent,ſi de facto non haberēt
poſſeſſiones, aliàs non oporteret vllas fateri
6 eſſe mendicantes, quod eſt contra dictum,
§.ſanè,& ſic ſe dicit,de facto cōſuluiſſe.†Se
cundum dubium,an expreſsè profeſſus in re
gula mendicantium infra annum probatio-
nis,ſi durat poſt annum ratifieetur ingreſſus
ex tacita profeſſione, concludit quod non,
quia dictę moræ ratificatio cauſatur a funda
mento inualido,1.q.1. cum Paulus,gl.de cō-
iug.ſer.c.fin.Item quia ex culpa primæ rece
ptionis ſuſpēſi ſunt a receptione in futurum,
e vt in d.cap.non ſolum,[e] & ſic non valuit,qa
7 non fuit qui recipere ualeret,† a ſe enim ſo-
f lo niſi ſubſit recipiens [f] non poteſt obligari
monaſterio, & hic conſenſus a ſuſpenſo præ
ſtari non potuit, alias ſi poſt annum poſſent
recipere,lex foret impoſita verbis;& non re
bus,de elec.commiſſæ,§. porro,lib.6. Vnde
putat quod antequam talis ſic contra prohi-
bitionem ingrediēs poſſit recipi,ſit neceſſe,
quod purget vitium, & alteram religionem
ingrediatur:& tunc poterit licite tranſire ad
primum monaſterium,vt in ſimili no.in d.c.
commiſſa.ad hoc, cap.1. de ſepul.lib.6.

### Addit. Quint. Mandoſij.

a ¶An diſpoſitio.] *Opin.affirmatiua ue
rior videtur,prout poſt gloſſ.in clemen.1.
de reg.in ver. quoſlibet videtur reſidere
Card.ibi.q.7. & Clarius ibidem Bono.
de Vita.nu.56. Hanc opinionem affirma
tiuam tenuit etiam Rota in cauſa Valen-
tina nullitatis profeſſionis coram Ptolo-
meo,prout Dec. ipſius 192. in princ. &
latius Dec.196.Vide per prealleg. Card.
in cap. fin.q.12.de regula. qui Lapum
hic citare voluit.*
b ¶Mendicantes.] *Vide quę ſcripſi in
3.q.23.Reg.num.3.*
c ¶De facto.] *Vide etiam quæ ſcripſi in
d.3.q.23.Reg. Cancel. num.4.& ſeq.&
quæſtione 4.*
d ¶Retinere.] *Sequuntur Gemin.in al-
leg.c.uni.ad finem,& Fran.in c.confirma
tos, poſt numerum 3. & ante nu. 5.de re-
lig dom.lib.6.Idem Gemi.in ca.2.col.3.
verſi.Lap.de Caſtel.Fel.in cap.in præſen-
tia,ante num.53. verſi. Et prædictis ad-
de Lap.de probat.*
e ¶Non ſolum.] *Et ibi Gemin.nu.13.
reaſſumit verba Cap. hic cum eo reſidēs.
Et Cap.ibidem ſequitur Fran. colum.2.
ante nu.7.& Pariſ.conſi 65.difficultas,
num.6.uol.4.*
f ¶Recipiens.] *Ad tex.iun.gl. & ibi p
Inno.Abb. & alios in c.porrectū, de re-
gu.Sic etiam dicimus neminem,ſibi ipſi
imperare,uel ſe prohibere poſſe,l.pen.ff.
de arbitr.Nec quis ſe ipſum inſtituere po
teſt,& inter dantem,& recipientē debet
eſſe*



*eſſe diſtinctio. Nec quis ſibi ipſi conferre
poteſt,cap.de fide inſtitu. Nec quis ſe ip-
ſum abſoluere,c.fi.de pœn.& remiſ. & D.
meus,conſil.151.maximi ponderis, col.6.
cir. med.verſ.Nec ob.quod.Vbi ſubdit has
regulas eſſe etiam de iure naturali.Nec ſer
uus cōis ſibi ſtipulari poteſt,l.2.ff. de ſtip.
ſeruo.Sic & inter baptizantem, & bapti-
zatum diſtinctio eſſe debet Matthæi,c.3.et
c.per aquam de conſec.diſt.4.c.debitum,de
baptiſ.per D.meum, conſ.641. in duobus,
nu.8.Inter præſentantem, & præſentatum
differentiam eſſe cōuenit, cap.per noſtras,
iun.gl.in fi.de iu.patr.Hoſt.in ſum.eod.§.in
quibus,num.11.verſ. illud autem omitten
dum.Tutelam aſcribere ſibi nemo poteſt.l.
vxori,§.1.ff.ad l.Corn.de fal. Authoritatē
ſibi quis præſtare non poteſt,l.1.§. fuit.ff.
ad trebel.l.prima,ff.de autho.tut.Pro prę-
miſſis etiam videantur.Abb. in alleg. cap.
porrectum,num.10.de regula.Barb. conſi-
lio 33.ſcripſit,col.pen.num. 16.& ſeq. li-
bro 1.Et in ſumma dicimus quod diſcretio
eſſe debet inter agentem,& patientem, vt
per Abb.in c.extirpandæ,§.qui vero, nu-
mero 57.de præb.Facere autem,ſeu agere
& pati non ſolum diſcreta ſunt,ſed inter ſe
contraria,vt docet Ariſt. in poſt prædica-
mentis,dū de ijs tractat,& ibi Ammō.de-
clarat facere,& pati,qd,& quotuplex ſit.*

### *SVMMARIVM.*

1 *Plebanus,vel alius inferior iuriſdictionē habens, an poſſit conſtituere vicarios temporales,num.1.nu.5.10.*
2 *Inferiores,an committere poſſint operam parochianorum,num.2.nu.6.*
3 *Oeconomus ſine authoritate epiſcopi,poteſt a prælatis inferioribus conſtitui.*
4 *Rector curatus,an poſſit committere non curato infra ſuā parochiā certos caſus.*
7 *Eccleſia collegiata non appellatur parochialis,ſed dignitas.*
8 *Rector Eccleſiæ non curatæ,poteſt per alios officiis diuinis deſeruire.*
9 *Eccleſiæ parochialis, & collegiatæ dria.*
10 *Rector collegiatæ eccleſiæ licet nō ſit preſbyter, an poſſit dare licentiā alieno pſbytero miniſtrādi ſacra ſuo parochiano.*
12. *Vicarius temporalis, vel perpetuus in quibus caſibus,& a quo conſtitui poſſit.*

### ALLEGATIO V.

a IN hac [a] allegatione diſputat † v-
1 trum plebani, uel alij inferiores
prælati etiam iuriſdictionem ha-
bentes poſſint conſtituere vicarios
tpales,& alleg.q non.de præb.extirpandę.§.
q uero. Item quia certi ſunt caſus in quibus
deſeruit per vicarium,ut not.in d.§.qui vero,
& ibi gl.ord.alleg.ad hoc de elec. licet canō,
lib.6.vbi in parochiali quis per ſe deſeruire
debet,& ibi gl.ord.alleg.pro caſu de off. vic.
in c.clericos,ſm vnam lecturam,gl.alleg.to-
tum tit.in antiquis & in 6. vbi ſolum de off.
vic.epi loquitur, & de inferioribus nullam
facit mentionem,quaſi de inferioribus, non
intellexerit vt vicarios facere poſſint, ad hoc
de elect.cum exe.lib.6.vbi p p diſpenſationē
ex cauſa ab initio datur vicarius ab epiſcopo
2 non licet ergo de iure,† & ita arguit ibi Ioa.
And.inferiores poſſe committere curam pa-
rochianorum.Item quia illius vr electa indu
ſtria,& ſic alij committere nō poſſunt de off.
ord.eis quibus,et de off.deleg.c.fi. In contra-
rium, quod poſſunt, habet cōtraria conſue-
tudo,&cōis obſeruantia,tam in præſentibus,
quam in abſentibus,vt poſſint vicarios con-
ſtituere ēt ſine licētia epi,vel ſuperioris,quæ
obſeruantia ſola,hoc eis tribuere pōt,quę in
in talib.ualet,ut not.Io.And.in c.clericos. de
b off.vica. [b] de iure,etiam ceſſante conſuetudi-
ne.Idē dicit primo per regulam qui per aliū,
de reg.iur.lib.6.item quia talibus, licet con-
ſtituere procuratorē ad oīa negotia,ut in cle.
3 proc.de proc.†Item quia poſſunt facere œco
c nomū ſine authoritate epi. [c] de iura.cal. impe
rator,& ibi no.œconomo pōt committi cura
tpalium,de relig.dom.conſtitutus, de off.or.
cum nos.Itē quia poſſunt facere ſyndicū, de
ſyn.c.uno,& ſm canonem non eſt dria,an di-
cat conſtituo te ſyndicū,vel procuratorē,uel
œconomū de proc.peti. Itē qa tales plati ſūt
iudices ord.qualiter,alias quanto,de off.ord.
cū ab eccleſiarū,no.ne prælati vices ſuas qm
.i.ſuper gl.2.in nouel. qa ſunt ad uniuerſita-
tem cauſarum dati,& tales committunt vices
ſuas, de offic. ord. eis quibus alleg. dictum



IOTECA UNIVERSI

Io. And. poſt Pe. de pœn. omnis ſuper gl. exe-
4 cutionem in nouel. † vbi dicit quod rector cu
ratus non curato presbitero poteſt commit-
tere infra parochiam ſuam certos caſus, vel
articulos ad inſtar delegati ad vniuerſitatem
cauſarum, ad hoc Spec. in tit. de proc. §. pone
quoque, verſic. circa hoc, vbi dicit quod præ-
latus cum capitulo poſſunt facere generalem
officialem, qui omnia communia gerat, ſiue
in cauſis, ſiue in alijs negocijs, ad hoc alleg.
de oper. nou. nun. ſignificantibus, vbi officia-
lis archidiaconi ſenocenſis cognouit de cau-
ſa, ad hoc, cap. quoniam, 1. & 2. ne præla. vi.
5 ſu. quia ſi non licet cum pecunia, † licet ſine,
adhoc glo. ord. in d. cap. quoniam. Secundo
dicit quod ex iuſta cauſa abſens poteſt com-
mittere vices ſuas, & ſibi conſtituere vica-
rium, qui habebit delegatum, & dato quod
in paucis locis fiat mẽtio de vicario inferio-
rum prælatorum, & in 6. fiat mentio. & in cle
men. de vicarijs epiſcoporum, ab identitate
rationis, idem eſt dicendum de inferioribus
prælatis, & hæc eſt veritas, & ſic approbauit
6 vſus † ſecundum eum, qui eſt optimus inter-
pres de conſue. cum dilectus, non ob. §. quia
vero, quia loquitur de vicario non tempora-
li. Item loquitur in parochiali non collegia-
ta, & intelligunt Ioan. Mo. & Archid. in decr.
7 licet canon, † ad probãdum quod eccleſia col
legiata non appellatur parochialis, ſed di-
gnitas, de quo in tex. de elect. ſtatutum, libro
ſexto, & eſt ratio, quia ſimplex habet rectorẽ
ſpecialem, & ſolum in collegiata rector eſt
collegium & canonici, de ijs quæ fiunt a prę-
lat. nouit. & capitulo quanto. Item §. quia ve-
ro, non prohibet generaliter vicarium conſti
tui, ſed dicit quod debet deſeruire per ſe,
non per alium in ordine quem eccleſia requi
rit, ſcilicet ſacerdotali, & ſic reſtringit ad illa
quæ ſunt ordinis ſacerdotalis, vt in miſſa, &
alijs diuinis officijs, & cura parochianorum.
In alijs autem quæ ſunt iuriſdictionis, vel
regiminis, quæ non propriè ſpectant ad or-
dinem, non videtur hoc extendi, & ita vi-
detur ſentire gloſ. in cap. quia nonnulli, de
cler. non reſid. quæ dicit quod officium in ec
cleſia non poteſt committi, niſi in certis caſi-
8 bus. † Et propter hoc in eccleſijs non curatis
poteſt rector per alium in miſſis, & alijs diui
nis officijs deſeruire, nec a iure iſto caſu im-
ponitur neceſſitas deſeruire per ſe, vt not. Io.
Cald. de præben. ſuper inordinata, non ob.
quod ſecundo allega. quod certi ſunt caſus,
&c. quia illi caſus firmant regulam in per-
petuis vicarijs, & qui ſuo iure agunt, & quan
do ius habent in re, ſecus in temporalibus,
qui omnia agunt nomine alterius, qui poſ-
ſunt conſtituere vicarium, ita ſentit Hoſtien.
in ſumm. de off. vicar. §. in quibus, vbi ſoluit
iſtam contrarietatem. Ad decret. licet ca-
non; reſpondetur, quod illa loquitur in ſim-
d. plici parochiali,[d] non collegiata, vel è con-
tra, & ita etiam poteſt intelligi. §. qui vero,
quia quo ad validitatem compoſitionis vica-
rij illa iura nihil diſponunt, ſed quo ad hoc
vt conſtituentes excuſentur a non reſidentia,
bene dicunt quod deſeruire debent per ſe, &
non ſufficit quod per vicarium deſeruiant.
Valebit ergo conſtitutio, ſed ipſi non excu-
ſabuntur a reſidentia, nam poteſt prælatus
committere curam agibilium. 89. diſtinctio.
ſingula. & capitu. nolumus, & capit. diaconi.
Hæc autem non ſunt contraria reſidere, & ha
bere vicarium, poteſt ergo reſidendo habere
e vicarium.[e] not. Hoſtien. de offic. vicar. §. in
quibus, plus dicit quod abſentans ſe ſine cau
ſa plus peccat, & magis aggrauatur abſentia
ſi non facit vicarium, quam ſi faciat, qui pri-
mo caſu vacuam, & indefenſam relinquit ec
cleſiam, ſecundo cum ſuffragio vicarij relin-
quitur Eccleſia, & licet abſentia non excuſet
abſentem, facit tamen iuſtam conſtitutionem
9 vicarij. Differentiam † autem inter ſimpli-
cem parochialem, & collegiatam adhuc o-
ſtendit, quia aliter ſumitur reſidentia in ſim-
plici, & aliter in collegiata. Nam in ſim-
plici non eſt niſi vnus rector, in collegiata
plures. Strictius ergo ſumitur reſidentia in
non collegiata: vt not. Ioan. Andr. poſt Inno-
cen. de cler. non reſiden. ex parte, ſic largius
ſumitur in habentibus diuerſa beneficia, quã
in habentibus vnicum tantum. Item recto-
res collegiatarum Eccleſiarum non arctan-
tur ad ſacros ordines ergo, &c. licet, & decr.
extirpandæ, quæ dicunt quod debent per ſe
deſeruire in ordine quem requirat Eccleſia,
non poſſunt intelligi in talibus, qui ad ſacros
non arctantur, ſed de ſimplici parochiali, cu-
10 ius rector arctatur ad ſacros ordines. † Ex
hoc etiam ſequitur quod tales pręlati poſsũt
conſtituere vicarios, ad hoc gl. ordin. in clem.
prima, de priuil. in ver. parochiales, quæ di-
11 cit quod † rector eccleſiæ collegiatæ poteſt,
licet non ſit presbiter dare licentiam alieno
presbi-



presbitero miniſtrandi ſacra ſuo parochia-
no, ergo fortius committere ſecundum Lapũ
f de Caſtil. concludi[f] poteſt ex præmiſſis, ſi
quis vult conſtituere vicarium perpetuum,
12 non poteſt, niſi in caſibus. † Si vult conſtitue
re vicarium temporalem, ſi quo ad aliquem
articulum in iudicando, viſitando, vel com-
mittendo poteſt. Si vniuerſaliter velit ipſum
vicarium. Si quo ad iuriſdictionalia, vel alia
quæ non tangunt ordinem, poteſt, ſi quo ad
tangentia ordinem, ſi eſt rector Eccleſiæ non
curatæ. Si quæritur, an poſſit quo ad hoc, vt
excuſetur a reſidentia, non poteſt. Si quo ad
validitatem conſtitutionis vicarij. Si eccleſia
eſt collegiata poteſt. Si eccleſia non eſt colle-
giata, adhuc poteſt, ſed non excuſatur per
hoc a reſidentia, licet abſentia in tantum non
grauetur ſecundum Ant. de Butr.

## Addit. Quint. Mandoſij.

a ¶ In hac.] *Alleg. hanc in partem affir-
matiuam in qua Lap. reſidet, ſequuntur, &
comprobant Ant. de Butr. conſ. tertio, poſt
numerum 3. Mil. in ſuo Repertor. in ver.
Vicarius temporalis, & conductitius, Frã.
in capitulo primo, nu. 4. de offic. vic. lib. 6.
Pãui. de offic. & pote. capi. ſe. vacan. nona,
quæſt. 2. par. princ. ante numerum 34. &
Pariſ. conſil. 50. D. Iacobus, num. 6. & ſeq.
volum. 4.*

b ¶ Vica.] *Rota contra 149. no. quod in an-
tiq. & nominatim Ludou. Roma. conſ. 356.
circa primum, poſt num. 6. qui Rotam ſub
alio numero citat. Verum pro conſuetudi-
ne facit quod ſic etiam dicimus cõſuetudi-
nem dare iuriſdictionem, cap. cum contin-
gat, de foro compet. capitu. 1. verſ. niſi am-
plius ei. de præben. libro 6. & ad alia quæ
adduco in 4. quæſtio. Regu. Quod commiſ.
cau. nu. 19. Poſſet diſtingui ex mente Phi.
Franc. in c. cum ex eo, in 4. not. de electio.
lib. 6. quod aut loquimur in conſtitutione
vicarij ad longum tempus, & procedat opi
nio Rotæ, & Roma. tam circa ius, quam cir
ca conſuetudinem. Aut deputatio vicarij
eſt ad modicum tempus, & procedat opin.
Lapi, & ipſe Phil. Fran. Lapum hic ſequi-
tur, unde uidetur ſupponere ꝙ Lap. intelli-
gat circa modicum tempus, & ſic eius opi.
tam de iure, quam conſuetudine ꝓcederet.*

c ¶ Authoritate epiſcopi.] *De iure ciuili
eccleſiæ inferiores cõſtituunt œconomum,
ſindicum, ſeu procuratorem cum conſenſu
epiſcopi, auth. ſed hodie, cum gl. in uer. œco
nomus, & l. omnes, §. hoc nihilominus, iun.
gl. in ver. a ſacerdote, C. de epiſ. & cler. De
iure vero canonico quo ad validitatem con
ſtitutionis procuratoris eccleſiæ inferioris
non requiritur conſenſus epiſcopi. Franc. in
c. præſenti, ante nu. 5. de off. ord. lib. 6. fallit
niſi ſimus in cauſis arduis, ut per Rom. ſin-
gu. 761. an eccleſiæ. Videatur Abb. in ca.
edoceri, ad fi. uerſ. Itẽ dicunt, & ibi Addit.
citare uoluit hanc Alleg. de reſcr. & idẽ
Abb. in alle. hic c. Imperatorum, col. 2. poſt
nu. 7. ubi diſtinguit, aut conſtituitur procu
rator, ſeu ſindicus ad certam cauſam, & au
thoritas ſuperioris non requiratur, ex quo
de modico præiudicio tractatur. Aut con-
ceditur generalis adminiſtratio totius ec-
cleſiæ, & tunc epiſcopi authoritas requira
tur. Imò plus uoluit Gem. in c. ut animarũ,
de conſt. in prin. per illum tex. quod præla
ti inferiores ab epiſcopis ſtatuere poſſint
inter perſonas ſubditas, lib. 6.*

d ¶ Parochiali.] *Illud, c. licet canon eſt pœ-
nale, & non extendendum, & ſolum proce-
dit in eccleſia parochiali, nõ autem in alijs
eccleſiis, & beneficijs non curatis. Rot. 107.
no. quod ubi. & 519. no. quod tenẽs, in anti.
Staph. ſuper ſigna. in 4. prin. uacationis mo
do, uer. ſed pro maiori præmiſſorum de-
claratione.*

e ¶ Habere vicarium.] *Curę exercitium
apud plures eſſe poteſt. Oldr. conſ. 67. quæ-
ſtio talis. Caſſa. Dec. 11. poſt nu. 3. de præb.
ubi Lap. hic, & alios ad id, & alia huc per-
tinentia citat. Et hunc ſequitur Phil. Fran.
in cap. ſtatutum, verſus finem. de electio.
lib. 6.*

f ¶ Concludit.] *Concluſio eſt hęc, ſeu epi-
logus, Pro hit repetitis, & pro hac Alle.*

*videatur etiam Ant.de Butr. conſil.51.*
*in facto,nu.3. cum pluribus ſeq. ubi etiam*
*comprobat hanc Alleg. licet eam ſub alio*
*numero citet, & Pariſ. conſ.50.ſacriſta ra-*
*tione, numero ſexto. & ſequenti uolumi-*
*ne 4.*

### SVMMARIVM.

1 *Electio per talia uerba,eligo talem ad beneficium talis,an ſit ualida.*
2 *Cautela ſeruanda in electionibus & collationibus,num.2.& 7.*
3 *Appellatio collatio & electio, licet incerta,quando admittatur.*
4 *Electionum formę incertę diuerſimode conſiderantur.*
5 *Vacationis modum non eſt de ſubſtantia exprimere in electionibus.*
6 *Quia in decreto electionis.*

## ALLEGATIO VI.

1 IN †hac diſputat,an valeat hæc ele
ctio.Eligo talem ad beneficium va
cans morte talis, vel alio modo
quocunque, & dubium facit de-
cre.2.de elect.libro ſexto,quæ parificat iſtam
electionem,collationem, & acceptationem.
Et ſicut alternatiua,conditionalis, & incerta
non valet electio,ſic nec collatio,vel accepta
tio,& vbi valet una,& reliqua,& hoc ex iden
titate rationis.De collatione patet,not. gloſſ.
ord.ſuper ver.incerta in dicta decre.2. Et di-
cit Innocent. quo ad acceptationem in dicta
decre.ſecunda, & dicit Cald. quod eſt caſus
de præben.cum non ignores. Plus dicit Inno
cent.in d.decre.2.quod ſi electus conditiona-
liter acceptet,& conſentiant eligentes, eorũ
vota efficiuntur incerta,quæ a principio fue-
runt certa,& procedit aduerſus eos dicta de-
2 cret.2.In collatione autem valet† ſi dicat con
fero ſi uacat per mortem Sempronij,vel alio
quouis modo.Imò pro cautela datur a Doct.
de conceſ.præben.ex parte cyſter. & de reſcr.
a ſuſceptum,lib.6.ubi gl.[a] Ioan.And.& Lapus
Abbas,& Ioan.Cal.in quæſtione,quæ incipit
Papa conceſſit.Ad hoc quod ſcribit in decre.
1.de poſtul.prælat.lib.6.Ioan. Andr.quia ad-
mittitur talis forma.Eligo,vel poſtulo,prout
melius valeat de iure,& valet collatio confe-
ro tibi talem præbendam, vel beneficium ſi
b vacat,[b] ad hoc, l.eas, de condit. & de. cum
gloſſ.ſua, ad hoc quod ſcribit Ioann. Andr.
de præben.ſi tibi,libro ſexto, Melius. gloſſ.in
capitulo ſecundo,de elect. lib. ſexto bene ta-
men facit dictum Ioan.Andr.hic allegatum,
quod fuit Ioann.Mo. dicentis quod collatio
c beneficij [c] facta per executorem ignorantem
vacationem, etiam impetranti ignoranti va-
cationem valet,dum tamen in veritate uacet,
3 cuius dictum tenent etiam domini de † Rot.
d concluſione 171.in antiq.[d] Item in accepta-
tionibus collationum,& electionum admit-
tatur talis ſi mihi debetur, & hoc in commu-
ni uſu,adhoc quod not.de appell.dilecto per
Innocen.& Ioan.And.Non obſt.prędicta de-
cret.2. quia annullat uota iuncta quæ reddũt
reſpectu ſubſtantiæ electionis, vel perſonæ
eligendæ incertitudinem. Non inficiatur ſe-
cunda perſona ex illa exiſtente electione cer-
ta,licet alia cadat extrinſeca incertitudo, vt
4 eſt videre in formis prædictis. † Nam ſi dico
eligo Titium, vel Sempronium, prima non
eſt certa. Vel ſi dico eligo ſi ſit Doctor, eſt
incerta perſona,& dubia, quæ requirit cauſę
cognitionem.Si dico eligo ſi debeo eſt incer-
titudo iuris. Et ſi eligo illum in quo maior
e pars.[e] conſenſerit,& in ſimilibus. Sed cum
dico eligo,vel poſtulo, prout melius de iure
valet,tunc perſona certa,& electio eſt certa.
f Vel dico accepto ſi mihi [f] debetur de iure,
perſona eſt certa,& electio, quamuis ad cau-
telam,vel propter dubium adijciam poſtulo,
g vt melius [g] de iure valeat, vel ſi dico accepto
ſi mihi de iure debetur, de iure adiicitur ad
cautelam,& ſubintelligitur etiam ſi non fuiſ-
ſet appoſitũ,ita dicimus in ſimili. ſunt enim
quędam clauſulę quę nõ mutant iuriſdictio-
nem iud.ſed inſtruunt, & ideo ſi fiat contra,
bene tenet proceſſus,vt ſi dicatur procedas iu
ſtitia mediante, & tamen ſi contra ius litiga-
h toris [h] proceſſit, proceſſus ualet mero iure.
Nõ obſt.quod forma mandati ſit exacta dili-
gentia obſeruanda, ad hoc quod not. Ioann.
And.de procur.ex inſinuatione,& de reſcrip.
cauſam,de præſumptio. capitulo finali, cle-
ment.prima,de offic.& poteſt iudic. delegat.
& Innocent.de offic.delegat.prudentiam, li-
cet in contrarium faciat quod. ſcribit Bartol.
in §. arbitrorum, & quod nota.in l. qua-
les,de arbit.De hoc dic, vt dixi de iureiuran.
Quin-



Quintaual.Ant.de Butr. In hac ergo electio-
ne eligo talem ad tale beneficiũ vacans mor
te talis,vel alio quouis modo, non eſt perſo-
næ,vel electionis incertudo. Nam de vaca-
tione nulla ponitur hæſitatio, quamquam de
modo vacandi. nam talis præciſe vult elige-
re,& exprimit vacationem putatiuam,ſed quia
poſſunt multæ occultæ eſſe, ut in renuncia-
tione expreſſa,vel tacita priuatione occultæ
ſententiæ,vel defectu, quæ quandoque non
ſunt notæ,ideo ad cautelam,& ad hoc, vt ta-
les modi comprehēdantur adijcitur(vel alio
i modo)[i] & hac cauſa toleratur,eligo, vel po-
ſtulo,quæ tñ plus habent incertitudinis, cum
poſtulatio, & electio habeant diuerſos effe-
ctus,& diuerſas vias,& modos procedendi,
vt patet de poſtulat.prel. per totum, ad hoc
facit, quia de ſubſtantia non eſt exprimere
modos uacationis,nam non eſt neceſſe quod per
Papam notetur perſona, ex cuius facto, vel
commiſſo dicatur beneficium vacare. nam ſi-
K ne [k] expreſſione certi modi poteſt dicere pa-
pa quoquomodo vacans tibi confero,vel cõ-
ferri mando.& tunc etiam ſi ſine alicuius fa-
cto perſonę vacaret,puta quia ante datam fo
ret creatus,valeret collatio, vt in cle. literas,
de reſcrip.facit quod not.Cald.in quęſtione,
6 quę incipit papa contulit. † An autem in de-
creto electionis ſit neceſſe exprimere modũ
vacationis,ſcribit Ioann.Andr.de renun.poſt
tranſlationem. Item ſi foret dictum eligo te
ad beneficium tale vacans nullo modo uaca-
l tionis expreſſo,valeret electio, [l] & tamen eſt
magis incertum,quam exprimere uacationē,
7 non †certificatam cum certo modo,& ad cau
telam adiuncto (vel alio modo) quia ſic nec
perſona,nec uacatio eſt incerta, & ſi aliqua
ſubeſt incertitudo illa eſt circa modum vaca-
m tionis, [m] nec eſt de ſubſtantia electionis &
ideo non vitiatur electio. Ad hoc ſimiliter quod
ſi a ſententia diffinitiua appelletur nulla cau-
ſa expreſſa,& ex quacunque cauſa poſſem il-
lam iuſtificare, ſi tamen in appellatione ali-
qua cauſa exprimatur, non obſt. quin alias
cauſas poſſim proſequi, quia expreſſio illius
cauſę quæ non erat de ſubſtantia, non habet
vitiare appellationem,vel alias cauſas aufer-
n re [n] ſic in propoſito in electione ad beneficiũ
non eſt neceſſaria expreſſio, ergo & modorũ
vocationis quantuncunque ſub alternatione
non uitiat electionis actum ſecundum La-
pum.

### Addit.Quint.Mandoſij.

a ¶Vbi gloſ.] *In ver.expreſſe.Et Lap.citat*
*& ſequitur Pariſ.conſil.90. pro reſolutio-*
*ne,numero 10.libro 3.& Rebuff.ſuper con*
*cord.in For.Mand.Apo.in gloſ.innodatus,*
*verſic. Intelligo prædicta quando incerti-*
*tudo.*
b ¶Si vacat.] *Idem voluit Abb.in capitu.*
*ſignificaſti,num.5. verſ. vbi diſcutitur de*
*elect.& Io.And.in cap.ſi tibi abſenti. nu-*
*mero 3. verſiculo ſecus in collatione, de*
*præben.libro 6.Bald.in l.hæc ſententia, in*
*prima lect. verſus fin. verſ. Quæro quid ſi*
*executor.C.de ſentent. quæ ſine cer. quan.*
*Fely.in cap.cum contingat, numero 17. in*
*ſexta concluſ.de off.deleg.D. meus Philip.*
*Dec.in l.actus legitimi,num.12.verſic.Et*
*ideo valet collatio beneficij facta ſub con-*
*ditione ſi vacat.& c.ff. de reg.iur. Et Lap.*
*hic ſequitur,& ad eum ſe remittit Ioann.*
*Paui.in tract.de off.& pote.capi.ſe.vacan.*
*in 7.& vlt.prælu.num.18.Ioan. Firma.in*
*ſuo repert. in ver. beneficium conferri po-*
*teſt ſub conditione ſi uacat. Rebuff. ſuper*
*concor.in forma mand. Apo. in dicta gloſ.*
*in ver.innodatus, verſiculo Intellige præ-*
*dicta.*
c ¶Collatio.] *Licet vacatio ignoretur col-*
*latio ſubſiſtit,prout probaui in prima quę-*
*ſtione.Regu.de Veriſi. numero ſecundo.Et*
*Lap.ſequuntur Gemin.in capit.2.num.10.*
*de electio.libro ſexto,Philip.Franc.in capi*
*tul.ſi tibi abſenti,columna quarta, verſicu*
*lo ſed contrarium, qui hanc Alleg. cita-*
*re voluit,de præben.eodem libro ſexto, &*
*Rip. in capitulo ex parte, ad finem, de*
*reſcript.*
d ¶In anti.] *Alius a Lapo, puta Anto. de*
*Butr.vel Domin de S. Gemin. vel quis is*
*fuerit hanc Rotę Dec.citauit,non autem ip*
*ſe Lap.vt exiſtimo,qui in toto hoc volumi*
*ne nunquam de aliqua Rotę Dec.mentionē*
*facit. Aliqui libri nõ habēt in anti. Vt cun*
*que ſit,Dec.illa ſat ad rē facit,quod incipit no.*

*quod vbi executor. Phil. Franc. in cap. ſuſceptum, ante numerum 11. de reſcript. libro 6. ſequens Lap. hic dicit eum allegare Dec. Rotæ 166. incipien. item ſi duo, & Rip. reſpon. 16. numero 2. de legibus, lib. 1. ſequens Lap. hic, notata ſub alio numero citat.*

e ¶ Maior pars.] *Quæ etiam dicitur incerta, & ſic inualida, argum. tex. in l. 2. ff. de procur. prout etiam in terminis concludunt Inno. in c. cum in iure, num. 3. verſ. ſed quid ſi diceret, de elect. & Paul. Caſtren. in alle. l. 2. quam legit cum l. 1. nu. 16. verſ. ex l. 2. ff. de procur.*

f ¶ Si mihi.] *Vide Gemin. in c. 2. num. 7. de elect. lib. 6.*

g ¶ Vt melius.] *Hæc, vel ſimilis clauſula operatur etiam, vt actus cenſeatur factus eo modo, quo validè fieri potuiſſet. Bald. in l. quoties, poſt num. 3. C. de hære. inſti. Alex. in l. nam. quod, §. non omnis, colum. 1. in ſecunda fallent. ff. ad trebel. Iaſ. in authen. nouiſſima, colum. 6. C. de inoff. teſt. Et eſt communis Cur. Iun. conſilio 73. poſt numerum 22.*

h ¶ Litigatoris.] *Sententia contra ius litigatoris valet, iuxta tex. in l. 1. ff. quæ ſent. ſine appell. & l. 2. C. quan. prouo. non eſt neceſ. iun. gloſ. in fine capitul. cum interp. verſus fi. de re iud. glo. in clem. vni. in ver. finiri, ver. dicit quod tenet, quia contra ius litigatoris. de in integ. reſtit. quam gl. pro ſingul. adducit Roman. ſingu. 112 ex quo ſcimus, per quam gl. dicit limitari poſſe l. præſes, ff. de re iudic. & dictum capitu. cum interp.*

i ¶ Vel alio modo.] *Vno modo expreſſo ille tantum veniret. Hac tamen clauſula addita uenit omnis modus, prout utrunque probo, in 17. quæſt. Reg. de Infir. numero 3. & 4.*

K ¶ Sine.] *Quando Papa confert, vel conferri mãdat nullo vacationis modo expreſſo, vacatio omnem vacationis modum comprehendit, c. ex parte 1. de off. deleg. glo. in c. ſi propter, in ver. vacabunt, de reſcrip. libro 6. & per Fran. & Fely. quos adduco in alleg. 17. q. Reg. de infirm. num. 20. Vide et quæ ſcripſi in 7. q. Reg de Veriſi. num. 21.*

l ¶ Electio.] *Idem Gem. in c. ſuſceptum, poſt nu. 7. de reſcrip. lib. 6. & in c. 2. poſt num. 7. ver. & ad idem allegat. de electio. lib. 6. Et Lap. ſequitur Ioann. de Syl. de Benefic. parte 3. quæſt. 12. num. 21. in 15. quali. Staph. ſuper ſigna. de uarijs modis vacatio. verſ. ſecundo præmitto, ac Sygiſmun. Loſr. conſil. 45. magnificus. num. 24.*

m ¶ Modum.] *Cum aſſeritur beneficium vacare per obitum, ſiue alio quouis modo, eadem incertitudo conſiderari poterit, circa perſonam, ſi dicatur ex perſona Titij, & cuiuſuis perſona, pro qua clauſula. Ex cuiuſcunque perſona, videantur quę ſcripſi, 17. q. Reg. de infirm. num. 5.*

n ¶ Aſſertur.] *Et ſi expreſſio cauſæ fuit ſuperflua, vel impertinens actum non vitiabit, ſed pro non appoſita haberi poterit, argum. tex. in l. quę extrinſecus, & in l. ſi mihi, 1. reſpon. ff. de verborum obligationi. in l. ſi is qui Stichum, & ibi gl. 1. ff. de acceptila, l. pediculis. §. Labeo, ff. de aur. & argen. leg. Et hoc dictum Lapi ſequitur Fran. c. 1. §. poſt hęc, poſt num. 10. de app. lib. 6.*

*SVMMARIVM.*

1 *Literæ Papę recõmendantes iudici ſeculari aliquem plebanum, an probent illum plebanum.*

2 *Literis narratiuis, quando ſit eis credendũ, & quomodo per eas probetur ius alicuius.*

3 *Verba aſſertiua, & narratiua differunt num. 3. 7.*

4 *Papa conferens beneficium, quod narret vacare per obitum alicuius in curia, an fidem faciat de morte illius, & de loco mortis.*

5 *Literę Papæ in quibus confertur alicui beneficium, ut clerico, an coram iudice ſeculari probent illum clericum.*

culari



6 *Papa narrans in reſcripto ſibi a Titio fuiſſe aliquid ſignificatum, & ſibi dat iudicẽ, nunquid per reſcripti pręſentationem probetur Titium fuiſſe in curia.*

8 *Confirmatio Papę in forma communi, an tribuat plus iuris, quam ante.*

9 *Motus proprius papę, quid operetur, & quam vim habeat.*

## ALLEGATIO VII.

1 DIſceptat, † an literæ quibus Papa recomendat iudici ſeculari quendam plebanum, a [a] talis plebis, litigantem ſuper occupatione bonorum plebaniæ, probent illum eſſe plebanum, ſi opponatur, quòd agere non poteſt, quaſi non plebanus. Alleg. primo quod ſic, quia non eſt hoc alteri præiudiciale, quo caſu ſemiplena, & vnius teſtis ſufficit probatio. de ſentent. excommunicat. capit. ſi uerò, vbi hoc not. & capitulo ſicut, & quia talibus literis in non præiudicialibus creditur. vt. 87. diſtinct. nobiliſſimus. Non enim hic agitur de tit. plebis, ſed de poſſeſſionibus plebis.

2 ad hoc clem. 1. de prob. † quia in narratis de facto ſuo creditur, & plena dicitur probatio. in narratis de facto alieno creditur, donec probetur contrarium, ex quo ſuper his emanant aſſertio, vel narratio ſuper quibus Papa fundat intentum. Adhoc quod ibi ſcribit. Paul.

b vbi [b] dixit literis credi non ſolum in eo qđ dicit ſe feciſſe, ſed in eo quod dicit ab alio coram ſe factum eſſe: & dicit ꝙ ſi narrat per talẽ factam renunciationem beneficij coram ſe ꝑ procuratorem, ꝙ per tales literas, quibus alteri confert probatur renunciatio: poterit tamen indirectè cõtra probari, probãdo ipſum reuocatum eſſe, & renunciationem ad eũ deueniſſe, adhoc de reſcrip. nonnulli. in pe. glo. quæ gl. facit ad propoſitum, ubi dicit, ꝙ ſi Papa dicit ad petitionem talis procu. tales literas, &c. ꝙ probatur procu. Io. And. diſtinguit

3 inter verba † aſſertiua, & narratiua, ꝑ text. de priuil. ſi Papa, lib. 6. & per cle. ſi ſummus, de ſent. excom. Et verũ dicit, quia illa verba ibi ſunt prolata ſuper quibus nõ fundatur intentio, & ſic loquitur dec. ſi Papa, vnde Paul. in

4 cle. literas, de probatio. dicit ꝙ † ſi Papa conferat beneficiũ, quod vacare narrat per obitum Sempronij in curia, ꝙ fidem facit, tam de morte, quã de mortis loco, licet poſſit probare contrarium, eodem modo probabit in propoſito papalis narratio, & plebanus corã eo talia exponit, & quia veriſimile eſt, quod examinauit, vel quod examinari fecit ad cuius petitionem ſcribit, an fuit plebanus; an non, quia iura ſcit, & ad petitionem ignoti, nihil mandari debet. ad hoc quod ſcribit Io. And. in mercuria. ſuper regula non licet, de re. iur. lib. 6. in ſolutione quæſtionis, vbi di-

5 cit, † quod accuſatus [c] coram iudice ſeculari

c probat ſe clericum producendo literã, in qua Papa confert ſibi beneficium tanquam clerico, ad hoc inducit tria, præſumptionem literæ autenticæ, fauorem clericalis ordinis in nullum, vel modicum præiudicium. ad quæ inducit literas papales per multas vias tranſire, eſt pro illis ergo pręſumendum, quia præſumitur quod Papa illũ examinauit, vel examinari fecit ſibi beneficium conferendo, cum alijs hoc faciendum præcipiat. 24. diſtin. quoniam epiſcopus, de elect. nihil adducit, quia ſufficiunt argumenta, vbi non fit præiudiciũ, de cler. pereg. c. 2. & de proc. ex inſinuatione, 25. q. 2. de reſcripta. ad hoc de teſti. cum a nobis, ad fin. cum ſua gl. vt per Ioa. Andr. ad hoc gl. ord. de renunc. c. 1. lib. 6. & hoc ſentit Fed.

6 de † Sen. in opere ſuo: [d] c. 12. In quo dicit, ꝙ

d ſi Papa narrat in reſcripto quod Titius ſibi aliquid ſignificauit, & dat ſibi iudicem. Poſtea præſentato reſcripto ſi negatur Titium in Curia fuiſſe, dicit quod literæ probant eum fuiſſe in curia, nec admittitur probatio in cõtrarium per dictam clem. literas, & quia Papa narrat factum proprium, & hoc idem ſentit Zen. & Guil. in d. clem. literas. In contrarium cle. ſi ſummus, de ſent. excommu. vbi dicitur ꝙ ſi alicui ſcribat ſub noĩe dignitatis ipſum approbare non vĩ, nec aliquid noui iuris tribuere, ſed dic ꝙ d. clem. loquitur de ſimplici noĩatione facta ꝑ Papã noĩando, ſiue narrando, non aſſerendo, nec ſe ſuper tali dignitate fundando, vt ſi ſcribat epiſcopo Florẽtino ſe aliquid feciſſe pñte Archidiacono Piſano, &

e primicerio Mediolanen. nõ per hoc [e] probat illum Archidiaconũ, uel primicerium, quem admodum etiam ſi ſcribat epiſcopo Florentino, narrando ꝙ mittat ad eum executorem Piſanum diaconum Peruſ. &c. Sed qñ Papa principaliter narrat ad inſinuandum ſuã intentionem, puta qñ narrat ꝙ vult tali pleba-

no reſtituatur talis res dictæ plebis, tunc talis h
narratio, & nominatio eſt facta principaliter
ſuper hoc, vt ſibi tanquam plebano fiat aliqd i
quod non niſi plebano fieri debet, & hoc ſen
tit Zen. in d. cle. literis, in prin. Idem Pau. Itē
d. cle. dicit ꝙ non intendit ius nouũ tribuere,
& hoc eſt planum. Nam literæ non facient ip
ſum plebanum, ſed bene præſumēt ipſum ple
banum, & quo ad intentum tantũ de quo ſcri
bit Papa. Nam ſi in alia cauſa reuocaretur in
dubium, an eſſet plebanus, nõ probaretur. Itē
f ſi reuocaretur principaliter in dubium, [f] an
eſſet plebanus, literæ eum non præſumerent,
vel probarent plebanum, quia res inter alios
acta, &c. tum quia literæ ſunt confectæ ſuper
alia re ſm Lapum. Ad hoc caſus de præſump.
illud, iuncta, l. optimam, de contrah. & cõmit.
ſtip. C. & dixi in d. c. illud, & facit ꝙ ibi not.
7 Inno. Ant. de Butr. Adducit † ſimile quia per
g confirmationem [g] in forma cõi a Papa tribui
tur plus iuris quam ante, & tñ eſt maioris au
thoritatis, & pręſumptionis, quia inferior nõ
poſſet de illa cognoſcere, quia tñ modo pote
rit, ut not. in tit. de confir. uti. uel inutil. & Io.
And. de elect. c. cum monaſterium, in uer. con
firmatione. Iſta ergo ſtãt ſimul ꝙ non tribuãt
ius de nouo, & ꝙ pręſumitur de iure antiquo
donec conſtat de contrario; aliàs omnes dicti
Doct. erraſſent. Dñs tñ Lapus Abbas. ſuper d.
clem. ſi ſummus, dixit, ꝙ talis noĩatio ẽt quo
ad præſumptionem non facit fidẽ, nec tribuit
ius, neque quo ad proprietatem, nec quo ad
poſſeſſionem, ſed dicit allegans ꝙ ſi intellexe
rit de aſſertiua, vel ſuper qua fundat Papa in-
tentionem, malè dicit, & ꝯ prædictos Doct.
ſed puto ꝙ intellexit de ſimplici narratiua.
In alio ẽt male dicit, prout dixit, ſecus in alio
inferiori, quo ad ius, & quo ad proprietatẽ,
& ius, quia non eſt verum, niſi quo ad præiu-
dicium nominantis, & ita probant iura ꝑ eũ
inducta, dixit enim in d. clem. literas, ꝙ forte
ſatis probabiliter dici poſſet, ꝙ ſi Papa ſuper
his in quibus fundat intentionem, & de facto
alieno narrat, non de facto proprio, vel præ-
deceſſorum, ſi hoc faciat motu proprio, talis
nominatio probat, ſed poſſet probari in con-
trarium, ſi vero ad petitionem aduerſarij, fa-
cit fidem, nec transfert onus probandi in ad-
uerſarium, alle. de præb. ſi motu proprio, li. 6.
Sed locutus eſt ſub dubio fortè, aliàs .n. plu-
res gl. ord. eſſent ſublatæ, & maximè gl. in d.
8 c. nonnulli, † de reſcrip. & cle. literas, & ꝙ ibi
h doc. ſcripſerunt, eo quia motus proprius [h] Pa-
pæ non probat, non inducit diſpenſationem,
i non tollit defectum perſonæ, [i] ſed ſolius ſur-
reptionis, ut d. c. ſi motu proprio, imò opera-
tur etiam aliud, quia facit gratiam extendere
ad id quod aliàs non comprehenderet per re
ſcriptum ſine ipſo, vt eſt caſus in c. ſi plurib.
de præben. lib. 6. Item magis præſumitur Pa-
pa inſtructus ſuper his quę narrat motu pro-
prio, quam ſi faceret ſuper ſubſtantia narrata
per aliũ, cũ primo caſu, quaſi videat̃ narrare
in facto ſuper quo eſt certificatus, ſi uero ſu-
per facto ab alio narrato, non tamen ita per
ſe certificato, ad hoc quod no. gl. in d. cle. lite-
ras. Dominicus de Sancto Gemi. Vnde in qõ.
noſtra ſiue ſcribat motu proprio, ſiue aliter
non eſt magna uis. Sic enim poteſt in facto a-
lieno proprio motu narrando errare, ſicut ſi
ad alterius inſtantiam. Vnde in eccleſia nume
rata ſi non facit de numero mentionẽ, & ſcri-
bit proprio motu, licet non poſſet opponi de
ſurreptione poteſt opponi de defectu inten-
tionis, ut ibi no. & dicit Io. And. quod cautus
debet eſſe aduocatus in modo opponendi ſe-
cundum Lapum.

## Addi. Quint. Mandoſij.

a ¶ Diſceptat.] *Alleg. hæc eſt magni pon-
deris, & in die allegari conſueuit ad hoc,
videlicet, An, & quando narratiuæ Pa-
pæ ſtandum ſit, & clem. literis de proba-
tionibus locus ſit? Vide etiam infra alleg.*
121. *quantum ad nunciationem, numero
quinto, uerſiculo item differentia eſt, &
Alleg.* 122. *quæ incipit clem. ſi ſummus,
vbi declarat plures text. diſtinguens, ut
ibi. Ad hanc alleg. ſe remittit Mil. in re-
pert. in uer. Verba narratiua Papæ in lite-
ris ſuis. Videtur autem hoc modo diſtin-
guendum eſſe, aut narratio eſt ſuper facto
ipſius papæ, aut ſuper alieno, primo caſu
narratiuæ Papæ ſtetur, ſecundo uero mi-
nimè, prout colligitur ex uerbis dictæ cle
ment. ibi, feciſſe narramus, ubi etiam
gloß. & Imol. columna ſecunda, ſuper di-
cta gloſſ. in uer. feciſſe, & Cardinal. ibidem
quæſtione octaua, & decima. Idem Cardin.
conſilio* 128. *prima quæſt. num. ſecundo,
Oldr.*



*Oldra. conſ. 258. incipien. Innoc. num. 1. in-
fra alleg. 67. num. 10. glo. in c. ſi Papa, in
ver. aſſerat de priuil. lib. 6. Rom. conſ. 180.
ſi admittimus, poſt nu. 3. verſi. Tertio, quia
verba Papæ narratiua, Cald. conſ. 2. ver-
ſus ſi. Vbi quòd ad hoc, vt aſſertioni Papæ
ſtetur requiruntur duo, videlicet, vt aßer-
tio huiuſmodi, ſeu narratio ipſius narrantis
factum reſpiciat. Secũdo quòd ſuper eo fun
detur intentio ipſius aſſerentis, vel narran-
tis, ſub titu. de priuile. Sozzi. conſ 266. in
cauſa. num. 27. lib. 2. Ruyn. conſ. 227. quia
Manfredus, qui ſequitur Lap. hic, col. 3.
verſ. in hoc ſtat differentia, lib. 1. Amplio,
vt non ſolum credatur narratiuæ Papæ ſu
per facto proprio, imò quòd nec etiam ad-
mittatur probatio in contrarium, vt per
Sozzi. præalleg. conſ. 261. num. 27 & ante
num. 28. verſic. ſed in hoc eſt differentia.
et per Pariſ. conſ. 17. de bono. nu. 17. vol. 4.
Amplio ſecundo & ſi narret, aut enunciet
geſta coram eo, ſeu facta a ſe, ante Papatũ,
c. ad Apoſtolicæ, iun. glo. in ver. promiſiſ-
ſent. de re iudi. lib. 6. Roman. ſing. 126. ſan-
ctiſſimus. Idem voluit Fely. in c. cum à no-
bis, in 2. not. de teſti. & D. meus Phil. Dec.
conſ. 463. in cauſa. num. 26. Tertio amplio
ad narratiuam ſuper facto prædeceßoris,
vt ſi Papa narret aliquid factum à præde-
ceßore, Imol. in alleg. clem. vni. de probat.
colum. penult. verſ. idem per omnia dicit,
Laud. idem etiam voluit Cardin. in quæſ. 9.
Alex. conſ. 15. viſis narratis. poſt num. 2.
volum. 5. ſequitur Ripa, reſpon. 1. libro 1.
num. 28. Pariſ. conſ. 99. Adriano. num. 3.
volum. 4 ſequens Lap. hic Amplio quar-
to ad narratiuam Imperatoris, & ſic ꝙ di-
cta clem. vni. procedat etiam in Imperato-
re, & an verbis narratiuis Imperatoris ſta
ri debeat, Card. conſ. 128. in quæſt. num. 2.
verſ. Itẽ et principi non creditur ſuper qui-
buſcunq; narratis, ſed tantum ſuper ijs, &c.
Sozzi. conſ. 27. in præſenti, nu 4. lib. 3. Rui.
præalle. cõſ. 227. col. 3. verſ. et facit ad hoc,
lib. 1. Dec. conſ. 544. ſerenis. nu. 1. quod eſt
repetitum, nu. 606. Idem etiam voluit Rip.
dicto reſp. 1. lib. 1. nu. 28. loquens de narra-
tiua principis, & regis. in contrariũ tamen
videatur gl. in alle. cle. vni. de prob. quã ſe-
qui videtur Card. in alleg. conſ. 128. poſt
prin. ibi ſecus in alijs, &c. eandem opin. te-
nuit Gem. conſ. 96. pro huius, ante nu. 10. &
hæc opin. tutior videtur, Fel. in c. cum a no-
bis, in 3. not. de teſti. vbi ſubdit, quòd illa
clem. habet in ſe aliquid ſpeciale contra ius
diuinum, idem voluit Curt. iun. conſ. 61. ha-
bita, nu. 13. vbi plures idem tenentes citat.
Et nouiſſime idem concludit Aymo Craue.
conſ. 104. in cauſa, nu. 6. ego primam opin.
veriorem puto, pro qua videatur idẽ Ay-
mo de antiq. temp. par. 1. nu. 41. cũ ſeq. vbi
pro prima opi. concludit, reſpõdens ad alle.
in contrarium. Ex cuius etiam dictis quin-
ta ampliatio ſumi poteſt, vt dicta cle. nõ ſo-
lum procedat in Papa, & Imperatore, ſed
& in omni domino tẽporali nõ recognoſcen
te ſuperiorem. Limita, & reſtringe conclu-
ſionem huiuſmodi, ꝙ narratiuę Papæ ſuper
facto proprio ſtandum ſit, procedere tantũ,
vt credatur uerbis Papæ, quòd actum fece
rit prout narrat, ſed ꝙ actus aliàs ſit vali-
dus non per hoc præſumatur, & ſic narrato
proceſſu, ſententia, vel priuatione non præ-
ſumetur citatio pulchrè Gem. conſ. 53. Gre-
gorius, poſt nu. 14. uerſ. poteſt ſecundo. Limi
to ſecundò nõ procedere contra non ſubditũ
Alex. conſ. 11. nu. 14. vol. 7. Sozzi. cõſ. 27.
in præſenti, nu. 4. lib. 3. Aymo conſ. 104. in
cauſa, nu. 8. Limita tertio non procedere in
ijs, quæ non pendent à mera, & libera pote
ſtate Papæ, prout voluit Gem. præalle. con
ſil. 53. poſt nu. 14. verſ. vel tertio poßet di-
ci. Quantum verò ad illam cõcluſionem, ꝙ
non credatur narratiuę, ſeu verbis enuncia
tiuis Papæ, vel principis ſuper facto alieno
dico quod Doct. ſupra adducti illam opin.
firmant, & quòd hæc ſit magis communis
opin. voluit Bar. Sozzi. conſ. 20. ſæpè nume
ro, ante num. 13. verſ ſed magis communis
opin. ꝙ in facto tertij nullo modo credatur,
eſt*

eſt inter con.Cur.ſen.& quòd ſit Sozzi.ap-
paret ex ipſius ſubſcriptione. Præfatum
con.ſequitur, & cõprobat, Dominus meus,
conſil. 576. pro reſolutione, numero 13.
Idem voluit citãs Lap. hic Rebuff.in tract.
Nomina.q 1.nu.6.Infero nunc ex præmiſ-
ſis ad praxim Romanã, quòd narratiua Pa
pæ dicentis ſe talia beneficia reſeruaſſe, ſeu
aliquem fuiſſe collectorem, plenè probabit,
& non admittetur probatio in contrarium
per dictam Clemen. 1. & ibi Docto. & per
Card.in conſ.126.vacarunt, colum.penul.
nu.10.Gemin.conſ.79.ſuper primo,in prin.
Pau.Caſtr.conſ.339.iuxta antiquã impreſ.
quicquid dixerit Anch.conſ.398. præmit-
to.ad fi. Si verò papa narret aliquem fuiſ-
ſe ſubcollectorem, vnde inferatur benefi-
cia huius reſeruata eſſe, talis narratio, ſeu
aſſertio non probabit, quia tunc atteſtare-
tur de facto collectoris, & ſic non de facto
ſuo.ad ſupra adducta. Et idem dicendum
eſſet in narratiua, ſeu enunciatione partim
ſuper facto proprio, partim ſuper alieno, vt
partim probet, partim non, prout in termi-
nis decidit Card.alle.conſ.126.poſt nu.10.
verſ reſpondeo, quòd in eo, quòd dicit Papa
ſe reſeruaſſe, &c. Nouiſſimè autem R. Do-
mini de Rota in cauſa Barchionen. cano.in-
ter Sebaſtianum Tanafa, & Sebaſtianum
Gualterium coram Mohedano. 11. Febr.
1547.diſtinxerunt, et concluſerunt hoc mo
do. Quòd reſeruatio] ſufficienter probetur
per narrationem breuium in quibus Papa
appellat aliquem collectorem ad effectum
obtinendi abſolutoriam, ſecus vero pro ob-
tinenda adiudicatoria, adducebatur Dec.
Bellam. 342. quæ incipit ad effectum obti-
nẽdi, prout annotauit Card.Puteus Dec.10.
ſub tit.de præb. pro quibus videatur etiam
Dec.eiuſdem Bellam.290.incipit, & quòd
gl.& per Staphi.ſuper ſigna.fol.155.iux-
ta impreſ.antiquam, verſ. ex ijs etiam po-
teſt aſſumi ratio. Limito primo huiuſmodi
concluſionem, quòd ſuper facto alieno non
probet, niſi ſimus in narratiua, ſeu enũcia-
tiua facti alieni in antiquis, tunc enim pro-
bat.Gem.in c.ſi Papa, col.2.de priui. lib.6.
Alex.conſ.6.viſo themate, num.6.lib.1.et
conſ.15.viſis, poſt num.3.volum.5.Felyn.
in c.cum cauſam, num.5. de prob. D.meus,
conſ.146.& pro tenui, colum. penult. verſ.
quinto prædicta concluſ. Aymo.de antiq.
temp. par.1 poſt nu.4. verſ.quod procedit.
Limito ſecundo, niſi ſimus in gratia, ſeu re-
ſcripto motu proprio prout infra hac alleg.
verſus fin.Imol.in dicta Clem.literis, colu.
pen.poſt medium, verſic.hoc temperat Lap.
& hæc eſt communis opin. vt per Alexan.
conſ.112.viſa, poſt num.2.& ante num.6.
vbi quòd omnes in hoc concordant, vol.7.
Idem voluit Sozzi.conſ.266.in cauſa, poſt
num 27.verſ.& maximè, quia omnia fue-
rũt narrata, & cõceſſa motu proprio lib.2.
Curt.iun.conſ.61.habita.poſt nu.13.verſ.
præterea illud, vbi hanc dicit communem
opin. Limito tertio quo ad præſumptionem
iuris, & ſic concludo, quòd narratiua Papæ
de facto alieno inducat prę́ſumptionem iu-
ris, ita quod niſi contrarium probetur illi
ſtandum ſit, gl.in alleg.Clem.1.de prob. in
verſ.feciſſe, verſic.ſatis puto, & infra hac
alleg.verſus fi.Ita etiam diſtinguit, & fir-
mat Gem.conſ.15.reueren. num.8. verſic.
quia verba, Sozzi.conſ.87.viſis, num.19.
verſicu. quoniam pro aſſertione principis,
lib.3.Ruy conſ.227.quidam, colum.3.uerſ.
& facit, lib.1.& cõſ.103.viſo, poſt nu.12.
verſ.ſed immo ſufficere debent donec pro-
betur contrarium, volum.5. Alias limita-
tiones videre poteris per Docto. in alle.cle.
literis, & magis diſtinctè per Aym.in alle.
tract.de antiq.temp.par.1. nu.4. & ſeq.&
pro materia huius alle.videãtur, Nic.Mil.
in Reper. in ver. probationem faciunt ver-
ba aſſertiua Papæ, Aret.conſ.163.ſicut Io.
num.2.& ſeq.Fely. in ca.cum vigeſimum,
num.6.de off.deleg.idem Fel.in c.nonnulli,
§.ſunt & alij, poſt num.41.verſ.Amplia
quarto etiam ſi in reſcripto, de reſcr.plures
glo.pragma.ſub titu.de ſubla.cle.literis, &
Rebuf.



Rebuf. ſuper concor. eadem rub. ac Pariſ.
conſ.5.vnio iſtius, num.217.volum.4.

b ¶ Pau.] Et Imol.colum.penult. & antep.
& alij.Et latè Vitali.in tract.Clauſularum
in ver. ſi vero verba enũciatiua proferũtur
in priuilegijs, reſcriptis, aut literis Papę.

c ¶ Accuſatus.] Poſt But.Imol. & Dom.vi
de Fely.in c.nonnulli, §.ſunt, & alij, col.5.
in 4.amplia.ver. Addatis pro iſta parte.de
reſcr. vbi plura pro hac alleg.

d ¶ Opere ſuo.] Voluit citare conſ.117.ca
ſus talis eſt Ioannes, quod con. adducit etiã
Fel.in alleg.c.nonnulli, §.ſunt, & alij, col.5.
ad fi.ſub alio tamen numero.

e ¶ Non per hoc.] Idem voluit Abb. in
in cap.per tuas, verſic.ſed ego non credo, de
proba.

f ¶ In dubium.] Sequitur Pariſ.conſ.114.
cum reſeruatio, verſus fi. volum.4.

g ¶ Confirmationem.] De confirmatione
tam ex certa ſcientia, quam in forma com-
muni, & quòd hæc parum operetur, tracto
ſuper ſigna.de confirma.

h ¶ Motus proprius.] Quos effectus ope-
retur, & quando, & in quibus non differat
ab alijs diſpoſitionibus, latius quã alij pro-
ſequitur Rebuff. ſuper Concor. in for.man-
da.Apoſtol.in verſic. motu proprio, vbi
cumulat.47.effectus motus proprij, poſtea
ſubijcit. 16. caſus in quibus clauſula motus
proprij non operatur.

¶ Defectum perſonæ.] Videlicet vt fiat
habilis ſi non eſt, iuxta glo.in ver. valida,
in Clem.ſi Romanus, de præben. Anchar.
conſ.20.viſo, poſt princ.vel potius legendũ
eſſet non tollit defectum intentionis, & ſic
non repeteretur, hic quaſi idem, & hoc mo-
do legit pro nota.hoc dictum Lapi referens
Marti.Lauden.de priuile. & reſcr.q.96. in
ver.motus proprius tollit obreptionem, nõ
defectum intentionis.

*SVMMARIVM.*

1 Præſentatus à patrono, & confirmatus,
& iterum præſentatus ab alio dicente
habere ius præſentandi, ſi petat confir-
mari, nunquid poſſit cogi alterũ eligere.
2 Electio & præſentatio ſunt diuerſæ, &
diuerſos operantur effectus.
3 Patroni layci, an arctentur ad decret.
quia propter.
4 Decret. vt quis duas.de elect. in quibus
caſibus habeat locum.
5 Decretũ ſuper incerto, an poſſit interponi.

## ALLEGATIO VIII.

PRæſentatus per patronos, & con-
a firmatus, [a] iterum † ſecundo præ-
1 ſentatus per dicentem ſe habere
ius, vel poteſtatem præſentandi à
patronis petijt ſe cõfirmari: proteſtans, quòd
non intendebat recedere à prima præſentatio
ne, petebat ſe confirmari ex ſecunda ad cau-
telam. Tertio præſentatus petijt, vt eligat al-
teram ex præſentationibus. Quæritur quid iu
ris? videtur, ꝙ non ſit cogendus eligere: quia
vnica eſt præſentatio de eodem, & ab eiſdem
facta, ſicut vnicum eſt matrimonium; licet plu
ries contrahatur ab eiſdem per verba de præ-
b ſenti: ſicut & vnica appellatio [b] ſi ab eodem,
grauamine pluries interponatur, de app. bo-
næ, & c.dilecto. ſic & in petitione apoſtolorũ
2 vnica eſt, licet pluries iterata. † Itẽ quia decr.
de elec. vt quis duas, non habet locum in præ
ſentationibus, quia ibi loquitur in electione,
c quæ ſunt diuerſa; de præben.cum in illis. [c] Et
per electionem cõtrahitur matrimonium in-
ter eligentes, & electum, vt lit. non conteſta.
d quoniam, §.porro, de elect.cum inter: [d] non
e per præſentationem, [e] & ideo admittitur ac-
f cumulatio.de iure pa.Clem.2. [f] quod ſecus in
electione.de elect.publicato; & pupillus licet
g non eligat [g] poteſt tamen præſentare [h] & con
h trahit ſponſalia.de deſpon.impu.literas, [i] ſed
i non matrimonium, eod.tit.vnico. lib.6. Item
vota alternatiua in præſentationibus admit-
tuntur, non in electionibus.de iurepa.clem.2.
K [k] per conſequens videtur, ꝙ electus teneatur
ſuum purum præbere conſenſum, ſicut & ele-
I ctores, vt d.c.2. & quod ibi not. [l] Item vide-
tur, ꝙ præſentatus incertum poſſet præbere
3 conſenſum, ſicut & præſentantes. † Item pa-
troni

troni layci non arctantur ad formam decre.
quia propter, vnde eligunt in præſentandum:
m vt no. Arch.ſupra tit. proxi. [m] c. 1. & eligunt
alternatiuè, quanquam electoribus, hoc non
liceat, de iure pat. Conſtituunt procuratores
ad præſentandum etiam ſi ſint præſentes, vel
n non ſint impediti: vt no. Fede. de Se. [n] in ope-
re ſuo, cxcix. Cõpromittunt aliqui alijs con-
o tradicentibus. [o] Tranſmittunt, & committunt
voces ſingularium, ſi ad eos etiam tanquã ad
collegium pertinet facultas præſentandi. Itẽ
vna pars poteſt per alium præſentare, altera
per ſe: vt no. Pau. de iurepa nobis. In tanta er-
go diuerſitate abſurdum eſt trahere diſpoſi-
tionem electionis ad præſentationem in con
trarium, quia quot ſunt actus præſentationis,
p tot præſentationes, [p] ſicut quot res, tot ſtipu-
q lationes, ff. de ver. obl. l. ſcire debemus. [q] & tot
legata, de lega. 2. l. 2. & tot crimina, & tot abo
litiones, ff. ad turpil. l. 2. §. ſi plura, 2. q. 2. §. vlt.
r [r] Vno actu plures baptizantur, [s] & plures ex-
s communicationes inſurgunt. de conſe. diſt. 4.
proprie. Io. And. de bap. c. 1. de ſenten. excom.
mulieres, de immun. eccl. quoniam, de elect.
ſciant, de pœnis. felicis, de ſent. excommun.
quicunque. Et ex vna iniuria plures oriuntur
actiones, ff. de iniur. l. 1. & l. cum quis, §. 1. de
cri. fal. c. 1. & de iniur. l. item, apud. §. fin. Item
quo ad intereſſe aduerſarij duæ ſunt præſen-
ſentationes, & ex proſecutione duarum auge
tur intereſſe aduerſarij, quia plus fatigatur in
duabus quam in vna, nam vtranque conuenit
impugnare, quia eſſe poſſet, quòd vna eſſet va
lida, alia inualida: quia præſentantes, vel præ-
ſentatus poterat eſſe excommunicatus tempo
re primo, & non tempore ſecundo, & ſic de-
fenſio vnius non ſufficit ad defenſionem alte-
4 rius. † Et hoc eſt, quod ponderat tex. in d. c. vt
t quis duas, vnde concludit dictam decre. [t] ven
dicare ſibi locum in præſentationibus, quia
præſentatio dr̃ elect. de elect. querelam, de iu
repat. c. 2. & 3. & c. nobis, & c. pen. ad quod be
u nefacit, quod no. de elect. c. fi. [u] in glo. 2. lib. 6.
& ibi Io. And. in nouel. vbi illa decre. loquens
de elec. trahitur ad præſentationem, & ita ſer
uatur. facit quod no. de elect. ſciant, in gl. an-
x tepen. [x] ſic & pęna decre. auaritiæ [y] loquens
y de eligentibus extenditur ad præſentantes, vt
habet communis obſeruantia, & ſic conſuluit
z Cald. [z] & d. Cantinus de Bon. & ſic fuit pro-
nunciatum, & terminus datus electo, per de-
cre. quam ſit: & ſic extenditur ad præſentatũ,
vt habet obſeruantia: vt no. in d. decre. quam
a ſit. [a] Item decre. vt quis duas, ponit duas ra-
tiones de intereſſe aduerſarij, vt hæc propor-
tionetur præſentationi. Alia eſt cum non niſi
ex vna illarum valeat ius habere, & habet lo-
cum etiam in præſentatione, quia ex præſen-
b tatione ius acquiritur [b] pręſentato, in tantum
ꝙ caſſatur inſtitutio per epiſcopum, de tali fa
cta. 15. q. fi: decernimus, de re iud. cum Bertol-
dus, no. Io. Andr. de poſtu. prælat. c. fin. Ex ſe-
cunda ergo non poteſt ius competere ſi com-
petit ex prima, quia quod meum eſt ex vna
cauſa, &c. de fi. inſtrumen. inter dilectos, & vt
ad electionem, ſic ad præſentationem ſequi-
c tur confirmatio ſiue decretum. [c] Decretum
5 † autem ſuper incerto [d] non poteſt interponi,
d ergo eſſet incertum, quæ electio confirmare-
tur, cum ambæ eo caſu non poſſent valere, ad
hoc quod dicitur de ſacramento matrimonij,
quòd aut plenum eſt, aut nullum, quia res in-
diuidua eſt, vt dicit glo. de tranſla. prælat. c. fi.
vnde Io. Andr. in ſpe. de reſcr. §. ratione autẽ
cauſæ. verſ. item obtentum eſt, dicit in addi-
tione; quòd contractus matrimonij ſpiritua-
lis, vel carnalis conſtare non poteſt ex conſen
ſibus iteratis: quia ſecundum eum, aut ex pri-
mo conſenſu tenuit: & ſic nihil addit. Secun-
dus autem non tenuit, & poteſt conſiſtere ex
ſecundo, in ſpirituali, ergo ex vno ſolo peten
da eſt confirmatio, vt de elect. vt quis duas.
item licet decre. vt quis duas, ſit ius nouũ eius
tamen ratio antiqua eſt, & ſic extenditur ad
præſentationem. Ad hoc quòd no. de vſur. cũ
tu. nam & per ius antiquum nõ licebat in in-
certo vagari de reſcr. c. fi. & eo. tit. cum in mul
tis, lib. 6. ad hoc not. de libel. ob. c. 2. vbi not.
incertitudinem non admittendam, niſi quan-
e do actor eſt incertus, [e] & nõ põt ſibi imputa-
ri, ſed reo qui non vult certificari: ſed in caſu
noſtro præſentatus debuit eſſe cautus ante-
tequã intentauerit, & inueſtigare, an ſibi ex-
pediat, & ad hoc eſt ſtatutus terminus de elec.
quam ſit, lib. 6. ꝙ electus debet eſſe cautus, vt
infrà terminum iuris dictæ decre. quam ſit, &
ita plenè deliberet, quod pure conſentiat ſe-
cundum Lapum.

## Addit. Quint. Mandoſij.

a ¶ Confirmatus.] *Melius, & magis pro-
priè, inſtitutus, c. cum in illis, vbi Docto. de
præb., lib. 6. c. authoritate, & ibi Abb. nu. 5.
& ſeq. de inſtit. c. nobis, vbi idem Abb. poſt
num. 4. de iur. patro. vbi quòd confirmatur
electus, inſtituitur verò præſentatus, & ꝙ
per electionem iam fuit tranſlatum ius, at
non per præſentationem, ſed per inſtitutio-
nem transfertur plenum ius, largo autem
modo vnum pro altero ſępè vſurpatur, ſic
& nonnunquam electionem pro præſenta-
tione accipimus, & ecõtra, prout per Abb.
in c. 2. verſ. 4. not. & in c. paſtoralis, in vlt.
not. de iure patr. & per Fely. in c. cum Ber-
toldus, colum. 3. de re iud.*



b ¶ Vnica appellatio.] *Quando pluries ap
pellatur an cenſeatur vna appellatio, quæ
præualeat, & an altera tollatur, tracto ſu-
per. 17. commiſ. in ver. appellationum. Cum
Lapo hic tenet Pariſ. conſ. 28. ad reſolutio-
nem, nu. 13. vol. 4. videatur Rom. conſ. 41.
in præſenti, à num. 5. vſque ad fin.*

c ¶ Cum in illis.] *Videlicet, §. 1. lib. 6. &
cle. 1. §. ad hoc eod. vide quæ ſcripſi in 2. q.
Reg. de Idio. num. 2. & ſequent.*

d ¶ Cum inter.] *Et c. fi. poſt princ. de tran
ſla. epiſc. Abb. in c. ſacroſan. nu. 4. verſ. ſed
per electionem initiatur, de electio.*

e ¶ Præſentationem.] *Vult hic per præſen
tationem nõ contrahi aliquod matrimoniũ
ſpirituale, prout etiam infra alle. 75. caſus
talis, ante nu. 5. verſ. hinc eſt, ꝙ inter talẽ,
idem uoluit Abb. in c. ſacroſanc. ante nu. 4.
verſ. Dic quod per præſentationem non ini-
tiatur aliquod matrimonium ſpirituale in-
ter præſentatum, & eccleſiam ad quã præ-
ſentatur. de electio & in c. dilectus, poſt nu.
3. de offic. leg. & dixit Card. poſt gl. Pau. &
Zenzel. in clem. 1. in 1. oppo. quòd præſen-
tatio non cenſetur diſpoſitio de beneficio, ſed
potius per eam paratur via ad diſponendũ,
ſubdit poſtea quòd opin. dictæ glo. & ſequa
oiñ eſt verior. de ſup. negli. præl. Cald. verò
cõſ. 9. populus, poſt mediũ, ſub tit. de iu. pat.
vult præſentationem poſſe dici ſponſalia de
futuro, & Cald. & Lap. ſequitur Io. Fran.
à Ripa ſuper rub. de iudic. numero 72.*

f ¶ Clem. 2.] *Et c. quod autem, ac. c. cum
autem, eo. Ioan. Cald. conſ. 1. vt lit. penden.
verſ. item non ob. quòd poſſet opponi, Lam
berten. qui Lapum hic ſequitur art. 5. q. 1.
par. 1. lib. 2.*

g ¶ Non eligat.] *Pro quo eſt text in c. ex
eo. de electio. lib. 6. Ioan. Andr. poſt Spec.
in tit. de electio. §. 1. num. 6. verſ. an pueri,
in verſ. c. 2. Io. Firm. in tract. de epiſc. lib. 1.
par. 3. q. 9. vbi alios citat.*

h ¶ Præſentare.] *Contrarium voluit Fed.
de Se. conſ. 102. nobilis, in reſpon. ad 1. dub.
verſ. nec ob. quòd non eſt celebrata à pupil-
lis, ſed a tutrice, quia non habent maturita
tem conſilij, & c. ad tex. in l. 2. §. in publi. ff.
de iu. immu. & facit tex. in c. ex eo. de elect.
lib. 6. & ibi glo. in ver. ſuffragium, & Ioan.
Andr. ſuper illa gl. & quicquid ætas illa
videt ignorat, l. 1. in fi. C. de fal. mone. præ-
fatum dubium ad partes diſputat Bartho.
Brix. in q. Dom. q. 77. in prin. incip. tutor cu
iuſdam pupilli, & in fi. concludit, ꝙ maior
ſeptennio ſolus præſentare, et ſic abſque tu-
tore poſſit, & ſic opin. Lapi. hic eſt commu-
nis. Idem etiã quod Lap. hic, & infra alleg.
75. caſus talis eſt, ante nu. 5. uerſ. hinc eſt, ꝙ
ſeptennis, tenuerunt gl. in verſ. ſuffragiũ, &
Ioan. And. ſuper in ea alle. c. ex eo. Petr. de
Anc. conſ. 355. viſis, uerſus fi. ibi, quia imò
in maiore infante, idem concludit, Anto. de
But. conſ. 29. viſis, prope fi. quorum conſilio-
rum alterũ ab altero parũ differt, imò unũ,
& idẽ videtur. Idem voluit Rot. 320. no. gl.
in anti. & 422. fuit dubitatũ, in fi. in no. &
vtrobique D. de Rot. ſequuti opin. Io. And.
concludunt pupillũ præſentare poſſe. Cũ Io.
And. tranſit etiam Abb. in c. 1. nu. 4. de iu.
pat. idem concludit Cal. conſ. 9. populus ec-
cle. eo. tit. Idẽ etiã concludunt Pau. de Cita-
di. in tract. iu. pat. 40. q. ad fi. in 3. art. 6. par.
& Rocc. Cur. in eo. tract. in verſ. competens,
in 3. & 4. q. num. 14. & ſeq.*

i ¶ Literas.] *Pro quo, & eo quod immedia
tè ſubdit facit etiam text. in c. acceſſit eo, et
Ro. 450. ſi impubes, et 462. dubitatur, ĩ no.
Cald.*

*Cald.conſ.4.minor quatuordecim.de ſponſ. D.meus, conſ.368. in cauſa, & 603. viſo, num.3.& per totum conſ.ac Pariſ.conſ.51. & 52.volum.4.*

K ¶ Clem.2.] *In fi.& ibi glo.in ver.præſentare,& infra alleg.78.verſ.eligunt alternatiuè.licet in electione hoc non liceat, cap.2. de electio.lib.6.Roc.Cur.in tract.iuris patr. in ver.honorificum,q.8.nu.34. & Lamber. art.8.q.3.par.2.lib.2.*

l ¶ Ibi nota.] *Non poteſt colligi ſenſus, niſi poſt hæc verba addas alia videlicet. Non ita præſentatus,ita etiam legit Lambert.de iure pat.art.3.q.5.par.2. lib.2.poſt num.3. verſ.item no.*

m ¶ Proxi.] *c.1. in c. vni. de poſtu.prælat. lib.6.& per eundem Lap. alleg.75.caſus, nu.4.verſ.pro cuius declaratione,& uerſic. & ideo,vt præfertur, & Lap. hic ſequitur, Lamber.art.8.col.3.ante num.3. & ar.18. q.2.par.2.lib.2.poſt principium.*

n ¶ De ſe.] *Puto quòd allegare voluerit conſ.Fed.65.infraſcriptũ,in fi.5.q.vel conſil.105.primo quæritur,in ſecundo dubio, vbi quòd poteſt etiam quis per alium quod per ſe. Et hoc dictum Lapi communiter tenetur,pro quo facit tex.in c.cum dilecta,ibi in manibus poſuerit alienis, à contrario ſenſu.de con.præben.Damnatur enim ibi comitiſſa Flandren:quòd cõmiſiſſet alicui, quòd præſentaret quãdo beneficium vacauit, ſeu procuratorem conſtituiſſet ad præſentandũ ad beneficium vacaturum propter votum captandæ mortis, & propter fraudem. Et omnes volunt præſentationem fieri nõ poſſe antequam beneficium vacet,nec ad præſentandum ante vacationem procuratorem conſtitui poſſe, vt per Innoc. Ioan. Andr. Card.& Abb.in vlt.no.in d.c.fi.& per Dominum meũ Phil.Dec.conſ.541.viſa,nu.1. quicquid in contrarium notauerit Hieron. Paul.in lib.nuncupato prouinciale fol.45. qui dicit poſſe conſtitui procuratorem ad præſentandum aliquem ad certum beneficium vacaturum,aſſerens Rotam ita terminaſſe,& ponderat illum tex.de conceſ.præben.c.fi.qui tamen contra facit. Contra ergo ſi ad beneficium iam vacans, tunc enim procurator conſtitui poterit, prout etiam voluerunt Card.in c.ex inſinuatione, ad fi. de iure patr.Paui.de off.& pote.ca.ſe.vac. in 4.q.2.par.ad fi.& Lamber.de iure patr. artic.5.q.1.part.1.lib.2.poſt nu.4.verſ.16. differunt,& latius per eundem in prin.4.q. princ.in 1.q.2.lib.*

o ¶ Contradicentibus.] *Idem dixit infra alleg.78.poſt num.8.verſ.item compromittunt aliqui.contrarium dixerat prius,nu.5. verſ.Item licet compromiſſum fieri nõ poſſet vno de collegio inuito,&c. Pro quorum intellectu,& pro concordia opinionum prædictarum videatur omnino Lamber.de iur. pat.in 17.artic.præſertim, num.7.quæſt.2. par.2. lib.2.*

p ¶ Præſentationes.] *Hoc dictum Lapi refert,et ſequitur D.meus Phil.Dec.cõſ.542. retenta,poſt nu.6.verſ.quinto hoc expreſſe, conſ.609.quæritur,ante nu.5.& conſ.696. retenta,nu.9. quod eſt idem cum illo.542. niſi quod hoc habet ſubſcriptiones Doct.Et hanc conclu.Lapi,& alias ſequ.refert, & ſequitur Lamb.de iure pat.ar.3. q.5.par.2. lib.2.poſt num.3. verſ.poſtea in contrariũ.*

q ¶ Scire debemus.] *Vel quot ſummæ, ſeu corpora tot ſunt ſtipulationes,l. quod dicitur, ff. eod.* [illegible]

r ¶ §. Vlt.] *Sic & tot ſunt libelli,tot ſententiæ,quot ſunt res,Bar.in l.ſupra iter, § caſſius,ff.de aqua plu.arcen.quæ tamen declaranda ſunt,vt per Bald.in l.ædita, in 2.lectu.nu.93.& ſeq.in 14.& 15.q.C.de æden. & per Bart. Ang. & Alex.num.2. & ſeq. ac Iaſ.& Claud.Seyſel.nu.2.& ſeq.in alle. l.ſcire debemus,ff.de verb.oblig.*

ſ ¶ Baptizentur.] *Vide diuum Thomam in 4.ſent.diſt.3.q.1.art.2. Hoſtien.in ſum. de Baptiſ.§.quæ ſit eius forma, colum.3.in princ.verſic.ſic de pœn. & Andr.Tiraq.qui Lap.hic,& alios citat.de vtr.retractu.par. 1.§.1.gloſſ.21.num.18.*

Dictam



t ¶ Dictam decre.] *Quòd decre. vt quis* [illegible]*us.locum habeat in præſentationibus patronorum, & in præſentatis ab eis concludit ibi Phil.Franc.ante num.3.ſequens pro nota. hanc alleg. vide omnino Lamber. de iur.patro art.5.ad fi.q.1.par.1.lib.2.& latius art.3.q.5.par.2.lib.2.vbi num.4.diſtinguit,ſeu dictum Lapi hic limitat,& reſtringit.*

u ¶ Cap.fin.] *Communis eſt opi. & ita ſeruatur,quòd illud,cap.fin.procedat etiam in præſentatione, prout per Gemin. ibi. col.4. uerſic.in eadem glo.& per alios ibi.Rot.Biſigne.Dec.de iure pat.col.fin.ibi.vt d.c.fi.in antiquio.ſubdens, quòd habet locum in patronis,& præſentatis,&c.quicquid dixerit Aegid.Bellamer.Dec.620.incipien.capitulum vbi (& malè) firmat dictum, c.fi. non habere locum in præſentatione,niſi conſuetudine id ſuadente.Et quòd dictum,c.fin.in præſentationibus etiam locum ſibi vendicet,voluit Barb.conſ.33.ſcripſit Pſalmiſta, colum.6.poſt nu.12.lib.2. Rocc.de iu. pat. in ver.honorificum,q.38.& Lamber.in eo. tract.28.q.1.par.2.lib.2.colum.3. verſ.ſucceſſiuè dico text.illum ſecundum omnes locum etiam habere in præſentatione, idem dicit,art.2.q.6.par.2.lib.2.in princ. & ante num. 2. vbi concludit cum Lapo hic, & poſt num.4. dicit hanc opin. communem, communem etiam affirmat Aymo Crauet. conſ.63.primum,num.2.& conſ.177.ſcripſi iam, num.1.ſequitur Sarnen.in 17.q. Reg.de infir. num.5.*

x ¶ Glo.antepen.] *Cum iſta glo.tranſit ibi Gemin.& illam gl. & hanc alleg. comprobat ibi Franc.num.6.& Roccus, de iur.pat. in uer.honorificum,q.39.num.70. verſ. tenendo dictam conclu.*

y ¶ Auaritiæ.] *Diſpoſitio ca.auaritiæ habet etiam locum in præſentato,prout per Fran. in d.c.poſt num.2. verſ.item habet locum, qui tenet cum Lapo hic, cum quo etiam tenet Rocc.de Cu.iur.patr.in uerſ.honorificũ q.39.Rebuff.in praxi.in 3.par.ſigna.in uer. nec non iuri patr.num.55.Lamber.art.11. q.5.par.2.lib.2.in princ.& ante num.6.& art.12.q.6.par.2. lib.2.poſt num.6.*

z ¶ Calde.] *Puto quòd allegare voluerit, con.Ioan.Cald.8.de electio.incipiens, an c. auaritiæ.*

a ¶ Quam ſit.] *Idem tenere uidetur Cald. conſ.17.præſentato.de iur.patr.cauſa verò. contra in c.fi.colum.fi.eo.tit.pro concordia videatur Abb.conſ.70.plura ſunt,lib.2.& Cur.de iur.patr.in uer. honorificum, q.36. num.67.& Lamber. in dicto tract. 5. q. 2. part.2.lib artic.1.& 2.*

b ¶ Ius acquiritur.] *Idem voluerunt Cal. conſ.9.de iur.patr.Card.Clem.1. in 1.opp. de ſup.negli. prælat.Docto. in c.cum Bertoldus,de re iudi.intellige de iure ad rem, non in re.Sarnen.in 1.quæſt.reg.de non iud.iux. for.ſup.num.13.Aene. de Flaco.de reſerua.in 4.q.eſſe 47.nu.6.in 4.modo, D.meus, Phil.Dec.ſuper rub.de iud.in 2.lectu. poſt num. 6. ſequens, & declarans hoc dictum Lapi,Cur.de iu.patr.in uer.ius,q.4.Lamb. eod.tract.art.8.q.5.2.par. 2.lib.*

c ¶ Confirmatio ſiue decretum.] *Intelligitur ſicut ad electionem, ſeu electionis perfectionem ſequi debet confirmatio, ita ad præſentationis perfectionem inſtitutio ſequi debet.Electus enim confirmatur, c. nihil,cum ibi nota:de elect. Abb.in c. authoritate,num.6.de inſtit.Lamb. de iur.patro. art.12.q.1.par.1.lib.2.num.15. uerſ. confirmari uerò,præſentatus inſtituitur, Abb. in c.nobis,in 5.notab.de iur. patr. & in d.c. auaritiæ,nu.6.de inſtit.Rocc.de Cur.in trac. iur.pat.in 5.q.prælud. Lamber. vbi ſupra, nu.16.idem Lamber.lib.2.par.2.q.5. ar.3. colum.2. in fin.*

d ¶ Super incerto.] *Idem not.infra alleg. vlt.numero tertio.& Gemin.in capitulo,vt quis duas colum.fin.verſic. & eſt ratio.*

e ¶ Incertus.] *Prout in ſimi. ponderat Rota.419.ſi impetretur,columna ſecunda, circa medium verſic. ſecus verò in curia. in no.*

SVM-

## SVMMARIVM.

1 *Papa conferens beneficium, vt perpetuũ, quod ex diſpoſitione conſtitutionis erat annale non facta mentione conſtitutionis, an literæ dicantur ſubreptitiæ.*

2 *Taciturnitas eorum, quę Papa non tollit, nec eis derogat reſcribendo, an vitiet literas.*

3 *Beneficia non ſunt temporalia ſed perpetua.*

4 *Beneficium manuale collatum per Papã, an poſſit per Abbatem reuocari.*

5 *Prouidere de beneficio quod ſit temporale, & prouidere de beneficio manuali in quibus differant.*

6 *Receptione facta per ſtatuentes authoritate Papæ, qui receperunt aliquem, vt perpetuum, an per dictam receptionem videatur ſublata conſtitutio de temporalitate beneficij.*

7 *Epiſcopus de conſenſu canonicorum auferendo conſtitutionem, & dato quod intelligatur temporalis, an ſublata conſtitutione dicatur perpetuus.*

## ALLEGATIO IX.

a DIſputat [a] hic an † ſi Papa beneficiũ
1 annale ex conſtitutione conferen-
di, vt prioratum, qui poſt annum
ex conſtitutione vacare cenſetur
Papa ſuæ reſeruat collationi, eo vacante per
mortem eius, vel per promotionem, qui illum
habebat ex confirmatione legati, vt perpetuũ
conferat alicui, vel de eo mandet prouideri
non facta mentione de conſtitutione, an illa
gratia ſit ſurreptitia. Et in hoc tenet, ꝙ non;
quia vel conceſſio intelligitur temporaliter,
vt ex natura conſtitutionis; & tale non eſt ta-
citũ quo expreſſo literas non dediſſet, ex quo
ſua collatio non repugnat conſtitutioni: ex
b quo concludit, quòd taciturnitas [b] † eorum,
2 quæ Papa non tollit, nec eis derogat reſcri-
bendo, ſed remanent in omni ſuo integro ſta-
tu, non vitiat literas, vt ſi taceat quod prior
iurare debet ſe ſeruaturum conſtitutiones, vel
quòd ex conſtitutione debuiſſet impetrare li-
centiam ab aliquo prælato, vel aliter, ſi etiam
3 conceſſio intelligatur perpetua. † Item di-
cit, quòd de iure communi beneficia non ſunt
c temporalia, ſed perpetua [c] ſed conſtitutio di
ſponens in contrarium recedit à regula iuris,
& hoc non poteſt in præiudicium ſuperioris:
immo ſuperioris authoritas intelligitur ex-
cepta, de iureiuran. venientes, quòd not. glo.
de reſcri. conſtitutus, cum ſi. reſeruando ergo
collationi ſuæ talia beneficia annalia reduca-
d tur ad antiquas regulas iuris communis, vt
ex hac vice intelligantur [d] perpetua: nec ha-
bet Papa facere mentionem de conſtitutione
ſpeciali, quæ eum non obligat, vnde ſicut per
talem reſeruationem tollit capitulo ius eli-
gendi pro illa vice; pari ratione, ex quo igi-
tur per reſeruationem Papa reducit benefi-
cium ad ſuam collationem abſtulit capitulo,
ita commodum electionis ſiue tempus: neque
enim veriſimile eſt contra iura communia vo
luiſſe ligari obſeruatione conſtitutionis ſpe-
cialis. Impetrans ergo non habet facere men-
tionem de eo, quod iam conſtitutione ſubla-
tum eſt: ſecus ſi tale beneficium impetraretur
tali reſeruatione non pendente, quia tunc im-
petraretur beneficium, vt vacans eo tempore
quo electio ſpectabat ad capitulum, & eo tem
pore quo vigebat conſtitutio de annalitate
prioris, quæ taceri non debuerunt in impetra
tione per regulas, cap. ſuper literis de reſcrip.
ad hoc allegat quæſtionem diſputatam per
4 Ioan. Cald. & Pau. de † beneficio manuali col
e lato per Papam, an poſſet reuocari [e] per ab-
batem vt ſolitum erat, & tenet, quòd non: ſi
gratioſè contulit. Secus ſi ſupplendo defe-
ctus, & negligentiam abbatis per iura, & ra-
tiones ibi per eum inductas, & idem facit Io.
f Andr. de elect. cum inter. R. [f] ſuper glo. licet.
Nec per hoc dicetur beneficium mutaſſe na-
turam ſuam: vt dicit Pau. Sed obeunte illo cui
collatus eſt prioratus, redibit ad ſuam natu-
ram, quia ex quo tempore ſuæ reſeruationis
erat perpetuus, in illo ſtatu in quo eum repe-
rit; reſeruaſſe videtur ſecundum Lapum de
g Caſtiglionchio. [g] Ego credo quòd reſerua-
tio intelligatur, & collatio temporaliter, vt
dictat ſtatutum, quia non eſt veriſimile, quòd
velit Papa tollere ſtatutum primo æditum, &
vacabit per conſtitutionem, vt dicit conſtitu-
tio, lapſo anno, quòd non intendit Papa tol-
lere



h lere conſtitutiones, nec vti poteſtate [h] ex-
cepta niſi exprimat. Nec dictum Pau. eſt ſi-
5 mile. Aliud † eſt enim prouidere de beneficio
ſtante conditione præterita, quòd ſit tempo-
rale; & quia non tollit conſtitutionem, niſi
exprimat: conſtitutio remaneat, & eius vir-
tus; niſi dicatur, quòd conſtitutio debeat re-
ſtringi ad collationes tantummodo ſtatuen-
tium, in quo attendenda forent verba conſti-
tutionum. Aliud eſt prouidere de beneficio
manuali, quia poteſt reuocare ad nutum fu-
turum inferioris prælati: quia tunc bene in-
ferioris tollitur illa poteſtas, cum inferior
i præcedente actu ſuperioris [i] de illo ſe non
valeat intromittere tanquam beneficium au-
thoritate Papæ collatum tunc ſit exemptum
ab inferioris poteſtate ſecundum Ant. de But.
6 Secundo † diſputat an per receptionem fa-
ctam per ſtatuentes authoritate Papæ, quia
receperunt eum, vt perpetuum, videatur ſub-
lata conſtitutio de temporalitate beneficij, &
K videtur, quòd ſic, quia facta in fauorem [k] ca-
pituli, poſſunt ergo illi tacitè, & expreſsè re-
nunciare, ad hoc de præben. cum illorum, &
de præben. dilecto. dato, quòd ſit iurata, &
quod no. Pau. in clem. de reg. vt profeſſores.
7 Tertio † diſputat, an ſi epiſcopus de conſen
ſu canonicorum intra annum auferat illam
conſtitutionem, & dato, quòd intelligatur
temporalis, an ſublata illa conſtitutione re-
maneat perpetuus: dicit quòd ſic, quia conſti-
tutio eũ priuabat demum lapſo anno; ex quo
ergo eſt ſublata, eum non priuat, ad hoc alle-
gat de elec. commiſſa. lib. 6. vbi promotus de-
bet infra annum promoueri, & ſi tantum eſt
lapſum de anno, quod promoueri non poſſet
per hoc non eſt ante priuatus, & eſt ratio, quia
l poſſet ſuperuenire diſpenſatio. [l] vt dicit, Io.
Andr per quam tolleretur priuatio, ita hic li-
cet prior eſſet annalis, virtute conſtitutionis,
ſi tamen illa ante lapſum anni tollatur, rema-
net verus prior ex collatione apoſtolica, &
perpetuus. cum vt ſupra dixi beneficia eccle-
ſiaſtica de ſui natura ſint perpetua, nec eſt
opus alia electione ſeu inſtitutione, immo eſ-
ſet facere iniuriam primæ collationi: vt not.
de ſacra. non ite. ſuper rubrica. maximè poſt
Ioan. Cald. & ſic conſuluit Lapus de Caſti-
glionchio tenendo, quòd beneficium, & con-
ceſſio Papæ temporaliter intelligantur, vt pu
to, & ipſe ſupponit, in hoc vltimò malè de-
cidit, quia conceſſio ſtante conſtitutione tem-
porali intelligitur: vnde ex ceſſatione conſti-
tutionis attento principio non efficitur per-
petua, quia iudicatur actus ſecundum tem-
pus conſtitutionis vigentis tempore actus
m [m] de conſtitut. cap. fin. C. de legi. l. leges, vnde
ad defectum legis, non deficit actus iam eſ-
ſentiatus de diuor. de ijs qui. Nec ob. cap. com
miſſa, quia ibi conceſſio erat perpetua origi-
gine, licet ex temporis lapſu ſine promotio-
ne veniret priuandus, ex quo ceſſat priuatio,
remanet conceſſio ſecundum Dominum An-
tonium de Butr.

### Addit. Quint. Mandoſij.

a ¶ Diſputatio.] *Pro hac alleg. videantur Felyn. in cap. per tuas, num. 4. colum. 2. & 3. de maio. & obed. & Caſſa. Dec. 4. & 12. num. 9. de præb. & ea quæ ſcripſi in 11. q. 3. Reg. in qua diſputo, an beneficia manualia ſub regulis reſeruatorijs comprehendantur.*

b ¶ Taciturnitas.] *Lapum hic ſequitur Felyn. in cap. poſtulaſti, colum. 4. verſic. item. declara ex verbis Lapi de reſcr.*

c ¶ Perpetua.] *Idem voluit Cald. conſ. 26. an in reſeruationibus, poſt princ. de præb. Card. conſil. 57. ad primum num. 6. & cum hoc tenet Caſſa. Deci. 4. num. 53. & deciſ. 12. num. 9. de præben. vide quæ ſcripſi in 11. quæſtio. Regu. 3 Reſeruatoriæ, num. 2. & ſeq.*

d ¶ Intelligatur.] *Videatur Felyn. in alleg. cap. conſtitutus num. 10 de reſcr. & iuxta tradi ibi per Felyn. intelligenda ſunt, quæ Lap. hic dicit.*

e ¶ Reuocari.] *Infra alleg. 26. diſputat, ad fi. Card in Clem. vni. §. præmiſſa, poſt numerum quartum, vbi diſtinguit de ſup. negli. prælat. Abb. in cap. ad noſtram, num. 7. ibi Addit. ad hanc allegat. ſe remittit de confir. vti. vel inu. Ad quam etiam ſe remittunt, Felyn in cap. cum acceſſiſſent, ante numerum decimum, & Dominus meus poſt num. 10. de conſtitu.*

f ¶ Cum inter R.] *Et Arch. in c. præſenti, de offic. ord. lib. 6. ſequuntur Alex. conſ. 123. ſcripſit ante nu. 19. vol. 4. vel potius, Barb. inter conſ. Alex. idem Barb. in Addi. ad Bal. in l. reſcripta, in verſic. 6. quia, C. de precib. impe. Offe. Felyn. in c. per tuas, nu. 4. de maio. & obed. D. meus in c. ad noſtram, colum. fi. de confir. vti. vel inu.*

g ¶ Lap de Ca.] *Quem ſequitur, & ad eum ſe remittit Mil. in reper. in ver. beneficium manuale ſi Abbas. idem etiam voluit Mil. in ver. religioſus non poteſt conſentire, ver. quia Papa prouidendo monacho.*

h ¶ Poteſtate.] *Papa non præſumitur vti velle plenitudine poteſtatis, ſed poteſtate ordinaria, Innoc. in c. innotuit, ante num. 6. de electio. & per alios quos cito in 20. q. reg. de non iudi. iux. for. ſup. poſt num. 8.*

i ¶ Superioris.] *Probatur per text. in cap. multum ſtupeo 3. quæſt. 6. c. bonæ, 2. verſic. nec obſtabat. de poſtu. præla. ca. vt noſtrum, & ibi per Dominum meum in 1. not. de appel. c. quod tranſlationem, de offic. leg. Ioan. And. poſt Inno. in cap. inter dilectos, col. 3. in fi. verſic. item indignum eſt, quòd ex quo Papa ad ſe reuocauit prouiſionem, vel alij delegauit, ad inferiorem reuertatur, de exceſ. prælat. & per Rot. 1. beneficia collectorum. In no.*

K ¶ In fauorem.] *Contra facit quia ius huiuſmodi contineret vtilitatem priuatorum ſimul tamen publicam, ſaltem omnium in Statuto comprehenſorum in ſe, miſerabiliter, quo fit, vt renunciatio non ſuffragetur, l. inter debitorem, ff. de pac. cap. ſi diligenti, & ibi per Hoſtien. Bald. Abba. Mar. Sozzi. num. 20. Felyn. num. 19. & alibi, de foro Compet. Sozzi. regu. 339. in 6. Fallen. pro opin. verò Lapi hic facit, tex. in l. ſi quis in conſcribendo, & ibi per omnes, C. de pact. vbi quòd quilibet renunciare poteſt iuri in eius fauorem introducto, cap. ad apoſtolicam de regula, glo. magi. in alleg. cap. ſi diligenti, in ver. pacto priuatorum, & ibi Docto. de foro compe. Sozzi. in alleg. reg. 339. in verſ. renunciare iuri ſuo. In caſu autem noſtro ius, ſeu fauor capituli, non autem publicus conſiderari poteſt.*

l ¶ Superuenire diſpenſatio.] *Vide Sozzi. in l. quidam relegatus, ff. de reb. dub. & Tiraquel. de vt. retra. par. 1. §. 32. poſt nu. 65. qui Lap. hic ſequitur.*

m ¶ Actus.] *Et ſic eſt locus regulæ in delictis, ff. de noxa.*

n ¶ De But.] *Cuius opin. contra Lap. verior eſt, prout per Felyn. in cap. conſtitutus, numero 10. verſic. alios adducit, de reſcr. qui poſtea ſubdit hanc eſſe communem opin.*

*SVMMARIVM.*

1 *Epiſcopus Bonon. an poſſit relaxare iuramentum de ſoluendis vſuris præſtito à Bonon. Mutinenſi ſuper contractu Bononiæ inito. num. 5.*
2 *Forenſis quando poſſit conueniri coram non ſuo iudice.*
3 *Iuriſdictio data à iure ratione contractus quomodo intelligatur.*
4 *Vſura eſt crimen Eccleſiaſticum, & ex officio poteſt procedi.*
6 *Reſolutio contractus ibi poteſt fieri vbi ſit implementum.*
7 *Epiſcopus Bonon. in caſu prædicto nunquid poſſit procedere in abſentem ad declarationem nullitatis contractus.*
8 *Exceptio quod quis non contraxit contra petitionem, quæ continet quod contractus declaretur vſurarius quando opponi debeat.*
9 *Et quid quando quis neget non contraxiſſe in tali loco.*
10 *Forma purgationis rei.*
11 *Reus in quo caſu teneatur producere inſtrumentum de domo ſua.*
12 *Practica quomodo ſit procedendum contra eum, qui negauit inſtrumentum eſſe confectum.*





## ALLEGATIO X.

1 DIſputat hic plura, † primo an Bo-
a non. epiſcopus [a] poſſit relaxare
iuramentum Bonon. de ſoluendo
vſuras Mutinen. qui vſurariũ con
2 tractum Bononiæ iniuit. † Ad hoc videtur, ꝙ
non, quia non poteſt forenſis ratione contractus conueniri coram alio non ſuo iudice, niſi reperiatur ibidem, vel ibi habeat bona. de fo. comp. Romana, §. contrahentes, lib. 6. Secũdo quia hic non agitur ad implementum contractus ſeu ad eius obſeruantiã, ſed ad ipſius contractus diſſolutionem, & iura quæ dant iuriſ-
3 dictionem † ratione contractus loquuntur, quando agitur ad implementum, ad hoc, ff. ſol. matr. l. ſi cum dotem. Hic multa effundit inutilia, quod boni dicit eſt illud, quod cum agitur ad finem aperiendi viam tantummodo ad petendum ſibi debitum, nec aliquid apertè petatur dari, vel fieri, ſed tantum agitur ad finem extirpandi vitia ſuæ diœc. poteſt in ab-
b ſentem procedere, [b] & probat per multa iura, & argumenta, quòd in vſuris poſſet ex offi-
4 cio procedere. Et quod vſura ſit crimen, † & delictum ab aliquo non negatur, & quòd ſit
c crimen eccleſiaſticum, [c] & de quo cognoſcit eccleſia, & in non ſubiectum, vt in iudæos, de vſuris. poſt miſerabilem. Secundo quia talis abſolutio ſurrogatur in locum miſſionis, quia ordinarius ſententiæ declarandi contractum vſurarium, & poſt admiſſionem poteſt procedere, non obſtante defectu iuriſdictionis, ita in perſonam ratione contractus, vel delicti: & ita poteſt procedi ad hanc abſolutionem, all. dicta doc. quæ allegabo in ſequenti du-
5 bio. † Sed abſque tanta difficultate ſatis cre-
d do, ꝙ abſoluere [d] poteſt à iuramento iſtum Bono. quia ſuppoſitus eſt ei, & agitur tantum de tollendo ligamine ſibi ſubiecti; ergo & de liberanda anima eius; nec aliquid diſponit circa perſonam abſentis, & de hoc eſt caſus ſecundum verum intellectum de foro compet.
6 poſtulaſti. Item, † quia in reſolutione contractus quis ſortitur forum, vbi ſit implementũ: vt not. ff. de condit. ind. l. qui certo loco. & in
e l. 1. [e] C. vbi & apud quos, vbi per Bart. ſicut, poteſt abſoluere reum ab impetitione actoris vbicunq; abſentis, ff. de iudi. l. properandum,
7 §. ſinautem reus, ſecundum Anto. de But. † Secundo dubitat, an procedere poſſet ad declarationem nullitatis contractus vſurarj in ta-
f lem abſentem, & breuiter dic, quòd ſic: [f] tum quia in tali non eſt neceſſaria litis conteſtatio, vt in ſummaria, vt in clem. diſpendioſam, de iud. iuncta clem. ſapè, de verbo. ſignifica. tum quia ibi non eſt prouiſum de remedio miſſio-
g nis, [g] ſed agitur ad finem tantum cuiuſdam declarationis in abſentem, & proceditur lite non conteſtata, vt not. in Authen. ſi omnes, C. ſi vt ſe ab hæred. abſt. & in Authen. qui ſemel, C. quomo. & quan. iudex, & narrat dicta Butriga. vtrobique de quibus mentionem feci de offic. iudi. cap. primo, §. quod ſi quis petat cancellari de matricula, &c. poteſt procedi ad diffinitiuam. Et ex his concludit etiam ad primum dictum, quòd cum hæc declaratio ſuccedat loco miſſionis, ſicut poteſt procedi ad miſsionem per §. contrahentes, ita poſſet pro-
h cedi ad hanc ſententiam [h] ad vtrunque allegat, quia hic agitur de periculo animæ, quo caſu in abſentem proceditur ad diffinitiuam vbicunque ſit; in beneficiali, & matrimoniali, vt lite non conte. quoniam, §. porrò, & §. ſinautem.

8 Tertio diſputat vtrum exceptio, quæ opponitur contra petitionem, vt declaretur contractus vſurarius, ſi opponatur, ꝙ non contraxit, an illa debeat opponi ante litis conteſt. Inno. dicit, ꝙ opponi debet, ante litis conteſt. de dilat. præterea, & probabitur ſummariè, idem
i dicit licet non alleget allegans, [i] de reſcrip. ſuper literis, & quod ibidem, in l. præſcriptione, C. ſi contra ius vel utili. publi. & Hoſtien. in §. contrahentes, contrarium ſentit, de foro compet. cum ſit, & tenet Ioan. Andr. in Specu. in titu. de rapto. ſuper ver. ſed poteſt, & Bart. in l. non exigimus, ff. ſi quis cau. vide Bart. in
K d. l. præſcriptione. [k]

9 Quarto † diſputat [l] ſi opponitur exceptio.
l quod non contraxerit quis in tali loco quis probet, an dicens contractum, an negans, dicit quod ſpectat onus probandi ad citatum.
m [m] & probabit negatiuam falſam, ſed actor inſtrumentum, quo exhibito inſtrumento probabit ſe abſentem fuiſſe ſecundum, l. optimã, C. de contrahen. & commi. ſtipu. ſed ſi reus habet inſtrumentum dicit, quòd cogetur exhibere, & hoc, quia non eſt in poteſtate actoris, allegat no. in decre. i. de proba. vbi dicit quod non compellitur actor faciens mentionem de
n inſtrumento in libello illud exhibere, [n] quia præſumitur non eſſe penes eum, & ſic non co-

gitur in principali, ſicut nec in hoc incidenti,
quia non eſt quis ad impoſſibile cogendus:
10 probat quia licet forma† ſit purgationis ſicut
reus ſe purgat iurando ſe innocentem de cri-
o mine, vt purgantes o iurent ſe illud credere:
vt not. de pur. can. c. accedens, tamen ſi induca
tur purgatio ſuper defectu natalium, peruer-
titur modus purgandi, & iurabit ſe credere
fuiſſe filium legitimum, quia de veritate ſciri
non poteſt: vt not. in d. decre. accedens, ſic in
11 propoſito cogetur reus producere † inſtru-
mentum de domo ſua, contra id de proba. c. 1.
quia illud non producitur contra ſe ſed pro
ſe vt iuuetur in probatione negatiuæ, aut vt
negatiua magis coarctetur, & quia illud aliun
12 de haberi non poteſt. Et † ſi dicatur quomo-
do cogetur producere inſtrumenta, quæ fortè
negat confecta, recurretur ad practicam Inn.
p in decre. pe. P de fid. inſtrum. & Io. And. vt ſi-
q cut petit appellans exhiberi ſententiam q quia
præſumitur eſſe penes appellatum, mandabi-
tur ipſam exhiberi, & ſi neget pronunciabit,
r ꝙ illa perpetuo non tueatur; r nec commodũ
cõſequatur, ad hoc, l. cum quidam, C. de fi. in-
ſ ſtrum. vbi eſt caſus ſecundum Bart. s

## Addi. Quint. Mandoſij.

a ¶ An Bonon. epiſcopus.] *Vide Lud. Ro-
man. ſing. 470 Florentinus contrahit, ad fi.
& Fely. in c. 1. ad fi. poſt num. 31. de iureiu
ran. qui Lap. hic citat.*

b ¶ Procedere.] *Citatio partis, an ſit neceſ-
ſaria in concedenda abſolutione, ſeu habili-
tatione à iuramento, Doc. variè loquuntur,
prout latè per Abb. in c. 1. nu. 10. de iureiu.
& ibidem latius per Fel. nu. 23. cũ aliquib.
ſeq. Cur. iun. conſ. 152. præſupponitur, poſt
num. 9. dicit ex communi ſtilo non requiri
citationẽ.*

c ¶ Eccleſiaſticum.] *Glo. magna poſt prin.
verſic. item de crimine vſurarum, in cap. 1.
de offic. ord. Fed. de Sen. ſeu Lap. ad fin. conſ.
245. D. Andreæ, verſic. ſimile quod not.
Pau. de cauſis vſurarum. Idem infra alleg.
55. & 70. Gemini. in cap. 1. quæſtio. prima,
vbi etiam Addi. de vſur. lib. 6. & quòd
eccleſia ſola cognoſcat de vſuris voluit Cal
der. conſ. 3. an cauſa vſurarum ad fin. & to-
to conſ. ſub titu. de iudi. & Dominus meus
ſequens Cald. & Lap. conſil. 170. viſo the-
mate, ante num. 3.*

d ¶ Abſoluere.] *Contrarium concludere vi
detur Card. in c. 1. de iureiur. ſiue cõtractus
ſit factus alibi, ſiue etiam ibi, quãdo ille in
cuius fauorem fuit iuratum eſt abſens, pro
hac uerò opin. Lapi, ſeu Anto de Butr. eſt
conſ. Cald. 6. de iureiuran. vbi quòd epiſco-
pus iurantis abſoluit. & conſi. 1. de off. ord.
idem voluerunt ſequentes Lap. hic Abba.
in c. ſi quis in lect. num. 3. & in repet. poſt
num. 3. uerſ. dicit, Lap. de for compe. Franc.
Aret. conſ. 142. ex facto, ante nu. 9. Sozzi.
in l. Libertus, num. 9. ff. de in ius vocan. &
Dec. Neap. Capitij 18. in cauſa nobilis, poſt
num. 6. Fely. in c. licet, ante num. 25. verſic.
Adde in terminis, de fo. comp. vbi etiam vi-
detur reprehendere, But. hic. Et pro hac ab-
ſolutione non requiratur citatio partis con-
cludunt Lap. & alios citantes, Ruyn. conſ.
170. de tribus, num. 30. lib. 1. & Afflict.
Dec. Neap. 120. in cauſa, num. 10. & hanc
dicunt communem, & magis communem.*

e ¶ In l. 1.] *Dic tu in l. 2. Et quod iudex con-
tractus, ſit etiam iudex diſtractus, & etiam
in diſtractu actor ſequitur forum rei volue
runt ſequen. Lap. Anto. de But. in c. poſtu-
laſti, de fo. comp. Alex in addi. ad Bart in
l. hæres abſens, §. ſi quis tutelam, in verſ. in
duobus, ad fi. ff. de iudi. & Tiraquel. de le-
gib. connu. glo. 5. num. 8. in verſ. contracter.*

f ¶ Quòd ſic.] *Argumentum hoc modo
procedit, in cauſa vſuraria proceditur ſum-
mariè, & de plano, ac ſine ſtrepitu, & figu-
ra iudicij præalleg. cle. diſpendioſam, & ibi
gl. in uer. uſuris, & Card. q. 31. cum quibuſ-
dam ſeq. ac Vitali. nu. 52. & ſeq. declarant
quando cauſa vſurarum ſit ſummaria, in
cauſis autem ſummariè, ſimpliciter, &c.
cognoſcendis litis conteſtatio non requiri-
tur, d. cle. ſæpè, & per Abb. in c. veniens,
& poſt nu. 10. ver. ex prædictis no. de teſti.
et voluit Rom. conſ. 497. diligenter, num. 9.*





*quod quando proceditur ſummariè, de pla-
no, &c. quæuis iudiciaria ſolennitas remiſ-
ſa videtur, ſequitur D. meus, conſ. 449. vi-
ſis, num. 15. Dicet aliquis argumentum hoc
bene mihi concludit cauſam vſurariam nõ
requirere litis conteſtationem, ſed quor-
ſum hoc? Huic reſpondebo. In cauſa in qua
ſententia ferri poteſt abſque litis conteſta-
tione, poteſt procedi contra ãbſentem, pro-
ut in alleg. clem. ſæpè, & ibi per omnes. de
verbo ſignific. & in c. quoniam frequenter,
§. porrò, ibi. ſi de cauſa liqueat ad diffini-
tiuam ſententiam procedendum, vt lit. non
conteſt. intellige tamen, vt citatio legitima
præceſſerit, vt non dicamus idem in ſenten-
tia declaratoria huiuſmodi, quod diximus,
in petenda abſolutione à iuramento, quòd
hic citatio legitima præcedere debeat, pro-
bat text. in alleg. clemen. ſæpè, §. non ſic,
verſic. citationem verò, & in dicto §. por-
rò, verſic. ſeu quia peremptoria citatione,
&c. & ſupponunt, Bald. in Authen. ſi om-
nes hic alleg. poſt num. 6. ibi dum tamen
ſit legitimè citatus, & alij, C. ſi mi. ſe ab
hære. abſ.*

g ¶ Miſsionis.] *Hæc eſt alia ratio quarè de-
claratoria huiuſmodi contra abſentem fer-
ri poſſit, quæ eſt, quia contra huiuſmodi cre
ditorem vſurarium litem nõ conteſtantem,
ſeu abſentem non poſſet deueniri ad reme-
dium miſſionis in poſſeſſionem, cum illud
competat contra debitores abſentes, vel li-
tem non conteſtantes, non autem contra
creditores, vt per Bart. & alios in l. ſi fini-
ta, §. Iulianus, ff. de damn. infec. vnde ad
hoc remedium deueniri debet, vt cõtra ab-
ſentem lite etiam non conteſtata procedi
poſſit, etiam ad ſententiam prout declarat,
Iacob. Butrig. in Auth. qui ſemel hic alleg.
colum. penul. verſic. Item quæro quare hic
poteſt perueniri ad diffinitiuam lite nõ con
teſtata? reſpondet, ꝙ illud conceditur vbi-
cunque contra abſentem aliud auxiliũ ceſ-
ſat, videatur Bal. in alleg. authen. ſi omnes,
num. 5. & ſeq. & ibi Barba. in addit. in ver.
reſpondet. dicit hanc eſſe cõem theoricam.*

h ¶ Sententiam.] *Nos ex ijs, quæ diximus
ſupra inferamus vtiliter ad praxim Rom.
Cur. ꝙ ex quo tam in cauſis ordinarijs, qua
delegatis ceſſat miſſio de qua hic, procedi
poſſit ad ſententiam diffinitiuam cõtra ab-
ſentem, ſiue ex quo deficit remedium miſſio
nis huiuſmodi, quod Romæ eſt inuſitatũ, ſi-
ue ſanius in cauſis beneficiarijs, ſiue alijs
ſpiritualibus, in quibus tam coram ordina-
rijs, quam coram delegatis contra abſentes,
vt præmiſi, procedi poteſt, ſiue ſanius in cau
ſis prophanis, & tunc ſi coram delegatis,
clauſula ſummariè, etc. ſemper in reſcriptis
poni conſueuit, de qua clauſula latè tracto
in 3. cõ. in uer. ſummariè, ſiue ſanius in cau
ſis ordinarijs coram Auditore Cameræ, vel
altero & duobus alijs ordinarijs, cuius Au
ditoris Cameræ tribunal & pondere, & nu
mero cauſarum, ac poteſtate cenſuras eccle
ſiaſticas fulminandi omnia alia ſuperat, et
cui hodie præfectus eſt digniſſimus, & nun
quam ſatis laudatus Illuſtriſs. D. Flauius
Vrſinus. Facultas etiam horum tribunaliũ
Vicarij Papæ, Gubernatoris Vrbis, & dicti
Auditoris Cameræ inter alia continent, vt
procedere poſſint ſummariè, ſimpliciter, &
de plano, &c. ergo vt vno verbo abſoluam
contra quemcunque abſentem, ſiue actorẽ,
ſiue reum procedi poterit ad omnes actus, ẽt
ad diffinitiuam ſententiam.*

i ¶ Allegans.] *Infra alle. 58. prælatus, nu. 3.
vbi plura adducit inferẽs ad ſtatutũ, vt ibi.*

K ¶ Præſcriptione.] *Vbi etiam videantur,
Cyn. & Bald. & infra alleg. 58. num. 3. &
Domini. in alleg. §. contrahentes, & ibidem
omnino, Phil. Fran. in 6. no. vbi etiam addu
cit hanc alle. 10. Alex. in l. ex quacunque,
nu. 16. ff. ſi quis in ius voca. vbi plures re-
fert tenentes cum Innoc. hic, alle. Fel. in c. ſi
clericus laicum, colum. 2. in 2. lim. de for.
compe. & Cur. iun. conſ. 124. maturè, nu. 6.
vbi quòd concluſio Inno. eſt vera, & com-
munis, quòd quando quis non habet regu-
lariter iuriſdictionẽ contra aliquem, ſed in*

aliquo caſu ſpeciali, puta ſi Florentinus citaretur Ianuæ pro contractu ibi celebrato, & ipſe opponeret ſe non debere citari, & non eſſe ſuppoſitum iuriſdictioni illius iudicis, quia negat ſe vnquam ibi contraxiſſe, neceſſe erit, quòd ante quam ad vlteriora procedatur circa expeditionem cauſæ, primo cognoſcatur ſummariè, an contraxerit ibi, vel non, & poſtea pronuncietur ſuper competentia.

l ¶ Quarto.] Sequitur Felyn. in c. 1. poſt nume. 27. de proba.

m ¶ Ad citatum.] Pro huius quarti dubij intellectu, & verborum hic poſitorum videatur infra alleg. 58. prælatus, colum. antepen. verſ. D. Franc. de Boic. & poſtea, col. penult. verſ. Dicit tamen D. Franciſcus, ꝙ dicto caſu onus probandi ſpectat ad citatū, quia fundata eſt intentio citantis, &c. Et cum ſupponatur dubiū, an iudex eſſet competens, vel non, citatio interim ſuos operatur effectus, ad ea, quæ adduco in 40. q. Reg. de Anna. num. 5.

n ¶ Exhibere.] Rot. 488. no. ſi in libello. in anti. diſtinguit. & Rot. & hoc dictum Lapi ſequitur Felyn. in alleg. c. de probat. poſt num. 27. in Reſtrictione 3.

o ¶ Purgantes.] His diebus religioſiſſimus, & omni virtute ornatus Illuſtriſſ. & Reuerendiſſ. Cardinalis Piſarum, & alij ſanctiſſimæ inquiſitioni præfecti in cauſa prætenſæ Hæreſis mandarunt Staſio de cenſa clienti meo, ſub ditione digniſſimi, & Illuſtriſſimi Cardinalis Ieſualdi exiſtentis, quòd ſe purgaret per ſex compurgatores ab obiecto hæreſis crimine, conſului iuramentum per Staſium præſtandum concludere debere, quòd ipſe ab obiecto crimine immunis erat quin immo contrarium tenuit, & tenet, & idem quod ſancta mater eccleſia, iuxta formam tradi. per Hoſtien. in Sum. in titu. de purga. can. §. qualiter fieri debeat, & Spec. de Abolitio. & purga. Compurgatores verò iuramentum hoc modo ſubire debebant videlicet. Quòd ipſi credunt Staſium verū iuraſſe, & quòd ſecundum eorum conſcientiam immunis fuit, & eſt ab obiecto crimine hæreſis, & credunt illum veritatem dixiſſe, iuxta text. in c. quoties, & c. fi. in fin. de purga. cano. & per Hoſtien. & Spec. vbi ſupra, per Lap. infra alle. 53. factum, nu. 6. alleg. 82. in cauſa, ante num. 5. & ad alia, quæ adduxi in con. per me deſuper confecto. clientemque meum innocentem, & immunem ab omni hæreſis crimine poſt multas diſputationes declarari obtinui.

p ¶ Pen.] Vult dicere in decre, G. perpetuus, & doctr. Innoc. ibi, & dictum Lapi hic communiter approbatur, vt per Anto. de But. & Abba. in dicto c. G, perpetuus, colum. 3. verſic. & dicit, quòd eam ſequitur Lap. & Innocen. & Lap. hic licet non citet alleg. refert Ludo. Roman. in l. 1. §. editiones, poſt num. 10. ff. de eden. & ſubdit Roman. quòd communis practica ſequitur dictum Innocen. & idem Romanus, in l. 2. poſt num. 10. licet corruptè alleg. hanc citet, C. eo. & opi. Innoc. dicit communem, & hoc dictum Lapi corrobat; Dominus meus Phil. Dec. in alleg. c. 1. poſt num. 66. verſ. primus eſt in eo, qui negat. de probat.

q ¶ Sententiam.] Idem voluerunt Anch. in c. 1. circa medium, verſic. ſed hic quæritur pone, quòd pars appellata, de appel. lib. 6. & Franc. in c. Romana, §. ſi uerò, ante nume. 13. cod. tit. & lib.

r ¶ Non tueatur.] Seu non reperitur, vel non credatur, ſeu non iuuetur, hæc eſt Praxis Inn. in alle. c. G. perpetuus, quem etiam ſequi videtur iuxta terminos noſtros, Fed. Sen. conſ. 202. audiui, & Anch. in d. c. 1. in 9. q. col. 3. de appel. lib. 6. & D. meus in alle. c. 1. poſt nu. 66. vbi hanc opin. communem dicit. de proba. & Lap. hic ſequuntur Mil. in reper. in ver. appellans vlti. & Felyn. in dicto cap. G. perpetuus num. 10. vide omnino Iaſo. in l. is apud quem, num. 10. & ſeq. qui Lap. & alios citat, latè diſcutiens, C. de eden. & ibid. Dominum meū Phil. Dec. num. 26. & ſeq.

Bar.]



ſ ¶ Bar.] Et per eundem Bar. in l. 1. §. edenda, ff. de eden. quem ſequitur Guid. Papæ, Dec. 245. ſi aliquis.

SVMMARIVM.

1 Parochiani, & patroni an ratione ſui intereſſe poſſint agere contra rectorem eccleſiæ, vt declaretur priuatus ſtante conſtitutione, concubinarium ipſo iure fore priuatum.

2 Parochianorum intereſſe quod ſit.

## ALLEGATIO XI.

1 TRactat † hic an parochiani [a] ra-
a tione ſui intereſſe periculi animæ
in percipiendo ſacramenta: & pa-
tronus rōne ſui intereſſe, vt poſſit
præſentare, poſſit agere, vt rector declaretur
remotus ab eccleſia ex verbis conſtitutionis
b legati dictantis cōcubinarium [b] priuatum ip-
ſo iure, & habentes poteſtatem prouidendi
poſſe prouidere, hoc declarato. Poſito quod
agentes ſint laici, & viles, videtur quod non
quia tales remouentur ab accuſatione; de ac-
c cuſ. cum. p. [c] cum materia, [d] & quia ex quo
d priuatus eſt ipſo iure declaratio videtur ſu-
perflua. Determinat contra quia laicus, & vi-
lis ratione ſui intereſſe agit contra clericum
e de crimine ciuiliter, & etiam criminaliter. [e]
4. q. 6. omnibus. de teſti. de cetero. hic patro-
f nus [f] proſequitur ſuum intereſſe, quia vult
2 præſentare. † Item parochianorum intereſſe
eſt, vt recipiant ſacramenta eccleſiaſtica ab eo
quorum intereſt, ad hoc de elect. dudum. 2. &
quod talis ad hoc agere poſſit not. de electio.
querelam, non obſt. ſecundo quia conſtitutio
eſt fundata ſuper cōſtitutione legati, quæ vult
quòd demum eligere poſſit, vel prouidere
quando hoc eſt declaratum. Item dato quòd
poſſit procedere ad electionem ſine prædicta
g declaratione [g] tamen honeſtius eſt fieri decla
rationem ne poſtea in executione negocij ſur
gat difficultas, ad hoc de homi. pro humani,
lib. 6. in fin. quę ibi no. ad hoc glo. de elec. com
miſſa. in ver. iuſto impedimēto, eo. lib. ad hoc,
quòd not. in c. licet epiſcopus, de præben. lib.
6. ſuper ver. vocato in fi. & Io. Andr. in Spec.
de appel. ſuper rubr. & quod not. in Spec. de
ſuppl. negli. præl. §. eſt autem illa. in fi.

Addit. Quint. Mandoſij.

a ¶ An parochiani.] Fed. de Sen. conſ. 23. Titius electus poſt num. 3. ponderat laicorum parochianorum intereſſe habere bonum prælatum, canonicè inſtitutum, a quo eccleſiaſtica ſacramenta recipere poſſint. Et Feder. ibi, & Lap. hic ſequuntur And. Barb. in vlt. Apoſtil. in fi. ad Bal. in l. iubemus, C. de ſacro. eccl. pro hac alle. vide plura per Io. Bapt. Ferret. conſ. 183. viſis alleg. quem miror non citaſſe Lap. hic, & Lap. hic ſequitur, alios etiam referens, Ioan. de Syl. de beneſic. par. 2. q. vlt. col. pen. & fin.

b ¶ Concubinarium.] Triginta pœnas contra concubinarios vide per Rebuff. ſuper concor. rubr. de publi. concubi. poſt prin. contra concubinarios habemus Conc. Lateran. ſub Leone X. Seſſ. 9. de refor. curiæ. & nouiſſimè Concil. Triden. Seſſio. 24. in decre. de refor. matrimo. c. 8. incipien. graue peccatum, & ſeſſione 25. cap. 14. quam turpe. in decre. reform.

c ¶ Cum p.] Et ibi Abb. poſt glo. num. 6. colligit quatuor membra, ſubdens fallentias de quibus hic, & Addit. ibi remittit ſe ad hanc alleg.

d ¶ Cum mate.] Et c. ex parte A. & ca. de cetero. de teſti. c. ſicut ſacerdotes, & ibi Gemin. 2. q. 7. & per Sozzi. reg. 409. in verſ. teſtes laici contra clericos. Amplia. etiā vt laicus non poſſit accuſare clericum primæ tonſuræ prout in Sing. Ant. Corſet. in verſ. accuſatio. vbi quærit an laicus poſſit accuſare clericum primæ tonſuræ, & ſi aliter nō caueatur non differt clericus primæ tonſuræ, ab alijs, prout per Alex. conſ. 8. videtur lib. 1. Abb. in c. cum non ab homine in 2. not. vbi etiam plures, additiones, de iudi. & ad ea, quæ adduco, in 1. quæſt. 24. reg. nu. 2. & ſequen.

e ¶ Criminaliter.] Hoc non videtur verū, quia laici ſolū criminaliter accuſant quando ſuam, vel ſuorum iniuriam proſequūtur, & in quibuſdā criminibus exceptis, vt per Ant. & Abb. in c. de cetero. de teſti. & ibidem, Fel. nu. 9. & 10. in 6. & 7. limi. & per eundem Abb. in c. ex parte, col. 5. ver. item



fallit,

fallit,& ante,& ibi magna addit.quæ Lap. hic citat,& ibidem Fely. ante nu. 12. in 5. fallen.co.Et quod patronus non poſſit criminaliter accuſare presbyterum dilapidantē, ſeu inhoneſtè viuentem concludit alios adducens Rocc.de iu.patr.in verſic.oneroſum, q.1.poſt nu.2. verſ.limita,vt non procedat, & Lamber.in eo.tracta.in 3.art.2.q.princ. 3.lib. Niſi defendendo Lap. dicamus,quòd hoc crimen erat notorium, quo caſu laycus etiam criminaliter accuſare poſſit,prout in c.cum dilectus, de purga. cano. per Abb.in c.cum non ab homine,colum.8.de iudi. per eundem Abb.in alleg.c.de cætero,& ibidem per Felyn. in 2.limit. num.6. de teſti. & per Sozzi.in alleg.reg.409.in 2.fallen.

f ¶ Patronus.] *Quòd patronus, & parrochianus admittantur ad denūciandum, ſeu accuſandum ciuiliter,concludunt omnes in alleg.c.ex parte,de teſti.prout per Fel. ibi, num.8.in 1.fallen.Fede.de Sen.conſ.23.Titius,colum.2.& Roc.de iure patro.in verſ. oneroſum,poſt num.2. verſ ſecus quantum ad procedendum ciuiliter,latè Lamb.in dicto tract.in 2.art.2.quæſt.princ. 3.lib.*

g ¶ Declaratione.] *Declaratoria quando requiratur vide per Abb.in c.peruenit, 1. num. 5. de appel. per Roman. conſ.482.in caſu,num.6.& per Fel.in c.1. numero 42. de conſtit.& latius in c.Rodulphus,in ver. ſed declaratoria. de reſcr.*

*SVMMARIVM.*

1 *Mandatum habens ad locandum pro quinque annis, an vltra illos quinque poſſit locare pro alijs quinque & ſic ſucceſſiuè.*

2 *Mandatum habens ad locādum bona Eccleſiæ,an poſſit locare Eccleſiā, vel campanile, vel domos contiguas Eccleſiæ.*

3 *Eccleſia non poteſt locari.*

4 *Prælati inferiores non poſſunt committere curam inferiorum parochianorum.*

## ALLEGATIO XII.

1 DIſputat hic † an habens mādatum a prelato ad locādum pro quinq; annis poſſit locare ad quinque annos proximos,& primo finito termino poſſit incontinenti ad alios quinque, & ſic ſucceſſiuè an poſſit facere eodem inſtanti plures locationes.Primo allegat defectū conſenſus capituli ad tales locationes,de his,quæ fi.a præ.nouit; &c. quanto; ad hoc de reſcrip. edoceri. Secundo quia locationes ſunt factæ ad non modicum tempus, quòd non poteſt: quia eſt ſpecies alienationis, vt in Clemen.1.
a [a] de rebus. eccleſiæ non alien. Nec obſt. quòd nulla excedat quinquennium, quia hic æquipollet vnam facere, vel immediatè,& ſucceſſiuè plures : quia quod vna via, &c. de reg. iur. cum quid vna via; vel ſaltem vltimæ locationes ex quibus tranſgreſſum eſt tempus non valuerunt, ad hoc decre. ad apoſtolicæ, de dona.& 1. gloſſ. in ver. reuocare vbi Ioan. And. Tertio: quia dictus procur. non habuit mandatum, niſi pro vna locatione quinquennij, & proximi,l.boues,§. hoc ſermone, ff. de verbo.ſignific.de præben.non poteſt, libro 6.
2 Secundo † diſputat an in mandato ad locandum omnia, & ſingula bona, & poſſeſſiones eccleſiæ veniat, vt poſſit locare eccleſiam, vel
b campanile, vel domos contiguas [b] eccleſiæ, & habitationes canonicorum, & plebem eccleſiæ. dicit, quod non, quia locando eccleſiam non locat bona eccleſię: ad hoc gloſ. in Clemen.1.ſuper verbo inſerta.de conceſ.pręben. ad hoc de reſcrip. ſuſceptum. [c] Item
3 † quia eccleſia non poteſt locari decre.2.[d] vbi
d gloſ.not.ne.præl.vic.ſuas,& Hoſt. in c.fin.10. q.1.ſacerdos,& c.ſequen.16.q.7.c.2. nec excuſat authoritas epiſcopi, de deci. quamuis, & cap. prohibemus. Immo nec clerico licet eccleſiam curatam locare, quia per ſe debet deſeruire, non per alium: de præben. extirpandæ, §. qui verò. de elect. licet canon,lib.6. vnde quando propter abſentiam diſpēſatur,ponitur ibi vicarius per epiſcopum,de elec. cum
4 ex eo.lib.6.& ibi dicit,Io. And. ꝙ prælati † inferiores non poſſunt committere curas inferiorum parochianorum, ideo hic locare eccleſiam non venit in generali mandato. de offic. vicar. cum in generali, libro ſexto, & idem per omnia de campanili; quia pars eſt eccleſiæ;



e ſiæ,& debent ibi ſtare campanę [e] ad cōuocandum populū.de homi.ex literis, &c.Ioannes de off.cuſt.c.j.& 2.de quo de ſen.exc.in Rub.
f Idem de cimiterio [f] quia gaudet eodem priuilegio cum eccleſia.16.q.3.quiſquis,de conſec.eccl.vel alt.conſuluiſti.de immu.eccl.c.fi.
g Idem de domib. contiguis [g] habitationibus clericorum,& ſepta eccleſiæ.30.paſſuum circumcirca,17.q.4.ſi quis contumax.in c.ſi quis in atrio.22.q.4.metuentes,c.cauſam,2.q.ſi qs inuentus,& c.conſtitutus.4.q.j.ſanctorum,& gl. in d.ca.conſtitutus, & quantum ſit paſſus habetur in d.c.ſicut i ſacro.Adhoc ꝙ no.Spe. de iniur.verſ.poteſt,& de immu.eccl.in 2.forma.Item cum habitatio domus,& ſepta eccleſiæ ſit cōis prælato,& canonicis, & quilibet tenetur ad reſidentiam, nō poteſt locare prælatus habitationem ipſorum clericorum, nec eos iure habitationis priuare, ſecundum Anton.de Butr.

### Addit. Quint.Mandoſij.

a ¶ Clemen.1.] *Ad fi. & ibi Card. qui idē tenet in 5.quæſt. Idem etiam voluit Cald. conſil.11.vbi etiam Gemin. in Addi.de iureiur.Ant.de But.in c.Apoſtolicæ, de donatio.& Alex.conſ.165.viſis, libro 2.& conſ.104.in cauſa,nu.6.lib.3.vbi allegat, & ſequitur Lap.hic.Idem etiam concludit Alexan.in l.ſi domus,§.fin.ad finem, ff.de leg.1.Idem voluit Fel.plures citans in ca. quæ in eccleſiarum,poſt nu.87.verſ.ſimiliter ſi in locatione ad longiſſimum tempus, poſtea verſ.ſimiliter ſi fiat locatio ad tempus non longum,vbi comprobat hāc Alle. & idem Fel.qui cum Lapo tenet in ca.plerunq;,de reſcrip.Et hęc opin.Lapi communiter tenetur, quem etiam ſequuntur Firma.in ſuo repertor.in ver.epiſcopus non poteſt locare,Iaſon.in l.manumiſſiones, poſt numerum 7.& Claud.Seyſel. ante num.6. ff.de iu.& iur. And.Tiraq. de vtr. retrac. tit.2.in præfat.numero 11.verſicu.ſed huic ſententiæ,& Apoſtil.ad Bal.in l.voluntatis, in ver.idem puto, licet contrarium tenuerit ibi Bald.& malè, C.de fideicommiſſ.*

b Domos contiguas.] *Quod requiratur ſpeciale mandatum ad locandum domos eccleſiæ cōtiguas eſt ſingulare dictum,& Lap. referunt,& ſequuntur Lud.Rom.Sing.39. an habens,& licet relinquat cogitandum, ſubdit authoritatem Lapi magnam eſſe, & Firma.qui ſequitur Lap.hic, & Rom.d. ſing.licet illius numerum non citet,in uerbo domus contigua,eccleſiæ, & in verbo, mandatum ſpeciale requiritur ad locandum.*

c ¶ Suſceptum,lib.6.] *Puto quod arguat a mandato ſedis Apoſtolicis ſuper recipienda reſignatione beneficij, illoque conferendo ad mandatum prælati ad locandum, ut ſicut illud extra terminos ſuos tantum, & quo ad ſpecificata ſolum operari debeat, dicto c.ſuſceptum.Et generale eſt,quod literę beneficiariæ ſtrictè,& in ſuis proprijs terminis interpretandæ veniunt.c.quamuis, & c.cui non,de præben.eo.lib.& per Card. in clem.prima,quaſt.7. nume.15.de conc. præben.*

d ¶ Decre.2.&c.] *Præceden.& ſeq. De locatione redditũm beneficiorum tracto ſuper ſignat.Gratię ſub rub.de Indult.locan. redditus benef.*

e Campanæ.] *Per campanas prædicatores ſignificantur,qui inſtar campanarum omnes ad fidem vocant,dicente Domino Clama ne ceſſes,quaſi tuba exalta uocem tuā, prout Eſaiæ 58.Et Deus præcepit Moyſi vt Sacerdos tabernaculum ingrediens tintinabulis ambiretur,prout Exod.28. & c. ſit rector 43. diſtin. Campanæ in eccleſia inſtitutæ ſunt vltra officium conuocandi omnes ad expellendos etiam hoſtiles exercitus,ad fulgura, grandines, & tempeſtates tollendas,prout hæc,& alia uidere licet in benedictionum Campanarum formula, & legere eſt in libro rationale diuinorum nuncupato, libro primo, ſub rubrica de campanis. Videatur etiam Ioann. de Syl. de benefic.parte prima, q.5. numero 82. & ſeq.*

Cimi-

¶ Cimiterio.] *Quod eccleſiæ pars dicitur ad Rot.Biſig.2.de præb. in antiq. & 197. in no.Mil.in reper.in ver. gratiam habens acceptandi beneficia in certa Eccleſia, et per Fel.in cap.ex parte 2. poſt numero 2. de reſcrip.*

g ¶ Contiguis.] *Refert, & ſequitur Calcan. conſ.125.in cauſa,num.22.*

## SVMMARIVM.

1 *Religioſus excommunicans ſubditos monitione non præmiſſa, an incurrat irregularitatem ſi poſtea celebrat ignorans ſe ſuſpenſum a iure pro tali excommunicatione.*

2 *Generalis habens ex priuilegio, quod poſſit abſoluere ab irregularitate, præterquam ſi grauis ſit exceſſus, an poſſit irregularitatem abſoluere, quæ propter excommunicationem latam monitione non præmiſſa euenit.*

3 *Legatus,an poſſit abſoluere irregularem, qui incurrit irregularitatem celebrando,cum ſit ſuſpenſus.*

## ALLEGATIO XIII.

a HIc cõcludit[a] religioſum† non ex-
1 cuſari ab errore iuris,quia excom-
b municauit monitione [b] non præmiſſa,&quòd celebrauerit ſuſpenſus ignorans pœnam irregularitatis, quia po-
c tuit conſulere peritiores,[c] quia licet excuſetur ab apicibus iuris, excuſatur quo ad extenuandam grauitatem delicti,non quo ad tol-
d lendum delictum[d] ex toto.
2 Secundo † concludit[e] quod ex priuilegio
e quo miniſter poteſt abſoluere ab irregularitate præterquã ſi grauis ſit exceſſus poſſit abſoluere ab irregularitate propter celebrationem diuinorum,qui ſuſpẽſus eſt eo, quia excommunicauit monitione non premiſſa, vt priuilegium aliquid operetur,cum omnis irregularitas ſurgat a cauſa graui immediata, ſed a remota poteſt eſſe leuis,attenta cauſa remota excommunicandi ſine monitione.
3 Concludit † etiam legatum poſſe abſoluere irregularem,qui incurrit in irregularitatem celebrando,cum ſit ſuſpenſus, dummodo nõ celebret in contemptum, de quo de excom.
f cle.in cler.[f]

### Addit. Quint. Mandoſij.

a ¶ Hic concludit.] *Hoc primum dictũ Lapi limita non procedere quando excommunicatio fertur pro futuris culpis, quo caſu non requiritur alia monitio, quia tempus monet,ſeu dies interpellat. Archid.in capit.indignè,poſt num.2.12.q.2. & Fely. in cap.cum ſit Romana,num.22. de appel. vbi hanc Alleg.cum alia infra 73. concordat vt inter ſe non ſint contrariæ, cum illa de excommunicatione pro culpis futuris loquatur,hæc vtro non ſit intelligenda pro culpis futuris.*

b ¶ Monitione.] *Et ſic contra tex.in capit. ſacro.in 1.reſpon.de ſent.excommun. & in c.1.iun.glo.in ver.cauſam,in prin. eodem. lib.6.& infra Alleg.73.prælatus, ubi plura ad rem tractabo.Idem etiam voluit Cardinal.in c.peruenit, in princ. de deci.& ibi Apoſtil.in ver.excommunicatio, ſequitur Lap.hic.*

c Peritiores.] *Iuxta tex.in l.regula,§.ſed iuris ignorantiam,ff.de iur.& fa igno. gloſſ. Bal.& Alex.num.2.& alij in l.iuris, C. qui admit.& Dyn.in Reg.ignorantia, ubi bona Addit.*

d ¶ Delictum.] *Idem ſentit Ariſt. 3. libro Ethico.ca.5.dum inquit puniunt etiam eos qui aliquid eorum ignorant, quæ legibus continentur,quæ quidem ſcire oportet, nec ſunt difficilia cognitu. Videatur Bald.in l. venditione,num.3.verſ.vel quia paſſus erat difficilis in iure.C.de vſucap.pro empt. & omnino per Fel.in c.de quarta,num.27. & ſeq.de reſcrip.Et de errore iuris prohibitorio, ex quo ſequitur actus reprobatio per Aimo.Crauet.de antiq.tempo.parte 4. nu.164.& ante,et poſt,vbi plura circa iuris ignorantiam, an autem, & quæ differentia*

rentia



*rentia ſit inter ignorantiam, & errorem, vide per Bal.in l.falſus, colum.5. poſt numerum.5. verſ. & ſcias quod aliud. C.de furt.& per D.meum, conſil. 351.in caſu, ad finem.*

e ¶ Secundo concludit.] *Ex hac ſecunda concluſ.Lapi duo elici poſſunt,quorum vtrunque non paruam difficultatem habere uidetur.Alterum eſt quod omnis irregularitas procedat a cauſa graui, ſi de immediata,ſeu proxima loquamur.Alterum vero quod cauſa remota irregularitatis,quæ fuit quia excommunicauit monitione non præmiſſa,fuerit,ſeu ſit leuis. Primum negari poſſet,immo do inſtantiam in contrarium,poteſt ne dici cauſa grauis immediata irregularitatis erga illum,qui ut prætor in cauſis criminalibus iudicauit? vel tulit ſententias ſanguinis, propter quas ſequuta ſint vltima ſupplicia? Tales enim non videntur demeruiſſe,ad c.quæſitum, 23.q.4. & ad alia quę adduco ſuper ſigna, gratiæ dum de abſolut.ab homicidio tracto, verſ. quando illi. Idem etiam dico de aduocatis in huiuſmodi cauſis criminalibus,& de familiaribus a ſecretis dominorum in bello exiſtentium,de quibus ibidem loquor. Alterum etiam ſat dubium videtur,immo potius contrarium concludendũ eſſet.Si enim conſideremus illam cauſam remotam propter quam iſte ſuſpenſus aſſeritur, videlicet quia abſque monitione excommunicauit, concludemus illum in legem commiſiſſe,quippe qui nec verba, nec ſententiam legis ſeruauit,ad tex.in l.contra legem, ff. de legibus.contrauenit enim concilio, & decreto pontificio,de quo in capit.ſacro. de ſent.excom. Inſuper nõ ſeruata debita forma excommunicauit aliquem, quæ excommunicatio morti æquiparatur, iuxta text. in ca.per venerabilem,§.pe.ibi, mori præcipitur,ideſt p excommunicationis ſententiam velut mortuus a communione fideliũ ſeparari, qui fil. ſint legit. Qui vult tenere opin. Lapi ad primum obiectum reſpondere poterit,quod cauſa immediata cuiuſuis irregularitatis grauis habetur,& in caſib. per me ſupra adductis,cum non conueniat virum ſanguinis circa diuina ſe immiſcere,dicente Domino Dauidi, non ędificabis mihi templum,quia vir ſanguinis es.1.Paralipo.28.& ſat eſt quod in præmiſſis, & alijs caſibus iura diuina, ſeu canonica ſtatuerunt tales, & alios irregulares eſſe ex illa cauſa immediata. Quo ad ſecundum reſpondere poſſumus,quòd cauſa remota non videtur grauis,ſed leuis, ſaltem ſuppoſita ignoratia illius canonis cõtrarium ſtatuentis,prout Lap.in princip.ſupponit, & propterea in primo membro ſubdit,quod talis ignorantia delictum extenuat,licet non tollat in totum, unde ſumus in delicto extenuato,& ſic leui.*

f ¶ Cleri.] *Ego puto quod allegare voluerit, c.clerici iun.glo.de cler.excommunic.min. vbi etiam videatur Hoſt. Ioan. Andr.& Abb.colum.2.verſ.dicit etiam.De hoc dicto Lapi meminit, & illud ſequitur addit. ad Abb.in d.c.clerici,in verſ. quæritur, ad finem.Videatur etiam Abb.in cap. pen.numero 3.cum aliquibus ſequ.&ibi Apoſtil. ad hanc alleg.ſe remittit.de off.leg.Videatur etiam Pariſ.conſ.28. ad reſolutionem, num.37.& ſeq.vol.4. qui ſequitur Abb. in dicto c.penul. Et quia legati in ſuis facultatibus hodie hoc,& alia ſimilia,& forſan maiora habent, non eſt opus aliter diſcutere,tanto magis quia aliqui Docto.vbi ſupra dicunt hoc magis conſiſtere in facto, quam in iure.Et propterea dixerunt Lap. Abb.in c.1.§ caueant,& Gemin. ante numerum 6.& etiam Franc.poſt prin.citans, & ſequens Lap. hic de ſentent. excommunicatio. libro 6. quod conſuetudo habet, quod cum talibus,qui claues non contempſerunt, poſſit legatus de latere diſpenſare.*

SVM-

### SVMMARIVM.

1 Legatus poteſt vnum beneficium reſeruare,& inhibere,& etiam executor ab eo deputatus.

2 Singularibus de capitulo non licet ignorare ea quę facta fuerunt in capitulo.

3 Inhibitio,& decretũ legati,an ligent ignorantem.

4 Reſeruatio prębendę uacantis,uel uacaturę,an extendatur ad eccleſiam non numeratam.

5 Determinato numero canonicorum intelligitur determinatus numerus præbẽdarum,& e conuerſo.

6 Si mandatur prouideri de canonicatu,& prębenda cum uacauerint & in eccleſia non ſit numerus prębendę prouidẽdum erit de canonicatu.

7 Renunciatio beneficij ſemper debet in manibus pręlati fieri, qui poteſt inuitum deſtituere.

## ALLEGATIO XIIII.

1 COncluſio prima eſt in hac allega
a tione quod ſicut poteſt † legatus
reſeruare [a] vnum beneficium, &
b inhibere,ita executor [b] ab eo deputatus,alleg.ad hoc de conceſ.præben. c.1.
libro 6.ad præ.alleg.de præben.ſi abſenti, libro 6.de off.leg.præſenti,& cap.ſequenti.
2 Secunda †concluſio.non licet ignorare canonico ea quæ fiunt in capitulo.alle.Io.And.
de conceſ.præbẽ.c.1.libro 6.ſuper ver.inter-
c ponentes,[c] & alleg.glo.de ſimo. dilectus, in
ver.officialibus,vide tex,de reſcrip. eam te.
3 d Tertia † ꝙ inhibitio & decretum [d] legati
e ligat [e] ignorantem etiam ſi ſint legati alleg.
Innoc.in decre.cum dilectus,de iure patr. & Ioan.And.de præben.ſi apoſtolicæ, lib.6.ſuper gl.not.per iura, & ſic poſſunt legati ſcienter,vel ignoranter ſicut Papa. alleg. dictum Pau.in clemen.1. de conceſ.præben.in verbo attentari.
4 Quarta † concluſio quod reſeruatio præbendæ vacantis, vel vacaturæ extendatur ad
eccleſiam non numeratam,alleg.dictum Hoſtien.de conceſ.præben. ex parte ciſter. & di-
f ctum Pau.in clem.literas,de reſcrip.& gl.[f] de
conceſ.præben.c.1.lib.6.
g Quinta [g] concluſio, ꝙ eo, ꝙ in eccleſia portiones aſſignantur,& debentur canonicis, eo ipſo probatur numerata, quia portionis appellatione intelligendo, in potiori ſignificatu intelligendum eſt, ſecundum conſuetum modum loquendi,de verb.ſignifi. § quem.de ſenten.excom.quamuis.
5 Sexta concluſio, ꝙ eo ꝙ in eccleſia eſt determinatus numerus canonicorum ſemper intelligitur ſtatutus certus numerus præbendarum portionum, & ibi poſſibilis eſt vacatio,alleg.Innoc.in capit.ex parte, de conceſ. præben.Compoſ.de reſcrip.c.in glo. magna. ver.Item quid ſi Papa mandat. & in c.conſtitutus,in fine,Innoc.de præben.dilectus, alle. de conſtitu.tranſlato.Idem e contra quia determinato numero præbendarum intelligitur determinatus numerus canonicorum,alleg.gloſ.in cap.ex parte ciſter.de conceſ.præben.in uer.diſtinctè.
h Septima [h] ſi mandetur prouideri de cano-
6 nicatu,† & præbenda cum vacauerit, licet nõ
ſit ibi numerus præbendarum, & ſecundum vnam opin.ſi de præbenda non poteſt, prouidebitur de canonicatu,ex quo illi parti mandati prouideri poteſt,& habebit alias portiones alleg.quia ſi non poteſt toti mandato parere parendum eſt parti diuiduæ cui poteſt, not.gl.de reſcr.conſtitutus,& in c.ſi capitulo de conceſ.præben.lib.6.de præben. dilectus, eodem tit.ſi clericus,§.verum,lib.6.de do. & contumac.cum dilecti, quod quia talia ſeparabilia,&c.vt in regula vtile per inutil. Et ſæpè confertur canonicatus ſub expectatione præbendæ.de præben.ſi poſtquam,libro 6.& eodem tit.ei cui.& ſic nomen præbendæ large intelligitur de manuali,arg.de præben.cũ olim,de verb.ſign.ad hoc quod not. Io. And. de conſt.cum M.poſt Comp.ſuper gl.v.ergo. Ad hoc.1.q.3.§.alleg.quia ſi mandetur prouideri de vacanti, & nihil vacat prouideri poterit de cõibus redditibus,no. Inno.de præb. relatum.Nec obſt.ſi dicatur ꝙ reſcriptum eſt ſurreptitium in quantũ dicit (ꝙ vacatura)& ſic totum conquaſſatur,quia non eſt ſurreptitium,ſed non includitur, & ſic eſt defectus incluſionis, ſicut ſi impetrarem mihi prouideri in aliqua eccleſiarum diœceſis, non ex-





cluderer ab Eccleſia Cathedrali vitio ſurreptionis, ſed quia non extenditur.
i Vltimo [i] †probat opin.Innoc.ꝙ renunciatio debeat fieri,aut in manibus epiſcopi, aut in manibus prælati,qui poteſt inuitum deſtituere,&eſt ratio ſecundum Cald. vt ipſe dicit,quia renunciatio, & attentatio habet vim cuiuſdam deſtitutionis, quia per hoc deſinit
K eſſe prælatus renuncians,[k] ad hoc quod not.
Ioan.Andr.in capitu.cum ex iniuncto. ſuper gloſſ. finali, de hæreti. & ſic dicit ſe obtinuiſſe.

### Addit.Quint.Mandoſij.

a ¶ Legatus.] *Hic ſupponitur quod legatus à latere reſeruare poſſit,quod etiam probatur per tex.in c.cum dilectus,de iur. patr. & ibi per Abb.in 1.notab.& per Feder. de Sen.conſil.65.infraſcriptæ, col.2.in 2. dub.verſ.ſed legati, Mil.in reper. in ver. legatus a latere poteſt beneficia reſeruare. Quod tamen intelligendum eſt iuxta moderationem,c.præſenti,& c.deliberatione. de off.leg.libro 6.hic alle. De duplici reſernatione legati.Videlicet,quando beneficiũ nominat. Altera vero ſub hac forma reſeruamus collationi noſtræ primum beneficium vacaturum, quod. N. duxerit acceptandum,vide per Aene.de Falco.in trac. reſer.in 2.par.in 5. prælu. incipien. poteſt duobus modis reſeruare legatus de latere. Et licet Ioan.And.in c.ſi eum, de præben. dubitet,an legatus de latere poſſit reſeruare cum clauſula acceptandi.Alij tamen ut referunt Dom.& Phil.Franc.in eod. cap. verſus finem,hoc expreſsè tenent diuerſis rationibus.Idem etiam voluit Fed.de Sen. dicto conſilio 65.ad finem,2. dub.ſequitur Aene.de Falco.ad fi.dicti 4.prælu. Aduertendum tamen eſt quod Doct.in locis ſupra adductis concludunt quod licet legatus a latere poſſit reſeruare beneficiũ vacaturũ, illud tamen conferre non poteſt,nec ius ad illud in re, vel ad rem dare, hęc enim ad ſolum Papam ſpectant propter c.2.& ſeq.et c.ex tenore,de conceſ.præb.& d.c.cũ dilectus,ubi Abb.in 1.not.de iure pat.pro prę-miſſis etiam videatur Gaſp.de Peru.in tra. Reſer. in ver.ſequitur modo videre de legato,& per Lamber. de iure patr. poſt prin. 8.q.3.par.2.lib.num.2.& ſeq.*

b ¶ Exequutor ] *Cum Lapo hic cõcludunt Gem & Phil.Fran.in alle. c.pręſenti,ille, in fine,verſ.ſed an executor deputatus, & hic poſt prin.de off.leg.& idem Fran.in c. §.ſanè,in princ.de conceſ.pręben. lib.6. Et quod executor decretum interponere poſſit ſicut legatus.Fed.de Sen.conſil.297. legatus,col.2.verſ.ꝙ legatus. Et ſimile in executore papæ,vt ſicut papa inhibere poſſit, Oldr.conſ.319.ſuper in princ. & col.2. in princ. ibi poſt inhibitionem, vel reſeruationem,&c.*

c ¶ Imponentes.] *Vbi Io. Andr.poſt nu. 17.refert quendam Franc. Vercel. notaſſe ꝙ non licet illis de capitulo ignorare quæ ibi fiunt.Et Lap.ſequi.Ioan. Fran.Paui.de off. & pote.cap.ſe.uacan.in 5 prælu. ad fi. verſ.Et quod non licet ſingulis de capitulo ea quę fiunt in capitulo, in libro meo deeſt verbum, ignorare.*

d ¶ Decretum.] *Scilicet irritans quod emanat ſub ijs verbis,irritum quoque,& inane decernimus ſi ſecus ſup ijs a quoquã quauis authoritate ſcienter,vel ignoranter cõtigerit attentari.De decreto irritãti, illuſque effectu tractaui in 4.q.7.Regu Cancel. Quòd decretum irritans Papę liget etiam ignorantes probant tex.in c.ſi eo tempore. iun.gloſſ.in ver.ignoranter, de elect.lib.6. in cap.1.& cap.ſi ſoli,de conceſ.præb.eod. lib.Lap.infra Alleg.84.D.Papa Zenzel. in extrau.execrabilis Ioan.22.§. quę omnia in gloſ.in uer.irritum,Caſſa.Dec.3. de Decre.in reſer.in prin.Ruin. conſ.70. quia id,nume.8.uol.5. Et hoc apud omnes pro indubitabili habetur. Fallit concluſ.præmiſſa quo ad pœnas,& cenſuras, & ſic decretum Papæ quo ad pœnas, & cenſuras, non ligabit ignorantes, ſed tantum quo ad nullitatẽ actus,prout per Io.And.in c.tibi*

*qui ſuper glo.in ver.decretum,de reſcript. libro 6.& in c.illo qui. de præben. eod.lib. Franc.in c.1.§.1.nume.4.de conceſ. præb. eod.lib.Fel.in c.cæterum, num.19.& ante,de reſcrip.in 1.reſtrictio.verſ.ſed clauſula decreti non afficit ignorantes quo ad pœnam,& latius in 3.reſtrictio.verſ. Non tamen afficit ignorantes. Alciat. in tracta. de verbo.ſign.lib.2.num.38. verſ. ſicut & pontificis decretum, quo etiam ignorantes malo afficiuntur,quantum ad pęnam pertinet eos non alligat.&c.*

c ¶ Legati.] *Magna fuit inter Doct. contẽtio,an decretum legati a latere liget, ſeu afficiat etiam ignorantes, opin.affirmatiuã Lapi,hic tenent Innoc.Hoſt.Ioan. Andr. & Ioan.de Ligna.per Gemin.in c. ſi apoſtolicæ,poſt numerum 8.de præben.libro 6.relati,& ipſe Gemin.idem firmat hanc opin. veram concludens. Hanc item opin.affirmatiuam communem teſtatur,Card. in clemen.prima,in 6.not.de con.præben.ſubdẽs tanto magis id hodie procedere cum legatus apponat clauſulam ſcienter, vel ignoranter,&c. Lapum etiam refert, & ſequi videtur Gaſp.de Peruſ. (quẽ Ro. conſ.387. in terminis,in fine profundiſſimum Doctorum appellat) in tracta.Reſeruatio.dum tractat ad effectum reſeruationis legati,numero 2.Pro opin.affirmatiua concludit etiam Bonif.de Vitalin clem.1.de conceſ. præb. num.34. verſ.conclude quod ſicut decretũ Papæ,& ſui legati ligat ignorantes. Cum Lapo etiam tenet Mart. Laud.in tract.de priuil.& reſcrip.q.64.& Io.Bapt. Ferret. conſ.188.legatus papæ,in princ.Pro opin. vero negatiua arguitur ſic, nullus a Papa inferior,etiam legatus,poteſt contra ius facere,ſeu diſponere,c.cum inferior, de maio. & obed.cap.penul.& fi.de fil.presb.Quod ignorans ligetur eſt contra ius,l.fi.ff.de decre.ab ord.fac.l.ſi ignorans,ff.loca. & ſupponit Lap. Alle.89.num.3.& faciunt quæ adduxi in 53.q Reg.de Anan. nume.11. dum prob.ignorantem improbum dici non poſſe.Hanc opin. negatiuam tenuit Compoſtel.in c.capitulum,colum.penul. verſicu. princeps,ideo dixi, de reſcrip. Idem etiam uoluit Archid.in cap.ſi apoſtolicæ,de præben.libro 6.Zenzel.ibi.Eandem opin. dicit Gemin.ibidem.num.8. tenuiſſe Lap. Abb. in cap.ſtatutum,eodem tit.& lib.Pau.item de Eleaz.in clem.1.de conceſ.præben.Anchar.in c ſi beneficia,colum.3. in 7.not. de præben.libro 6.Ioan. And.& Phil.Fran. in c.ſi apoſtolicæ, qui Franc. aliter inducit Ioan.And.quam Lap.hic, & Fran. negatiuam veriorem dicit.In eadem etiam opi. negatiua reſidet Gemin. ſibi contrarius, in in capit.1.§ fina.in fine,de conceſ.præben. Pro hac opin. negatiua adduci etiam poteſt Feder.de Sen.in repet.c.dilectus, 2 de præben.quam habes,conſ.290.quia pręſenti,colum.2.ad finem,verſic. immo plus,& conſil.297.legatus conceſſit,colum.2.verſ. An vero liget ignorantes,vt ipſe Fed.vel Hermant.remittit ſe ad Ioan. Andr.poſt Inn.Compoſt.& Arch. Hanc opin. negatiuam tenuerunt etiam Collecta. in c. cum dilecti,de præben.& Villadiego olim Rotę Auditor in tract.de legato,in 9.q. prima parte,colum.21.verſ.ſed quæro, an decretum.Eandem opin.negatiuam veram ſupponit,Fel.in c.per tuas,in 2. not. de ſimo. qui tamen malè citare videtur hanc Alle. Lapi pro opin.Compoſtel.& Arch.& ſic pro negatiua.Illam etiam tenuit Aene.de Falco.in tracta.Reſer.in 4.q princ.dum de effectibus reſeruat.legati tractat.Hanc opinionem negatiuam tenuerunt etiam gloſſ. prag.de elect.cap.licet,in verſ.impediri,colum.2.verſ.eſt verum in reſeruatione legati,quæ minus afficit,& prob.in Addit.numero 2.verſ.etiam notat.& pluribus fundamentis,pro hac opin.concludit, alios referens,& Barth. Sozzi. conſil.112. quod collatio,num.2.& ſeq.ſubdens hanc ſibi uideri communem opin.libro 3. Domum pro hac opin.concluſerunt,& Domini de Rota, prout Dec.Caßa.3.de Decre.reſeruat.Et in*

*locis*



*locis ſupra adductis inuenies reſponſiones ad omnia contraria. Ex quibus patet quod licet alias communis opin. prout teſtatur Card.in alleg.clemen.1.in 6.not.de conceſ. præben.eſſet pro parte affirmatiua, hodie communior eſt pro negatiua,& hæc negatiua contra Lapum. hic vera eſt, & tenenda.*

f ¶ Gloſ.] *Puto quod velit allegare gl.in c. fina.in verbo diſtinctio, de con. præbend. Quod etiam apparet ex verbis Phil.Fran. in dicto cap.fin.§.ſi autem ad finem, ubi dicit quod illam gl.ſequitur Lap. in ſua Alleg.14.videatur Rot.Bellam.13. Reſeruatio canonicatus, ubi etiam in hac materia adducit gl.in dicto cap.fin. Illam etiam gl. ad effectum validitatis gratię, etiam quo ad beneficia eccleſiæ, vbi non eſt certus numerus,ſequitur Bald.in c.Cumana.num.1. de elect.& in cap.conſtitutus, poſt num.6. verſ.ſed quæro quid econuerſo, de reſcript. Et hoc dictum Lapi ſequitur etiam Aene. de Falcon. in tracta. Reſeruatio.in 34.effe. 4.quæſt.*

g ¶ Quinta.] *Conſequentia Lapi. in hac 5. & 6.concluſ.affirmatiuè,& negatiuè ſumitur hoc modo, In tali Eccleſia ſunt præbendæ,ſeu portiones diſtinctę pro canonicis,ergo eccleſia illa numerata exiſtit.i. certum canonicorum numerum habens. Sic etiam dicamus,adeſt determinatus numerus canonicorum,ergo & certus numerus præbendarum,ſeu portionum.Negatiuè etiã procedere poße videtur,vt dicamus,Non adſunt certæ,& diſtinctæ præbendæ,ſeu portiones, vel non adeſt determinatus numerus canonicorum, ergo non eſt eccleſia numeratà.Pro quibus vltra hic adducta facit tex.in capit.dilecto, & ibi per Abb.& alios de præb.in cap.cum M. vbi Abb.Felyn.Rip.& alij,de conſt.glo.magna.in cap. finali,& ibi Doct.de conceſ.præben. lib.6. Pro quibus etiam videatur Rot.460.quęritur quanti in no.& Caßa.17.de præben. num.3.& ſeq.*

h ¶ Septimo.] *Hoc dictum Lapi refert, & ſequitur Fel.in cap.conſtitutus,ante numerum 3.verſ.adde etiam iſtis Lap. de reſcr. & D.meus Philip.Dec.in cap.cum M.poſt numerum 38.de conſtitutio. ac Sarnen. in 21.quæſtio.Regu.de Impe.benefic.per obi. fac.car.*

i ¶ Vltimo.] *Opin.Innoc. & Compoſtel. in cap.quod in dubijs, de renunc.quam Lap. hic ſequitur,tenet etiam Rot.572.quidam Card.in antiq.*

K ¶ Renuncians.] *Et quo ad beneficium ceßum,ſeu reſignatũ, quis pro mortuo habetur,cap.in apibus,§.ecce,in quibus, 7.q. 1.cap.1.& 2.vt lit. penden. lib.6. gloſſ.in clemen.1.in ver.mori,eodem tit.& in cap. ſi epiſcopus,in ver.mortem, de ſup. negli. prælat.lib.6.clem.fin.& ibi Card. q.14. de procur.Pariſ.conſil.76.an capitula,numero 4.vbi ſequitur Lap.hic, & conſil.135. Ioannes,num.2.& 143.quod terminus,numero 8.vol.4.*

## *SVMMARIVM.*

1 *Eccleſia ſancti Stephani,vel dicere plebs ſancti Stephani,an idem ſit.*

2 *Legatus alicuius prouinciæ,an habeat neceſſe probare ſe eſſe legatum.*

3 *Impetrans ſuper vacante ſatis facit mentionem de numero.*

4 *Sacramenti mentio facienda eſt, quando quis vult recipi contra iuramentum.*

5 *Surreptitij materia in quibus caſibus habeat locum.*

6 *Litera executoria in qua ſit appoſita clauſula amoto quolibet detentore, an tollat ſurreptionem literarum gratioſarum.*

7 *Citatio,vel cognitio,an requiratur in proceßu executoris.*

8 *Executoris partes,quæ ſint.*

ALLE-

BIBLIOTECA UNIVERSITA

## ALLEGATIO XV.

1 IDem †[a] eſt dicere plebs S.Stepha
a ni [b] de Prato, & Eccleſia S.Ste-
b phani de Prato, quia plebs [c] eſt
c matrix,& matrix,[d] ideo,quia re-
d generat, & plebanalis de iure communi eſt
baptiſmalis,16.q.1.& decimas, matrix dici-
tur maior loci.de ſentent. excommu. in cle.j.
in gl.verbo matrix. Vnde eſt idem dicere ec-
cleſia maior de prato, & Eccleſia matrix de
prato. Nec obſt.quod non præſupponatur ꝙ
dictum fuerit maior, ſed ſimpliciter eccleſia
Sancti Stephani de prato, quia illud maior,
debet referri ad eccleſiam, non ad perſonam
ſancti,quia eſt vnicus, nec poteſt recipere di-
uiſionem,ad hoc.d.clem.j. de ſenten. excom.
cum gl.de præſcrip.c.1.& c.ex tranſmiſſa, de
2 tranſlat.præla.c.1.& 2.† Non eſt neceſſe pro-
e bare quem eſſe legatum, [e] quia eo quod fuit
legatus eſt notorium, quia ex conſuetudine
creditur ei aſſerenti.97.diſt.nobiliſſimus, no.
in Spec.de leg.§.ſupereſt,verſ.quid ſit ergo,
& ex eo quod facit actum in prouincia dicẽs
ſe legatum, licet non adijciat ſe legatum il-
3 lius prouinciȩ,nihil alleg.† Impetrans ſuper
vacante facit ſatis mentionem de numero,
f not.[f] Ioa.And.de reſcr.conſtitutus,ſuper ver.
vacantes,alleg.de conceſ.prȩben.dilecto, eo.
tit.ex parte. Item eſt neceſſe facere mentionẽ
g de [g] numero, quando quis vult recipi vltra
h numerum,[h] & ſic loquitur decre.conſtitutus
& ſic firmat Io.And.ſecus ſi impetrat infra nu
merum,& non velit recipi vltra numerum,
facit quod no. de lit. conteſt. c.1.lib.5.in glo.
4 fin. † Item dicitur quòd eſt facienda mentio
i de ſacramento [i] quando vult recipi contra iu
ramẽtum,ſed ille qui vult recipi infra nume-
rum,non uenit contra iuramẽtum,nam iura-
mẽtum eſt ſuper ſeruando numero, qui ſer-
uatur recipiẽdo infra numerum, vt d. decr.
conſtitutus. Item multi Doct.not.ꝙ in tali iu
k ramento authoritas ſuperioris [k] intelligitur
excepta,vt recitat gl.in d.cap.conſtitutus, &
ſic iuramẽtum non comprehẽdit iſtum caſũ,
quando venit contra iuramẽtum, quia ſupe-
rior mandat,alleg.dictum Arch.& Ioa. And.
de conceſ.præb.cap.ſi capitulo.ſuper ver.cau
ſam,vbi dicit ꝙ approbata eſt ſentẽtia illorũ
qui dicunt ꝙ de numero non eſt faciẽda men
tio,nec de iuramẽto. Item iuramentum non
l tranſit ad ſucceſſorem, [l] ſed illi qui fecerunt
numerum ſunt obligati,& illi forte hodie nõ
m ſunt [m] qui erant tempore conſtitutionis, &
5 iuramenti. † Item materia ſurreptitij habet
locum in impetrantibus tacentibus, vel aſſe-
rentibus aliquid ſurreptitiè,de reſcript. cap.
ſuper literis,non in reſeruationibus, quȩ fiũt
authoritate ſuperioris,quia in talibus non ha
bet neceſſe facere mentionem de numero,vel
iuramẽto inferioris. Itẽ dicit quod expreſſio
n in exequutoria [n] non tollit ſurreptionem.
6 Vnde † ſi in litera exequutoria eſt clauſula,
o amoto [o] quolibet detẽtore,non tollitur ſurre
ptio literarum gratioſarum: allegat dictum
Io.Cald.de conceſ.prȩb.cum noſtris, & Ioã.
And.ibi in ver.aſſignet. An exigatur in pro-
p ceſſu executoris [p] † citatio, vel cognitio ma-
7 ximè ſi mandatur ſi inueneris, &c. alle.quod
no.per Inno.de prȩſum.c.fin.& eſt tex.de cõ-
q ceſ.prȩben.cap.ſi capitulo,libro 6.[q] Non ob.
verbum ſi inueneritis,quia ſonat in monitio-
nem,ſicut illa ſi eſt idoneus,ut not.in clem. j.
de off.deleg.& in plus ſe habet idoneitas,quã
conſtructio,& lectura,quia vltra illa includit
idoneitas alia multa.Et aliud eſt dicere ſi tibi
r cõſtiterit,[r] & aliud ſi inueneris,[s] quia conſta
s re non poteſt ſine cauſæ cognitione,no. Ioan.
And.de prȩb.ſi cui,lib.6.ſuper ver.re integra,
& Guil.in clẽ.j.& clẽ.literas, de reſcript. nec
ꝑ hoc quod pronunciauerit partẽ ſufficien-
tẽ,aſſumpſerit partes iudicis, quia uerbum
pronunciare non ſolum conuenit iudici, ſed
alteri aliquid ex ſuperioritate agenti, vel de-
claranti,vnde Papa pronunciat tempora fir-
manda per totum annum.de conſe. diſtinc.3.
8 pronunciandum. † Item monachus dicitur
pronunciare ſuam profeſſionem,16.q.4.§.ec
ce iſte.Et cum via principalis exequutoris ſit
exequutoria,pro illa debet præſumi niſi ex-
preſſe appareat quod partes iudicis velit aſſu
mere,quia illa eſt via ſecundaria, & regula-
ris,& poteſt aſſumere ſi vult,ſed non cogitur,
vt no.gl.in d.clem.vnica,de off.deleg.& quã-
uis prædicta de iure vera ſint, quia tamen eſt
t dictum conſcientiam [t] tuam oneramus, ab
hoc actu excluditur omnis exceptio, vt not.
gloſſ.de reſcrip.ſtatutum,§.aſſeſſorem, lib.6.
& quod ibi not.gl. in ver. relinquatur, & in
clemen.prima,de iure patr. in ver. oneramus
cum remiſſionibus vtrobique.





### Addit.Quint.Mandoſij.

a ¶ Idem.] *Hoc dictum Lapi tenet Gemin. in c.2.in 3.not.de teſtib.lib.6. idem Gemin. in c.quamuis, 1.§.quanquam poſt num. 10. verſic.quod autem dicit glo. de eccleſiis inferioribus,de præben.eod.lib. & vtrobique Addit. remittit ſe ad hanc alleg.idem etiã voluit Franc.in dicto capit.quanquam,poſt numerum 7. in 2. not. qui etiam adducit allegat. proximè ſeq.in fi. vbi idem uoluit Lap.quod hic.*

b ¶ Sancti Stephani.] *Abſque etiam nomine ſancti ſufficit dicere plebs de prato, ſi hæc eccleſia erat principalis in loco. iuxta text. in cap. præſentium, poſt princip. ibi. Et priorem, & conuentum de Valdigen. iunc.ibi declaratione Gemin.in 3.not.de teſtibus,libro ſexto, vbi diſtinguit, quòd aut nominatur eccleſia, quæ non eſt principalis in loco, etiam quòd non ſit cathedralis eccleſia, & tunc ſufficit expreſſio ſub nomine loci. puta ſi dicamus præpoſitum Piſciæ nullius diœceſis. & ibi Apoſtil. 1. ad Geminia. remittit ſe ad Lap. hic. vide infra alleg.proxima, ad fin. & quæ ibi dicam in ver.nomen.& in ver.ſolemnibus.*

c ¶ Plebs.] *Vocatur parochialis in aliquibus partibus, maximè in Tuſcia, & plebanus rector parochiæ, prout etiam per Iſern. in vſib.feudorum ſuper rubric. Epiſcop. vel Abba. vel domi. plebis, in princ. & ita ſupponunt, & quòd plebanus curam habeat animarum Innocen.Hoſtienſis, & Abbas, in capit ad audientiam, 1. de eccleſ.ædifi.Bald.in Marga. in ver. plebs dicitur habere curam animarum, Abb. conſil.58. in quæſtio.columna prima, verſiculo.Quarto negari,libro primo, & Fede. de Sen. conſ. 80 factum tale eſt legatus, num. 2.*

d ¶ Matrix.] *Videantur, quæ ſcripſi ſuper ſigna.dum de Erectio.tracto verſi.per hanc erectionem, & verſicũ. & dicitur matrix Eccleſia.*

e ¶ Legatum.] *Cum Lapo hic tenet Ludo. Roman.conſil.59. ad diſcutiendum,poſt numerum ſextum, verſic. primo, quia. Idem etiam voluit Hoſtienſ. in ſumm. de Recu. iudic deleg.§.final.verſic.item legato Cardinali, & ibi in Apoſtil. in verſic. legato. ſequitur Lap. hic, quæ tamen defectiua eſt, legas tu Lap. allegat. 15. & 32. Calder. conſilio primo, an valeat. de offic. legat. Abbas in capit.quod tranſlationem ad fin. eod.Rot.175.not.quòd legatus.in anti. Geminian.in cap.vt circa, §. edicto, poſt numerum quintum, verſic.fallit in Cardinali, vbi Apoſtil.ad hunc ſe remittit.de electio. libro ſexto, & Lap. hic refert, & ſequitur Felyn.in cap.cum in iure,num.12.de offic. delegat.& in capit.quod ſuper ijs, num.8. in prima concluſ. de fide inſtrumentorum, Apoſtil.vlti.ad Iaſ. in l.prima, §. fin.ff.ſi ex nox.cau.Qui autem ſcire voluerit quando, & in quibus caſibus Cardinali, ſeu legato à latere credatur, vel non, videat Gemin.in cap.eos, qui.§.fin. ante fin.verſicu. not.bene, quòd licet credatur.de ſenten.excommun.libro ſexto,conſ. Ang.182.mandatum Principis, per totum, Roman.in l. ſciendum,numero 58.& ſeq. qui etiam adducit hanc allegat.& diſcutit ad partes,& diſtinguit de verb.obliga. Latius Iaſ.in repet.l.admonendi,num.189.ff.de iureiur.& latiſſimè per Andr.Barbat.de Cardin.lega. à late.in 1.quæſt.vbi Lap. hic, & alios citat,& diſtinguit, vt ibid.*

f ¶ Numero.] *Eo enim ipſo quod dicit canonicatum alicuius eccleſiæ vacare per obitum Meuij,neceſſario ſupponit eccleſiam illam numeratam,ſeu numerum certum canonicorum,vel præbendarũ habere,ſi enim certus numerus non ſupponeretur, nec vacatio ſupponi poſſet, In eccleſia enim in qua non eſt numerus canonicatuum, ſeu prebendarum non eſt dare vacationẽ,prout declarat Abb.in c.dilecto.hic alleg.num.9.*

verſiculo not.in verbo præterea, de præb. gloſſ.magna, & Doct.in capitu.fina. de conceſ.præben.libro 6.Anchar. in cap. ſi gratioſè, poſt num. 5.verſic. Et per hoc dicit de reſcrip.eod.lib.

g ¶ Mentionem.] *Probatur etiã per Doct. in præceden.Addit.citatos, & papa in dubio non cenſetur derogare velle numero, Abb.in cap.cum M.colum.penul. verſic. in dubio, Fel.poſt numerum 23.in 2. limit. & alij de conſtit.*

h Vltra numerum.] *Claudius militiæ imaginariȩ genus inſtituit, quod uocauit ſuper numerum, quo abſentes, & titulo tenus fungerentur, ſic nos canonicos ſuper numerarios vocamus donec præbendas aſſequuti fuerint. De ijs tractatur in cap cum M.Ferrarien. vbi omnes, de conſtitut.in capit. pro illorum, & ibi Abb.in 3. notab. & in cap. dilectus, 1.& ibi idem Abb.in princ. & in vlt.not.de præbendis, de ijs loquor, in 11. Regu.reuocatoria, quæſt.10.numero quinto, & ſeq.*

i ¶ Sacramento.] *Generale eſt quod ſtatuto iuramento firmato ſit expreſſè derogandũ, nec ſufficeret ſimplex derogatio ſtatutorum, gl.ſing.in c.cum non deceat, in ver. effectus, de electio.lib.6.Rot.632.no.ſi aliquod ſtatutum in antiq.Rom.conſ.379.circa primum, nume.12. & ſing. 7. quod diſpoſitio emanans, Andr.Barb.conſ.47.ſcribitur præclarè, colum.19.num.4.lib.1.vbi poſt Card.vult ſtatutum iuratum non tolli etiam per ſequens ſtatutum derogatoriũ, per Vital.Gamba.in tract. clauſul. in ver. clauſula non obſtantibus quibuſcunque ſtatutis priuilegijs, vel conſuetudinibus eccleſiæ contrarijs, &c.*

K ¶ Superioris.] *Eſt tex. in l fi.in princ. ff. ad municip.in cap.venientes, ibi in quo debet intelligi ius ſuperioris exceptum, & in c.petitio.de iureiur.gloſ. in capitulo pro illorum, in ver.recepiſſe, de præben. Hinc dicimus citatum a Papa non excuſari a perſonali comparitione prætextu iuramẽti fidelitatis imperatori, vel regi pręſtiti. Rot. Bellamer.171 citatus perſonaliter, 237.in cauſa. Et quòd in iuramento ſuperioris authoritas excepta intelligatur probat Ioan. And.in reg.in malis, colum.2.verſ.Quarto probatur.Feder.de Sen.conſ.191.quæſtio talis eſt ſcholaris clericus, Barth. Alexan. & Iaſon.numero 6.in l.fin.ff.qui ſatiſd. cogan.Ruin.conſ.116.viſo, num.14. volu.5. D.meus Phil.Dec.conſ.588.viſo, in fine, vbi poſt Abb.in alleg.cap.uenientes vult Doctorem qui ſe ad legendum obligauit renocari poſſe a patria. Et quod authoritas ſuperioris in omni obligatione intelligatur excepta, voluit idem Lap.infra Alle.130. pro dubij, ante num.4.*

l ¶ Succeſſorem.] *Communis eſt opinio. quod iuramentum ſit quid perſonale, & nõ tranſeat ad ſucceſſores, ſeu hæredes, prout per Innocen.& Hoſtien.Ioan.And.But. Abb. numero 3. qui hanc dicit communem in c.veritatis, de iureiur. Bald. in l.2. num.9.verſic.Deinde not.quod malà fides, C.de fruct.& lit. expenſ. Mil.in Repertor. in ver.Iuramentum licet reale ſit. Sed in contrarium videtur text.in auth. quod obtinet, C.de probat.& §.1.in Auth. de iureiuran. à min. præſti. vbi quod aſſertioni teſtatoris non iuratæ hæredes ſtare non tenentur, ſecus iuratæ. Ex dictis Doct. in locis ſupra adductis, & Bartol. in alleg.aut. quod obtinet.cõtrarium tollitur diſtinguendo hoc modo, Aut loquimur quantum ad hoc vt ex iuramento ligentur animæ heredum, ſeu ſucceſſorum, ſeu quo ad reatum periurij, & procedat opin.Lapi hic, & aliorum pro eadem opinio. citatorum. Aut quo ad obſeruantiam contractus, & procedat contraria opin.pro affirmatiua.*

m ¶ Non ſunt.] *Hæc eſt magna ampliatio ad illud quod præmiſſum eſt iuramentum non afficere hæredes, ſeu ſucceſſores, Ampliat hic Lap. etiam ad iuramentum per vniuerſitatem, ſeu populum præſtitum, vt defunctis ijs, qui iurarunt, alij qui*



*qui ſucceſſerunt non teneantur illo iuramento, licet idem ſit populus hodie, qui fuerat iam mille annis, l.proponebatur, ff. de iudic.capitulo denique, iun.gloſ. in verbo, quod idem.ſeptima quæſtio.prima. Idem quod Lap.hic voluit Cardin. in clem. primá, verſiculo nos itaque in tertia quæſtio. poſt numerum ſextum, de iureiur. De quo etiam eſt Addit.ad Abb. in alleg.c. veritatis, in verſ.ſucceſſorem.*

n ¶ Exequutoria.] *Verba exequutoria, ſeu in exequutoria contenta non ampliant, neque immutant gratiam, ſeu principalem diſpoſitionem, iuxta communem intellectũ ad clem.prima, in fine, de præben. Anton. de Butr.conſil.29.viſis, poſt prin. verſicu. Et quia talia ad exequutionem prolata, D.meus Phil.Dec.conſil.195 ſtudendo, columna 3.circa medium, verſic.Modo ſic illa clauſula acceſſoria, conſil.213.viſis, numero 9.& conſ.305.iuridicam, numero 8. ſequitur Cur.Iun.conſ.56.præſupponitur, & hanc dicit communem, num.3.& conſilio 131.circa ingenioſam, num.6. Et Lap. hic refert, & ſequitur Mart. Ludouic. in tracta.de priuileg. & reſcriptio. 64. quæſtione.*

o ¶ Amoto.] *Hæc clauſula paſſim in literis apoſtolicis poni conſueuit, & intelligenda eſt de illicito detentore, ſeu de eo, qui de facto contradicit, prout ſentit gloſſ.in capitu. pro illorum, in ver.contradictores, de præben.quæ glo.communiter pro ſingu. ad hoc allegatur, vt per Barb. conſil. 40. clementiſ.colum.16.poſt medium, verſ. & allegatur ad hoc gloſ.peregrina, in capit. pro illorum, volum.4.Corſet.in ſuis ſingu. in uerſicu.moleſtia, circa medium, Iaſ.in l.ubi pactum, in fine, C.de tranſact.& Iafred. Dec. 396.incipient, clauſula inobedientes. Et paria ſunt quod dicatur Amoto quolibet detentore, iuxta tex.in cap.propoſuit, in fine, de conceſ.præbend. vel addatur illicito, prout in cap.cum vniuerſorum, in fine, de re. permut. dummodo de illo detentore ſentiamus qui nullo titulo ſuffragante rem occupatam detinet, prout loquuntur Caſſa.Dec. 14 ſuper Reg.nu.2.& 10.& Sarnen.q.57. num.3.& ſeq. ſuper Reg. de Anna. & in propriis terminis Lapi hic quod clauſula Amoto quolibet detẽtore in litera exequutoria nõ tollat ſubreptionem literarum neque ampliet gratiam, vel alteret voluerũt vltra hic adductos Imol.Car. But.& Abb. nu.21.in alleg.c.cum noſtris, Gemin. conſil.86.in cauſa, num.6.Staphi.ſuper ſigna. in præfat.in verſ.Hęc eadem dico procedere in menſibus alternatiuis, & vterque cõprobat hanc opin.Lapi, Ioan.de Syl.de Benefic.par.3.q.11.poſt nume. 34. dum tractat de hac clauſula Amoto quolibet detentore, & Fely.qui refert, & ſequitur Lap. in cap.in noſtra, in dicto 36.poſt num. 32. verſiculo ſecus ſi ſolum in literis exequutoriis, de reſcrip. cum Felyn. tranſit Caſſa. conſil.30.viſo, numero 2.& cum Lapo, & Felyn.Pariſ.conſilio 120.regulariter, numero 18.volum.quarto. Idem etiam uoluit Staphi. ſuper ſigna. declarans has clauſulas Contradictores compeſcendo, & Amoto quolibet detentore, fo.98.iuxta primam impreſ. verſic. Tertio dicit ibidem Panor. cum iis quæ ſubiicit, Rebuff. ſuper concor. infor.lit.execut.manda. Apoſt. ad finem, in gloſſ.contradictores, & poſtea uerſicul. Idem ſi dicatur Amoto quolibet. Pro qua clauſula uideantur etiam Abba. in capitulo de cætero, numero octauo, & Felyn.numero nono, vbi quęrunt, an executor cum hac clauſula habeat iuriſdictionem, uel ſit ſimplex executor, & ſubdit ibi Fely. quod per hanc clauſulam non tollitur ſubreptio, referens Lap.hic, & eum ſequens de re iudic.*

p ¶ Exequutoris.] *De diuerſis exequutoribus, & de conſtitutis cum clauſula ſi tibi conſtiterit, vel ſi inueneris, uel ſi eſt idoneus, & pro aliis quę hic tractantur videatur in tracta clauſul.Vita.de Gamb.in uer. clauſula ſi ita tibi conſtiterit. Et Lap. hic*

 refert,

refert,& ſequitur Felyn.in cap. fin. colum. antepen.poſt medium,verſic.& not.de præſumptio.Lap.etiam ſequitur Pariſius conſil.57.ſtante num.51. & conſil.94.beneficium,num.7.volum.4.

q ¶ Si capitulo.] *In fin.vbi Fran.in vltim. not.ſequitur Lap. hic, idem concludit intra ad fin.ibi, quod poteſt aſſumere ſi vult, ſed non cogitur.*

r ¶ Conſtiterit.] *Idem voluit infra alleg. 60.viſis, poſt numerum 2.& Rot.772. dic quòd,verſ.ſecus fortè.in anti. & hanc alle. refert,& ſequitur Pariſ.conſ.31.circa præſentem,num.33.volum.4.*

ſ ¶ Si inueneris.] *Lapus hic differentiam conſtituit inter hæc verba ſi tibi conſtiterit, & ſi inueneris. Hæc differentia ſemoto ſtilo non videtur probabilis, vt etiam aduertit Apoſtil.1.ad conſ.Alexan.218. viſis verbis, libro ſecundo.Sic etiam dicerem de alia differentia, quam conſtituunt inter verba ſi inueneris, & ſi repereris, prout per Rot.684.not.ſi ponatur,& 685.in anti. quam tamen diſtinctionem non probat Felyn.in capit.ſecundo,poſt numerum ſextum, de reſcriptis. pro quibus vide etiam Staphi.ſuper ſigna.fol.180. in verſicul. in commiſſione poſſet.*

t ¶ Conſcientia.] *Si vocabuli alluſionem inſpiciamus argumen.text.in l.ſecunda, §. appellata, ff.ſi cert.petat. conſcientiam dicemus ſimul cum alio ſcientiam, & ſic conſcientiam deſcribemus habitum eius, quod quiſque ſcit cum alio, ſeu alijs. Cice. verò. de ſenectute pro recordatione accepit dum dixit, conſcientia bene actæ vitæ, multorumque benefactorum recordatio iucundiſſima eſt. Nos autem iuxta legum, & canonum mentem conſcientiam diffiniemus proprium animi motum, & cordis ſecretum facti noſtri iudicium. Sic accipitur in l.nulli,§.primo, ibi. Et pro ſua conſcientia votum adimpleat teſtatoris,& in l.ſi quem. quam poſt princ. ibi Nuda electionis conſcientia, quæ melior lectura eſt, quam ſententia, prout in aliquibus libris, C. de epiſcop.& cleric.capitu.ſenti.11.quæſtio.tertia.Redeo ad Lap. dum dicit, quòd ſi dicatur conſcientiam tuam oneramus, omnis exceptio excluditur. Ampliatur vt etiam omnis appellatio excludatur. Item omnes iuris ſolemnitates tollantur, & ſic iuxta animi ſui motum naturali æquitate regulatum, ac ſine iudicij figura, vel ſecundum æquitatem, ſeu etiam de facto procedere poterit. Pro præmiſſis videantur allegat. infra 60.viſis,colum.ſecunda, verſicul. ſecundum quod dicimus, Gemin. in allegat. hic.§.aſſeſſores,poſt numerum quintum, ſuper glo.in uerſi.relinquatur, ubi etiam concordat has duas gloſſ. hic citatas, & Fran. ibidem in ultim.not. & ſuper dicta gloſ. in verſic.relinquatur, ubi refert, & ſequitur Lap.in dicta allegat.60.& Abb.in cap. ſuper his,poſt num.16.verſic.item ſi committitur conſcientiæ iudicis, vbi etiam concordat prædictas gloſ.& latè per Fely. in cap. primo, colum.16. uerſic. Et ſi dicatur conſcientiæ tuæ committimus, qui poſtea vltra alios citat, Lap.hic. de conſtit.pro præmiſſis etiam uideatur,Dec.Iafre.221.incipit de eo quod,& omnino Rot.443.fuit dubitatum,in no.vbi nu.3.deſcribit conſcientiam eſſe cognitionem cordis ſui ipſius, quã nemo ſcit, niſi ſolus Deus, & Rotam ſequitur Mil.in Reper.in verſic.conſcientia.De foro conſcientiæ, & foro contentioſo illi oppoſito videatur Sarnen.in 15.quæſt. Regu. de non iudi.iux.for.ſup.numero quarto, & ſequen. vbi plura adducit, quæ ibi videre licet.*

*SVMMARIVM.*

1 *Collatio præbendæ uacantis de iure non de facto an valeat.*
2 *Poſſeſſio beneficij colorata, & non colorata, quæ dicatur.*
3 *Beneficium etiã poſſeſſum quo caſu poſſit*

per



*per executorem alteri conferri.*
4 *Mandatum de prouidendo de beneficio cathedrali, an continere debeat nomen ſancti.*

## ALLEGATIO XVI.

1 AN† valeat collatio præbendæ vacantis de iure,licet non de [a] facto Innocen.de præben.de multa: dicit poſſeſſionem facti non impedire collationem, & eſt de ſuis dictis facta in decre.licet epiſcopus de præben. lib.6. & ibi And.in nouel. contradicit in ca. literas ſuper ver.conferat,quod placet,Cald.in decr. cum noſtris de conceſ.præben.in 14. quæſt. & gl. ibi non obſta.decretal. cum noſtris, de conceſ.præben.vbi non valet collatio non vacantis de facto, & vera ratio eſt, quia ibi literæ
2 fuerant ſurreptitiæ † propter coloratam poſſeſſionem [b] quam coloratam [c] dicunt quando fuit poteſtas in conferente, licet fuerit defectus in recipiente, vt not. in dicta decretal. cum noſtris,& ibi Cald. in prima quæſtio. & Hoſt.in ſumma de conceſ. præbend.§.2. poſt princ.non coloratam, quando quis priuatus eſt ſententia hominis, vel iuris,vt dicit Cald. in dicta q.1.dictæ decret.& Innoc. in decret. quia diuerſitatem,in ver.reſignandas, vbi dicit,quòd ſufficit amotio per ſententiam epiſcopi quòd de facto [d] non amoueatur, vt nõ remaneat colorata. Ex quo concludit quod non habet poſſeſſionem coloratam,qui habet ab ordinario cuius manus erant ligatæ per reſeruationem,& inhibitionem legati.ad hoc licet non alleget,de conceſ.præb. c. propoſuit, ne,ſe. va. c.illa. [e] Anton. de Butr. Idem dicit in collatione illius qui habet eam ab illo cuius manus ſunt ligatæ per decretum [f] legati, quia ſi ſola ſententia hominis tollit colorem, fortius decretũ,quia poteſt dici hominis ſententia.Item dicit quod dicitur faciendã mentionem de poſſeſſione colorata; eſt verum quando aliquid corporale poſſidet, vt canonicatur,& ſic ad hunc non extenditur illud edictum. [g] Item † non procedit decret. cum
3 noſtris,vt ibi not.Ioan. Andr. nec impeditur executor conferre propter poſſeſſionem alterius,ante detentationem poſſeſſionis, & poterit [h] de iure cõferre beneficium poſſeſſum, vt debitum illi cui confert, quod etiam ipſe no.in decret. capitulum de reſcript.& Ioann. Cald.in dicta decret.cum noſtris,in 1. quæſt. prima,in 6.obiectione. † Vltimo dicit quòd licet in cathedrali, quando mandatur prouideri, de ſtilo non exprimatur nomen [i] ſancti, vt not.Ioan.And.de prębend. quamuis ſuper gl.quid ſi mandetur, & ſuper ver. inferiorib. bene exprimatur in inferioribus, fallit hoc quandoque in locis ſolemnibus habentibus matrices eccleſ. Et dicit quod quandoque in illis exprimitur nomen ſancti:non vult ergo quod ſemper in talibus ſolemnibus [k] ſcribatur ſine nomine ſancti, vt non vitietur reſcriptum, ſed quod propterea vitietur ſi exprimatur hoc non dicit, nec vſquam fuit auditum, nec ſtatutum ſecundum Lapum.

### Addit. Quint.Mandoſij.

a ¶ De facto.] *Quando beneficium dicatur vacare de iure tantum, quando de facto tãtum,& quando de iure,& de facto declaro in 7.quęſtio.Regu.de veriſſim. poſt numerum 4. Quantum vero attinet ad dubium de quo hic uidelicet. An beneficium de iure tantum vacans conferri poſſit, vera,& communis eſt concluſio pro affirmatiua,& vltra hic adducta, id probatur per capitulũ fundamenta,verſic.quod ſi ſecus,vbi gl. in uerbo liberam.de electio.libro 6.capitulo ordinarij,verſ.Quod ſi fortè,& ibi gloſſ. in uer.liberè,& Doct.de offic.ord.eodem libro,cap.extirpandæ, §. quia uero de præb. gloſſ.in cap.commiſſa,in ver. iuſto impedimento,verſiculo.Et propter hanc cauſam, & in fine,de electio.libro 6.per gloſſ in alleg.hic,cap.licet epiſcopus,in uerbo conferre.de præben lib.6. quam ſequitur Abb. conſil.34.ſuper quæſtionis. colum. finali, verſiculo,& ideo audio,libro 2. Idem uoluit Cardin.conſil.132 T.archipresbiter,columna penultima,numero quinto,verſiculo ſed poſſet, & numero octauo, ad ſecundum,& nu.9 Bellame Dec.85.ſi executor, pſertim, in fi adducẽs rõnem, ꝙ p prouiſio-*

 nem

*nem nemini præiudicatur. Rot. 364. no. nūquid patron. iun. conſil. Rom. 465. in re. ad finem, vbi Dec. illam citat, licet corruptè. illam etiam Dec. ſub ali o tamen numero refert, & ſequitur Gemin. in dicto cap. licet epiſcopus, in fi. de præben. lib. 6. Idem etiã voluit idem Roman. conſil. 483. dubitatur primo, colum. 3. verſic. Tertio hoc. Cum Lapo hic tenet Philip. Franc. in dicto cap. licet epiſcopus in 2. noc. numero 2. Et dixit Gemin. in cap. fundamenta, §. pen. de elect. eod. lib. 6. quod ubi quis eſt ipſo iure priuatus beneficio, abſque alia pronunciatione, alius rector eligi poteſt. Et Gemin. ibi, & Rota vbi ſupra ſequitur Felyn. in cap. cæterum, columna penultima, in octaua reſtrictione, de reſcript. Vide tamen eundem Geminia. conſilio 86. in cauſa, ad finem, vbi etiam de mente Lapi hic concludit quod quando impetratur beneficium vacans de iure, & non de facto, antequam executor poſſit tale beneficium conferre, oportet, quod primò vocet partem poſſidentem, & caßet illum colorem tenendi. In hac opinio. affirmatiua reſident etiam Mil. in Reper. in uerſiculo beneficium, quo quis ipſo iure eſt priuatus. Rocc. Curt. in tracta. iuris patronat. in verbo beneficium, quæſtione 53. & 54. numero 85. & alio. ſequent. & Lamberten. in eodem tracta. in 9. artic. 6. quæſt. 1. par. 1. vbi vterque extendit etiã ad præſentationem, vt patronus præſentare poſſit ad beneficium de iure tantum vacans, ſequitur Pariſ. conſil. 47. videtur, nu. 33. volum. 4. Vide etiam Alleg. 127. Anaſtaſius, num. 7. Amplio ad feudum, per tex. in c. 2. & ibi ad hoc illum põderat Abb. in 3. not. nu. 4. de feud. Bald. in ca. 1. poſt prin. de feu. ſi. cul. non amit. uer. ſecundo eſt neceſſaria ſententia non ad eſſe, ſed ad executionem eſſe. Quod dictum pro not. refert, & ſequitur Alexan. conſil. 6. circa proceßum, col. fin. verſ. Et plus dicit, lib. 3. Amplio tertio ad emphiteuſim, ut priuato ipſo iure non vocato res emphiteutica alteri concedi poſſit, prout voluit Lud. Rom. conſ. 212. quo ad primum, in 1. dub. Alex. d. conſ. 6. nu. 19. & ſeq. lib. 3. Iaſ. in l. 2. numero 21. verſ. Item quinto addite. C. de iur. emphi. Fel. in c. cum olim, col. 7. verſ. quia in actu. de re iud. Sozzi. conſ 4. ſuper quæſ. num. 25. lib. 3. Mar. Sozz. Iun. conſ. 111. viſo, nu. 8. lib. 2. Rui. 181. pro clara, nu. 10. libro 2. Gozza. conſ. 1. nu. 36. Io. Bap. Ferret. conſ. 31. in caſu, num. 25. Hippol. de Marſ. ſuper rub. C. de proban. num. 224. & in l. de vnoquoque, numero 105. ff. de re iud.*

b ¶ Poſſeſsionem.] *Subreptitia dicitur gratia non facta mentione poſſeſſionis coloratæ, ad ea quæ adduco in 56. quæſtione, Regu. de Anna. poſt num. 4. videatur etiam Felyn. in capitulo in noſtra, core. 36. de reſcriptis.*

c ¶ Coloratam.] *Vide etiam per hũc infra Alleg. 103. ſæpè mihi, col. 3. num. 3. vbi de poſſeſſione colorata. Hunc refert, & ſequitur Fel. in c. in noſtra, core. 36. poſt princ. de reſcrip. & Caſſa. Dec. 7. ſuper regulis. Et de titulo, & poſſeſſione colaratis tracto in 27. quæſt. 16. Reg. Cancel.*

d ¶ Quod de facto.] *Lego licet de facto, vel Eſto quod de facto. Hoc etiam voluit Imo. in Alle. hic, c. cum noſtris, colum. 12. Quem, & Lap. hic ſequitur Io. Fran. a Ripa ſuper rub. de cauſ. poßeſ. & propr. numero 38. Lapum etiam hic ſequitur Gig. in tract. de intruſo numero 9. & Caſſa. Deciſ. 11. poſt princip. ſuper Regulis, ac Ioan. de Syl. de benef. par. 3. q. 11. in 20. qualit. citans Lap. hic.*

e ¶ Illa.] *Melius in c. cum dilectus, ubi etiã gloſſ. & Doct. de iure patron. & in capitulo præſenti, 1. reſpon. de off. leg. libro 6. per gl. magnam in c. ſi ſoli, colum. 3. verſiculo. Et ſi contra illam inhibitionem, reſeruationẽ, & decretum alteri conferatur non ualet, de conc. præben. eodem libro. Gaſp. de Peru. in tracta. Reſeruat. folio penultimo. §. ſequitur nunc videre de effectu reſeruationis legati, & Aene. de Falco. parte 2. dum de reſer-*



*reſeruat. legati tractat in prælu. in fine, vbi quod collatio facta contra inhibitionem eſt nulla, ergo & poſſeſſio ſine colore erit.*

f ¶ Decretum.] *Poſt decretum legati collatio ordinarij eſt nulla, prout in præceden. Addit. & voluit ſequens Lap. hic Io. Bap. Ferret. conſ. 188. legatus papæ, poſt num. 2. verſ. ita vt nulla ſit ipſo iure collatio ſua. Verum ſi ſola inhibitio ſufficiebat ad tollẽdum colorem, & ad annullationem collationis, ad quid ſubditur hic de decreto? & in locis ſupra adductis. Vel etiam quare legatus in reſeruatione vltra inhibitionem vtitur clauſula decreti irritantis? Breuiter quando deuentum eſt ad ſolam inhibitionem ſi ordinarius contraueniat, requiritur declaratoria quod factum ordinarij non ualuerit, ſed quando appoſitum eſt decretum, non requiritur alia declaratoria, cap. pro humani, de homicid. lib. ſexto, gloß. in verſiculo prouiſionem. in fine, in capit. ſi eo tempore, de elect. cod. lib. Pro quibus poſt Gaſp. de Peru. videatur Aene. de Falco. in tract. Reſeru. par. 2. in 3. quæſt. 4. quæſt. princip. num. 5.*

g ¶ Dictum.] *Hæc diſtinctio vt magis conſiderabilis ſit poſſeſſio corporalis, & virtualis, quam incorporalis cõprobatur ex mente Rotæ per Sarnen. quæſt. 5. de non tol. iu. quæſt. poſt numer. 9. vbi diſtinguit iuxta hanc Allega. concordando opiniones de quibus ibi. Et Lap. ſequitur Ioan. de Syl. de Bened. parte 3. q. 11. quali. 20. ante numerum 36.*

h ¶ Et poterit.] *Aliàs poterit enim. Probaui ſupra in Addit. in ver. de facto. Aduertendum tamen eſt quod licet collatio beneficij de iure tantum vacantis fieri poſſit nulla pronunciatione, nulla cauſę cognitione, imò nec citatione præcedente, vt ſupra probatum extitit, non poterit tamen poſſeſſor non citatus, & re indiſcuſa ſua poſſeſſione priuari. iuxta tex. in terminis noſtris in Alleg cap. licet epſcopus, in 2. reſpon. & ibi Gemin. num. 5. Fran. num. 3. & omnes de præb. lib. 6. Bellamer. Dec. 85. ſi executor, in fi. Old. conſ. 227. de toto, col. 1. & poſtea, num. 2. ampliat etiam ad executorem merum, vt is licet conferre poſſit nemine citato, ad miſſionem tamen in poſſeſſionem deuenire non poſſit niſi poſſeſſore citato, & re diſcuſſa. Idem etiam voluit Gemin. poſt Innoc. & Hoſtien. in cap. 1. nu. 9. de conceſ. præbend. lib. 6. Cardin. conſ. 132. T. archipresbyter, colum fin. num. 8. & ſequen. verſic ad ſecundum, & verſic. ſi ergo. Et idem Lap. infra allegat. 103 ſæpè mihi, poſt numerum 3. verſic. & mouet me prædicta ratio. Pro quibus etiam videantur quæ ſcripſi in vigeſima tertia quæſt. 16. Regu. num. 4. & per Rui. conſ. 128. quantum ad iudicium, num. 8. cum duobus ſeq. vol. 4. & per alios per me adductos ſup. in Add. in verſ. de facto.*

i ¶ Nomen.] *Hic colligi poteſt regula cum duabus fallentijs, Regula ſit, Nomen ſancti beneficij quod impetratur exprimi debet, prout latè probo in 56. quæſt. Regu. de Anna. num. 3. fallit regula huiuſmodi ſecundum Lap. hic in impetratione eccleſiæ cathedralis, quo caſu dicit de ſtilo non eſſe neceſſarium exprimere nomen ſancti, qui ſtilus etiam hodie viget, & ego militum Sancti Petri defenſor hoc menſe Ianuarij 1562. appoſui manum pluribus literis Apoſtolicis prouiſionum eccleſiarum cathedralium, in nullaque earum nomen ſancti expreſſum vidi. Hoc dictum Lapi omnes tenent in alle. hic, c. quanuis, 1. §. quanquã, in 2. no. Fel. in cap. cum acceſſißent, columna 1. verſic. Et quando nominantur eccleſię, de conſtit. & in cap. in noſtra, core. 36. poſt numerum 40. verſiculo & not. quod quando exprimitur eccleſiæ cathedralis non eſt opus exprimere nomen ſancti, de reſcriptis. & habemus text. in capitulo dudum, & in capitulo cumana. de electione in capitulo cum clerici, de verborum ſignificatione, & infinitis alijs in locis, vbi pro cathedrali nominatur eccleſia, abſque eo,*

quod exprimatur nomen ſancti. Secundo
fallit in inferioribus eccleſiis, quæ tamen
ſint ſolemnes, & matrices, prout per Lap.
hic, quem etiam refert, & ſequitur Fran.
in alleg. cap. quamuis, 1. §. quanquam, in
2. artic. Fel. in alleg. capit. cum acceſſiſſent,
ante nu. 2. de conſtit. in c. in noſtra core. 36.
& in c. ſignificante, colum. 2. ante nume. 2.
de reſcript. Ioan. de Syl. de Benefic. par. 3.
quæſt. 11. poſt num. 38. verſ. & not. Doct.
& dant exemplum in eccleſia Pratenſi
in Tuſcia, & in alijs uide quæ ſcripſi ſupra
alleg. proxima, in prin. in apoſtil. in verſic.
S. Stephani.

K ¶ [Solemnibus] Hic duæ concluſiones eli-
ci poſſunt, altera eſt quod ſi nomen eccleſię
ſolemnis, & matricis exprimatur non per
hoc quocunque ſtilo contrario non obſtan-
te gratia ſubreptitia iudicari debebit, quod
dictum Lapi ſequitur Phil. Franc. in alleg.
c. quamuis, 1. §. quanquam in 2. not. in fine,
de præben. lib. 6. & Fel. in locis adductis in
præceden. Addit. Et Lap. ſequitur etiam
Rebuff. ſuper concor. in forma. mand. Apo
ſto. in 30. expreſſione, verſ. ſi tamen nomen
ſancti exprimeretur, & duplex ratio addu
ci poteſt pro opi. Lapi, Altera eſt vt etiam
ipſe ſentit quod iure cuatum nō eſt, vt ex-
preſſio talis vitiet, cum enim lex hoc non
dicat, nec nos dicere debemus ad l. ſi vero,
§. de viro, ff. ſol matr. vbi non expreſſum a
lege pro omiſſo habetur, per Bald in l. gal-
lus, §. & quid ſi tantum, colum. penul. ubi
ampliat ad ſtatuta, ff. de libe. & poſthu. Al
tera ratio adduci pōt, quod ad cautelam ex
preſſum ſit nomen ſancti, abundans autem
cautela nocere nō dēt, l. ſi pupilli, §. 1. verſ.
quid tamen, ff. de neg. geſt. l. teſtamentum
non ideo, in fine, C. de teſt. l. non ſolet, ff. de
reg. iur. l. fina. C. de nouatio. Hanc primam
concluſ. veriſſimam puto. Altera conclu-
ſio elici poſſet ex verbis, ſeu mente Lapi,
vel ex identitate rationis, quòd eodem mo
do vitiet expreſſio in gratijs ad eccleſias
cathedrales. Breuiter omiſſa longa diſputa-
tione, quæ ſuper tali articulo requireretur,
quicquid ſentiat Rebuff. in dicta 30. ex-
preſſione, verſic. ſi tamen nomen ſancti ex-
primeretur etiam in cathedrali non vitia-
retur impetratio. Rota hanc expreſſionem
admiſit ſolum in reſiguatione, ſupponens
alijs gratijs ſtilum Rom. Cur. & communē
opin. obſtare, prout Dec. Caſſa. decimater-
tia incipien. licet gloſſ. de præbend. quæ ui-
deatur.

SVMMARIVM.

1 Executor datus ſuper gratia facta, an ex-
piret morte, vel reuocatione legati.
2 Executor datus a legato, vel Papa ſuper
gratia facienda, qui tamen tempore re-
uocationis legati, vel morte papę excu-
tione facta, ſed tantum collatione ſe-
quuta, an poſtea poſſit ſe intromittere.
3 Poteſtas executoris quo pacto dicatur fini-
ta legatione expirare.

## ALLEGATIO XVII.

1 AN † datio [a] executoris legati ſu-
a per gratia facta per eum expiret
morte delegantis, vel remotione
legati, ſicut non expirat in gratia
Papæ, de offic. de leg. ſi ſuper gratia, videtur
quòd non, quia exorbitans eſt ius, vt not. ibi
gloſſ. 4. ergo, &c. Præſertim in legatis in qui-
bus per eorum remotionem etiā reſeruatio-
nes non expirant, de off. leg. præſenti, lib. 6. cō
tradicit quia Decre. ſuper gratia fundatur ſu-
per æquitate, ne pereat, vel diutius gratia dif-
feratur: quæ ratio eſt eadem in legatis, igitur,
&c. Idem ſentit ibi Archid. ad hoc, quod no.
de off. deleg. cap. fina. & Ioan. Andr. ibi idem
videtur ſentire, in ver. apoſtolica ſede: nō ob-
ſtat decre. præſenti, qa loquitur de poteſtate
2 executoris non facta gratia. † Quid ſi a Papa,
vel a legato datus ſit executor ſupor gratia fa
cienda, ſi ante mortem Papæ executor contu
lerit, an ſic gratia poſt mortem Papæ, vel le-
gati, poſt collationem factam ab executore
expiret per literas executoris quo ad traden-
dum poſſeſſionem, vel pro contradictioni-
bus



bus compeſcendis, vel alijs quæ exiguntur:
& videtur, quòd expiret: quia Decret. ſi ſu-
per gratia: loquitur quando datus eſt execu-
tor ſuper gratia iam facta: decidit contra,
quia paria ſunt data gratia, vel facta, vel fa-
b cienda, [h] eum contuliſſe ante mortem; &
ſic ſicut primo non expirat, ita nec modò pa-
ri ratione. Item facere proceſſum, & gra-
tiam per executores, eſt pluſquam ab initio
executores fuiſſe datos ſuper gratia facta,
plus enim adaptatur hic caſus ad iura anti-
qua, quæ volunt poteſtatem delegati non ex-
pirare per mortem re non integra. de offic.
delegat. cap. gratum, & cap. relatum, & cap.
3 licet, cum ſi. & ſic decre. præſenti † quæ di-
cit finita legatione expirare proceſſum, &
poteſtatem executoris dummodo ad colla-
tionem &c. hoc probat à contrario literæ, &
hoc putat æquum, & iuri conforme, nec po-
teſt recto iudicio notari differentia inter po-
teſtatem executori conceſſam collatione iam
facta, & conceſſam ante factam collationem;
cum poſtea ſecuta fuerit collatio, durante po
teſtate, quæ valida remanſit, & ſic de facto
obtinuit Lapus.

Addit. Quint. Mandoſij.

a ¶ [An datio.] Pro hac allegat. videantur
Ancharan. in cap. præſenti, hic allegat.
in ſecundo notab. Gemin. numero quarto,
& Franc. poſt numerum quartum, qui
Lap. hic refert, & ſequitur. Eundem etiam
ſequitur Rebuff. ſuper concor. §. primus,
de manda. Apoſt. in verb. ſui pontificatus.
verſic. not. tamen quòd quando gratia eſt
facta. Videatur omninò Aene. de Flaco. in
tracta. Reſerua. in quarta quæſt. quinta, quæ
ſtio. princ. numero quarto, & poſtea, colum.
ante penult. verſic. ſi autem legatus, aut
exequutor. Videri etiam poterunt, quæ
ſcripſi in ſecunda quæſtio. 10. Regu. poſt nu
merum quartum, verſic. quantum verò at-
tinet ad reſcripta gratioſa.

b ¶ [Vel facienda.] Lego ſic quia paria
ſunt eum eſſe datum ſuper gratia iam fa-
cta, vel facienda. Sic legunt, & referunt
verba Lapi, cum ſequen. Gemin. in allegat.
hic cap. ſi ſuper. ad fin. verſic. ſed pone, quòd
detur executor, & Franc. ante numerum
tertium, verſic. nam paria videntur de of-
fic. deleg. pro his, quæ tradit hic Lap. vide
Feder. de Sen. conſ. 78. caſus eſt Papa, &
conſil. 287. legatus. & Franc. qui ad Lap.
hic ſe remittit in cap. ſi cui nulla, in fine, de
præben. lib. 6.

SVMMARIVM.

1 Mendicantes fingentes pauperiem, &
vulgo ſe infirmos exhibentes cum non
ſint, vt extorqueant eleemoſynas, pęna
falſi puniantur.
2 Mendicantes fucatis coloribus ſe detur-
pantes, vt animas fidelium decipiant
furtum committunt, & quodammodo
rapinam.

## ALLEGATIO XVIII.

1 QVa pęna puniantur † mendicantes [a]
a validi, [b] ſe pallidos fingendo, [c] fu
b catis coloribus, & exhibentes ſe
c vulgo infirmos cum non ſint, vt
d extorqueant [d] eleemoſynas: quòd puniantur
prout falſarij patet de pęnis cum ex eo. verſ.
qui autem, & de priuil. ex tuarum, in gloſſ. in
ver. beneficio. Ad hoc de portāte inſignia epi-
ſcopi cum non ſit, ff. de fal. l. eos, vt ibi dicit,
e Bart. de portantibus inſignia [e] doctoratus cū
non ſint doctores, vt not. in ſuo libello de in-
ſignijs, & armis in principio, ad hoc, quòd di-
f citur de mutante nomen. [f] C. de mut. nom. l.
vnica, & ibi no. gl. & Bart. in l. cunctis, de men-
dicantibus validis, lib. 10. dicit, quòd puniun-
tur ciuiliter, quia pęna apoſtolica applicatur
parti; dicit quòd aliud eſt ſe fingere infirmum
cum non ſit, aliud fucatis coloribus ſe de-
turpare, vt appareat leproſus: quia non ſo-
lum dicit ſe infirmum, ſed falſo actu pro-
g cedit ad actum, [g] quantum eſt in ſe animam
fidelium decipit, & furtum cōmittit, quodam
modo, vel rapinā, de elec. dudum. 2. & ſi dica-
tur

tur collegium leproſorum, vt no. Innoc. de eccle. ędifi. cum dicat poteſt dici vnde induit veſtimentum falſæ religionis; & ſic per primo allegata ad inſtar falſarij punietur, & per
h not. per Ioan. Andr. de ſimo. inſinuante. h

Addit. Quint. Mandoſij.

a ¶ Mendicantes.] Hic omnes illos dicemus, qui coguntur ab alijs neceſſaria quærere, quaſi manu, vel nutu, & ſine voce dicentes, & reuelantes eorum miſerias ſecundum Iſid. Etimo. lib. 1. De iſtis loquitur beatus Auguſtinus in ſermo. de commu. vita cleri. & text. in c. nolo, vt aliquis, ante medium 12. q. 1. vbi inuehit contra epiſcopos aurum ſeruantes, & a ſe mendicantis manum, petenteſque gementes, & inopes excludentes contra illud Matthæi. 15. Eſuriui, & non dediſtis mihi manducare, ſitiui, & non dediſtis mihi bibere, &c. de his loquitur pſalmus. 111. Diſperſit, dedit pauperibus. & beatus Ambro. li. de officijs, & tex. in cap. paſce fame morientem, quiſquis enim paſcendo hominem ſeruare poteris, ſi non paueris fame occidiſti, 86. diſt. De mendicantibus religioſis, mendicantiumq; ordinibus tracto. in 3. q. Regu. de mendic.

b ¶ Validi.] Contra mendicantes validos habemus pulchrum text. in l. vni. C. de mendi. vali. lib. 11. videatur ibi per Lu. de pen. ac ſuper rub. & ſuper l. præced. per Abb. in c. iudicatum, colum. 2. de immun. eccle. per Ammanel. de Clar. aqui ſingu. 247. incip. gloſſ. eſt quòd homines robuſti. Notandum eſt, quòd pœna dictæ l. vni. hodie præſertim de iure canonico non ſeruantur. Licet autē pœna de qua hic per Lap contra tales omni iure, & omni ratione competat, ea etiam in deſuitudinem abijt: & hic Romæ infinitos cognoui, qui hiſce, & peioribus artibus pecunias ſub elemoſinarum nomine extorquebant. pro præmiſſis, & alijs de quibus per Lap. hic videre poteris, Ioan. Franc. à Ripa in tracta. de reme. præſerua. con. peſtem. nu. 166. cum pluribus ſeq. verſ. Quia immo mendicantes validi, & corpore robuſti. Contra militem fingentem ſe debilem, vel languorem ſimulantem ne cum hoſtibus pugnet, quòd capite puniatur eſt text. in l. omne delictum, verſ. ſed & calligatus, ff. de re milita. Peculiaris pœna, & propriū ſupplicium validi, & pigri mendicantis à iure diuino inuentum nunquam abolebitur, nec in deſuetudinem abibit. de quo prouerb. cap. 20. Propter frigus piger arare noluit, mendicabit igitur æſtate, & non dabitur illi. & c. 24. Vſque quo piger dormis, vſque quo piger dormis, vſque quo de ſomno conſurges? parum inquam dormies, modicum dormitabis. pauxillum manus conſeres, vt quieſcas, & veniet tibi quaſi curſor egeſtas tua, & mendicitas quaſi vir armatus. Interrogatus fui, an ſi eleemoſinæ, quæ nunc per Pium. 4. ex ære publico, & officiariorū erogationibus mendicantibus tribuuntur ſubtrahantur, ſeu denegentur id iure procederet? Reſpondi diſtinctioni locum eſſe iuxta terminos in quibus loquitur., Bart. in l. priuilegia, ad fi. C. de ſacroſan. eccle. Verum quia hæ eleemoſinæ, quę nunc dantur neque ex contractu debentur, nec ex aliqua promiſſione, quandocunque reuocari, ſeu denegari poterunt. prout voluerunt Fulg. in d. l. priuilegia. & Alexan. conſ. 209. ſtatutis, num. 14. lib. 2. Mihi ſemper viſum fuit maximam curam & exactiſſimam diligentiam vbique adhibendam fore circa mendicantes, vt veri mēdici, & inualidi nutriantur, illi verò, qui ſuis manibus victum, & veſtitum quærere ſibi poſſunt arceantur, & puniantur iuxta tex. in c. 1. 82. diſt. c. paſce. 86. diſt. Felyn. in Addit. ad prin. ope. Abb. ſuper Decreto, col. 4. verſ. quilibet. Aliud mihi occurrebat circa mendicos, quod pluries ſtatui, nunquam verò, niſi per breue temporis ſpatium obſeruari vidi videlicet, quòd nō deambularent per diuina templa, niſi dum diuina officia ab alijs aliquātiſper ſeparati audirent, non autem circuentes, et quemlibet etiam orantem, & diuinis intentum



tum pro eleemoſyna conſequenda faſtidientes, & perturbantes. Et probabam extra eccleſias eleemoſynas à mendicantibus peti debere ex illis verbis Matthæi, c. 20. & ecce duo cęci ſedentes ſecus viam, & Marci. 10. verſus fi. Cęcus ſedebat ſecus viam mendicans. & Lucæ. 18. ac Actuum c. 3. in princ. Et quidam vir, qui erat claudus ex vtero matris ſuæ baiulabatur, quem ponebāt quotidiè ad portam templi, quæ dicitur ſpecioſa, vt peteret eleemoſynam ab introeuntibus in templum.

c ¶ Extorqueant.] Quomodo conuenit hic verbum extorqueat, cum extorquere violentiam notet? iuxta text. in c. conquerente, & ibi per Ioan. Andr. de cleri. non reſi. M. Tul. in Luc. piſonem. Ego tela extremo menſe conſulatus mei intenta oculis ciuitatis de coniuratorum nefarijs manibus extorſi. Nunquam autem accidit, quòd mendicantes, & id genus per vim, ſeu violentiam eleemoſinas huiuſmodi cōſequantur. Immo in extrema neceſſitate conſtitutis, & quibuſuis mendicantibus ſponte, hilarique fronte eleemoſina pręſtari cōſueuit iuxta illud Matthæi. 5. & Lucæ. 6. Omni petenti te tribue, & attende, quòd non ex vita illorum quibus tribuis, mercedem tibi tributurus eſt Dominus, ſed ex voluntate &c. cap. quam Pio. 1. quæſt. 2. huc ſpectant verba Zachei, Ecce domine dimidium bonorum meorum do pauperibus. Reſponderi pateſt, quòd quo ad intentionem horum ſe pauperes, vel infirmos fingentium non minus conſiderari poteſt fallacia, & fraus, quam etiam animus rapax quomodocunq; furandi, & raptum committendi prout ad fi. huius alleg. inſuper reſpondeo, quòd verbo extorquere vtimur etiā ſi non ſupponitur vis, ſeu violentia, ſed bene dolus, vel fraus, prout in l. illicitas, in princ. ff. de off. præſid. & latè proſequor ſuper gloſſ. facul. iuxta Aeditio. Beneuent. §. ſi ex præcepto, in ver. extorqueat.

d ¶ Inſignia.] Idem voluit glo. in ver. dignitatum, in fin. in c. vt apoſtolicæ. de priuil. lib. 6. Pet. Leuanda. in tracta. de One. Docto. in 5. q. in fi. par. 4. dum quęrit quibus veſtibus doctor vti debeat. Lapum refert, & ſequitur Franc. in cap. vt apoſtolicæ, numero 4. de priuil. lib. 6. idem etiam voluit Abb. in cap. 1. in not. & ibi Andr. Barba. in Addit. refert, & ſequitur hunc in verſ. pęna falſi. de cleri. non ordi. mini. An autē vtentes inſignijs doctoratus, vel militiæ, poſtea doctores, vel milites effecti poſſint in illis perſeuerare abſque noua traditione? pro opin. affirmatiua eſt tex. in c. quod quędam, §. ſi fortè, iun. glo. in ver. exterruit, 1. quęſt. 1. quam ſequitur, ibi Archid. & Roman. Singu. 721. quidam vtitur inſignijs. Inſignijs, & veſtibus imperialibus, ſeu regijs pariter quis vti prohibetur, vt latè tracto in glo. Facul. in verſ. ſeruus ſeruorum, et §. actum, in ver. regalia.

e ¶ Nomen.] De nominis mutatione al quà tracto in glo. Facul. §. volentes, in ver. mutatur, & in ver. nomen, i. vbi probo res omnes humanas mutationibus ſuppoſitas eſſe. In dicta verò gloſ. in ver. nomen concludo nominis mutationem fraude ceſſante abſq; principis licentia fieri poſſe.

f ¶ Quantum.] Simile in c. quæris, verſic. veruntamen, ibi ſed quantum in ipſis eſt interfectus fuit, & poſt verſic. dicit enim Apoſtolus, de conſe. diſt. 4.

g ¶ Inſinuante.] Et per Bald. in c. cum decorem, num. 4. de vit. & hon. cler. per Abb. in c. tuarum, in 1. not. & ibi Addi. remittit ſe ad hanc alleg. de priuil. & per eundem, Abb. in c. vt clerici, in 2. not. vbi etiā Apoſtil. ad hunc ſe remittit. de regula. Et Lap. hic licet eum corruptè citet ſequitur Franc. à Ripa reſponſo. 23. in fin. de leg. lib. 1.

SVMMARIVM.

1 Abbas habens vſum mitriæ, & annulorum & baculi, an poſſit illis vti extra monaſterium.

ALLE-

## ALLEGATIO XIX.

a AN Abbas [a] habens vſum mitriæ, &
b annulorum, [b] & bacculi poſſit il-
c lis vti extra monaſterium, tenor pri
uilegij [c] eſt inſpiciendus. de priuil.
vt apoſtolicæ in fine, lib. 6. cum ſua glo. & ſi
ex priuilegio competat ſolum intra ſepta mo
naſterij, Abb. de æta. & qua. cum contingat, &
Ioan. Andr. poſt eum ſuper ver. ſolummodo,
dicit, quòd non: pro quo remittit Ioan. Andr.
ad not. per dictam decret. ad apoſtolicæ. & ſi
habet ius pontificalium in ſuo monaſterio in-
d uitatus [d] ad aliud monaſteriũ poterit in pon-
tificalibus celebrare, ſi monaſterium ad quod
eſt inuitatus eſt exemptum. arg. de tem. ordin.
quod tranſlationem. cum concordant. in non
exemptis poteſt epiſcopus prohibere. ſecun-
dum Ioan. Andr. de priuileg. Abbates, ſuper
ver. alias. lib. 6.

### Addi. Quint. Mandoſij.

a ¶ An abbas.] *Vide Pariſ. conſ. 95. nu. 7. volum. 4. qui Lap. hic ſequitur, & plura adducit in illo con. quæ huic alleg. conferunt, Videatur etiam Gemin. in cap. vt apoſtolicæ hic adducto, num. 7. qui Lap. hic citat, & ſequitur præterquam in illo membro quando Abbas priuilegiatus vult vti mitra locis non exemptis, in hoc membro reprehendit Lap. vt ibi in fi. Addi. verò ult, ibi poſita Lap. defendit: & Lap. quo ad alia ſequitur ibi Franc. & quo ad hoc etiam illum defendit, in fi. tamen dicit cogitandũ.*

b ¶ Annulorum.] *De annulis latè tracto in glo. facul. §. ac quibuſuis. in uer. annulis.*

c ¶ Priuilegij] *Quaſi inferat, quòd ſolum ex priuilegio Abbates iis uti poßint. ad tex. in c. Abbates, & ibi ad hoc illum text. ponderat Ioan. Andr. poſt princ. de priuil. lib. 6. idem etiam clarè voluit Card. in cap. clerici, num. 6. in 11. no & ibi. Apoſtil. in verſ. Abbates, remittit ſe ad Lap. hic. de vi. & honeſt. cleric.*

d ¶ Inuitatus.] *Et inuitatus monachos alterius monaſterij poterit ordinare argumen. tex. in c. fi. 9. quæſt. 2. Ioan. And. in alleg. c. Abbates, colum. 1. verſic. ſi tamen fuerit inuitatus, & ibi Gemin. num. 6. & Franc. ad fin. de priuil. lib 6. Sic & epiſcopus in loco exempto, nihil iuriſdictionis exercet, niſi fuerit inuitatus, ca. luminoſo, ad fi. 28. quæſt. 2. Abb. in c. ſignificaſti, poſt num. 11. de foro compet.*

*SVMMARIVM.*

1 *Conſtitutione facta per capitulum vacante ſede & iurata de non ſoluendo charitatiuo ſubſidio, niſi certam quotam, an poſſint poſtea ſoluere ex quo conſtitutio non tenuit ſine pęna periurij.*

2 *Statuere nemo poteſt contra ius.*

## ALLEGATIO XX.

a SI vacante ſede capitulum [a] ſtatuat
diminuendo charitatiuum ſubſi-
dium epiſcopo debitum ex conſti-
b tutione Benedicti, [b] & iurant, [c] &
c obligant ſe ad pęnas, an non obſtante dicta
conſtitutione, pęna, & iuramento poſſit dictũ
charitatiuum ſubſidium exigere; allegatur, ꝙ
poſſit, quia hoc poteſt epiſcopus de iure com
muni exigere. de cenſi. cum apoſtolus, verſic.
d ſuſtinemus, [d] & per cenſuram eccleſiaſticam
ſubditos, ad hoc compeſcere: de exceſſ. præl.
e cle. frequens, [e] nec obſtat conſtitutio: quia nõ
poſſunt ſtatuere contra ius. de offic. Arch. c. fi.
2 † & quod ibi not. & quia non poſſunt ſtatue-
f re certa iura tangentia alterum, [f] vt in c. con-
g ſtitutionem, verſic. fin. [g] de verb. ſign. lib. 6. &
quod ibi no. cum ſuis remiſſionibus: quia con
ſtitutio eſt contra charitatem, & laudabilem
conſuetudinem. Tales enim conſuetudines
non poſſunt tolli per ſtatuta. de ſimo. ad apo-
ſtolicam, eo. titu. ſententiam. Item quia facta
ſunt vacante ſede epiſcopatii quo tempore ca-
ret legitimo defenſore: ne ſe. vacan. per to-
h tum. [h] Item quia per indirectum præiudica-
tur ſedi apoſtolicæ, quia ſic de facili ſolui
non poſſet conſiderato ſtatuto eccleſiæ, & ſic
conſului.

### Addit. Quint. Mandoſij.

a ¶ Capitulum.] *Sede vacante capitulum iuriſdictionem epiſcopalem habens ſtatuere poteſt ſuper ſtatu eccleſiæ, & ſtatutum huiuſmodi durabit etiam in tempus futuri paſtoris, prout concludit Fed. de Sen. cõſ. 16. capitulum eccleſiæ, quem ſequitur Io. And. in c. vni. colum. 1. verſic. item, an poſſit facere ſtatuta, Gem. colum. pen. verſ. duodecimo an poſſit facere ſtatuta, & Fran. num. 7. de maio. & obed. lib. 6. Io. Fran. Paui. de offic. & pote. c. ſe. vacan. in princ. 6. quæſt. Felyn. in c. cum omnes, num. 10. & D. meus in 2. lect. colum antepen. verſic. ſecundo prædicta procedunt ſtante epiſcopo. de conſtit. & Pariſ. conſ. 90. circa primum, in prin. vol. 4.*

b ¶ Benedicti.] *Intelligit de extra. Bene. 12. vas electionis, ſub titu. de cenſi. inter cõmunes, quam extra. Pariſ. conſ. 105. nu. 6. & ſeq. num. 10. volum. 4. dicit non fuiſſe vſu receptam, nec ligare, quod an ſit verũ videbimus infra ſuper 36. allega. incipien. ſtante conſtitutione, illam extra. gloſſauit Ioan. Franc. Paui. qui in §. pręmiſſis, in ver. charitatiuum ante fi. citat hanc alleg.*

c ¶ Iurant.] *Hunc refert, & cum eo tenet Gemin. in c. 1. 18. diſtin. verſ. venio ad ſecundum, & Lap. & Gemin. ſequitur Belenzi. de chari. ſubſi. quæſt. 45. num. 2. & ſeq. tamen non poteſt condere ſtatutum. Lapũ etiam hic refert, cuius dictum in terminis Lapi credit eſſe verum Paui. de offic. & pote. cap. ſe. vacan. in 6. q. princ. 1. par. verſic. quærit Lap. ſequuntur etiam Fely. in alleg. c. cum omnes, colum. 2. poſt num. 10. verſ. Tertio eſt aduertendum, de conſtit. & Lamber. de iur. patro. in 9 art. 1. quæſt. 3. par. 2. lib. num. 19. verſic. hinc dicit.*

d ¶ Suſtinemus.] *Oldra. conſ. 104. circa propoſitam quæſt. Rot. 675. dic quòd ſubſidium in anti. Card. in c. vt præterita, q. 9. vbi etiam Addi. de elect.*

e ¶ Frequens.] *Et ibi Clarius ex dictis Pau. de Eleaza. per Pet. de Anch. in 8. no. & Card. in §. ſeu verſ. nonnulli, in 1. quæſt. num. 2. & Lap. hic refert, & ſequitur Belenzi. olim Rotæ Auditor de chari. ſubſi. quæſt. 15. verſic. & idem tenet Lap.*

f ¶ Certa iura tãgentia alterum.] *Aliàs contra iura tangentia alterum. Pro quibus facit text. in c. ſi qua. de rebus eccle. Vinc. ibi nota. per glo. & Archid. 12. quæſtio. 2. verſic. Ita non poßint dicti canonici vacante ſede, volum. 4.*

g ¶ Verſi. fi. verſ. Cæterum.] *Vbi etiam gl. in verſ. ſtatutum, & ibi Franc. ſuper illa gl. refert, & ſequitur Lap. hic. & Lap. etiam ſequitur Pariſ. conſ. 92. pro primi, num. 7. & poſt num 9. volum. 4.*

h ¶ Per totum.] *Et cap. 1. verſ. quia verò in conceſſione huiuſmodi prædicta eccleſia cũ vacaret legitimo caruit defenſore, &c. de reb. eccl. non alien. lib. 6.*

*SVMMARIVM.*

1 *Statuere ſeu imponere iuſte valentes poſſunt, & iuſte abſoluere.*

2 *Principali ſublato per conſequens & acceſſorium ſublatum eſt.*

2 *Iuramentum temerarium non eſt ſeruandum.*

## ALLEGATIO XXI.

1 AD dubium † præcedentis puncti,
an non obſtante pœna, vel iura-
a mento poſſit exigi; [a] quòd poſſit
allegatur, quia ex quo iuſtè poteſt
b imponere, [b] iuſtè, & poſſunt ſoluere [c] cano-
c nici, quia hæc correlatiua ſunt de conſti. trans
lato. 80. di. tanta. ad hoc, not. Ioan. Andr. de
tempo. ordi. cap. 2. lib. 6. in verb. epiſcopus.
2 † Sublato ergo principali, ergo & acceſſoriũ
pœnę, & iuramenti, glo. de pręca. cap. 2. in gl.
quæ incipit ſi pœna. Ad hoc circa iuramen-
tum allegat not. per Innoc. in cap. dilecto. de
præben. & per Paulum in Clem. profeſſores,
de regula. & de ijs, quæ ſiu. à maior. part. ca-
3 pit. cap. 1. † & quia iuramentum fuit temera-
d rium, [d] & ſic non ſeruandum. de iure iur. ſi-
cut: & ſic potius timenda eſt pœna temerarij
quam tranſgreſſoris; poſſet tamen ad cautelã
e abſolui [e] per epiſcopum, vel eius vicarium.

Addit.

### Addit. Quint. Mandoſij.

a ¶[Exigi.] *Scilicet ab epiſcopo charitatiuũ ſubſidium ſolui ſolitum. Quod autem ſit illud, & iuxta quam taxam ſoluendum veniat videbimus infra ſuper 36. Alleg. incipien. ſtante conſtitutione.*

b ¶ Imponere. ſ. epiſcopus.] *Poteſt enim epiſcopus, archiepiſcopus, primas, & patriarchas de iure charitatiuum ſubſidium imponere, ad tex. in cap. conquerente, in fine, de off. ord. & in c. cum Apoſtolus, §. prohibemus, de cenſi. & Alleg. præceden. ac per Barth. Belenci. de chari. ſubſid. q. 1. in princ. Et Lap. ſequitur Pariſ. conſ. 105. in cauſa, nu. 1. & ſeq. volum. 4. Amplia ut epiſcopus etiam non conſecratus illud exigere poſſit, ea ratione, quia hoc eſt iuriſdictionis, non ordinis, ad tex. in alleg. ca. conquerente, in fi. iun. c. tranſmiſſam, de elect. & per Belenzi. vbi ſup. q. 9.*

c ¶[Soluere.] *Alij libri habebant abſoluere, ex qua litera intellectus nullus ſumi poterat. Reducendo igitur argumentum ad debitam formam dicamus ſic. Probo quod charitatiuum ſubſidium iuſtè ab epiſcopo exigi poſſit, & quòd capitulum illud ei ſoluere teneatur non obſtante quocunque ſtatuto, & iuramento, de quibus in præceden. Alleg. Arguo igitur hoc modo, correlatiuorum, idem eſt ius, ſeu quod diſponitur in uno ex correlatiuis, in altero etiam diſpoſitum eſſe cenſeri debet, l. fi. & ibi Barto. in vltimo notab. ff. de acceptila. l. 1. vbi idem Bart. ff. quod met. cau. l. 1. vbi etiam Barto. C. de cupreſ. libro 11. Amplio etiam in ſtatutis iuris communis correctorijs, & hanc eſſe communem opin. teſtatur Cur. Iun. conſil. 6. circa has, nu. 1. & ſeq. Soluere, & exigere ſunt correlatiua: ſi licet igitur epiſcopo charitatiuum ſubſidium a capitulo exigere, ergo licebit capitulo illud ſoluere. Et hic eſt verus intellectus huius 21. Alle. quam non immutato illo verbo ſoluere in locum verbi prius poſiti, quod erat abſoluere, nemo vnquam ſenſum aliquẽ ab hac Alleg. elicere potuiſſet. Si cui autem dubiũ remaneat, an capitulum etiam teneatur ad ſolutionem charitatiui ſubſidij, ſicut tenetur clerus, ex quo dubium facere videtur, quod epiſcopus, & canonici ſunt vnum corpus, ille enim eſt caput, iſti membra, ad tex. in c. nouit de ijs quæ fi. a præla. ſi. con. capi. & in c. cum clerici, de verbor. ſignifi. vnde non videatur congruum quod membra ſoluant capiti, vel potius cum idem ſit corpus epiſcopus, & canonici, quod non ſit diſtinctio, ſeu differentia inter ſoluentem, & recipientem, contra tex. in c. fi. de inſtit. & in c. per veſtras, de iur. patro. Reſpondeo quod in contrarium eſt veritas, quod immo canonici teneantur ad ſolutionem, ſeu contributionem charitatiui ſubſidij, prout voluerũt Hoſtien. Bald. & Ant. de Butr. in c. præteritæ, de electio. immo potius illi, quam alij ſubuenire tenentur, tamquam membra ſuo capiti, argum. tex. in cap. cum non liceat, de præſcrip. & c. requiſiuiſti, de teſt. Et ita concludit reſpondens ad contraria Belenci. de charit. ſubſid. quæſt. 27. & quæſt. 66. numero 30. & ſeq.*

d ¶ Temerarium.] *Hoc dictum Lapi referunt, & ſequuntur Phil. Franc. in c. 1. ante numerum 8. de iureiur. lib. 6. Belenci. in alleg. Tract. de charit. ſubſid. q. 45. nume. 6. verſ. ſimiliter dicit Lap. Alleg. ſua 21. & Pariſ. conſil. 92. pro primi, numero 41. volum. 4.*

e ¶[Ad cautelam abſolui.] *Ex quo iuramentum obſtabat, vt ſupra oſtenſum eſt & probat etiam Felyn. alios referens in c. ex tenore, de ſentent. excommun. & D. meus Phil. Dec. in c. cum acceſſiſſent, colum. 5. de conſtitut. abſolutio ad cautelam a iuramento peti poterat. Quod dictum Lapi refert, & ſequitur Pariſ. conſ. 92. pro primi, in fine, volum. 4.*

*SVM-*



### *SVMMARIVM.*

1 *Non præſentare & minus ſufficienter præſentare paria ſunt.*

2 *Duobus procuratoribus inſolidum datis ad præſentãdum ſi vnus præſentet & præſentatus renunciet, an poſſit alius procurator præſentare.*

3 *Præſentatione facta de uno lite pendente ſi ipſe poſtea renũciet, an poſſit fieri præſentatio de alio.*

4 *Procurator habens mandatum ad præſentandnm a diuerſis, an poſſit diuerſos præſentare.*

5 *Parochiani præſentantes vnum iure ſingulari, an poſſint præſentare alium iure collegij.*

## ALLEGATIO XXII.

a AN ſufficiat [a] procuratorem † præ-
1 ſentare, infra 4. menſes non facien
do fidem de mandato, infra 4. men
ſes, dicit quod non, quia paria sũt
non præſentaſſe, vel minus ſufficiẽter præſen-
taſſe infra tempus, alleg. de elect. ſi quis iuſto.
2 libro 6. † Secundo [b] dubitat, an ſi procurato-
b res dati ſint duo inſolidum [c] ad præſentandũ,
c ſi alter præſentet, & præſentatus renunciet p̃-
ſentationi, an valeat ſecunda præſentatio, di-
cit, quod non, quia præſentationis actus fuit
præoccupatus per primum, ex quo dati ſunt
d ſine clauſula, [d] nec hoc caſu exigitur litis con
e teſtatio, [e] quia non ſumus in actu iudiciali [f] de
f procurat. ſi duo, lib. 6. ad hoc alleg. Ioan. And.
in dicto cap. ſi quis iuſto, in verbo, occupan-
g tis. [g]
3 An præſentatione facta de vno † lite pen-
h dente illo renunciante [h] poſſit fieri præſenta-
tio de alio? videtur quod non, per Decret. ut
lite penden. cap. 2. lib. 6. vide Gemin. in d. c. j.
vt lit. penden. Nec dicit Ioan. Andr. contra in
dicta decret. i. imò videtur ſentire cõtrarium
quod habet locum, etiam in præſentationib.
& licet ſubijciat ſaltem dubitatiuè de clerico
4 cum dixit, an procurator, † qui habet manda-
tum ad præſentandum a diuerſis, poſſit diuer
ſos præſentare? alleg. ꝙ non. cap. pen. de elec.
lib. 6. vbi eſt eadem ratio, alleg. dictum Ioan.
i And. de elect. nihil agit. [i] Et idem ait quod ſi
5 parochiani † præſentauerunt vnum iure ſin-
k gulari, [k] non poterunt præſentare alium iure
l collegij, quia hic conſcientia [l] repugnat. Vn-
de diſputat Io. Cald. quod ſi factæ fuerũt duæ
electiones in diſcordia, & canonicus in vtra-
que fuit contemptus, quod ſi alteram ratifi-
m cauerit, [m] non poterit proſequi contemptũ;
n quaſi [n] ſit conſumptum ius ſuum in altera, ita
in propoſito.
a Hic nihil boni dicit. [a]

### Addit. Quint. Mandoſij.

a ¶ An ſufficiat.] *Lapum in hac 1. concluſ. ſequuntur Roc. de Cur. in tract. iuris patro. in verbo, honorificũ, 2. q. 5. q. numero 31. & Lamber. in eodem tracta. art. 17. quæſt. 4. libro 2. ante num. 12. verſ. Vult, & aliud; & in 21. art. 1. q. 2. par. 2. libro. Refert etiã & ſequitur And. Tiraq. de vtr. retra. §. 1. gl. 10. num. 90. vbi plura pro hac opin. adducit. Et Lap. etiam refert, & ſequitur Rebuff. in tract. Nomina. quæſt. 14. poſt numerum 98. verſ. & per hoc patet. Videatur etiam Bar. in l. ſi quis inficiatus, num. 1. ff. depo. vbi quod ſi tu proteſtaris mihi tamquam procurator, quod debeam tibi ſoluere, debes fidem facere per inſtrumẽtum de mandato, aliàs non conſtituor in mora. Hinc dicimus proceſſum per Audientiam contradictarum contra legitimè citatum conſtituto per citatum procuratore, & Romæ præſente ſubſiſtere, ex quo procurator mandatum non produxit, prout per Rot. 169. ſi vigore, in no. & Bellamer. 681. ſi citatus.*

b ¶ Secundo.] *Hanc ſecundam concluſ. Lapi ſequuntur Franc. in alleg. hic. c. ſi duo, in 2. notab. in fine, & Addit. ad Gemin. ibid. in ver. dati. Videatur omnino Lambert. de iu patron. 4. q. 1. par. 2 lib. art. 5. vbi reaſſumit dicta hic per Lap. & cum eo reſidet, & per eundem Lamb. artic. quinto, quæſt. 6. parte 4. libro ſecundo, vbi etiam ſequitur Lap. hic.*

Inſo-

c ¶ Inſolidum.] *Hac clauſula non poſita non eſſet locus alicui dubio, cum enim plures abſque hac clauſula conſtituuntur, omnes illi pro vno tantum habentur, & ratio conſtitutionis plurium, ſine hac clauſula videtur eſſe, quia conſtituens non confidit de vno tantum, ſed de omnibus ſimul. ad text. in c. prudentiam, §. 1. de offic. deleg. De conſtitutione plurium abſque hac clauſula loquitur tex. in l. ſi quis cum procuratorio, §. penult. ff. de procu. & cum clauſula in ſolidum vltra text. in c. ſi duo hic adducto, eſt text. in l. pluribus, ff. eo. & in c. pen. de elec. lib. 6. ſed retento themate huius, ſecundi dubij, Lapi quæro, quid ſi duo procuratores conſtituti ſint abſque illa clauſula, & quem libet eorum in ſolidum, ſed tantum dictum ſit conſtituo. A. & B. in ſolidum, & ſic ſine illo verbo diſtributiuo quemlibet, an inſolidum conſtituti cenſeantur? Concludendum eſt, quòd ſic, prout per Rot. 173. no. quòd ubi aliquis facit duos, in anti. & Biſigne. 7. de procur. incipien. quidam conſtituit. in antiquio. ſequitur Gemin. in d. c. ſi duo. num. 8. licet Rotam ſub alio numero citet, & Lamber de iure patr. 5. art. 4. queſt. 1. par. 11. lib. poſt num. 3. Rurſus quæro conſtituuntur duo procuratores ad reſignandum abſque illa clauſula inſolidum, poſtea dicitur promittens habere ratum, & gratum quicquid per dictos procuratores, & eorum alterum factum, geſtum & procuratum fuerit, & c. an procuratores huiuſmodi cenſeantur inſolidum conſtituti? ita vt reſignatio, per vnũ facta ſubſiſtat. Pro opin. negatiua aliàs in Rota adducebatur, quòd cum non adeſſent illę clauſulæ, & quemlibet eorum inſolidũ conſtituit, vel ſaltem illa quos inſolidum conſtituit, propterea non poſſent dici procuratores inſolidum, ad ſupra adducta, & conſequenter inualida fuerit reſignatio per alterum ex procuratoribus facta. Inſuper conſiderabatur pro opin. negatiua, quòd clauſula præmiſſa promittens habere ratũ, &c. erat exequutiua, ſeu in parte exequuta poſita, clauſula autem exequutiua non ampliat, clem. 1. in fi. de præb. ſupra alleg. 15. idem eſt dicere, num. 5. vbi addo. Item quia clauſulæ ſimiles, vel quia tacitè inſunt, vnde earum expreſſio nihil operari debet, vel quia tanquam acceſſoriè, & ad cautelam poni ſolitæ non ampliant, neque diſponunt, prout per Alex. in l. qui bona, §. ſi alieno, num. 23. ff. de dam. infect. & per Iaſ. poſt Cyn. Alb. & alios, in l. 1. nu. 21. ff. de offic. procur. Cęſa. vbi dicit communem eſſe opi. conſtituto procuratore ad aliquem actum adiecta clauſula quòd promittit habere rata quæcunque per illum geſta, non per hoc inducit mandatum cum libera. Amplius ſi ex ſequenti clauſula præmiſſa redundaret procuratorum conſtitutio inſolidum, cum in præcedente parte aliter conſtituantur, conſtituens incontinenti ſe ipſum corrigeret, quod iura non præſumunt, l. nam ad ea legata, vbi etiam gloſ. & Docto. ff. de conditio. & demonſt. Bar. in l. 1. §. & parui, poſt num. 5. verſ. Non enim eſt veriſimile quòd ſe ipſum per illa generalia verba voluerit corrigere, ff. quod vi aut clam. Roman. conſil 94. viſis ijs, ante num. 6. verſ. ex quibus quidem vltimis verbis, Alex. conſ. 156. viſo, num. 7. & ſeq. volum. 6. pro opin. affirmatiua, pro qua ſcribebam concluſerunt R. Domini de Rota coram Puteo, in cauſa Ciuitaten. præſtimonij de Ieltas, inter D. Ludouicum de Aualos cuius eram Aduocatus, & Didacum de Veſga ſub die 30. Ianuarij 1548. rurſus ſub die 8. Februarij eiuſdem anni. Ponderabam illam clauſulam de qua ſupra promittens habere ratum quicquid per dictos procuratores conſtitutos, ſeu eorum alterum factum fuerit, tollere omnem difficultatem, ex quo dictio ſeu alternatiua oſtendit vno tantum procuratore cõtentum fuiſſe conſtituentem, l. plerunque in fi. ff. de iu. dot. & per regulam in alternatiuis, de reg. iur. lib. 6. & ad nota. per Abb. in c. inter cæteras, & ibi per Felyn. colum. fin. & alios. de reſcr. ſic & dictio illa, alterum, di-*

*ſtributionem*



*ſtributionem faciens in vno vera redditur, ad not. per Bar. in l. hoc art. col. fi. verſ. ſunt etiam quædã, & verſ. de dictione alter, ff. de hær. inſt. Ad illud præcipuum contrariũ de clauſula exequutoria ꝙ non ampliet, id fatebar, ſed reſpondebã hanc non eſſe extenſionem, ſeu ampliationem, ſed declaratione, & intentionis demonſtrationem, cum uerba id inferre valeant, ad nota. per glo. in c. 1. in verſ. Italiæ, & ibi per omnes. de temp. ord. lib. 6. Et quòd verba exequutiua, quæ diſpoſitionem ampliare non ſolent illam declarare poſſint adducebam not. per Bal. in l. eam, quam col. 9. num. 36. verſ. ſed pone quidam erat, C. de fideicom. vbi ꝙ clauſula non obſt. declarat legitimationẽ ſpurij, idem voluit, Fely. in c. nonnulli, nu. 27. in 15. conclu. de reſcri. Bal. etiam vbi ſupra ſequitur Iaſ. in l. qui Romæ, §. duo fratres, nu. 73. ff. de ver. obli. Alia etiam fundamẽta adducebã, quæ breuitati ſtudens hic non refero, & reſpondebã ad pmiſſa, & alia argumẽta cõtraria.*

d ¶ Sine clauſula] *Supple tu, ita ꝙ occupantis conditio melior non exiſtat, nec deterior ſubſequentis, ad l. pluribus, cũ ibi no. ff. de procu. præalle. c. ſi quis iuſto. de elec. li. 6. & c. ſi duo, vbi oẽs. de procu. eo. lib. p Rom. ſing. 243. conſtituuntur, & per Io. a Graſſis de ſubſtãtia procurato. in ver. clauſula iſta, ita ꝙ occupantis, & clauſula ſequen.*

e ¶ Conteſtatio.] *In locis proxime adductis probatur, ꝙ melior conditio occupantis ſit per litis conteſtationem, & in l. ſi pluribus, iun. glo. fi. & ibi per Bar. in princ. ff. de lega. 1. & per Mar. Sozzi. vbi latè de hac clauſula. Quòd melior non ſit conditio occupantis, & de quibuſdam dubijs circa illam clauſulam, de citatio. art. 5. num. 6.*

f ¶ In actu iudiciali.] *Quòd actus præſentationis, & inſtitutionis non dicatur iudicialis, ſed extraiudicialis concludunt Bal. in l. 2. ver. no. ergo argumentũ, ꝙ epiſcopus, ff. de off. procon. Fed. de Sen. conſ. 102. nobilis quidã, in 1. dub. ver. nã illud, Gem. & Fran. in c. concertationi, in prin. de appel. lib. 6. & Lamber. qui Lap. hic, & alios refert, art. 3. q. 2. par. 2. lib. 2. nu. 2. & ſeq. & poſtea ar. 6. nu. 2 & lib. 2. par. 2. q. 10. art. 7. poſt nu. 9.*

g ¶ Occupantis.] *Infert Lap. hic, quòd conditio melior occupantis ſit per litis conteſtationẽ, id procedit in iudicijs, ſecus in materia de qua ipſe loquitur, cũ enim nõ ſimus in actu iudiciali occupatio non fit per litis conteſtationem, diuerſimodè enim occupatio præmiſſa cauſatur iuxta diuerſitatẽ negociorum, prout per Bal. in alleg. l. ſi pluribus, ff. de leg. 1. per Anch. in d. c. ſi duo, nu. 4. in 5. no. & per Gemin. in d. c. ſi quis iuſto. nu. 6. Et quòd in procuratore ad negocia res deſinet eſſe integra, quando is aliquid fecerit, probatur arg. tex. in l. 1. §. cepiſſe, ff. de pollici. & voluerunt ſeq. Lap. hic Phil. Frã. in c. q quẽ, poſt nu. 3. ver. ſed ad negocia res deſinit eſſe integra. de pcu. li. 6. & Lãbe. qui hunc & alios refert, art. 5. q. 5. par. 1. lib. 2.*

h ¶ Renunciante.] *Supple tu vel etiam defuncto. Et hoc dictum Lapi cõiter tenetur, ea præſertim ratione, quia c. 1. vt li pen den. locum habet etiã in præſentationibus, vt per Cald. conſ. 1. ſub d. tit. cuius opi. communem teſtatur infra adducendi, Lapum etiam hic referunt, & ſequuntur Mil. in Reper. in verſi. patronus, etiam laicus lite pen. ac Franc. in d. c. poſt num. 2. & loquuntur non ſolum in caſu mortis ciuilis, i. renunciationis, vt hic. ſed etiam in morte naturali, hoc etiam dictum Lapi refert, & ſequitur Pariſ. conſ. 47. videtur prima, nu. 13. volum. 4. & licet Rocc. Curt. in tract. iuriſpatro. in verſ. honorificum, q. 23. & Lambert. in eo. tracta. artic. 12. q 6. par. 1. lib. 2. vbi tamen plus debito vagatur, quærant nouos intellectus afferre, nouiſq; diſtinctionibus, ſeu ponderationibus vtantur, non tamen negant immo fatentur opin. Lapi hic communiter teneri. Et hanc opin. Lapi communem aſſerit, illamq; Rotam tam antiquam tempore Sixti, & Alexandri, quam modernam ſequutam fuiſſe teſtatur Sarnen. in 13. quæſt. Regu. de ſubro.*

E Nihil

i ¶ Nihil agit. ] *Puto quòd allegare voluerit tex.in d.c.penult.§.porrò,iun.gloſ. in verſ.nihil agit. Deciditur ibi,quòd procurator duas voces habens,propriam videlicet, & alterā ab ipſo conſtituente ſibi demandatam non poteſt nomine ſuo vnum,& alterum procuratorio nomine eligere. Lapus hic ampliat ad præſentationem, vt pariter duas voces habens non poſſit alterum proprio, alterum verò procuratorio nomine præſentare.Similem quæſtionem de ſcholari cui eſt commiſſa vox alterius pro creando rectore decidit per illum text.in cap.penult. quem dicit ſingularem Roman. ſingu. 76.incipien.ſcholaris cui,concludens voces huiuſmodi non poſſe diuidi. Et per illum text.voluerunt Abb.Fely.& D.meus, in c. quamuis,de offic.deleg. quòd collega cui alter vices ſuas commiſit non poſſit ferre diuerſas ſententias,& Phil.Dec.& Fely.ibi referunt,et ſequuntur Lap. hic.idem voluit Abb. in cap. cum olim, num.9. & ſequen. & Felyn.ibidem,num.3.qui cum Lapo hic tranſit,eod.tit.de offic.deleg. cum Lapo etiā reſidet Roc. de iu. patro. in verſic. honorificum,quæſtio.21.nu.52.& D.meus, Phil. Dec.in c.conſtitutus,colum.2. ante num.6. poſt Abb.verſic.& no.tex.de appel.*

k ¶ Singulari.] *Aliud eſt præſentare,ſeu aliquem actum facere iure ſingulari aliud iure collegij,ad tex.in l.2.& in l.ſicut, §. ſi quid vniuerſitati debetur, ſingulis non debetur, nec quod debet vniuerſitas ſinguli debent,ff.quod cuius vniuer. Rot.582. not. in diœceſi in anti.infra alleg.78. vacauerat eccleſia,num.3.per D. meum, conſ.61. & pro tenui,num.3.& conſ.347.in caſu, ante num.6.& ad ea, quæ adduco in 51. quæſt. Reg.de Anna.num.3.*

l ¶ Conſcientia.] *Si Lapum hic intelligere volumus,ſupponere debemus,quòd uera ratio text.in alleg.cap.penul.§ porro.de electio.lib.6.eſt illa de qua per glo. ibi in verſ. nihil agit, cum qua tranſeunt Docto. Quia conſcientia tenetur meliorem eligere ſuo nomine,eadem ratione tenetur ad idem nomine Domini ſui,& ſic arguit glo. Nomine ſuo debet eligere meliorē, alioqui conſcientiam offenderet, pariter meliorem nomine alieno eligat,argum.tex.in c.fi. 46.diſt. ita declarant omnes in d.c.pen.§.porro, Abb. in c.cum olim,num.9.Fel.nu 3.& D.meus circa medium de re iud. Pau. de Citadi. in tract.de iure patr.par.6.art.3. quæſtio.12. num.7.& Roc.in eo.tracta.in ver.honorificum,q.21.nu.7.& Roc.in eo.tracta. in uer. honorificum, q.21. Obſtare tamen videtur dicto Lapi hic quòd non eſt par ratio in electione, & præſentatione, licet enim melior eligendus ſit,cap.licet,& ibi glo.in ver.qui præſtantior, verſ.alij dicunt meliorem, & c.illud,ad fi. 8 q. 1. c. metropolitano. in fi. 63.diſt.c.2.de offic. cuſto. c. conſtitutus,2. de appel.præſentandus tamen ſufficit,quòd ſit idoneus ſeu dignus, licet non dignior, c. monaſterium,iun.glo.16.q.7.c.3. vbi omnes de iur. patro. Et hanc eſſe communem opin.teſtatur, D.meus Phil.Dec. conſ.129. & pro tenui,num.2. & Lamber. de iu.pat. 23 art.7.q.2.par.2.lib. ante num.5.verſic. ad aliud fundamentum. Reſponderi poteſt, quòd licet eligi debeat magis idoneus,ſi tamen idoneus eligatur electio tenet, inſuper licet idoneus præſentari poſſit, etiam ſi adſit magis idoneus, conſcientia tamen non præſentantis meliorem non minus lędi videtur,quam non eligentis meliorem, & ſic quantum ad conſcientiam non eſt differentia inter electionem,& præſentationem, vt per Rocc.in dicto verſic.honorificum,q.21. verſic. tenendo concluſionem Lapi. videatur etiam Pau.de Citadi.in eo.tract. par.6. art.3.quæſt.12.ante num.7.& Lambertin. art.11.q.4.par.1.lib.2.*

m ¶ Ratificauerit. ] *Et ſic vult ꝙ ratificatio alterius ex electoribus ſicut excludit, & tollit contemptum proſecutionis contra vnum ex electoribus in diſcordia,ita etiam contra alterum,hoc dictum refert,& ſequitur Lamber. vbi ſupra, in 1.art. nu.6. & in*





*11.art.4.q.1.par.2.lib. num.3. verſ. vnde adducit diſputationem Cald. Qui vero contra hoc vltimum dictum Lapi tenere voluerit,in contrarium adducit, conſ.Old.64. quodam canonico contempto, vbi plura valida fundamenta adducuntur,& cum Old. reſidere videtur,D.meus in c.quamuis,poſt medium,verſ.in hoc tamen vlt.de offic. deleg.& Lap.hic,& Oldr. vbi ſupra pro contrarijs citat etiam Apoſtil.penul. ad Abb. in c.cum omnes,in ver.retractari. de conſt.*

n ¶ Proſequi contemptum.] *Effectum proſecutionis contemptus præcipuus eſt,vt reſultet nullitas actus ipſo iure, vel ſaltem irritandus veniat,c.obeuntibus.63. diſtin. c.cum olim de arbit.c.bonæ.2.& ibi glo. 1. de electio.& per Abb. in alleg. c.cum omnes,num.12.de conſtitu.*

o ¶ Hic nihil boni dicit. ] *Aliqui Codices habent hic alleg.23.de Dote,poſt diuortium.ſiue Ant.de But.vel Gem.vel quiſquis is fuerit,qui has alle.ad hanc formam redegit,melius (mea quidem ſententia) feciſſet allegationes integras deſcribere, & ea quæ ſibi videbātur improbare,rationeſque improbationum adducere,prout profitetur Io.And.ſe facturum in proœm. Spec. verſ. octauo in alijs ſi eius opin.non placebit id exprimam dicens quare, alioqui quo modo alij iudicare poterunt, an alleg. quæ hic cadebat ſubſiſteret,vel non? Et ſi is,qui eam ſubſtulit tanti ſe faciebat,vt eius opinioni ſtandum omnino crederet contra ipſum adducere poſſumus illud Prouerb. c.3. vt ſapientes ſint apud ſemetipſos. Et contra eos, qui aliena deſtruunt facit tex.in §. tribus, verſic. oportet enim ſemper aliquid inchoare bonum, non ea, quæ a quibuſdam præexiſtant deſtruere.in Authen. qui.mo. natu. effi. ſui. Qui ſapiunt, & quibus datum eſt, dum viuunt ſcripta ſua in lucem ædant, & ſic tria præſertim pericula euitabunt, primum, quòd eorum digni labores ab inanibus, & impudentibus falſæ gloriæ aucupatoribus non ſubripientur, nec occupabuntur. Alterum quòd eorum opera non patientur has ſectiones,ſeu truncationes. Tertium quòd non offuſcabuntur, & in plerìſque inutilia reddentur incuria, & imperitia impreſſorum. Contra verò totidem commoda aſſequētur. Primum quòd viui omnibus proderunt,eorum doctrinam, ac ſtudia alijs communicantes iuxta illud Matthæi,5.Luceat lux veſtra coram hominibus,vt videant opera veſtra bona, & iuxta Pſal.70.Deus docuiſti me a iuuentute mea,& vſque nunc pronunciabo mirabilia de lege tua. Alterum quòd exemplo Apellis,qui pictas tabulas omnibus reſpiciendas ante fores exponebat, vt cuiuſuis iudicio ſe ſubmittens emendaret,quod iure ab alijs improbatum cognoſceret,ſic & ſcriptores ab alijs moniti eorum ſcripta in dies meliora reddēt. Tertium eſt, quòd viui etiā vera gloria,debitiſque honoribus fruentur.*

*SVMMARIVM.*

1 *Exceptionem ſpontaneæ renunciationis non admitti, poſt ſpoliationem qualiter intelligatur.*

2 *Proprietatis exceptio, an in poſſeſſorio in beneficialibus admittatur.*

3 *Reſtitutio an debeat fieri in beneficijs eccleſiaſticis.*

4 *Spoliatus ante reſtitutionem an poſſit cogi ad titulum exhibendum.*

5 *Iudex in reſtitutione ſpoliati quomodo procedere debeat.*

6 *Reſcriptum ſubreptitium quādo dicatur.*

## ALLEGATIO XXIII.

a Limitat [a] † decret.ſollicite de reſtit.
1 ſpol. vt inquantum dicit ſpontaneæ renunciationis exceptionem non admitti poſt ſpoliationem, ſit verum quando renunciatio habuit omnino principium,& finem poſt ſpoliationem.Secus ſi habuit principiū ante ſpoliationem,vt quia
b procurator fuit datus [b] ad renunciandum ante,& renunciauit poſt ſpoliationem: allegat,

cap. ſollicitè in ratione ſui, quia ceſſat ratio
illa ſecundum eum, quia non eſt veriſimile,
quòd ſpontè, &c. Secundo licet in poſſeſſo-
rio agenti in beneficialibus non obſtet exce-
c ptio proprietatis defectus[c] à principio, obſtat
tamen exceptio proprietatis defectus de quo
conſtat in iudicio, vt ſi conſtat ex literis alte-
d rius de reſeruatione, [d] vt quia narratur hoc
in literis Papæ, vt in Clem. literis, de proba-
tio.not.glo.de elect.ſi fortè, in verſic. euiden-
tem; ad hoc decre.id eſt, de reſtit. ſpoliat. alle-
gat, not.per Pau.in Clem.conſtitutionem, §.ſi.
de elect.ad hoc quod not.Ioan. de elect.vt cir
ca, lib.6. ſuper ver.interdicta: ad hoc allegat,
quod.not.de reſtit.ſpol.ad decimas, lib.6. ſu-
2 per gl.no.pro & de litis conteſt.c.1.in† verſic.
retardet, quòd in poſſeſſorio in beneficialibus
tanquam habente mixtam cauſam admittatur
proprietatis exceptio.vt no. glo. in decr. vni-
e ca. [e] de cauſa propriet. & not.de fili. presbyt.
conſtit.& quod ibi, not.Io.And. Ad hoc, quia
reſeruatio non ſolum afficit petitorium, ſed
etiam poſſeſſorium, vt not.Innoc. in decre. vt
noſtrum, de appel.alleg.rationem decre.1. de
eo, qui mitt.in poſ.cauſa rei ſeruandæ. non pa
tet vitioſus ingreſſus, vt per Ioan. Andr. poſt
f quoſdam in d.c.conſtitutus. Allegat [f] in con-
trarium dictum Spec.in tit.de reſt.ſpol. §.nūc
3 videndum, ver.ſed pone, vbi dicit, ꝙ † licet in
beneficijs eccleſiaſticis non debeat fieri reſtitu
tio, niſi qui petit oſtendat de ſua canonica in-
ſtitutione, 3.q.1.§.patet: tamen aduerſarius de
proprietate quæſtionem referens non eſt au-
diendus, & Io.And. ſuper dicto verſ. remittit
4 ad glo.ſi.† Dicit Lapus, ꝙ Io.Cald.ſolebat in
ſcholis dicere in decr.ex parte.de reſt.ſpol. &
firmare pro concluſione vera, ꝙ ad petitionē
ſpoliantis non eſt exigendus titulus a ſpolia-
to ante reſtitutionē; nec ipſe ſpoliator poteſt
5 de hoc refricare quæſtionem. † Iudex tamen
g antequam reſtituat [g] debet ex officio ſuo [h] ſe
h informare, & ſi de titulo conſtaret legitimè,
vel ſaltem per probabiles rationes, debet eū
reſtituere: & ſi conſtat eum non habere titulū
6 non reſtituat.† Ita & in caſu iſto ſecundū La-
pum de Caſtiglionchio, quando plures cauſæ
i narrantur [i] in reſcripto, quarum aliquæ ſunt
ſubreptitiæ narratæ, aliquæ non: ponderandū
eſt ſuper quibus ſe fundat Papa: & ſi illæ ſunt
falſæ, reſcriptum eſt ſurreptitium: ſi ſunt veræ,
non attenditur falſitas circa alias; allegat not.
de reſcr.c.2.& l.ſæpe.de verb.ſign.

## Addi. Quint. Mandoſij.

a ¶ Limitat.] *Hanc limit. & hoc dictum Lapi ſequuntur Pariſ.conſ.10.mortuo, numero 64. cum pluribus ſequen. vbi etiam alias limitationes adducit, libro 1. & Rebuff.ſuper praxi.de vi.in reſt.adhi. num.6. in 3.fallen.Regulam quando ſpolium in renunciatione initium non habuit, vel habuit initium, & nō finem, ſed poſt ſpolium quod tunc contra ſpoliatum poſſeſſorio recuperandæ agentem de renunciatione opponi non poſſit ponit Sozzi.Reg.378. ſubdens quatuor fallen. pro quibus videantur tradita per glo. Anto.de Butr.Imol. Abb. & alios in alleg.hic.cap.ſollicite, & c. accepta, de reſtitut.ſpoliat.per Abb.in cap.ſuper hoc num.43.& ibi Addit.ſequitur Lap. hic de renuncia.& per Caſſa.Dec.4.num.6.de reſtitut.ſpoliat. Et quòd reſignans a reſignatario ſpoliatus non reſtituatur probo in 28. quæſt.Reg.de Anna.num.7.*

b ¶ Procurator fuit datus.] *Hoc dictum Lapi pro nota ſequitur Abb.in alleg. hic, c.ſollicite, num.11. & Ioan. Bapt. Ferret. conſ.93.in beneficio, num.7.*

c ¶ Defectus.] *Quòd diſpoſitio, cap. ſollicite non procedat quando apparet notorius defectus proprietatis Phil. Franc. qui ſequitur Lap.hic in c.ad decimas, col.penult. in fi.& ante de reſtit.ſpol. lib.6. poſt Barth. Cepol.voluit Pariſ.referens, et ſequens hāc alleg.conſ.10.mortuo, nu.69.lib.1.& conſil.5. vnio. num.186. ubi etiam dicit, quòd Bene.Capra in alle. c.ſollicite ſequitur Lap. hic, volum.4. Quomodo autem, & qualiter apparere debeat de notorio defectu, ſeu reſeruatione vide Io.Bapt. Ferret. conſ.113. contra ſpoliatum, in princ. qui refert, & ſequitur Lap.hic.*

d ¶ Reſeruatione.] *Agenti poſſeſſorio recuperandæ an obſtent reſeruationes? Per hunc infra alleg.51 lætatus, num.9.& plenè tracto in 3.quæſt.1.Regu.Cancel. Et hoc dictum Lapi ſequitur Franc.in allega. c.ad decimas, in fin.de reſtit.ſpol lib.6.*

e ¶ Glo. in decre.vni ] *Dic tu. glo.fin.in clem.vni.de cau.poſ.& propri. & ibi Imol. num.15.Et de differentia in prophanis, & beneficialibus circa hæc, vide quæ ſcripſi, in 3.q.1.Reg.Cancel. num.2.*

f ¶ Allegat ] *Idē habemus infra alleg. 51. legatus ſum, colum.fi.*

g ¶ Reſtituat.] *Vera eſt concluſio, & hoc iure vtimur, quòd in beneficialibus non detur reſtitutio, niſi docto de titulo colorato, quod etiam voluerunt Oldr.conſ.1.num.1. & 10.Rot.7.nota, quòd vbi agitur poſſeſſorio.in anti.& 46.no. quod vbi. & 393.ſi. A conſerat, num.2. & ſeq. in no. Gemin. conſ.147.ſuper iſto, colum.1.& 2.Abb. in c.ſanè, num.21.de appell. Bellam. Dec.49. agens poſſeſſorio, & Dec.ſeq.idem Lap. infra alleg.51.lætatus ad fi & Lap.ſequitur Caſſa.Dec.4.num.7.de reſtit. ſpol.*

h Ex officio ſuo.] *Amplio etiam ad inſtantiam tertij, qui non ſpoliauit, qui dicat beneficium non debere reſtitui, & ſuum ſit, ſeu ad eum ſpectet, non autem ad ſpoliatorem, ratio enim quæ militat contra ſpoliantem non militat cōtra tertium, argum. tex. in l.bona fides, ff. depo. pro qua ampliatione adduco Rot.149.ſi inter Titium. vide etiam 438.fuit dubitatum in no. idem voluit Alexand. alios referens in l. naturaliter, §.nihil commune, num.33.in 16.fallen. ff. de acquir. poſſ. idem etiam voluit Ioan. Ant.Rub conſ.vlt.præſens caſus, nu.7. qui hanc alleg.(ut puto) ad id citare voluit.*

i ¶ Narrantur.] *Cum hoc tenet Butr.in c. exhibita, in fi.de iudi. idem etiam voluit Gemin.in c.1.poſt num 18.verſ.non obſtat ſi dicatur, de reſcr lib.6. & ibi in Addit. adducitur hoc dictum Lapi.Idem etiam voluit Rota Bellam. 280 licet plura narrentur. & in anti.54.not. quòd licet plura, ac in no.68.licet capitula.Hoc etiam dictū Lapi referunt, & ſequuntur Roman. conſil.369.circa primum, num.37. & Felyn. in c.2. in verſ.copula. poſt num 34.verſic. ſimiliter dicit, Lap.de reſcr quem etiam ſequitur Pariſ.conſ.3.ſingula geſta, num.90. conſ.42.quantum ad alternatiuam poſt numerum 8. volum.4.& Dominus meus, conſil.142.& pro tenui, num.5. Hæc autem conclu. Lapi, & aliorum fuit limitata, & intellecta per Rotam procedere tantum in reſcriptis ad lites, ſecus vero ſit in gratioſis, Dec.Accoram.17. de reſcr. in Hiſpalen. Portionis coram Thoma de Tanis, voluerunt N. R. Domini de Rota ætatis falſam expreſſionem vitiare gratiam, licet alia narrata vera eſſent, & ſuper ætate ſe Papa nō fundaſſet, & limitauerunt hanc Lapi allegat. & ſimiles procedere ſolum in mendacio non doloſo, ſecus autem quando præſumi debet eſſe doloſum, prout in exemplo ſi narretur aliquid in facto proprio, in quo non datur tolerabilis ignorantia, l.quam, ff. ad velleia. cap. ab excommunicato. de reſcr.D.meus Phil.Dec.conſ.474. viſo.in fin.*

## SVMMARIVM.

1 *Minor doli capax certificatus iurans ratione minoris ætatis, vel propter deceptionem non uenire contra contractum, nec petere abſolutionem à iuramento, an poſtea de iure audiendus ſit, numero primo, & quinto.*

2 *Item an coram iudice ſeculari poſſit excipere de dicto iuramento, vt repellatur à petitione, & lite prædicta, & 6.*

3 *Item facta dicta exceptione coram iudice ſeculari, & ſententia coram eo lata, an poſſit recurrere ad Eccleſiaſticum, & petere minorem cogi ad obſeruantiam iuramenti, & num. 7.*

4 *Item quid magis expediat, an excipere coram Iudice ſeculari, & impedire iudicium, an expectare ſententiam, & illa lata recurrere ad Eccleſiaſticum.*

## ALLEGATIO XXIIII.

a AN minor [a] † certificatus, [b] doli
1 capax iurans [c] occaſione minoris
b ætatis, vel propter deceptionem
c vltra dimidiam iuſti precij non
venire contra contractum; nec petere abſolu
tionem à iuramento; audiatur, petens reſcin-
di contractum ratione minoris ætatis, vel mi-
noris precij: an debeat audiri de iure, & an
poſſit cogi coram iudice eccleſiaſtico ad ob-
ſeruantiam iuramenti, & inhiberi iudici ſecu-
2 lari ne in prædictis ſe immiſceat. Item † an co
ram iudice ſeculari poteſt excipere de dicto
iuramento, vt repellatur a petitione, & lite
3 prædicta. † Item ſi coram iudice ſeculari ſit
facta dicta exceptio, & ſententia coram eo la
ta, an poſſit recurrere ad iudicem eccleſiaſti-
cum, & petere, vt cogatur minor ſeruare iu-
4 ramentum. † Item quid ſit melius an exci-
pere coram iudice ſeculari, & impedire iudi-
cium. an expectare ſententiam, & illa lata re-
currere ad iudicem eccleſiaſticum, vt ſupra
5 dictum eſt. † Ad primum, quòd præiudicet iu
ramentum inquantum ſe iurat maiorem pa-
d tet, in l. ſi alterius. [d] §. huius, C. ſi mi. ſe ma.
e dixe. ad hoc auth. [e] ſacramenta, & quia iurat
f in fauorabilibus [f] de iureiuran. cum contin-
g gat; & hoc in impuberibus [g] qui deierare
h poſſunt, vt not. Hoſtien. [h] in dicto cap. cum
i contingat, ad hoc de pactis quamuis [i] lib. 6.
6 Ad † ſecundum [k] an coram eccleſiaſtico age-
K re poſſet dic, quòd ſic, & eſt expreſſum de iu-
reiuran. licet de fo. compe. cap. ſecundo, lib. 6.
7 Ad † tertium [l] dic, quòd excipere poteſt co-
l ram ſeculari, vt not. Ioan. Andr. in nouella. in
d. c. 2. ſuper gloſ. fin. & ſeruare debet ſecularis
in diffiniendo ius canonicum; ad quod per ec
cleſiaſticum cogi poteſt; & ſic practicatur de-
8 cretalis quamuis. de pactis, lib. 6. † Ad quar-
tum videtur, quòd ſententia præiudicet, quia
proceſſus eſt validus: non obſtat, quòd ſit per-
m iurus ex quo non opponitur illud [m] in pro-
ceſſu, qui fit cũ excommunicato; de exceptio.
exceptionem; & de excep. pia. lib. 6. & quia
videtur tacitè renunciaſſe illi exceptioni non
n opponendo. de re iudic. inter mon. [n] & ſic ſen
tentia facit ius, & poſſet licitè venire contra
iuramentum; quia venit authoritate ſenten-
tiæ. argumento eorum, quæ not. Innoc. de iu-
reiur. mulieri. Item quanquam dictum iura-
mentum habeat duplicem effectum; vnum
quòd claudit os iuramento contrauenienti,
o [o] ſecundum, quòd validat [p] contractum
p aliàs de iure prohibitum: tamen vterque di-
ctorum effectuum per dictam ſententiam vi-
detur tolli. primus tollitur ex omiſſione ex-
ceptionis, ad hoc allegat de ele. ſi fortè, lib. 6.
quod ibi no. in glo. Secundus effectus tolli-
tur: quia eſto, quòd validauerit contractum
tale iuramentum; tamen ſententia reſciſſoria
q ſuper contractu contra ius partis [q] eſt, & non
r contra ius [r] ſcriptum; tenet de re iudic. cap. 1.
cum ibi notatis. Vnde ſi ageretur ex contractu
coram iudice eccleſiaſtico exciperetur de ſen-
tentia, ſicut dicitur de iniuria, quæ omitti
poteſt, ad hoc de iureiuran. cap. 1. & capit. de-
bitores. Et ex iſtis patet reſponſum facile ad
eius iura.

### Addit. Quint. Mandoſij.

a ¶ An minor.] *In hac alleg. quatuor dubia ſucceſſiuè proponuntur, quæ poſtea deciduntur, & ſunt magni ponderis, & valde vtilia. Quo ad primum dubium, quod in prin. præmittitur, & ſoluitur poſtea verſic. Ad primum. videndum eſt de quo minore Lap. intelligat, minores enim tripliciter accipi poſſe declaro in 4. com. in ver. minores. Licèt omnium minorum conſilium fragile, & infirmum ſit, facilèque minores propter ætatem decipi poſſint, ad l. 1. ff. de mino. & per Pariſ. conſ. 98. circa præſentem, nu. 27. lib. 1. iuxta tamen ſubiectam materiam aliter hic, atque aliter alibi minores accipimus. Et hic Lap. ſe declarat quòd intelligat de minore, qui ſit doli capax, & ſic puto, quòd loquatur de pubere, vel impubere adoleſcentiæ proximo, qui etiam quoad conſilium, & quoad delicta pro adoleſcente habetur, l. impuberem, cum glo. 1. ff. de furt. l. impuberem, in princ. cum gloſ. in ver. ætatem, ff. de falſ. l. pupillum, qui proximus pubertati, & ibi glo. 1. declarat, quòd à decimo anno cum dimidio ſupra maſculus dicitur proximus pubertati, ff. de reg. iur. ca. 1. de deli. pue. Chriſto. port. inſti. qui. mo. tute. fini. colum. 1. in fin. verſ. adde quòd doli capax. & ibi Apoſtil. in verſ. quod dicitur, hanc alleg. citare voluit. Hæc tamen interpretatio, quòd Lap. intellexerit de quocunque doli capace etiam impubere non caret dubio per ea, quæ latè diſcutit, Iaſ. alios referens in Authen. ſacramenta puberum, à num. 15. vſque ad 25. C. ſi aduer. vendi. Et veriorem opin. in partem negatiuam affirmat eſſe Mar. Sozzi. iun. conſ. 77. licet in præſenti, num. 128. lib. 1. videlicet, quòd impubes doli capax non ligetur iuramento. Niſi reſpondeamus, quòd aliter dicendum ſit de iure canonico, quod in hac materia magis attenditur, iuxta quod communis opin. eſt pro parte affirmatiua, & ſic, quòd iuramentum impuberis doli capacis obliget ad obſeruantiam contractus, & hãc opin. eſſe communem canoniſtarum, & tenendam teſtatur Corn. qui alios citat, conſil. 240. quanquam, num. 8. & ante, libro 1. quem etiam ſequitur D. meus Phil. Dec. conſ. 682. in cauſa, num. 17. & ſeq.*

b ¶ Certificatus.] *Communis eſt opinio. quòd minor, & mulier contrahentes, ac renunciantes beneficijs, & iuribus illis competentibus debeant expreſſè certiores reddi, quæ ſint illa beneficia, & quid diſponant puta quid velleianum, quid beneficium reſtitutionis in integrum, condictionis indebiti, vel ſine cauſa, vel ſimilium. Alioqui cum ipſi præſumantur ignorare, quæ ſint illa iura, ad l. 2. in fi. ff. de iure fiſci, l. 1. ad fi. ff. de eden. l. cum de indebito, §. ſinautem, ff. de probat. non valeat renunciatio, niſi certiorentur, prout per glo. in l. fin. §. fin. ff. ad velleia. & in l. fin. C. eo. Cyn. Bald. & Saly. in l. 2. C. de reſcin. vendit. glo. Bart. Roman. Alexan. & Iaſ. in l. ſciendum, ff. de verbo. oblig. Bald. in cap. cum in iure, poſt nu. 17. verſic. Et vnum ſcias, quòd in mulieribus, & minoribus requiritur certificatio, aliàs præſumuntur ſpecialia iura ignorare, de offic. delegat. idem Bald. in l. 3. ad fi. C. de deſu. lib. 10.*



c ¶ Iurans.] *Cum præmiſerit certificatus, videtur Lap. hic ſentire, quòd iuramentum minoris non ſufficiat, niſi certificatus fuerit, & hæc fuit opin. Dyn. vt dicunt in quodam ſuo con. incipien. quæſtio talis eſt quidam Gofred. minor 25. annis, quam opin. tenuerunt plures per Iaſ. relati. in alleg. l. ſciendum, num. 33. ff. de verbo obligat. & Anto. de Butr. in c. penult. de empt. & vendit. dicit illam opin. eſſe communem. Adducuntur etiam rationes, inter quas illa potiſſima eſt, quòd iuramentum non porrigatur ad incognita, & ea quæ ignorantur, ca. veniens, & c. quemadmodum de iureiuran. Contraria opin. hodie eſt communis, quam etiam communis ſtilus comprobat, ꝙ imò ſimplex renunciatio cum iuramento abſq; aliqua certificatione præiudicet renuncianti, hæc fuit opin. Bart. conſ. 90. incipien. dilecto, vbi bona Addit. in prin. idem etiam uoluit Bart. in l. ſciendum, num. 8. vbi etiam Addit. & Alex. ibi dicit, ꝙ communis practica ſeruat opin. Bar. & Iaſ. num. 33. refert omnes tenẽtes primam opin. ſubdens, quòd verum dixerat Ant. de But. ꝙ prima opin. erat communis tempore ſuo, ſed non nunc, & poſtea nominat tenentes hanc ſecundã opin. qui infiniti ſunt, vt ibi videre licet, & ad id plura ponderat, adducens etiam rationes inter quas vna eſt, quòd iuramentum repreſentat minorem eſſe maiorem. Rurſus, quòd ſeruari poteſt abſque interitu ſalutis æternæ, & hanc magis communem, & ſeruari dicit Alex. conſ. 42. ſuper præmiſſo, num. 10. lib. 1. & etiam dicit communem, Iaſ. in alleg, auth. ſacramenta puberum, nu. 56. vbi etiam adducit rationem, ꝙ iurans præſumitur ſaltem implicitè, uel in genere cogitaſſe de quocunque remedio ſibi competente. Communem etiam, & de ſtilo ſeruari teſtatur, Cur. iun. conſ. 47. habita, in fi.*

d ¶ L. ſi alterius.] *Primum dubium decidit per tex. in l. ſi alterius, §. ſeruus, huius, & non ſine cauſa ſpecificauit locum illius, l. ut oſtenderet ſacramentum corporaliter præ-*

ſtitum quod eßet maior, licet verè minor eſſet excludere omnem exceptionem, omnem reſtitutionem, & omne remedium in fauorem minoris,& ibi conſtituitur differentia quando iuramentum verbotenus interuenit,& quando corporaliter præſtatur. Vltra Bar. Bald. & Salyc. in dicta l. ſi alterius pro declaratione illius, l. præſertim vlt. verſ. de quo hic, & quod etiam per illa vltima verba illius tex. interueniente iuramento corporaliter præſtito, non tollatur defectus nullitatis, ſed ſolum reſtitutio in integrum, & quando, & in quo differant iuramentum præſtitum verbo, vel corporaliter videantur omnino Curt. Iun. conſ. 119. pro clara, & conſil. Mar. Sozzi. Iun. 3. viſa. nu. 26. & 32. lib. 2.

e ¶ Authen.] Pro qua authen. & eius intellectu, ac materia, & pro iis quæ hic tractantur, vltra ſcribentes ibi videãtur Dec. Neap. Afflict. 322. D. Ciccus Idem Afflic. & alij, §. item ſacramenta ſub titu. de pace iur. firman. in vſib. feud. Chriſt. Port. inſtit. qui. alie. li. nu. 4. & ſeq. D. meus Phi. Dec. conſ. 449. conſuluit, in princ. & nu. 6. & per totum, Cur. Iun. conſ. 47. habita, numero 2. & Dec. Thom. Gram. 12. quæ incipit Neſtor, & Hannibal.

f ¶ Fauorabilibus.] Vult quòd dicta auth. ſacramenta puberum ſit fauorabilis, quod etiam probat Iaſ. in dicta authen. num. 16. ea ratione quia agitur de obſeruatione iuramenti, vnde cenſetur materia fauorabilis, idem etiam voluit D. meus Phil. Dec. conſ. 639. viſa, num. 2.

g ¶ Impuberibus.] Ex hac lectura quæ hodie habetur, & quæ correſpondere videtur dubij poſitioni, in prin. Alleg. dum loquitur de minorè doli capace corroborari poteſt quod prǽmiſerã in 1. Addit. ubi ampliabã hanc alleg. & illam auth. ſacramenta puberum, & alia iura de iuramentis puberum loquentia ad impuberes doli capaces, & vltra ibi citatos hãc dicit eße cõem opin. legiſtarum, & canoniſtarum, Abba. conſ. 39. duo ſunt, cir. med. verſ. ſecũdo principaliter, lib. 1. ſeqtur D. meus dicens cõem in l. qui proximus, nu. 3. ff. de reg. iur. Altera lectura, & forſan melior poſſet eſſe, in puberib. & hæc magis conformis eßet verbis in l. qui iuraſſe, ibi quamuis pupillus, ff. de iureiur. & auth. ſacramenta puberum, & §. item ſacramenta puberum, de pa. tenen. in vſib. feud. a quo §. ſumpta fuit d. auth.

h ¶ Hoſtien.] Ex doctr. Hoſtien. hic citati, ver. quorum mente conſiderata Imperator ſtatuit ſimile ius in alienatione rei minoris dummodo pubes ſit, & ex quo allegat illam authen. ſacramenta puberum, videtur comprobari quòd melior lectura hic ſit, in puberibus. Qui vero contrarium aßerere vellet, ponderare poſſet, quòd poſtea Hoſt. ſubdit idem eſt de impubere doli capace, et ſic videtur ſuſtineri poſſe lectura illa in puberibus.

i ¶ Quamuis.] Ex hoc, c. quamuis pactũ patri factum a filia dum nuptui tradetur, videtur etiam comprobari lectura præmißa in puberibus, ſupponendo quòd mulier nuptui nõ tradatur niſi ſit pubes. l. minorem. ff. de ri. nuptia. c. continebam, & c. atteſtationes, de ſpon. impub.

K Ad ſecundum.] Hæc ſolutio 2. dubij videtur reſpicere illum, verſ. poſt princip. ſub iis uerbis. Et an poſſit cogi coram iudice Eccleſiaſtico ad obſeruantiã iuramẽti, &c. & ſic quæſiuit, an iudex eccleſiaſticus adiri poſſit pro obſeruatione iuramenti a minore prǽſtiti, ſeu ipſe minor ratione huiuſmodi iuramenti coram iudice eccleſiaſtico conueniri poſſit. In hoc verſ. Ad ſecundum concludit pro opinio. affirmatiua, pro qua adducit, c. licet de iureiuran. lib. 6. & ca. 2. de foro comp. eo. lib. dum allegat, c. 2. credo literam corruptam, & quod citare voluerit, c. fi. ubi & per gl. & Doct. ac etiam per gloſ. & Doct. in cap. cum ſit generale de fo. comp. per Rom. ſing. 216. tu habes quod iuramentum, & per Iaſ. in alleg. authen. ſacramenta puberum, num. 17. uer. itẽ addit.

proba-



probatur quod iuramentum addit formam foro ideſt, quod in materijs inter laicos propter iuramentum appoſitum, non ſolũ coram iudicibus laicis, ſed etiam coram eccleſiaſticis iudicium eſſe poteſt, & ille qui iurauit, tam coram ſeculari, quam eccleſiaſtico iudice conueniri poteſt; & iudex laicus in materia iuramenti tenetur ſeruare ius canonicum, ad quod per eccleſiaſticum cenſura eccleſiaſtica compelli poteſt.

l ¶ Adiutorium.] Hæc deciſio reſpicit, verſic. Item coram iudice ſeculari poſſit excipere, &c. Et hæc concluſ. probatur etiam ex proximè adductis. Dum autem citat hic Ioan. And. in d. c. 2. in vlt. glo. de foro competen. dictu ꝙ nihil de hoc in loco alle. nec ſuper vlt. glo. aliquid ibi ſcribit, ſed quod eſt idem error de quo in præced. Addit. & ſic allegare voluit Ioan. And. in cap. fi. de for. comp. lib. 6. vbi ſuper vlt. gloſſ. tractat materiam de qua hic, & diſtinguit, ut ibi cuius diſtinctionem reaſſumit Phil. Franc. in dicto c. fin. ſuper eadem gl. fina. & idem Fran. in alleg. c. licet de iureiur. num. 3. in hac materia citat Ioan. And. in d. cap. fina. Iaſ. pariter in dicta authen. ſacramenta puberum, num. 17. ad hoc adducit Ioan. And. in d. cap. fin.

m ¶ Illud.] Iuxta literam quæ in omnibus libris habetur ſenſus aliquis elici non poteſt niſi (vt puto) contrarius menti authoris, ex omni parte confuſus, prout ad oculũ uideri poteſt. Ego emẽdarem, uel immutando dictione illud in ſicut, & ſic tollerem uerbum illud, & legerem ex quo non opponitur ſicut in proceſſu, qui fit cum excommunicato. Vel dimittendo præfatam dictionẽ illud, adderem immediatè ſicut, veluti, vel prout in hoc modo author arguat. ſicut excommunicatio de qua non fuit oppoſitum proceßum non vitiat, ita & periurium de quo non fuit exceptum proceſſum inualidum non reddet, arguendo a ſimili, ſeu a maiori, vel a ſi de quo magis. Iuxta hunc intellectum ex dictis Lapi tres concluſiones eliciuntur. Prima eſt quod proceſsus factus ad inſtantiam actoris excommunicati, donec oppoſita fuerit exceptio excommunicationis tenet, adducit cap. exceptionem, de excep. & c. Pia, eo. lib. 6. Videatur Abb. in d. c. exceptionem, nu. 21. Fel. nu. 45. & D. meus, nu. 15. vbi hanc opin. cõem teſtatur. Idem etiam quod Lap. hic voluerũt Gem. Fran. & alij in alleg. hic. c. Pia. Idem concludunt Abb. in c. intelleximus, & Fel. nu. 9. in 8. declara. de iud. Et ſic patet quod opin. Lapi eſt communis. Rurſus hanc opin. ſeruat Rota, prout Dec. 217. dic quòd ſi agatur in antiq. Altera concluſ. quę hic ſupponitur eſt, quod periurij exceptio quem a iudicio repellat ſicut excommunicationis obiectio. Pro hac opin. adduci poteſt, tex. eſt in l. ſi quis maior. C. de tranſactio. qui tex. ampliatur procedere in omni contractu, prout per Bar. ibi nume. 13. & opinio. Bar. communiter tenetur, vt per Docto. ibi. per Ale. conſil. 76. viſis, num. 14. vol. 5. & per D. meum Phil. Dec. conſ. 452. uiſa ante nu. 8. & per Corn. conſ. 40. viſo, num. 9. vol. 4. Ampliatur vt d. l. ſi quis maior procedat etiam de iure canonico, vt per eundem D. meum præalleg. conſ. 452. poſt nu. num. 13. verſ. & retenta. Et illud conſ. pro declaratione, & ampliatione, dictæ l. ſi quis maior ſatis pulcherrimũ eſt, & quod emanauit pro cauſa Illuſtriß. D. Io. Gregorij de Cæſarinis contra Dominicum de Maximis ſeniorem ijs diebus ego adducebam in fauorem nobilis, & Illuſtr. D. Dominici de Maximis Iunioris pro ſubſiſtentia contractus emptionis cuiuſdam Caſtri. Pro eadẽ opin. ꝙ periurus a iudicio repellatur facit tex. in cap. paruuli, iun. glo. 22. q. 5. & Specul. de Actore, num. 16. verſic. Item quod eſt periurus. Contrariam opin. & ſic negatiuam tenent gl. Innoc. & Anton. de Butr. in c. dilecti, de excep. Doctor. in c. intelleximus, de iud. Et hanc opin. dicit ueram, Fel. in d. c. intelleximus, poſt nu. 6. uerſ. Tu uero teneas opi. Doc. Nos defendẽdo Lap. hic diſtin-

ſtin-

*ſtinguemus hoc modo. Aut quis agere vult*
*in cauſa in qua fuit periurus, & non poſſit,*
*& tunc procedat diſpoſitio dictæ l. ſi quis*
*maior. C. de tranſact. & opinio Lapi hic.*
*Et ita illam, l. ſi maior reſtringit, & limi-*
*tat Rom. ſing. 493. & hæc limitatio com-* o
*muniter tenetur, vt per Alexand. in dicta*
*l. ſi quis maior, num. 14. & Iaſ. num. 24. &*
*idem Alex. conſ. 17. ponderatis, nume. 6.*
*libro 3. Et hanc dicit communem Cur. Iun.*
*conſ. 17. licet ante nume. 10. Aut ſumus*
*extra caſum in quo quis fuit periurus, &*
*procedat opin. affirmatiua quod periurus a*
*iudicio, & ab agēdo non repellatur, & hęc*
*eſt communis opin. & communis diſtin-*
*ctio. vt per Felyn. in alleg. c. intelleximus,*
*poſt nu. 6. ver. vtrum periurus, & D. meus,*
*num. 17. verſ. Quid autem in periuro, de iu*
*dic. & Fel. in alleg. cap. dilecti, nu. 1. & 2.*
*verſ. contrarium tenet, & poſtea verſ. Li-*
*mita hæc, de excep. Tertia concluſio eſt, vt*
*æquiparentur exceptio excommunicatio-*
*nis, & exceptio periurij, prout illas æqui-*
*parat tex. in alleg. c. dilecti, ibi ex quo ex-*
*communicatus erat, vt periurij crimine ir-*
*retitus de except. Vnde ſicut exceptio ex-*
*communicationis repellit agentem, ita &*
*periurij, reſtringendo tamen, & declarando*
*vt præmiſi, quando ſumus in caſu in quo*
*quis fuit periurus, ad ea quæ proximè*
*adduxi.*

n ¶ Inter monaſterium.] *Vbi Felyn. more*
*ſuo infinitos refert, num. 23. in 8. limit. con*
*cludens propter non oppoſitionem exce-*
*ptionum tacitam illarum renunciationem,*
*& actuum quib. oppoſitæ exceptiones ob-*
*ſtitiſſent validitatem induci. Videatur etiā*
*Pariſ. qui cum Lapo concludit ipſum, & a-*
*lios referens, conſil. 45. ſatis concludenter,*
*num. 6. & ſeq. & nu. 57. lib. 1. Et faciunt*
*quæ habebimus infra Alleg. 27. delegata.*
*& per Lud. Rom. in l. 2. poſt num. 18. C. de*
*eden. Vbi quod propter non contradictionē*
*nullitatis iuri renunciatum eſſe videtur,*
*unde non poſſit amplius ſententia nulla di-*
*ci ex eo, quod non fuerint viſa acta. Et in*
*iudicijs regulare eſt quod taciturnitas, ſeu*
*patientia pro conſenſu habeatur, l. cū oſten*
*dimus, §. penul ff. de fideiuſſ. tuto. capit. 2.*
*vbi gloſſ. & Geminia. de accuſ. lib. 6.*

o ¶ Contrauenienti.] *Duobus modis clau*
*ditur Os ei, qui iurauit, altero quod non me*
*reatur audiri, niſi priuſquam in periurium*
*incidat a iuramenti vinculo abſolui petat,*
*& obtineat, prout per Feder. de Sen. conſi-*
*lio 300. factum tale eſt, nnm. 2. verſ. item*
*dico quod debitor qui iurauit, Imo. in c. 1.*
*& Felyn. ibidem, ante num. 26. de iureiur.*
*Bald. in repet. l. ſi iuſiurandum, præſertim,*
*colum. 28. verſ. & quo ad primam quæſt.*
*videtur quòd ſi ego iuro non petere, ff. de iu*
*reiuran. Sozzi. conſ. 59. in cauſa, num. 7. li-*
*bro 3. vbi etiam docent quando ſit obtinen-*
*da duplex relaxatio, prima videlicet a iu-*
*ramento de non petendo relaxationem, ſe-*
*cunda poſtea ab ipſo iuramento præſtito ſu*
*per ſolutione facienda, vel ſuper alia re.*
*Altero modo clauditur os ineuitabiliter*
*ei, qui iam contrauenit iuramento, vt ab-*
*ſolui nullo modo debeat, vt per Fed. de Se.*
*dicto conſ. 300. in fi. per Ioan. And. & a-*
*lios in c. debitores, de iureiuran. per Alex.*
*conſ. ponderatis, num. 4. & ſeq. vbi hanc di*
*cit magis communem, lib. 3. Hanc etiam*
*communem dicit Fely. in c. 1. num. 28. quā*
*communem in tribus caſibus non procede-*
*re ſubdit. de iureiuran. ſequitur Pariſ. hanc*
*communem aſſerens, conſil. 10. mortuo, nu*
*mero 94. lib. 1.*

p ¶ Validat.] *Plures ſunt caſus in quibus*
*propter iuramentum adiectum contractus*
*alias inualidus ſuſtinetur, puta in dona-*
*tione inter virum, & vxorem, in contractu*
*pupilli pubertati proximi, in contractu mu*
*lieris de velleiano non certioratæ. In dona-*
*tione non inſinuata. In donatione inter pa-*
*trem, & filium, & in infinitis alijs caſibus,*
*prout in authen. ſacramenta puberum, vbi*
*omnes, C. ſi aduer. uendit. in capit. cum con-*
*tingat, de iureiuran. per Bartol. in l. ſi quis*
*pro eo. ff. de fideiuſ. per eundem, & per Ale*
*xand. in l. Seius, & Augerius, ff. ad legem*
*fal: per Abb. in cap. donatio. de donat. in-*
*ter virū, & vxor. per Guid. Papæ Dec. 35.*
*ſi adultus, & plenius quam per alios per*
*Bauer. de virtu. iura. in princ. & num. 43.*
*& ſequen. ac num. 124. & ſeq. vbi declarat*
*quando, & quomodo hæc procedant.*

q ¶ Ius partis.] *Quo caſu ſententia non eſt*
*nulla, & ſi ab ea non appelletur ſententia*
*tranſit in rem iudicatam, & licet vltramon*
*tani contrariam opin. tenuerint, Itali quo-*
*rum ſententia præualuit, & eſt cōmunior,*
*idem quod Lap. hic tenuerunt, prout Inno.*
*in cap. quoniam contra, de probat. Bald. in*
*l. 1. C. de erro. calcu. & in l. 1. iux. fin. C. de*
*manu. vind. Bar. & Bald. in l. prolatam, C.*
*de ſenten. Ale. in l. ſi is ad quem, col. penul.*
*in princ. ff. de acq. hæred. Fely. in c. Eccleſia*
*S. Mariæ, num. 19. & latius, num. 24 de*
*conſt. Idem Fel. plenius in c. inter cæteras,*
*colum. 1. vbi alios refert, & hanc dicit com*
*munem, de re iud. quem ſequitur Afflic.*
*Dec. Neap. 28. latè fuerunt, num. 7. & ſeq.*
*& latius dec. 67. fuerunt latè, & in dictis*
*locis dat exempla, quando ſententia dica-*
*tur contra ius litigatoris, cum Fely. etiam*
*reſidet Cur. Iun. conſ. 97. conſiderato, nu. 9.*
*dicens hanc communem.*

r ¶ Contrarius.] *Sententia contra ius ſcri-*
*ptum nulla eſt ipſo iure, intellige quando*
*ius eſt clarum, & indubitabile, ſecus ſi ius*
*ſit dubium, & multipliciter intelligibile,*
*vt per Gemin. in c. in tantum, ver. Aut eſt*
*error legis, 21. diſtin. & Abb. in c. cum di*
*lectus, num. 13. verſ. Ex hoc poteſt, de con-*
*ſuet. pro qua declaratione, & pro amplia-*
*tionibus, & limita. c. 1. de re iud. hic citati,*
*vide ibi omnino Fel.*

*SVMMARIVM.*

1 *Prodigus cui fuerat propter hoc datus cu-*
*rator, qui iam bona adminiſtrauerat, an*
*poſſit religionem ingredi, abſque cura-*
*toris aſſenſu.*

2 *Quæ ſpiritu Dei aguntur, non ſunt ſub*
*lege.*

3 *Ingrediens religionem, an poſſit de bonis*
*ſuis teſtari.*

4 *Religionem ingrediens ſi mandet, vt al-*
*teri debitum reſtituatur, an poſſit mo-*
*naſterium illud reſtituere, abſque ſolen-*
*nitate alienandarum rerum.*

5 *Alienare quod ſuum eſt, aliud eſt quā*
*non acquirere.*

## ALLEGATIO XXV.

1 a DIſputat † hic primo, [a] an prodigus
cui datus eſt curator, qui iam bo-
na adminiſtrauit, poſſit abſque cu
ratoris licentia religionem ingre-
di: dicit quod ſic, dummodo tunc eſſet ſanæ
mentis, alleg. de regu. ſicut 17. q. 1. Gonſaldus
de ſucceſſ. ab inteſt. cap. fin. de ſpon. dilectus.
Nec obſt. non petitio licentię, quia in talibus
ſpiritualibus, vt in matrimonio carnali non
curatur talis poteſtas: quia quæ ſpiritu Dei
2 aguntur † nō ſunt ſub lege, de iud. ſi annum,
lib. 6. de regula. licet, & c. ex parte, de reſtitut.
b ſpol. cum ſuis remiſ. [b] nec valent ſtatuta con-
traria, vt not. de hæret. ſtatutum, ſuper verbo
compellendos, per Ioan. And. in nouel. Si al-
legatur furioſitas ad impediendum actum:
probabit qui allegat, de ſucceſſ. ad inteſt. c. fi-
c nali. [c] Et hoc modo probabit, quia faciebat fu
d rioſos [d] actus, & loquebatur fatua. 23. diſtin.
legimus, & not. in d. c. fi. de ſpon. dilectus. Sed
ſi tanquam furioſo fuiſſet ei datus curator,
vel coadiutor iam cōſtito hoc, incumbet pro-
batio monaſterio, quod erat ſanę mentis. 3. q.
5. iudices, quod probabit, quia verba pruden
tis proferebat, & actus exercebat ſenſatos; &
petitus, an cognoſceret, quid eſſet religio, be-
ne reſpondit, & ſi interrogatur, an ea ad quæ
ſe profeſſione obligabat intelligeret, bene, &
grauiter reſpondet quod ſic, quia contrario-
rum, &c.

3 Secundo dubitat, † an talis poſſit de bonis
ſuis diſponere, videtur quòd ſic, quia volen-
ti ingredi permittitur ante teſtari, vt in cor-
e pore demania, §. illud. [e] Nec obſt. ꝙ ei ſit in-
f terdictum, [f] & quòd datus ſit curator; quia iſta
diſpo-

g diſpoſitio vt acceſſoria ad ingreſſū g permiſ-
ſa videtur, vt in regula acceſſorium, de re. iur.
in 6. quia conceſſo ingreſſu, &c. de off. deleg.
præ. ad hoc decret. quoniam de ſent. excom-
mun. cum gl. lib. 6.
4 Tertio dubitat, † an ſi religionem ingre-
diens mandet, ut alteri debitum reſtituatur
poſſet monaſterium illud reſtituere, abſque
ſolemnitate alienandarum rerum, vt ſi man-
dauit aliquid de bonis ſuis vendi pro reſtitu-
tione dotium, vel alia ſatisfactione; & vide-
tur ꝙ non ſine ſolemnitate, per iura quæ exi-
gunt ſolennitates, vt decre. hoc conſultiſſimo
h cum [h] ſi. & dato quòd per teſtm̄ tollatur cau
ſa quæ requiritur in alienando, non tollitur
ſolennitas, arg. de vſu pa. ex tuarum, ff. de ſer.
vr. præ. l. ſi domus, & ſi dicas quid prodeſt ſer
uare formam ex quo neceſſe eſt vendi? dicit
ꝙ eſſet differentia in precio, & alijs, ideò inte
reſt eccleſiæ quòd forma ſeruetur, & ad hoc
quod no. gl. in clem. vnica, de ſup. negl. præla.
& gl. de cau. poſſ. cum ſuper. Adhoc alleg. l. 1.
in fi. ff. de rebus eorum, de quo per Cyn. C. de
leg. ſi procurator, & procedit ar. per cap. 1. de
reſt. in integ. quia Eccleſia æquiparatur mino
ri. In contrarium quia tranſiuit cum illa con
ditione, & ſicut obligauit ſine ſolēnitate, ita
poterit illa alienatio fieri ſolēnitate, alle. ſine
no. per Hoſ. in decr. i. de re. permu. vbi permu
tatio conceſſa Imperatori de permutando in-
i telligitur ſine ſolemnitate.[i] Inno. ibi tenet cō
trarium, ad hoc quod not. Inno. de fo. comp.
verum. item ſolemnitas nō exigitur in rebus
nondum in Eccleſiam incorporatis, hinc eſt
k ꝙ prælatus [k] cum capitulo poteſt repudiare
legatum, vel hæreditatem ſibi delatam, ſicut
dicitur in pupillo. C. de prædi. mi. l. 1. 2. & 3.
ſecus ſi ſine repudiatione, l. & magis, §. fun-
5 dus, ff. de rebus eorum. † Item aliud eſt alie-
nare quod ſuum eſt, aliud non acquirere, ff.
de donat. inter ui. & vxor. l. ſi ſponſus, §. ſi ma
ritus, & quia non eſt eadem, parque ratio lu
cra nō accipere, &c. C. de cod. l. fi. & de iu. de-
libe. l. ſcimus, §. licentia, ad idem. ff. de ijs quæ
infra cre. l. qui autem, & ſic conſuluit Fed. de
l Sen. [l] ita in propoſito ſecundum Lapum.

## Addit. Quint. Mandoſij.

a ¶ Diſputat hic primo.] *Hæc prima con-
cluſ. Lapi vera eſt, & communis, quam
ſequitur Ant. de Butr. conſ. 29. viſis ad fin.
& Abb. in cap. præſentia, num. 54. vbi ad
Lap hic ſe remittit, hanc communem aſſe-
rens, de prob. cum Lapo etiam tenent Phil.
Franc. ſuper rub. de teſt. poſt num. 12. verſ.
ſed aduerte, lib. 6. Bero. conſ. 162. ponitur,
num 9. lib. 1. in primis, & D. meus in d. ca.
in præſentia, nu. 35.*

b ¶ Remiſ.] *Actuum, c. 5. verſus ſi. Quoniā
ſi ex hominibus conſilium hoc, aut opus
diſſoluetur, ſi vero ex Deo eſt non poteri-
tis diſſoluere, ne fortè et Deo repugnare vi
deamini, & c. ſi. ad finem, 19. quæſt. 3. Spe.
de elect. §. fin. poſt princ Fely. in proœ. Rex
pacificus, in princ. Bauer. inſtit. qui teſtam.
fac. poſſ. colum. 2. & D. meus Philip. Dec.
in l. 1. in 2. lect. num. 29. C. qui admit. Hinc
dicit Lud. Rom. ſing. 498. incipien. capias
tria uerſus ſi. Filium abſque voluntate pa-
tris uouentem obligari, licet aliter iure ci-
uili caueatur. Hinc dicit Laur. Calc. con-
ſilio 14. D. Manfredus, nume. 12. non dici
tempus congruum, & horam competentē
ad aliquem requirendum pro ſolutione ei
facienda, dum ille in eccleſia diuina officia
audit.*

c ¶ Cap. fin.] *Et l. nec codicillos, vbi etiam
Bal. & Ale. C. de codic. per Doct. præſertim
per D. meum in l. furioſum, num. 19. C. qui
teſtam. face. poſſ. vbi ꝙ in dubio quis ſan.e
mentis preſumitur, Corn. 219. licet nu. 7.
lib. 1. Boe. Dec. 23 motus fuit, nu. 67. Curt.
iun. conſ. 151. habita. nu. 5.*

d ¶ Furioſos.] *Furor qualiter probetur vi
deantur Doct. quos in præcedenti Additio.
citaui, vide etiam tex. in l. 2. C. de iudæ. ibi
ſaxis, aut alio furoris genere, glo. in l. ſi do
tem, §. ſi maritus, ff. ſolut. matr. Apoſtil. ad
Bald. in l. cum furioſus, in princ. C. de cura.
furi. Ale. conſ. 141. ponderatis, lib. 1. con-
ſil. 86. viſis, colu. 3. lib. 2. Anchar. conſ. 5.
pro parte, Grammat. conſ. crim. 10. num. 9.
cum ſeq. Corn. conſ. 22. viſis, num. 2. & toto
conſ. vol. 4. Lanfran. de Oria. in repet. c. quo
niam contra, de probat. num. 17. & 174.
Iaſ.*



*Iaſ. conſ. 141. nu. 6. vol. 4 omnino D. meus
Phil. Dec. conſ. 448. vis tota ac Mar. Sozz.
in cap. ad audientiam, num. 11. verſiculo.
quinto quæro qualiter probetur furor. de
homicid.*

e ¶ §. Illud.] *Tex. in §. illud quoque in auth.
de mona. per omnes ad hoc allegatur ꝙ mo
naſterium ingreſſurus teſtari non poteſt nō
ſeruata ſolemnitate iuris communis, vt
etiam per Bar. & alios in auth. ſi qua mu-
lier. C. de ſacroſan. eccleſ. per Abb. in alleg.
c. in præſentia, num. 49. & ibi per alios de
probat. & per D. meum qui hanc commu-
nem affirmat (quicquid dixerit Saly. in di-
cta auth. ſi qua mulier) conſil. 31. & pro te
nui, poſt num. 3. Et pro præmiſſis, & alijs
de quibus hic vide eundem Dec. conſil. 86.
ante num. 6. Et quod ingrediens monaſte-
rium teſtari poſſit, non tamen ſibi bona re-
ſeruare, quo caſu valet ingreſſus, ſed non re
ſeruatio uoluerunt Doct. in auth. ingreſſi, C.
de ſacroſ. eccl. & Iaſ. in l. cætera, §. itē quæ-
ri. num. 11. ff. de leg. 1.*

f ¶ Interdictum.] *Regulariter autem is
cui bonis interdictum eſt teſtari non poteſt.
ad tex. in l. & mulieri, iun. glo. 1. ff. de cura.
furio. Bal. in cap. cum decorem, vbi dat cau
telam quod conſanguinei meretricis faciāt
illi bonis interdici, & ſic contrahere, ſeu te
ſtari non poterit, de vi. & boneſ. cler. ſequi-
tur Iaſ. in l. idem ſi. §. ſed. & quod meretri-
ci, num. 2. ff. de condit. ob turp. cauſ. Thom.
Ferrat. caut. 6. incip. quamquam meretrix,
& hanc dicit communem Addit. ad Bal.
in l. ca lege, in ver. luxurioſus, ad finē. Am
plians quod nec etiam inter liberos teſtari
poſſit. ad quod etiam adducit Lap. hic, C. de
condit. ob cauſam.*

g ¶ Acceſſoria ad ingreſſum.] *Ex ijs uer
bis ſumitur declaratio, & limitatio ꝙ dicta
Lapi hic procedāt tantum quando quis re-
ligionem ingreditur, & ſic quod prodigus,
ſeu minor ex eo quod religionem intrare
uelit non habilitatur ad diſponendum in ca
ſu quod aliâs prohiberetur, ſed ſolum ad id
conſequenter venit ex ipſo ingreſſu, pro
quibus videatur Alber. in auth. ingreſſi C.
de ſacroſan. eccleſ. Vnde limitare, ſeu decla
rare poſſumus quod hæc procedant quan-
do quis ſe, & ſua dicauit religioni, ſeu mo-
naſterio, prout infra firmat alleg. 106. qui-
dam mercatores, poſt num. 2. verſic. Vnde
minor qui tranſit ad religionem, ſecus ſi
prodigus, vel minor non daret perſonam,
ſed tantum bona, tunc enim alienatio hu-
iuſmodi non valeret, vt per Abb. in alleg.
c. in præſentia, in vlt. not. nume. 18. & ibi
per D. meum Phil. Dec. in 14. not. nu. 35.
& 36. ex quo infertur. de probat.*

h ¶ Hoc conſultiſſimo.] *De reb. eccleſ. non
alie. lib. 6.*

i ¶ Solemnitate.] *Innoc. requirit etiam in
principe ſolemnitates de quibus in c. 1. de
reb. eccl. non alie. Hoſt. vero ſolēnitates non
requirit. Videantur Io. And. Anch. & Car.
in eo. c. 1. de re. permu. & D. meus Phi. Dec.
in c. in præſentia, ante nu. 70. de probat. Et
ꝙ in alienationibus non requirantur ſolen-
nitates quando alienationes fiunt ex neceſ-
ſitate, puta quòd eccleſia non poſſit propriū
habere, vel ſit grauata per fideicommiſſum
alienare, concludit Rebuff. de alie. rer. eccl.
num. 29. & ſeq. verſ. quintus quando, vbi
Lap. hic, & alios refert.*

K ¶ Prælatus.] *Videatur Abb. in c. tua nu-
per, num. 9. vbi etiam Addi. in ver. contra-
rium. de ijs quæ fi. a præla. Idem Abb. in c.
verum, nu. 3. cum Addit. in verſ. ſolus præ-
latus, de cond. appo. videatur omnino Ale.
in l. legatum, nu. 2. qui refert Lap. hic, tan-
dem dicit magis communem opin. eſſe con
tra Fed. de Sen. Sozz. vero ibi defēdit Fed.
conciuem ſuum, plura pro eo adducens, &
ad contraria reſpondens, ff. de legat. 1. Lap.
etiam hic ſequi videtur Corſet. qui defen-
dit Fed. dicens communem ſibi videri con
tra Alexan. & pro Fed. in Addit. ſeu An-
nota. ad indicem Abb. poſt ver. prælatus,
an poſſit ſolus repudiare legatum 1. & 2.
Lap. etiam hic ſequitur Felyn. in capitu. in
præ-*

præſentia,colum.pen.in 10.quæſt. de prob.
Idem voluit Abb.in cap.Abbate,poſt nu
merum 19.de verborum ſignific.Rebuff.in
Alleg.tract.de Aliena.re.eccl.nu.30.ver.
ſextus eſt.

1 ¶ Fed.] De Sene.videlicet conſ.9.caſus ta-
lis eſt res aliqua. Vltra relatos in præcedẽ.
Addit.quorum pars tenuit pro Fed.pars
vero contra, videatur omnino Lambertin.
de iure patro art.9.quæſt.2.lib.3.vbi alios
refert,& infinita cumulat,tandem via di-
ſtinctionis opiniones contrarias concorda-
re conatur.Feder.de Sen.ſequitur Anch.
conſil.150.ex conſilijs,poſt num.2. verſic.
Item eſt aduertendum.Et cum Feder. reſi-
det tandem Gemin.in capitu.1.num.19.de
reb.eccleſ.non alie.lib.6.Quem etiam Fed.
& Lap.hic refert,eorumque opin. commu
nem eſſe teſtatur Iaſ.qui alios citat: eandẽ
opin.tenen.in l.legatum,num.13.& 16.Et
hanc etiam communem dicit ibidem Rip.
num.9.ff.de lega.1.Et Feder.dicto conſ. &
Lap.hic ſequuntur Abb.in c.1.num.22.de
do.& contu.Franc.in alleg.capit.1.nu.27.
& ante de reb.eccleſ.non alie. lib.6. Ioan.
Firm.de epiſc.par.4.q.10.num.26.Sozzi.
Regu.110.in 6.fallen.quorum tamen alter
numerum con.Fed.non allegat, alter verò
corruptè illud citat. Matth. de Afflict.
in cap.vni.de capi.corra.§.& iterum ſi cle
ricus,num.6.verſ.prima nunquid prælatus
ſolus.Idem tenuit Lapum hic citare volẽs
And.Barb.conſ.3.ſcribitur,colum.5.nume
ro 24.& conſ.41.illud,colum.16.num.29.
vbi etiam puto quod Lap. hic citare volue
rit,prout eum poſtea hic citat, poſt nume-
rum 31.libro 1.Et Fed.vbi ſupra, ac Lap.
hic ſequitur idem Barb. dicto conſ.41. co-
lum.7.num.13.& Addit. ad Praxim pa-
pien.in for. Actio. rea. in ver. eſt neceſſa-
rius,in fine, quæ hanc Alle. citare voluit.

*S V M M A R I V M.*

1 *Præceptor ſancti Antonij,qui bona mona-
ſterij, & adminiſtrationes reperit diui-
ſas per prædeceſſorem, poſt reſeruatio-
nem papæ inter fratres ſuos, an poſſit
illa reuocare, & reducere ad priſtinum
ſtatum.*
2 *Permutatio de beneficijs reſeruatis, an va
leat abſque authoritate apoſtolica ſpe-
ciali.*
3 *Princeps non poteſt ſe intromittere circa
reſeruata per Papam.*

## ALLEGATIO XXVI.

1 DIſputat † an præceptor nouiter in
ecclesia Sancti Antonij ſubroga-
a tus,[a] ſi reperiat antiquum præce-
ptorem,ſeu rectorem poſt reſerua
b tionẽ [b] iam generalem factã in curia de pro-
uidendo illi eo vacante tantummodo per pa-
pam;grangias dimiſiſſe, vel præceptorias ta-
xaſſe,vel diuerſis perſonis prouidiſſe, tenea-
tur ſtare illis,an poſſit de nouo aliter diſpo-
nere, dicit quod antiquus eius Abbas non po
tuit ſine authoritate ſuperioris,& præceden-
tibus tractatibus de conſenſu capituli,& cau
ſa legitima:taxando,diuidendo,vel conferen
do,dicta membra, vel dicta loca, immutare
antiquum ius eccleſię, vel ſuorũ iurium, vel
ſuorum membrorum: quia hęc eſt ſpecies
alienationis,quæ non poteſt fieri abſque for-
ma 12.q.1.decre.& c. regenda, de religio.do.
c.3.de exceſ.præl. ſicut vnire, vbi de hoc per
Inno.in cap.expreſſum, de ſta.mo.in clemen.
ne in agro.§.ad hoc,verſ.ad hoc.9.q.3. & c.2.
verſ.nunquid.Ioan. And.de præben.cum de
beneficio.ſup.ver.miniſtrauit,lib.6.in nouel.
Item hoc maximè dicit quando dicta præce-
c ptoria nõ fuit reſeruata [c] cum ſuis membris,
vt erat per quæ dicit quod durãte reſeruatio
d ne non poteſt vnire [d] quod non habet directe,
nec per obliquum,de re.iur.cum quis, lib.6.
2 ad hoc† quia tenet permutatio [e] de beneficijs
e reſeruatis per decret.Benedicti.12. quæ inci-
pit dudum,& per cõſtitutionem execrabilis,
in fine,verſ.Non valet permutatio de benefi-
cijs reſeruatis,abſque authoritate apoſtolica
ſpeciali,quia tales reſeruationes fauorabiles
f ſunt;[f] & pleniſſimam recipiunt interpretatio-
nem,de præb.ſi pluribus.eodem titu.libro 6.
ſi



ſi Romani,in clemẽ.quia generaliter verũ eſt
g quod princeps [g] ſe non poteſt intromittere
3 circa† reſeruata per papam de appell. vt no-
ſtrum,cum ſua gl.nam & re non integra per
reſeruationem ligantur manus ordinarij, de
elec.ſi eo tempore,lib.6.hęc vera quo ad alia,
præterquam quo ad collationes, quàs fecit
antiquus præceptor. quo ad illas enim dicen
dum eſt quod ſi collationes conſueuerunt eſ-
ſe perpetuæ per illam reſeruationem non im
pediuntur collationes,quia hæc erant de iure
ſuę adminiſtrationis, quæ per reſeruationem
non impediebantur.Sed ſi conſueuerunt eſſe
temporales adminiſtrationes, vel manuales,
poterunt per ſucceſſorem reuocari, licet te-
neant,ſicut & potuiſſet anteceſſor,adhoc con
ſtitutio Benedicti 12.de monachis nigris, &
de canonicis regularibus, vnde ſi papa talia
h manualia [h] conferat,vel permutet,non tamẽ
tales intelliguntur perpetuari,immo poſſunt
pro libito, more ſolito remoueri, niſi papa
i expreſſè mandaret contrarium,[i] de conſtitu.
cap.1.de præben.cum in eccleſia, de conſuet.
c.vlt.lib.6.de off.ord.licet,de relig.do. cap.2.
cum ſi.& ſic conſuluit Lapus.

### Addit. Quint. Mandoſij.

a ¶ Subrogatus.] *Succeſſor regulariter ſal-
tem de æquitate,& honeſtate factum, &
voluntatem ſui prædeceſſoris ſeu authoris
adimplere,& conſeruare debet, c.quia Io.
12.q.5.c.ſi ea deſtruerem,25. quæſt.2. &
ad alia quæ adduco in 10.q.11.Reg. Can-
cel.num.3.*

b ¶ Poſt reſeruationem.] *De iſtis præce-
ptoriis,& an hodie ſint reſeruatæ, vide Re
gu.3.Cancel.& quæ ibi ſcripſi in 12.quæſ.
iuxta nouam impreſ & q.20. ſuper Regu.
de infirm.Et Lap.hic citat Aene. de Fal-
co.de reſeruatio. ad finem,3. quæſt. princ.
num.29.*

c ¶ Non fuit reſeruata.] *Ego legerem ſine
dictione non,vt minor ſit difficultas,quan-
do etiam membra præceptoriæ expreſſè,
etiam reſeruata fuerunt, ſi enim reſeruata
præceptoria etiam eius membra tacitè,ſeu
conſequenter reſeruata erant, tanquã cor-
pus,vt totum ſuas partes contineat, vulg.
l.in toto.ff.de reg.iu.c.in toto, eodem lib.6.
ſeu corpus naturale, vel miſticũ ſua mem-
bra,ad ea quæ adduco in gl.facul.§.conſide
rantes,in verſ.membra,fortius expreſſa re
ſeruatio,etiam membra impediet vt hic.*

d ¶ Vnire.] *Addi.1.ad Abb.in c.ſicut uni-
re adducit Lap.hic, quem dicit teneri con-
tra Rot.dec.4.de reb.eccl.non alie.in anti-
quior.Pariſ.vero conſ.114.in princ.vol. 4.
refert,& ſequitur Lap. hic, ſupponens idẽ
tenere Lapum, quod Rot.Diſtinguendum
eſt,an papa reſeruet ante unionem,uel poſt
vnionem ab ordinario factam, antequam
vnio ſortiatur effectum,pro quibus videan
tur Rot.159.not.quòd beneficium vnitum.
in antiq.Fel.in cap.in noſtra cor.27.de re-
ſcrip.Andr.Gamma. Olim Rotæ Auditor.
de re.permu.nu.51.fol.10. col.3. & Boer.
Dec.346.ſed quæritur, an vnio.colum.2.
verſus ſi.*

e ¶ Permutatio.] *Vide quæ latè ſcripſi in
12.q.1.Reg.Cancel.iuxta 2.edit.num.3.et
ſeq.Addo ad idem conſ.Feder.de Sen.112.
Amice,num.1.Fran.in cap.vni.qui Fed.
ibi, & Lap. hic ſequitur, poſt nume.5.de
re.permut.lib.6.& Aene.de Falco.de re
ſeruat.ad fin.23.effectus,vbi citat, & ſe-
quitur Lap.hic*

f ¶ Fauorabiles.] *Reſtringe tu ad reſerua-
tiones Papæ motu proprio factas, & non
ad fauorem,ſeu intuitu certæ perſonæ, tũc
enim fauorabiles ſunt, vt per Fed.de Sen.
in tracta. permu.in 1.q.col.1.per Ane.de
Falco.in tract.reſeruat.in 2.prælud. col. 3.
& ego tracto ſuper 2.Reg. Cancel.reſerua.
q.2.num.12. Et Lap.hic ſequitur Prob.in
addit.ad glo.prag.in cap. licet de elect. in
verſ.cauſa,num.5.*

g ¶ Princeps.] *Melior lectura videtur in-
ferior,ſeu epiſcopus,vel ordinarius, prout
etiam aduerto, & ad id quod vult Lap.
hic aliqua adduco in alleg.q.11.num.4.ſu-
per 1. Reg. Cancel.*

h. ¶ Manualia.] *Vide ſupra alleg.9.Diſpu-*
tat

tat hoc, & Fel.in cap.conſtitutus, num. 10.
verſ.ex iſtis ſequitur de reſcr.& per Abb.
in cap.ad noſtram,num.7.& ibi Apoſtil.
in ver.quia papa.hanc alle. licet corruptè,
citat.de confir.vtil. vel inutil. Lapum etiã
ſequitur Fel.in cap per tuas,col.fin. verſic.
Intellige prædicta ſanè, de maio. & obed.
& D.meus Phil.Dec.in c.edoceri,ante numerum 6.de reſcr.

i Mandaret contrarium.] Puta quod pro
toto tempore eius vitæ prioratum retinere poſſet,prout per Abb. in capitul. cum
inter R.in 3.not.de electione.& in capit. ad
noſtram,poſt nu.7. uerſ.in hoc diſtinguerem quod aut papa,&ibidem D.meus,poſt
numerum 5.vbi ſequitur Lap.hic,de confi.
vtil.vel inutil.

S V M M A R I V M.

1 Cauſa delegata & commiſſa ſi electus inueniatur eſſe filius ſacerdotis, an ſi caſſetur electio, valere poſſit proceſſus ſine cauſæ cognitione.

2 Iudicium factum ſine cauſæ cognitione preſente parte,& non contradicente,an valeat,& num.4.

3 Verba faciunt conditionem.

## ALLEGATIO XXVII.

1 DElegata cauſa, † vt partibus conuocatis ſi inueniatur talẽ fuiſſe filium ſacerdotis, vel tempore ſuæ electionis non fuiſſe clericũ, &c.
an valeat proceſſus habitus per talem abſque
a cauſæ cognitione [a] huiuſmodi,vt quia incon
b tinenti proceſſit ad caſſationem electionis,&
de hoc non habita ante aliqua cognitione. Et
2 videtur quòd non,quia in iure † regulare, vt
de cauſa cognoſcant,tam in plenarijs, quam
ſummarijs,C.de iudi.l.iudices, de verb. ſign.
clem.ſæpè contingit, ibi non ſic tamen litem
abbreuient,&c. hoc concludit forma mandati.C.de exhib.reis,l.fina.ff.de iud.l.j. in fi.magnæ gl.C.de epiſc.& cler.l.epiſcopale, 2.qõ.
prima,nos nunquam,& cap.primates. adhoc
dictum Ber.de conſtitut.eccleſia.
3 Item quia verba faciunt conditionem [c] ar
c gumen. eorum quæ no.in clem.prima,de offic.deleg.& hęc uera dicit ſi lata eſt ſententia
in abſentem,ſecus in præſentem, quia imputandum eſt parti præſenti, & non reclaman
d ti,[d] ideo non poteſt opponi de nullitate,quia
ſaltem hoc caſu de cognitione iudici crederetur,vt not.per Bar.& Innoc.de off. delegat.
cum in iure,vide Bar.in l.prolatam, C.de ſententent. & quod dixi de probat. quoniam contra, & de renunciat. alleg. de probat. in pręſentia.

### Addit.Quint. Mandoſij.

a ¶ Cauſæ cognitione.] Sententia,ſeu decretum abſque cauſæ cognitione,an ſit annullanda,an vero ipſo iure ſit nulla,Felyn.
poſt infinitos quos refert in Eccleſia S. Mariæ,de conſtit.ſuper gloſſ.fin.num. 12. cum
pluribus ſeq.diſputat ad partes, & pro prima opin.8.fundamenta adducit, alteram
vero in qua reſidet,& quæ communis videtur treſdecim fundamentis corroborat,
limitans poſtea,ut ibi.

b ¶ Incontinenti proceſſit.] Ex breuitate temporis preſumitur quod iudex inſtrui
non potuerit, & ſic ſententia nulla erit,
ſeu decretum nullum,l.2.ibi, non ſubitas,
C.de ſenten. ex breui.recit. & ad alia quæ
adduco in 10.com.in uer.in ſtatu.verſ Alter mirabilis.

c ¶ Conditionem.] Intellige de uerbis, quę
in princ.præmiſit videlicet. Si inueniatur,
ſeu ſi inueneris talem fuiſſe filium ſacerdotis,&c.Sed contra videtur ſupra Alle.15.
uerſ.Non obſt.uerbum ſi inueneritis, quia
ſonat in monitionẽ. Et poſtea ſubdit aliud
eſſe dicere ſi tibi conſtiterit, quo caſu requiritur cauſæ cognitio, aliud ſi inueneris.
Idem etiam voluit Rot.684.ſi ponatur, &
ſeq in antiq Et Lap.d.Alleg.15. refert,
& ſequitur Pariſ.conſ.31. circa præſentẽ,
num.33.vol.4.Vide etiam infra Alle.60.
viſis literis.





d ¶ Non reclamantè.] Hoc dictum Lapi
citant,& ſequuntur Ant.de But.in ca.1.
& in c.de cauſis,de off. deleg. Barba. conſil.34.difficile eſt,ad fi.lib.3.Et dictum Lapi ſequuntur Lud.Roma. in l.2.poſt nu.18.
C.de eden.Caro.Ruin. conſ.135. Laudum,
ad finem,volum.5.Mar.Sozz.de citatio.
artic.7. num.58.Et hanc alleg. refert licet
corruptè,& ſequitur Fel.in alleg.capit.eccleſia S.Mariæ,poſt num.21.in 4.limit.ubi
plures pro hac opin.& limitat.adducit, de
conſtit.refert etiam,& ſequitur Pariſ. conſilio 132.prima facie,numero 24.vol.4.

S V M M A R I V M.

1 Epiſcopus,an poſſit diſpenſare cum ſubdiacono, quem fecit promoueri ad presbyteratum,& ſic celebrauit.

2 Epiſcopus an poſſit diſpenſare cum clerico non adhoc ordinato in apparatu miniſtrante.

3 Miniſtrans non ad hoc ordinatus, ignorãs tamen,an fiat irregularis.

## ALLEGATIO XXVIII.

a AN † diſpenſet [a] epiſcopus cum cle
1 rico in ſubdiaconatu, qui fecit omiſſo diaconatu ſe ordinari ad
presbiteratum & celebrauit,videtur quod ſic per decret. iſtam de cler. per ſal.
promo.& per glo.quod eſt verum ſi ignoranter:ſecus ſi ſcienter, vt ibi per Hoſt. qui tenet
quòd ſiue ignoranter,ſiue ſcienter,epiſcopus
diſpenſat,dummodo non celebrauerit ſcienter tanquam talis,in ordine quo carebat,quia
tunc contra talem irregularitatem nõ diſpen
2 ſaret niſi ſolus Papa, [b] clericus † qui non eſt
b ordinatus miniſtrans in aliquo ordine in apparatu,vt not. Cald. in decret.ſi celebrat, de
cler.excom.mi. & ſic ad ordines promoueri
3 non poteſt.† In ſuſceptione tamen poteſt diſpenſari.Sed ſi tanquam talis miniſtrãs in ordine ignorans celebrat, non eſt irregularis,
non obſtante quod ignorantia videatur craſ
c ſa,quoniã in facto proprio [c] quia tex. in decr.
1.de cler. per Sal. promot.hoc innuit eſſe poſſe,ad hoc de ſent.excõ.pro illorũ,vnde in foro conſcientiæ non eſſet irregularis, in foro
uero contentioſo,ſi circunſtantiæ probabiles
ſuaderent hanc ignorantiam, ſaltem cum iuramento poſſet forſan ſe tueri, alias irregularis iudicaretur.Lapus.

### Addit. Quint. Mandoſij.

a ¶ An diſpenſet.] Vide etiam Io. And.
Card.et Abb.in alleg.hic,c.vni.de cler.per
ſal.promo.& Hoſt in ſummar.de cleric. ord.mini.num. 3. verſ. per quem, & in quo.
eodem tit.de cler. per ſal. promo. num.4. a
quo diſpenſetur,& Archid.ac Gem.in c.ſollicitudo,52.diſtinct.

b ¶ Solus Papa.] Prout etiam in ſum.Silueſtri.in uer.irregularitas.§. vndecimo quæritur,& per Rebuff.qui cum Lapo hic reſidet in ſua praxi Beneficiaria, rubr.de cler.
ad ſacr.ord.malè promo.num. 17.uer.quod
intellige ſi miniſtrauerit.

c ¶ In facto proprio.] Quæ regulariter,nec
præſumitur,nec excuſat.l.3.ff.de iur.& fa.
igno.l.fi.in fine,ff.pro ſuo,l.quamquam, cũ
gl.2.ff.ad uelleia.c.excommunicato, de reſcript.per D.meum Phil.Dec.conſ.474.viſo,ad finem.

S V M M A R I V M.

1 Legata ad pias cauſas in teſta. in quibus non fuerunt teſtes rogati,an ualeant,& numero 5.

2 Teſtamentum vſurarij manifeſti, an poſſit validari.

3 Legata ad pia cauſas in teſtamento vſurarii,an ualeant.

4 Teſtamentum interlineatum præcipuè in annis domini,in indictio.& c. non valet.

6 Probatio quæ fit ex duobus, vel tribus teſtibus de iure diuino ſufficiens eſt.

7 Statutum puniens propinquos declinantes iuriſdictionem temporalem,an illud ſtatutum extendatur ad clericos.

8 Punitus vna pœna, an poſſit altera pro eodem puniri.

9 *Epiſcopus, an poſſit petere procurationem ratione viſitationis a capellanis eccleſiarum.*

10 *Clericus qui poſſidebat poßeſſiones cuiuſdam beneficij ſi eis a rectore eccleſiæ priuetur, an poſſit agere poßeſſorio.*

## ALLEGATIO XX IX.

COnſilium fuit domini Gregorij
de Benciuennis de Florent. Primum dubium, an valeant legata
1 ad pias cauſas in † teſtamentis in
a quibus teſtes non fuerunt rogati, [a] alle. quod
ſic. l. Antonius, & l. in teſtamento, de fideicō.
liberta. & tenet Ioan. And. in Specul. de inſtr.
edit. immo aliqua verſ. ſed pone quod ex eo.
In contrarium alleg. dictum Ioann. Andr. in
decret. Ioannis, de teſtamen. ſuper prima, gl.
ad primum de teſtamen. relatum, & capitulo
cum eſſet, & pro hoc gloſſ. Innocen. quæ dicit
ſeruandas leges in teſtamentis, ad hoc alleg.
dictum Ioan. de teſtamen. relatum, ſuper ver.
ſecundum leges. Ad decret. cum tibi. de teſtamen. reſpondet tenendo opin. quæ videtur
planior Doctoribus, vide infra, in ſexta quæſtione.

2 Secundo † concludit idem conſulens, quod
ſi teſtator in ſuo teſtamento dixit relinquo de
bonis meis pro reſtitutione vſurarum illis
perſonis de quibus in libris meis fit mentio,
vſque ad illam quantitatem quæ apparet in li-
b bris a dictis [b] perſonis recepiſſe, ex hoc concluditur vſurarius manifeſtus etiam ad rumpendum teſtamentum per not. per Archid. de
vſu. cap. primo, libro ſexto, & Ioan. Andr. capitulo ſecundo, eodem titu. & lib. in 2. gloſſ.
c ad hoc dictum Feder. in opere ſuo, capitu. 9. [c]
ibi videas.

3 Tertio † an valeant legata ad pias cauſas [d]
d in teſtamento vſurarij not. per Ioann. de vſu.
cap. ſecundo, libro 6. in vltima glo. in nouel.
& ſic dicit quòd dominus Ioan. Cald. reſpondit ſibi per literas ſuas, quia defectus eſt in
cauſa efficiente. per hoc reſpondetur ad l.
Diuus Traianus, ff. de teſt. milit. & ad §. 2. inſtitut. eod. tit.

4 Quarto † concludit quod ſi teſtamentum
e eſt interlineatum [e] in annis Domini in indictione, diebus, vel menſibus, vel ſi ſint ſcripta manu tertij, & teſtamentum, & teſtes manu teſtatoris, non valet teſtamentum ipſo iure, licet ſit traditum notario, & apud eum eſt
inuentum, quia non fuit teſtamentum, ſed
quædam diſpoſitio ad teſtandum alleg. dictū
Ioan. Andr. in Spec. de inſtrumen. edic. §. com-
f pendioſe, verſic. quid ſi prius, [f] alleg. ſi pater
fecit teſtamentum, ad hoc. l. fideicommiſſ. §. 1.
ff. de leg. 3. hoc circa actum legitimandi alias
legandi ponit dictum Ioann. Andr. in addit.
Specul. in titulo de ſucceſſ. ab inteſt. §. iuncto
verſiculo quid ſi ex facto, ſecundum Franc.
de Aret.

5 Quinto † [g] an valeat teſtamentum in quo
g teſtes non ſint rogati, quando iure inſtitutionis aliquid eſt relictum ad pias cauſas, allegat etiam quod valeat, vt in liberis, l. hac conſultiſſima. §. ex imperfecto, de teſtamen. æquiparando liberis, quia eccleſia loco filij habetur, vt in Auth. de ſan. epiſc. §. ſed hoc in præſenti, C. ad Trebel. auth. niſi rogati, ff. de verb.
oblig. l. ſi ita quis, §. ea. Contrariū determinat
conſulendo Franc. de Aret. & reſpondet ad ęquiparationem: quia æquiparatio procedit in
ingreſſo, non in non ingreſſo, vt dicit gloſſ. in
auth. niſi rogati, & ratio eſt quia filius, abſque
teſtamento erat habiturus hæreditatem, ſed
non eccleſia, ad hoc, C. de cadu. tollen. l. 1. de
ijs quæ ſibi aſcribunt, l. j. non obſt. capit. cum
eſſes, de teſtam. quia loquitur quando interuenit præſentia parochiani. Non. obſt. c. relatū,
quia loquitur quando fiebat quæſtio de numero teſtium. Hæc reſponſio non ſatisfacit
illi textui, quia licet determinetur de numero teſtium, tamen reſpondeo. ſi enim decidit
contra legem ciuilem diſponentem de numero teſtium: concludit etiam ad qualitatem rogationis.

6 Vnde Papa † decidendo dicit quod de iu-
h re diuino [h] probatio quæ fit ex duobus, vel
tribus teſtibus ſufficit: ideo talia legata probantur per duos teſtes: vnde voluit quod in
relictis ad pias cauſas ſtaremus illi probationi de qua contentatur ius diuinum, & non illi quam requirit ſubtilitas iuris ciuilis: ſed de
iure diuino non reperitur quod debeant eſſe
rogati: ideo hæc qualitas non eſt requirenda,
non obſt. verbum legitimi ibi poſitum, quia
intellectus eſt quod in eis concurrant qualitates a lege requiſitæ, videlicet quod non ſint
crimiroſi, non ſint excommunicati, &c. vt
ſic ſit ſenſus, quod ſint qualificati ex quali-

tatibus



tatibus requiſitis a iure in perſonis eorum,
ſed rogatio non eſt qualitas requiſita in eorum perſonis contrahentium: quia contrahentes ſunt illi qui vocant teſtes, & illos
rogant, & ſic rogatio eſt qualitas extrinſeca a dictis teſtibus, de qua ille text. nihil dicit, cum dicat legitimi, quod refertur ad qua-
l litates reſpicientes ipſos teſtes. Dom. de S. Geminiano.

7 Sexto, † an ſtatutum [i] puniens propinquos
i declinantes [k] iuriſdictionem temporalem, vt
k poteſtatis, vel alterius, ita quod ab eorum iuriſdictione eximantur: extendatur ad clericū,
conſuluit quod non, quia propter verba gene-
l ralia [l] velle videmur quod iuſte poſſumus. [m]
m C. de condit. indebi. ſi procurator, §. celſus, de
priuil. cred. l. pater, ad mu. l. Lucius, §. Imperator, l. 2. in princ. quod quiſque iuris. Secundo quia iuſta, & neceſſaria a generalitate fuit
excepta, l. vt gradatim, §. ſed ſi lege, ff. de mun.
& ho. de pub. l. Cęſar. de ſeru. l. ſi cui, l. prima,
C. de ſacroſan. eccl. l. hos accuſare, §. ſi cui, ff.
de accuſ. Item quia non eſt veriſimile legislatorē dediſſe ſenſum propter quem lex fieret
n irrita, ff. de mil. teſt. l. 3. [n] Nam ex hoc coerceretur frater clericus ex aſtrictione cōiunctorum, ff. de cond. & demon. l. hęres meus, §. fin.
ff. de verb. oblig. l. Titia. Septimo diſputat dato quod ſtatutum comprehenderet eccleſiaſticas perſonas, an ſi clerici in minoribus delinquant, & ſint condemnati per vicarium
epiſcopi, poſſint damnari per poteſtatem, &
an ſi opponatur de prima ſententia, quòd diuerſis legibus non debet damnari, nec bis, vt
o l. ſenatus, de accuſ. & l. licet, nau. cau. ſta. [o] an
dicatur declinare, tenet quod non, quia non
dirigitur contra iudicem, vel iuriſdictionem,
nec eximit a iuriſdictione, ſed tendit ad abſolutionem ex induſtria, qua nititur ex iure cōmuni, non beneficio ſpirituali. Item quia rei
iudicatæ exceptio poteſt opponi poſt lit. conteſtat. non ergo declinatoriæ. C. de iuriſd. om.
iudic. nemo. Item quia natura declinatoriæ
non contingit cauſam principalem, l. 2. in fine, de exceptio. cuiuſmodi non eſt hic, ſic con-
8 ſuluit Franc. de Albergo. † Nunquid qui pu-
p nitur vna pęna poſſit altera puniri: [p] dicit ꝙ
non, l. per ſenatus præallegat. & quia tantum
operatur abſolutoria, ſicut condemnatoria
cum ſolutione, ff. de excep. rei iudic. ſi quis cū
totum, §. ſi ancillam, niſi forte adiretur ſecundus iudex ad id plus quod debetur quam
primus condemnauit, ff. commod. l. quare, in
fine, & vi. bon. rapt. l. arborum furtim cęſar.
l. j. quod tamen non eſt verum, quando vnum
crimen eſt, & vna cauſa criminis, & vnum factum, l. 1. §. tutela, & ratio differentiæ not. in
l. 1. l. inde, ff. publica. Item quando iura tendunt ad meram vindictam, non poteſt agi in
pluſquam in alia comprehendatur, ff. iniur. l.
quod ſenatus, & quod ibi not. & l. prætor. no.
Iac. de Bel. in l. quam diſputauit de qua per
Cyn. in l. 1. C. vbi de crim. agi. opor. & Bart. in
l. ſepulc. de ſepulc. viol.

9 Octauo † an poſſit epiſcopus petere procurationē ratione viſitationis, a cappellanis collegiatarum eccleſiarum, vel parochialium, cū
eorum beneficia ſint a teſtatoribus relicta,
abſque aliqua cura, nec ad aliquid aliud teneantur, niſi ad miſſam celebrandam, & alia
diuina officia. Sunt tamen redditus dictorum
beneficiorum in poſſeſſionibus, in terris, vineis, & affictibus de quib. ſunt dicti capellani
q [q] adminiſtratores. Sunt tamen dicti cappellani, & eorum beneficia liberata, & ſoluunt legationes, & omnia & ſingula datia impoſita
per clerū ſicut rectores, tamen non ſoluerunt
procurationes viſitatoribus, licet viſitari conſueuerint, quòd ſic facit, quia perſonę ſunt eccleſiaſticæ, & beneficia eccleſiaſtica. Dominus Gregorius conſuluit quod ſic per tex. de
cenſi. Romano. libro 6. & ibi in nouella. ſuper
r ver. minorum, [r] & ibi in §. ſanè, vbi quærit de
vita, & conuerſatione miniſtrantium in eccleſijs, & locis alijs diuino cultui deputatis.
Quamquam enim capellanus non ſit ſufficiens ad vnam procurationem, contribuere
debent cum eorum prælato, vt not. Ioa. And.
de cenſi. procur. in nouell. in ver. vel plures,
plenius in nouella. eodem, titu. Romana. poſt
princ. lib. 6. niſi euidens, paupertas excuſet,
vt ibi not. Ioan. Andr. & hoc quod ponit ibi
ſuper ver. per ipſum, licet tamen procuratio
non poſſet præſcribi contra Epiſcopum, c. cū
s ex officio, [s] de præſcript. nec per ipſum poteſt tacitè, vel expreſsè remitti ſecundum Innocen. & Hoſtien. per Archid. 10. quæſt. 1. relata, poteſt tamē retineri, vel præſcribi in par-
t te, vt not. Archid. ibidem, & quamuis nō poſſet præſcribi, vt prælatus pro ipſo illam ſol-
u uat, quia hoc non eſt prohibitum, dicit [u]
tamen hoc non nocere epiſcopo, quin a
ſubdito poſſit exigere ſecundum portionem
ſibi contingentem, habebit tamen ſubditus

 actio-

actiones aduerſus prælatum ꝯ quem præſcri
pſit pro ſolutione facienda Epõ ad hoc not.
per Io. And. de cenſi. cum inſtantia, ſuper ver.
teneri, & ibi allegata, per eum, ſecundum Gre
gorium de Benciuennis de Floren.
10 Vltimo vtrum clericus, † qui poſſidebat
poſſeſſiones cuiuſdam beneficij in eccleſia, ſi
priuatus ſit poſſeſſione a rectore eccleſię poſ-
ſit agere poſſeſſorio, non obſtante quod oppo
natur ꝙ non ſit ritè inſtitutus, & in poſſeſſio-
nem inductus, & quod dictæ poſſeſſiones ſpe
ctent ad eccleſiam. Cõcludit quod audiri dēt
quia ſtatus eius approbatus eſt a iure, cum in
eccleſia debeat eſſe clericus, de vit. & honeſt.
cleric. vt quiſque, & quia debet habere, & di-
uidere redditus cũ rectore, de fil. presb. propo
ſuit, maximè ſi talis ſtatus fuit in eccleſia ſpa-
tio, 40. annorum, de præben. cum de benefi-
x cio.[x] Vnde hic habet coloratam poſſeſſionẽ,
y nec cogitur directe [y] titulum ſuæ poſſeſſionis
exhibere, nec a poſſeſſione euelli eo non cita-
to, de præbendis, licet epõs, lib. 6. & quia ſine
plena tituli probatione in tali debet ſpolia-
tus ad beneficium reſtitui. Sufficit enim ali-
qualis præſumptio pro titulo, vt not. Io. And.
de reſtit. ſpol. c. ex parte, quam habet ex colla
tione ordinarij, & ex poſſeſſione. Ex quibus
concluditur, ꝙ ſiue fuit eiectus a poſſeſſione
ſine cauſa, ſiue perdiderit debet ad eam reinte
z grari, 3. q. 1.[z] non obſtante ꝙ negetur in dicto
clericatu rectè factam inſtitutionem, quia ta
les hoc caſu exceptiones non admittuntur, de
ord. cog. c. ſi. conſuluit Lapus de Caſtiglionc.
& Guil. de Tibaldis de Piſtorio. An ſi ſit præ-
a ſcripta, 4.[a] & debita funeralium ꝯ epiſcopum
ſufficiat poſt præſcriptionem, quod ſemel eã
recipit, vel bis, dicit ꝙ nõ, quia ſicut legitimè
præſcriptum eſt in non dando, ita legitimè
præſcribi debet in reducendo ad primum ſta
tum, erit tñ in parte percipiendi quaſi poſſeſ-
ſionem ſi parentibus mendicantib. ab eis, vel
hæredibus ſit ſoluta, in quaſi poſſeſſione de-
fendi debent, donec de proprietate conſtet,
adhoc de præbend. c. de beneficio, & quod ibi
b not. lib. 6. Si legatum [b] eſt factum a defuncto
in loco ſepulturæ ad mendicantes ad capellã
ędificandã, & ea defalcata nõ poſſet opus cõ-
ſtrui; ex hoc non impeditur defalcatio; ſed im
putet ſibi teſtator, qui hoc ſcire debebat, &
tranſmutabitur legatum ad aliud opus pium,
alleg. de teſt. nos quidem. De legato facto ad
tempus non poteſt epiſcopus, vel parochialis
eccleſia detrahere quartam ab eccleſia ſepul-
turæ, ſed poteſt epõs inhibere hæredib. eius ne
ſoluant tertio, ſed ſuam quartam reſeruent,
alleg. no. de ſepul. in noſtra. Item tenet ꝙ epi-
ſcopus poſſet petere quartã ab eccleſijs exem
c ptis:[c] quia de diœceſi ſunt, & licet exemptæ
quo ad proprietates, non tñ quo ad relicta a-
liunde prouenientia: quia illa non ſunt exem
pta, ſicut nec a pręſtatione, decimarũ prædio-
rum, quas ab alijs recipiunt excuſantur, de
dec. licet. & c. dilecti. Itẽ quia nõ petitur quar
ta a loco, ſed tanquam relicta, vel quaſi ab hæ
rede parochiali. Lapus de Caſtiglionchio.

## Addit. Quint. Mandoſij.

a ¶ Rogati.] *Cõmunis eſt opin. ꝙ teſtamen-
tum ad pias cauſas valet etiam ſi teſtes
non ſint rogati, Bart. in l. 1. nume. 6. & ibi
Bal. qui idẽ cõcludit de iure canonico, nu. 9.
pen. q. C. de ſacroſ. eccl. Pau. Caſtr. in l. hære
des palam, §. in teſtamentis, nu. 5. ff. de teſt.
Lud. Rom. in auth. ſimiliter, nu. 61. verſ. vn
decima quia, vbi hanc teſtatur cõem legi-
ſtarum, ac canoniſtarum, quicquid poſtea
ſubdat ſtudio forſan contradicendi, C. ad l.
falci. Doct. in c. cum eſſes. & in c. relatum. i.
præſertim Abb. nu. 3. de teſt. & ibi in Add.
in ver. relictis, quæ citat Lap. hic. Et ꝙ hæc
ſit cõis opin. teſtantur etiam Alex. conſ. 4.
attentis, nu. 6. vol. 7. Lap. hic referens, hãc
veriorem aſſerens. Sozzi. Reg. 420. in ver.
teſtes in teſtamento regulariter rogati in 2.
fallent. vbi etiam dicit Lap. hic contrarium
tenuiſſe, & pro affirmatiua aſſerens Lap.
malè locutum concludit Apoſtil. ad Bald.
in alleg repet. l. 1. C. de ſacroſ. eccleſ. nu. 38.
in ver. ſuper quarto Et hanc opin. affirma-
tiuam cõtra Lap. cõem dicit Apoſt. ad eun
dem Bald. ſuper rubr. C. de fi. inſtru. nu. 18.
in ver. in teſtib. Vide etiam Corn conſ. 215.
videtur poſt num. 3. verſ. & idem voluit
Lap. & num ſeq. lib. 2.*
b ¶ A dictis] *Aliàs à diuerſis. Et ſic liber
rationum contra ſcribentem probat. gloſſ.
Bar. & alij in l. quædam, §. nummularios,
ff. de eden. Ant. de Butr. & alij in c. ſi cau-
tio, & per omnes præſertim per Fely. in ca.
ſcripta. in 2. conclu. num. 28. de fi. inſtrum.*
c ¶ Cap 9.] *Lego conſ. 8. quod conſi. ad lite-
ram refert, & comprobat Bald. conſil. 162.
caſus ſuper quo, à num. 2. vſque ad 6. lib.
2. cui conſ. Bald. ſe ſubſcribunt etiam Gaſ.
Calder. Laurent. & Petrus de Anchar. &
illud conſ. Feder etiam ſequitur Laurent. de
Rodul. in tracta. Vſurarum quæſt. 88. poſt
num. 13. ante num. 16. ante num. 18. & ali
bi. & Franc. in alleg. hic. cap. 2. poſt num. 5.
verſ. & ita poſſet procedere de vſur. lib. 6.
vide etiam Abb conſ. 2. illud in facto, ubi
ponit octo opin. quando quis dicatur ma-
nifeſtus vſurarius iuxta terminos Lapi
hic. libro 2. & Apoſtil. ad practi. Papien.
colum. 6. in for. interrogationis, in verſi. &
ſic confeſſio, vbi Lap. hic, & alios citat.*
d ¶ Ad pias cauſas.] *Vide Barto. in repet.
l. 1. in 6. quæſt. princ. num. 30. & ibi Fran.
Aret. poſt num. 3. qui citat Lap. hic. C. de
ſacroſanct. eccleſ. Anchar. conſ. 419. pro eui
dentia, Ant. de Butr. conſ. 25. ad primum,
num. 6. & conſ. 28. de materia, colum. 2. &
hic refert, & ſequitur Gemin. in alleg. hic
cap. 2. & omnes, colum. 2. in fin. verſ. idem
tenet Lap. Franc. in cap. fin. poſt num. 3.
verſic. quid ſi ad pias cauſas. de vſur. lib. 6.
Amb. de Vigna. de vſur. in repet. cap. ſalu
briter, num 233. vide etiam allega. 125.
num. 2. & quæ ibi Addam in Apoſtil. in
ver. legata etiam pia.*
e ¶ Interlineatum.] *Melior lectura eſſet
interlinitum, ab interlino interlinis, &
interlinire quod Græci διαλείφειν dicunt, ſi-
gnificat picturam, vel ſcripturam atramen
to, vel alia re ſuper inducta deſtruere. Cice.
pro Cluentio, qui teſtamentum interline-
rit, idem 4. Verri. & iuxta text. in l. qui te-
ſtamentum amouerit, cœlauerit, rapuerit,
deleuerit, interleuerit, ff. ad leg. Corn. de
Falſ. l. ſi vnus, §. 1. vbi etiam gloſſ. in verſ.
interlita, C. de teſta. l. qui tabulas, in fin. ff.
ad leg. Aquil. l. qui tabulas, §. fin. & l. ſed
& ſi imaginem, ff. de furt.*
f ¶ Quid ſi prius.] *Videlicet, num. 31. in
verſic. ex parte præſertim, verſic. Sed fuit
contrarium iudicatum, ea ratione, quia illa
ſcriptura dato quod verè eſſet ſic probata
non fuit teſtamentum, ſed quædam diſpo-
ſitio ad teſtandum, videatur conſ. Oldrad.
119. Titius condidit, verſ. ſed contrarium,
& conſ Domini mei Phil. Dec. 159. caſus
qui, colum. 2. verſic. quibus tamen, vſque
ad fi. conſ.*
g ¶ Quinto.] *Hic puto legendum ſexto,
prout colligitur ſupra in fi. primi dub. ante
numerum ſecundum, ibi vide infra in 6. q.
& hic, non autem in alijs dubijs de quibus
in hac allegat. tractat materiam de qua in
primo dubio. & quòd legendum ſit ſexto,
non autem quinto colligitur etiam ex ver-
bis Additio. ad Abb. in cap. relatum, 1. col.
2. in verſ. in relictis, verſ. vide latiſſimè per
Lap. allegat. 30. in princ. & verſic. ſexto
an valeat. Scio dicet aliquis vbi eſt quintũ
dubium, ſeu quæſtio quinta, ſed quomodo
a quæſtio. 4. ad 6. deuenis omiſſa quinta?
Reſpondeo, quòd ſi integras alleg. ſublatas
videmus, fortius exiſtimare poſſumus ali-
quod membrum truncatum, ſeu verba quę-
dam alicuius alleg. ſublata eſſe. quòd ſi huic
reſponſioni nimis curioſus cedere nolit, exi-
ſtimet incuria impreſſoris id eueniſſe, vel
aliud ipſe cogitet. Hoc dictum Lapi de quo
hic refert, & ſequitur Ludo. Roman. conſ.
306. propoſita, num. 3. & in Authen. ſimi-
liter ante num. 101. C. ad leg. Falcid. tu au-
tem tene quod dixi ſupra in 1. Addit.*
h ¶ De iure diuino.] *Infra alleg. 92. poſt
num. 1. in verſ. duo teſtes, addo aliqua.*
i ¶ Statutum.] *Pro hac opin. Lapi videa-
tur Ant. de But. in c tua, 1. de deci. in prin.
Abb. in c. a nobis, 1. poſt num. 4. de ſentent.
excommun. Fely. qui alios adducit in cap.
eccleſia S. Mariæ, num. 70. & num. 99. de
conſtitu. & Lap. hic citant, & ſequuntur
Ruyn. conſ. 95. præſuppoſita, poſt num. 6.
lib. 1. conſ. 143. viſo, poſt nu. 18. volum. 4.
& conſ. 4. proponitur, poſt nu. 4. volum. 5.*

Matth.de Afflic.de iu.prothomi. col.antepen.poſt num.18.Phil. Fran. in capitulo fin.ante num.3.de immun.eccl.lib.6. ſtatutum quando habeat locum in laicis ſolis,et quando etiam in clericis,vide per Lauren. Calcan.conſ.7.quia a me.numero 12.cum alijs ſequen.

K ¶ Declinantes.] Lego declinantis,vt ſenſus ſit quod ſtatutum prohibere intendens declinationem fori,ſeu alicuius iudicis via indirecta eam tollere vult punie͂do conſanguineos eius qui declinat, quod tale,vel ſimile ſtatutum non extendatur ad clericos, & quod non valeat,voluerunt Bar.in l. 1. num.3 ff.de his quæ pęnæ nomi.Bal.in l.1. num.3.& ibi Barb.in Apoſtil. refert, & ſequitur Lap.hic,C.de indi.uid.tollen.Amplio hoc dictum Lapi quod nec etiam valeat ſtatutum,quod quocunque condemnato appellante eius co͂ſanguineus puniatur,pulchrè Bal.in l.hęres meus,§.quod in hæredem,ff.de conditio.& demonſtrat. Et quod hoc eliciatur ex me͂te Lapi infert Roma.in l.is vnius,vbi hanc Alleg.citare voluit,ff.de aqu plu.arcen. quam etiam allegare voluit Alex.in Addit. ad Bar. in l.1.ff.de his quæ pœnæ nomi.

l ¶ Generalia.] Et quod quis non poteſt facere in ſpecie , non præſumitur voluiſſe facere in genere,c.quod clericis,de foro compenten.vbi Anton.de Butr. & alij Ioann. Andr.in cap.eius,de immunit.eccleſ.lib.6. Barba.conſilio 53 præclarè,colum.fina.numero 19.lib.2.D.meus conſil.218. in cauſa,num.3.

m ¶ Poſſumus.] Et verba generalia ſtatuti non aptantur ad impoſſibilia , & illicita . Bart.in l.ſi quis ſub conditione , verſus finem, ff. de conditio.inſtitu. quem ſequitur Ruin.conſilio 111. viſo ante numerum 17. & conſil 125.& primo,poſt num.4.uolumine 5.Barb.prææalleg.conſ.53.colum.fina. num.18 lib.2.

n ¶ L 3.] Amplia ad teſtatorem, vt non ſit præſumendum teſtatorem intellexiſſe impugnare voluntatem ſuam,Curt.Iun.conſ. 163.in caſu,colum.pen.poſt medium, per dictum tex. in l.3. Et generaliter dicimus vltimam voluntatem in dubio valere , vt valere poteſt,etiam non appoſita clauſula,omni meliori modo, prout voluit Barto. in l.prima,§ ſi quis ita , cum quo communiter tranſeunt,ff.de verbor. oblig.Et hanc dicit communem Cur.Iun. conſil.114. non poßum,numero nono,& conſilio ſequenti, num.7.

o ¶ Cau.ſtabu.] Vide Abb. diſtinguentem in cap.de ijs,numero 3.& Felyn.colum.fi.de accuſ.

p ¶ Puniri.] Quando ſuper eodem crimine poſſit pluries iudicari,vel quis pluries puniri,& quando duæ pęnæ tendunt ad vindictam,& altera non fuit ſufficienter irrogata,& fallen.huc ſpectantes, vide in conſilio Rom.375.in propoſita,num.2. & conſil.463.in caſu.per Abb.in cap.ſtatuimus, de maled.& latius per Rober.Maran. de ord.Iud.in 4 par.prin.diſtinct. 1.num.13. & 19.ac par.prin.num.85.& 97. Regula eſt quod plures pęnæ pro vno delicto , ſeu peccato imponi non poßunt, Fallit niſi ex eadem lege proueniant, ad tex.in l.1. C.de ſepul.viol..in c. ad falſariorum, de falſ. in cap.fęlicis,de pœnis, lib.6. & per Doct. in c.de cauſis,de off.deleg.De duplici vero pęna peccati quo ad ius poli videatur tex. in cap.ſi peccatum Dauid. de pœn. diſtinct.1. & cap.quod autem,iun.gl.magna , verſic. Nam pro omni peccato duplex pœna debetur,de pœnit.& remiß.

q ¶ Cappellani.] Qui ſacerdotes eße conſueuere, & cappellanus curam habere conſueuit animarum illius parochiæ , & eſt loco rectoris parochialis eccleſiæ , ad tex. in cap.penul.iun.glo.in ver.aſſiſios,& declare. Abb.ante num.10.poſt Ioann.Andr.de cle.non reſid.Pro quibus adduco conſ.Fed. de Sen.95 ſuper,num.3.ſequitur Lamber. de iur.patro.lib.1.parte 2.q.5.art.5 nu.8. Pro quib.videatur etiam Grat. reſpon. 16. viſis,poſt num.12. ad quæ probanda Lap. hic citat,& ſequitur.

r ¶ Minorum.] Vbi etiam Gemin.poſt princip.& ibidem Apoſtil.remittit.ſe ad Lap. hic,ad quem etiam ſe remittit Phil.Franc. ibid.Idem etiam voluit Archid.in c.epiſcopum,num.11.in ver.minorum.10.q.1. Cu͂ Ioan.And.& Lapo concludit etiam Lamber.de iure pat.art.19.q.1.par.1.lib.1.col. penul.verſ.facit etiam quod dicit Io.And.

ſ ¶ Cum ex officio.] Vbi Felyn.poſt nu.11. hunc refert,cum eo reſidens,& ſequitur limitationem, & declarationem Lapi , quæ hic ſubijcitur . Et Lap. etiam hic ſequitur Pariſ.conſ.95.ſtante,numero 16. volumine quarto.

t ¶ Præſcribi in parte.] Quod etiam probatur ex tex.in extrau. Bene. vas electionis,§.noſtræ tamen,inter commu. Hic non diſcutio,an fuerit vſu recepta, & an liget, glo.ibi ſequitur opin.Lapi hic, alios etiam ad id citans.

u ¶ Dicit.] Vide Fel. ſupra adductum in capit.ex officio,de præſcrip. poſt num.11.qui hæc verba Lapi pro nota. refert, & ſequitur .

x ¶ Cum de beneficio.] Dic tu iun.glo.in ver.legitima , libro 6. quæ ad hoc aliqua iura adducit,quam glo.ibi ſequi videntur Ioan.Monac.Arch.Ioan.Andr. Quando autem pro ſtatu beneficij requirantur 40. anni,quando ſufficiant 10.& quando attendatur vltimus ſtatus videatur Rot. 486. no.quod impetranti,in antiq.& latius Dec. 32.fuit dubitatum quod impetrans. in no. plenè per Fely.in cap.in noſtra,core. vlt.colum.pen.& vlt.de reſcri. & per Io.de Syl. in tract.de Benef.par.3.q.11.in 22.qualit. num.39.

y ¶ Directe titulum. ] Aliàs dicere, ſeu oſtendere titulum, pro quo videatur Card. in clem.vni. in 9. oppoſ. de cauſ.poſſeſſ.& proprie.& Fely.in capitulo licet heli, ante numerum 17.qui ad Cardin. ubi ſupra, & Lap.hic ſe remittit,de ſimon. Pro materia reſtitutionis huiuſmodi , vide in addit. ad Specul.ſuper titul.de reſtitutio.ſpol.& quę ſcribo in 3.quæſt.1.Regul. Cancel. num.2. & alijs.

z ¶ 3. quæſt.1.] Et ſic intelligit probari in omnibus iuribus illius, 1.q.communiter autem ad id allegari.conſueuit vulg cap.reintegranda ibi poſitum , quod ampliatur procedere etiam in quaſi poſſeſſione, ſeu iuribus,etiam incorporalibus,ca. querelam, & ibi Abb.in 3.not. de electio. Mil. in reper.in uer.poſſideri,an poſſit obligatio perſonalis,D.meus Philip.Dec.conſil.136. in cauſa,verſ.Nec obſt.quòd poſſeſſorium, & nouiſſimè per Hieron.Gigan.in tract. Penſio.q.47.

a ¶ Quarta.] Hic ſupponitur quod quarta funeralium. ideſt eorum quæ veniunt occaſione defunctorum præſcribi poſſit contra epiſcopum,de quo habemus tex. in cap. de quarta,de præſcr.Idem etiam voluit Cald. conſ.2.eodem tit.de præſcr.prope fi.uerſic. Niſi eccleſiæ præſcripſerint.& Abb. conſ. videtur num.5.lib.2.

b ¶ Si legatum.] De relictis factis eccleſiæ epiſcopus habet ſuam quartam,prout in c. officiis, & ibi Abb. in princip. & alii.& addit.i.ad Abb.ibi remittit ſe ad hanc alleg.de teſt.de quibus autem legatis, ſeu relictis non poſſit epiſcopus, vel rector quartam detrahere habemus tex.in c.fin.& ibi per Doct.eod.tit. de teſt. per Corſet. in ſuis ſinguli.in ver.commißarius.

c ¶ Exe͂ptis.] Iura enim indiſtinctè loquuntur de portione ab epiſcopo percipienda ab eccleſiis in diœceſi conſiſtentibus, prout,c. conceſſo.12.q.2.cap. conſtitutum , iun.glo. in ver.tertiam,16.q.1.Et idem quod Lap. hic voluerunt Hoſtien.in ſumma. de ſepul. §.& a quibus,& idem Lap.vel alius Lap. in tract.de Cano.portio.in 2.nu.3.& Petr. de Vbal.de Cano.epiſc.in 6.q.princip.poſt prin.Aduerte tamen quod idem Pet. ibid. poſt num.5. verſ. In contrarium plura adducit pro contraria opin. pro qua negatiua

*poſt num. 14.tandem concludit, reprobans opin.Hoſt.& Card.Idemq; Petr. poſtea in 8.quæſt.princ.eandem opin.negatiuam ueram ſupponens quærit,an epiſcopo competat canonica ſi legetur cappellæ in monaſterio exempto exiſtenti, & ſimiliter pro negatiua concludit, & cum Petro reſidet Bene.Capra,conſ.26. punctus quidam nomine,qui pro opin.ſua citat etiam Lap.hac alle.qui tamen Lap.aliter ſentire uidetur.*

*SVMMARIVM.*

1 *Clericus,an poſſit concedere bona eccleſiæ non obſtante iuramento de non donandis alienandis, vel infeudandis.*

2 *Alienatio etiam licita, an poſſit iuramento impediri.*

3 *Magnum tempus, quid ſit, vel modicum.*

## ALLEGATIO XXX.

1 AN † non obſtante iuramento de
non donandis,vel non alienãdis,
vel infeudandis de nouo : poſſit
abſque pœna periurij ad vitam
a concedere [a] recepta pecunia,vel non. Videtur quod ſic.quia alienare eſt dominiũ tranſferre.C.de fun.do.l.1.ff.de verb. ſign.aliena-
b tionis [b] verbum ſumitur largiſſime,de re.ec-
c cleſ.non alie.nulli,& in glo.ad hoc: [c] quia locare ad modicum tempus eſt alienare, vt in clem.1.de re.eccl.non alie. immò incurret ſuſpenſionem regularis ſic concedens per d.cle
d men.monaſteriorum,qua quis abſoluere,[d] vide glo.in clem.1.de hęret.in verbo exemptis. Nec etiam adhoc accedente conſenſu capituli,vel deficiente conuentu, aſſiſtente cõſenſu prælati,non etiam hic incidente,ſeu ſuadente neceſſitate,vel vtilitate,non poſſet, abſque pęna periurij per not.per gloſſ.in clemen. in ver.non hanc, quia non ſufficit quo ad validandum contractum: ſed exigitur ſolennitas alienationis,c.dudum,de re.eccl.non alie. libro 6.& not.gl.in dicta clem. Sic non ſufficit dicta ſolennitas ad vitiãdum periurium, quia dicta clem.facit quod contractus non ſit alienatio,tamen aliæ pęnæ quam illius clem. vel prohibitiones non tolluntur,de vſu. patr. et
2 tuarũ,de priuil. paſtoralis,ad hoc quod † no. de reb.eccl.non alienan.vt ſupra,quia tale iu
e ramentum etiam impedit licitas [e] alienationes, ad hoc quod not. Ioan. Andr. in decret,
f fin.de re. eccl. non alien. & hoc verum in iu-
g ramento de non alienando inconſulto [g] Romano pontifice: ſecus in iuramento ſimpliciter de non alienando.Et quæ ſit ratio diuerſitatis ibi not.Ioan.And.facit quæſt. Ioann. de Deo.14.de eo qui iurauit non alienare, vel pignorare,an ex cauſa poſſit fructus locare,vel vendere ad tempus, de qua facit mentionem Ioan.And.in Spec.eod.tit.ſuper rub.in addit. vbi dicit,dic vt in clem.eod.tit.cap.1.in fi.ubi permittitur ad modicum tempus:ergo ad ma
3 gnum non permittit: † Et quid ſit magnum
h tempus [h] not.gl.in dicta clem.in gloſſ. vlt. & videtur eſſe decennium; & quod talis venditio fructuum fieri non poſſit.not.Ioan.Andr. in d.cap.fin.de reb.eccleſ.non alien.in nouel. Lapus.

### Addit. Quint. Mandoſij.

a ¶ Ad vitam.] *De iure ciuili locatio ad plures annos,vel ad vitam ualida eſt, quid autem de iure canonico, & quod hodie indiſtinctè ultra triennium probibita ſit etiã q non interuenerit iuramentum de non alienando probo ſuper ſigna: gratiæ ſuper indulto,ſeu licentia locand.*

b ¶ Alienationis.] *Aliàs, l.alienatum, quæ concordat cum illa, l.1. C. de fun. dot. & ſumitur ſtrictè, vt alienatum dicatur quando dominium trãsfertur. Alenationis etiam verbum largè ſumitur, vt in l.alienationis verbum,ff.eod.tit. de verb.ſignific.ut ſuper,cum gloſ.in ver.alienationis, de reb.eccl.non alie.& per Rom.Sing.600.tu ſcis,ubi etiã quomodo accipiatur in reſcripto, & ibi bona Addit.*

c ¶ Ad hoc.] *Litera hæc eſt adeo corrupta, vt non ſolum ſenſus verus elici non poſſit, immo litera ſibi ipſi contraria ſit.Ego poſt verba ad modicum tempus, aliàs negatiuam addideram, quæ nõ erat in aliis codicibus, verum poſtea comperi, nec cum ea,*





*nec ſine elici poſſe,quid Lap.ſenſerit, propterea aliter legendum eſſe exiſtimaui, lego igitur ſic, contra quia locare ad modicum tempus eſt alienare. Hæc lectura mihi verior videtur, & apta ad tollenda contraria, & quia probatur ex clem.1.hic adducta.in fine, a contrario ſenſu. Et quòd Lap.hoc volueri elicitur etiam ex verbis, Philip.Franc.in capit.1.de reb. eccleſ.non alien.lib.6.poſt numerum 18.verſic.immo etiam locatio.*

d ¶ Qua quis abſoluere.] *Lego A qua quis abſoluere poſſit.Et dum ſubdit,in uer. Exemptis, Lego in verbo excommunicationis.Videatur Imol.ſuper dicta gloſſ. & idem Imo.in alleg.hic,clem.1. de reb.eccl. non alienan.ſuper gloſſ. in verbo pœnam, numero 13. vbi refert opinio.tenentium, quod ſolus Papa abſoluat,& aliorũ, quod alius a Papa.*

e ¶ Licitas.] *Quid ſi fiat alienatio cum melioratione.ſeu res modica alienetur, an iuramentum obſtabit? Fed.de Sen. conſ.210. caſus talis, Abb.in cap.vt ſuper, num.15. & 18.de reb.eccl.non alie.& Gem.conſ.10. incipient Abbas immediatè.*

f ¶ Iuramento.] *Pulchrum dubium eſt,an ſi de hoc iuramento de non alienando incõſulto Romano Pontifice non conſtet, illud præſtitum cenſeatur? Pro opin.affirmatiua facit quod de communi ſtilo, & obſeruantia iuramentum huiuſmodi præſtari conſueuit,prout teſtantur Ioan.And.& Abb. in cap.ego N.de iureiur.gl.& Doct.in c.ut ſuper.de reb.eccleſ.non alie.vnde ex quo ſolitum eſt præſtari præſtitum præſumatur, iuxta theo.Bal.in l.errore,poſt princ.C de teſt.Pro negatiua vero quod iuramentum præſtitum non præſumatur conſuetudine iurandi non obſtante,niſi effectualiter præſtitum probetur, adduci poſſunt Doct.in c. penul.de iureiur.& in l.Gallus, § idem credendum,præſertim per Sozzi.ff.de libe.& poſthum.& per eundem Sozzi. conſil 85. conſilijs,nume.5. verſic.Nec iuramentum præſumitur, lib.1. Prima opin.eſt verior tanquam iuramentum huiuſmodi ſit neceſſarium,vt ex mandato Papæ, vt ſupponit Signor.conſ.81.factum ſic, num.14. verſ. Venio ad ſecundum. Et quia ſi iuramẽtum hoc præſtitum non præſumeretur difficilè illud probari poſſet, cum de eo non conficiatur ſcriptura,nec notarius rogetur, ſed ſolo verbo in manibus officialium,vel Decani Diaconorum Cardinalium præſtetur. Adducta vero in contrarium procedant in iuramento voluntario,& ita concluſit maior pars Dominorũ de Rota,prout Dec.Creſcen.149.aliàs 2.ſub tit.de iureiur.*

g ¶ Inconſulto.] *Pro hoc iuramento de nõ alienando inconſulto Romano Pont.& tũc quid veniat alienationis verbo videatur tex.in c.nulli,& in c.vt ſuper, & ibi glo.in verbo,in ſacramento,& glo.ſeq. ac Docto. de reb.eccleſ.non alien. Gemin.conſ.10.in contrarium Signo.de Homod.præalleg.conſilio 71.*

h ¶ Magnum tempus.] *Seu longum tempus quod dicatur, vide infra Allegat.80. quæris,in princ. Lap. hic ſequitur alios referens Matth.de Afflict.in tracta.de iur. prothom.in 8.not.num.25.Videantur quæ ſcripſi ſuper ſigna.de Licen. locandi, in uerbo ex conſtitutione,clem.5.*

*SVMMARIVM.*

1 *Monialium receptio de iure cui ſpectare dicatur.*

2 *Collatio ſiue electio dignitatum eccleſiaſticarum debet eſſe libera, nec poteſt epiſcopus compellere ad recipiendum.*

3 *Epiſcopo mandante abbatiſſæ, & conuentui, vt recipiat vnam certam in monaſterio non mendicantium ſi minor pars conſentiat cum abbatiſſa, maiore parte contradicente, an fieri debeat receptio.*

## ALLEGATIO XXXI.

a PRima concluſio. [a] † monialium re
1 ceptio de iure ſpectat ad abbatiſ-
ſam,& conuentum, de regula.ca.
non ſolum,libro 6.not.Ioan.Mo.
& Archid.ad hoc;quia ſic eſt in eccleſijs col-
legiatis,vt ad prælatum,& capitulum,& non
b ad epiſcopum ſpectet collatio. [b] vide de ele.
2 cum eccleſia volterana.† Secundo licet poſſet
epiſcopus in eccleſia non numerata ad men-
ſuras redditu um compellere ad recipiendum
ſtatuto termino vſque ad mẽſuras facultatis,
vt not.de conceſſ.præben.ex parte, & not. de
elec.cum eccleſia:non poteſt tamen mandare
vt certas perſonas recipiãt: quia collatio ſiue
electio debet eſſe libera de præben.relatum,
3 & c.inter cætera.† Ex [c] his infert quod ſi epi-
ſcopus mandet abbatiſſæ& conuentui, vt re-
cipiat vnam certam in monaſterio non men-
dicantium;& abbatiſſa concordat cum quin-
que duodecim diſſentientibus , quod recipi
non debet,& ſi appellatur ab illis,appellatio
eſt legitima de iure,de his quæ fi.a ma. par.ca
pit.1.iunctis not.ſecundum veram opin. eod.
tit.c.poſtulaſti, quicquid ſentiat ibi Hoſtien.
& de appellatione, & collatione, lib.6. quia
habent eligere propria conſcientia non epi-
ſcopi,de elect.c.1.Lapus,&c.

### Addit.Quint.Mandoſij.

a ¶ Prima concluſ.] *Vera eſt hæc concluſ.
quod receptio monialis ſpectet ad Abba-
tiſſam,& conuentum: monahci pariter ad
Abbatem,& monachos,vt ad collegium,
cap.fin.in fine,16.q. vlt. Oldr..conſ.97.fa-
ctum tale eſt,columna 1.verſic.ſed in con-
trarium.Specul.in tit.de ſtat.mona.in 19.
& 29.quæſt.numero 24 & ſeq. cap.finali,
iun.gl.prima,vbi etiam Arch. Ioan.And.
Gemin.& Franc.qui referunt, & ſequun-
tur Lap.hic,de reg.libro 6.& illa glo. in c.
finali,cõmuniter tenetur, vt teſtatur Abb.
in cap.ea noſcitur,num.4.in 3.notab.de ijs
quæ fi. a præla. Lapum etiam hic ſequitur
alios ad id referens,Fel.in capit. quoniam,
poſt princ.de ſimon. ubi quaſdam Fallent.
ſubdit. Quem etiam ſequitur alios citans
Boer.Dec.260. ad hoc quod quis. nume-
ro 29.*
b ¶ Collatio.] *Hanc opin. quod collationes
in collegiatis ſpectent ad prælatum, & ca-
pitulum, non autem ad epiſcopum tenue-
runt etiam Hoſt.in c.2.in prin. de inſtitut.
Fed.de Sen. conſ.34. quæritur ad quem Io.
Cald.cuius opin.refert Abb.in c.cum eccle
ſia,col.3.ad fi.ver.quo ad ſecundum, de ele
ctio.Rot.Bellam.718.collationes in princ.
& 167.de collatione,in nou.iuxta collecto
ris illius Dec.Opin. Videantur Fel. in cap.
cum venerabilis,nu.38.& ante & poſt,de
except.Syl.de Benefic.par.queſt.22.nu.15.
& ſeq.in 5.caſu.& Caſſa. Dec. 22. variæ,
num.3.de præben. vbi refert Lap. hic, &
Ioan.de Syl.vbi ſupra, & prædicti referũt
opin.omnium.Lapũ etiam ſequitur Aene.
de Falco.in tract.Reſerua. parte 2.quæſt.4.
poſt num.15.uerſ.aliud in collegiata eccle
ſia.Et ad Lap.hic ſe remittit Phil.Fran. in
cap.cum in eccleſiis,ad finem, de præben.li
bro 6. Et hæc dicta Lapi comprobat Ioan.
Franc.Paui.de off.& po.cap.ſe uacan.in 8.
q.1.par.princ.num.8.*
c Ex his] *Hoc dictum Lapi reaſſumit,& ſe-
quitur,illud poſtea declarans Gemin. in c.
fin.num.5.verſ.ſed pone,de reg.lib.6. Lap.
etiam hic ſequitur Ioan.Fran.Paui.in alle
gat.tract.de off.& pot. cap.ſe. vacan. in 5.
prælud. dum de virtute nominis capituli
tract.num.3.Cum Lapo etiam concludit,
alios ad idem referens Ruin.conſ.50 ſuper
themate,num.8.volum 5.*

### *SVMMARIVM.*

1 *Inquiſitor hæreticæ prauitatis, an promo-
ueri poſſit in generalem ſui ordinis.*
2 *Inſtitutus a Papa ab alio non poteſt remo-
ueri.*
3 *Monachus a Papa de manuali beneficio
prouiſus, an poſſit per abbatem remo-
ueri.*
4 *Factum viuæ vocis oraculo papæ,an intel-
ligendum ſit, vt dicatur factum a Pa-
pa.*

## ALLEGATIO XXXII.

1 AN frater minor † confirmatus au-
thoritate Cardinalis viuæ vocis
oraculo habens a papa inquiſitio-
nem hæreticę prauitatis cum clau
ſula,ne poſſet ab inferiorib. remoueri,an du-
rante tempore poſſet remoueri ab inferiore,
& an ſi eſt ibi clauſula ꝙ illo officio durante
poſſet promoueri, nec in aliquo ſit inhabilis
ad alia officia ordinis, an poſſit promoueri
a ad prouincialatum. [a] Ad primum dicit quòd
remoueri non poteſt ab inferiore a Papa, &
quod factum foret eſſet nullum, quia contra
inhibitionem,ꝙ decretum,de præben.c. pen.
lib.6.eodem tit.ſi poſtquam,eo.lib.c. dudum,
& c.ſi beneficia,& c.quamuis, not. de elect. ſi
eo tempore,lib.6.& in clem.1.de conceſ.prę-
ben.& ibi gloſ.Ioan.And.de præbend.ſi apo-
ſtolicæ,lib.6.Innoc.&Hoſt.de iure patr.dile-
ctis,Hoſtien.in ſumma de præbend. §. & ali-
quo,ad finem,§.quid ſi legatus, not. in dicto
2 capitulo ad apoſtolicæ,lib. 6. † Item quia in-
ſtitutus a Papa ab alio non poteſt remoueri,
de appellat.vt noſtrum,vt lite pen.eccleſia.2.
per Hoſt.in cap.cum M. de conſt. quando re-
b uocat [b] negocium ad ſe, vel prouidet.de tem
por.ord.cum in diſtribuen.not.gloſ.de ma.&
obed.per tuas,& per quæ tenet Paul.de Liaz.
3 quòd † ſi dominus Papa prouideat monacho
c de beneficio manuali [c] non poteſt abbas mo-
nachum ad libitum remouere.Idem Io.And.
de elect.cum inter R. ſuper gl. licet in nouel.
ad hoc de confir. vtil. vel. inutil. per totum.
Item quia ponuntur, & remouentur inquiſi-
tores ex priuilegio Papæ. not. gloſſ. in clem.
volentes, de hæret. Item quia ſunt delegati
d Papæ [d] in tali officio, & conſequenter maio-
res quolibet ordinario,de off.delegat.ſanè de
offic.lega.ſtuduiſti, & etiam ſi ſponte cederet
in manibus inferioris non valet ceſſio per de-
cret.admonet,& c.quòd in dubijs,de renunc.
Nam ſuperior eſt ille,qui deſtituere poteſt,vt
not.in dicta decre.admonet.Item quia ab offi
cio delegationis Papæ non poteſt ſe exonera-
re,de offic.deleg.prudentiam,§.adijcimus,de
reſcript.ſciſcitatus.† An credatur de eo quod
e dicit factum viuæ vocis oraculo [e] Papæ vt di
catur factum a papa,dicit quòd ſic.alleg.not.
per Ioan.And.de app.cap. conſtitutus, quia
hoc habet ſtilus,qui attendendus eſt.de crimi
f ne falſi,c.quam graui, [f] & etiam de iure hoc
probatur per Innoc.in cap.olim,de priuil.de
teſti.cum a nobis,de accuſ.cum dilecti, 96.di
ſtin.nobiliſſimus,Spe.in tit.de leg.§.ſupereſt.
verſ.ſed ſi,de appel.cum parati.de elect.inno
tuit,§.multa,de præbend.venerabili, not.Io.
And.de off.leg.c.1.lib.6.in glo. ubi tractat Ar
chid.& ita habet conſuetudo, & obſeruantia
optima legum interpres. An ſi magiſter dicẽs
quòd non habet voluntatem renunciandi, &
ſe ſubijciat gratiæ capituli,renunciare videa-
tur,dicit quod non per decret.ſanè,de renun.
ff.de fur.ſeruus communis, §. quòd vero, ff.
quemadmodum teſt.aper.ſed & ſi quis, & gl.
ord.in dicto ca.ſanè. An non obſtante officio
inquiſitionis poſſit promoueri ad officiũ mi-
niſtri generalis,tenet ꝙ ſic,quando diſpenſa-
tũ ſit,de præben.de multa.Item quia proprio
motu fuit facta conceſſio, & ſic ceſſat ſurre-
ptio.de præben.ſi motu proprio, lib.6. & ſic
conſuluit Lapus.

### Addit. Quint. Mandoſij.

a ¶ Prouincialatum.] *Prouincialium ap-
pellatione omnes præter Italos veniebant.
Plin. Iun lib.8.Epiſ.Italicus es,an prouin
cialis?Prouincialis itẽ ex prouincia oriun-
dus,& qui in prouincia domicilium habet.
l.prouinciales,ff.de verb ſign. l.obſeruare,
§.antequam,in duobus locis, ff.de off. pro-
conſ.Prouincia cõſtituebatur ſub uno prę-
ſide,l.3.ff.de off aſſeſ.Alber.de Roſa. in Di
ctio.in ver.prouincia, ubi etiam quot ciui-
tates continere debeat prouincia, & l. per
ſingulas prouincias, vbi etiam quod ſecun
dum canones prouincia habet decem, vel
vndecim ciuitates, & unam metropolita-
nã,C.de diſcuſſ.libro 10. Quantum ad rem
noſtram attinet prouincialatum nuncupa-
re poſſumus officiũ ipſius prouincialis om-
nibus religioſis eiuſdem ordinis in prouin-
cia*

cia quam ſortitur exiſtentibus præpoſiti. De ijs prouincialibus, qui etiam inter prælatos regulares connumerantur, habemus tex.in clem.dudum,§.Statuimus, ibi magiſtri,priores,prouinciales,&c.de ſepul. vbi etiam Card.in clem.1.quæſt.10.de electio. & in cap.religioſus,in 13.quæſt. de procu. ac per gloſ.in uerſ.committi,in princ. in c. volentes,de hæret. Ex Epitomis aliquorũ librorum dubitari poſſet,an loco uerbi prouincialatum,legendum eſſet generalatum, parui tamen refert (quantum ad hanc Alleg.attinet) quid eorum legamus.

b ¶ Reuocat ] Seu auocat,& vbicunque manum apponit ſuper illo negocio, alius a papa ſe intromittere non poteſt,ad ea quæ adduco in 6.quæſt.9.Reg.numer.6.Et Lap. ſequitur D.meus Phil.Dec.conſ.137.& diligenter,col.2.ad finem. Amplio etiam ſi actus ſuper quo manũ appoſuit ſit nullus ex aliquo defectu,prout per Ludou. Roma. conſ.335.circa primum,num.6. D. meum dicto conſil.137.col.3. in princ. conſ.393. conſului,colum.4.ad finem,& in c.2.col.2. in prin de confir.vtil.vel inutil.per Barth. Bellen.de charit.ſubſid.quæſt.penul.numero 12.Aymo.conſ.137.magiſter,ante numerum 9 Grat.reſpon.71.circa dubia, numero 18.libro 2. & per Pariſ. conſil.118. poſt numerum 7.volum.4.Hanc Amplia. latius probaui ijs diebus in cauſa.D.Doctoris Sandouas in qua obtinui coram R.P.D. Pomponio Cotta Iureconſul. diſertiſſimo, & Rotæ Auditore integerrimo.

c ¶ Manuali.] Vide per eundem ſupra Alleg.9.diſputat,num.4.per Mil.in repert. in ver.beneficia manualia, licet per papã. Cum Lapo hic reſidet alios referens Fely. in ca.per tuas,colum.2.ad finem, de maio. & obed.

d ¶ Delegati.] Inquiſitores huiuſmodi ſunt delegati papæ, & ordinarijs maiores, & inquiſitoribus magis parendum eſt. Feder. de Sen.conſ.145.Ioannes, num.1. verſicu. Nam inquiſitores.Videantur,c.ne aliqui, & ibi Arch.& Gemin.num.3. & alij de hæret.lib.6.idem Gemin.in c.per hoc,nu.3. eod.tit. & lib.

e ¶ Viuæ vocis oraculo.] Duæ concluſiones hic eliciuntur,altera eſt, quòd Cardinali,ſeu prælato aſſerenti ſibi aliquid commiſſum a Papa viuæ vocis oraculo credendum ſit prout vult hic Lap.in princ. huius alleg. & Lap. hic ſequuntur Anan. in c.excommunicamus,§.quia vero,num.5. de electio. Ludo.Roman.conſ.59.ad diſcutiendum,poſt num.6.& in l.ſciendum, num.58. licet ſub alio numero hanc alleg.citet,ff.de verb.obl. Alex.conſ.106.perſpectis, num.19. lib.2. Marti.Laud in tract. Cardin.quæſt.20. incipien.ad ſolum Papam, & quæſt.28. creditur de conſuetudine, rurſus idem in altero tract.Cardin.q 77.incipien.an credatur, Ioan.Firm.in tract.epiſco. lib.4.par.2.q.9. num.19.idem voluerunt Spec.de Teſte, §. reſtat.poſt num.10. verſ.19. creditur Cardinali,Bar.in l.vni. verſ. Canoniſtæ tamen, C.deſuper in dicto lib.10.Bal.in l.iuſiurandi,num.5.C.de teſti.cum Lapo etiam tranſit Felyn.in c.cum in iure,num.12.de offic. deleg.& in c.quod ſuper ijs,poſt num.8. licet ſub alio num.hanc alleg.citet, de fid.inſtrum.Pariſ.conſ.82.Aduertendum nu.46. lib.1.& conſ.133.prima facie, nume. 20. volum.4.idem etiam voluit Iaſ.in l.1.poſt num. 7. de procur. Gramma. amplians ad officialem Regis,ſeu regi intimum,conſ.crimin.13.in cauſa,num.13.& ſeq. quantum ad hoc membrum attinet opin. Lapi hic nõ ſolum eſt communis, ſed ab omnibus comprobatur. In generali illa quæſt. an Cardinali credendum ſit,vel non, diſtingui poſſet, quòd cum ſumus circa iuriſdictionem eius, & affirmatiuè reſpondendum ſit, aut circa alia, & negatiuè concludendum ſit, prout per Rot.713.non creditur, in anti. & Bellam.183.aſſertioni Cardinalis,628.Cardinali ſoli,cum duabus ſequen. & 636.ſuppoſito.ac Staphi.ſuper ſigna. fol.159. uerſ. itẽ ſtatur dicto Cardinalis in ijs, quæ aguntur



tur coram eo,&c. Altera concluſ. eſt quòd vltra quod credatur prælato aſſerenti ſibi aliquid demandatum fuiſſe viuę uocis oraculo,factum talis prælati cenſeatur factũ ipſius papæ,& ita ponderabam verba Lapi hic,inferens ex ijs in cauſa Caurien. Confidentiæ inter Aghileram,& Treiam corã Illuſtriß.& Reuerendiß.Dom. Flauio Vrſino Cameræ Apoſtolicæ Auditore digniſſimo, quod mens Lapi hic eſt concludere etiam quod effectus commiſſionis viuæ vocis oraculo papę eſt,vt quod fit ab eo,cui taliter aliquid mandatum fuit,dicatur factũ ab ipſomet papa,& vltra adductos ſupra, hoc dictum Lapi refert etiam, & ſequitur Fely.in cap.ex parte,1.ante num.17.de reſcript. Plura in huiuſmodi cauſa Caurien. adducebam ad probandum, quod ubi commiſſa eſt cauſa viuæ vocis oraculo ſententia abſolutoria abſque eo, quod in ſcriptis lata ſit ſubſtat.Contra vero D. Lelius Iordanus Aduocatus doctiſſimus,& facundiſſimus plura ſatis vrgentia fundamenta adducebat,vt ſententiam ſine ſcriptis latã ſubuerteret.Dumque Iudicis animum contra ſententiam ſine ſcriptis latam inclinatum ſuſpicaretur,alio diuertendum eſſe putaui,adienſque Summum Pontificem, ac gratiæ ſignaturam,quod optabam aſſecutus fui die 29.Nouembris 1561.ſignatura plenè informata reſcriptum proponente. R.D.Arcimboldo.plura de viuæ vocis oraculo ſcripſi ſuper gloſ.facul.§ & in ipſa,in ver.fugatur. Ibi dictis addo quòd ex hac clauſula viuæ vocis oraculo,qua paſſim vtuntur procuratores,& ſcriptores ſacræ pęnitentiariæ tollitur,vel ſaltem temperatur opin.Gemin.conſ.105.pro declaratione,numero 6.vbi vult ſummum pœnitentiarium non poſſe reſtituere famæ,limitat, niſi habeat ſpeciale mandatum.Tu conclude ꝙ ex hac clauſula ſemper dicetur habere ſpeciale mandatum,& ſic nunquam locus erit illi concluſioni Gemin. Idem etiam videre eſt apud Card.Zabar.conſ.28.quidam frater,num.7. qui poſtquam concluſit ſummũ pœnitentiarium non poſſe diſpenſationes concedere,ſubdit quòd quando diſpenſat ſuper illegitimitate, dicit ſe facere ex commiſſione Papæ oraculo viuæ vocis ei facta. Et ſic ſupponit tunc diſpenſationem ſubſiſtere, quando viuæ vocis oraculo concedit, aliàs ſecus,ac ſemper (ut præmiſi) ſic reſcribit,& ſic concedit. Clauſula ordinaria eſt, Authoritate noſtri officii, ac viuæ vocis oraculo ſuper hoc nobis facto.Ego vidi plura reſcripta ſummi pęnitentiarii continentia inter alia reſtiutionem ad famã, & honores, diſpenſationes licentias, & indulta alia,& ſemper cum clauſula præmiſſa Authoritate noſtri officii,ac viuæ vocis oraculo,&c.Et an, & quando ſtetur Cardinali aliquid aſſerenti, vel ſibi aliquid commiſſum viuæ vocis oraculo dicenti,uide etiam plenè per Barb.de Card.lega.a late.q.1.ubi hic citat, & quæ poſtea ſubiicit in 1.& 2. membro.

f ¶ Quam graui.] Lapum hic ſequuntur Roma.in l.ſi ſub ſpecie,num.32.C.de poſtu. & Fel.in cap.cauſam quæ,il 2. verſus fin. de teſtibus.

SVMMARIVM.

1 Tranſiens ad religionem latiorem,& ibid. habitum deferens, an ſit apoſtata.

## ALLEGATIO XXXIII.

1 An † tranſiens [a] ad latiorem reli-
a gionem ibidem habitũ aſſumens
illius religionis,& deferens, an ſit apoſtata, ita quòd ſit excommunicatus. Lapus tenet ꝙ non, quia non eſt hoc expreſſum a iure,nec comprehenditur in caſu,de ſent.excommunicat.poſtulaſti,lib.6. ad hoc gloſ.1.de temp.ord. in decret. ex parte,& de apoſt.capitulo finali,& Ioann.Andr. poſt Innocent.de ætat.& qualit.intelleximus ſuper gloſſ.vltima,in nouell. & ſic conſuluit Lapus.

### Addi. Quint. Mandoſij.

a An tranſiens.] *Pro declaratione huius al-*
*legat. & totius materiæ ſupponendum eſt,*
*quòd triplex tranſitus ad aliam religionem*
*conſiderari poteſt. Aut enim quis tranſit*
*ad arctiorem, aut ad parem, aut ad latio-*
*rem, ſeu laxiorem religionem, prout omnia*
*hæc membra diſtinctè proſequitur Rebuff.*
*ſuper praxi, tit. de Tranſlatio. mona. nu. 5.*
*vſque ad 11. citans, & ſequens hanc alleg.*
*ſubdens, num. 12 quòd habebit tamen locũ*
*alia pœna prout ibi, & per Abb. in ca. ſanè,*
*num. 6. de reg. idem etiam quod Lap. hic uo*
*luit Bald. in Authen. iubemus, num. 4. verſ.*
*dicit enim Innoc. C. de epiſc. & cler. Lapum*
*etiam hic referunt, & ſequuntur Laur. Cal*
*can. conſ. 123. ad primum, num. 2. & ſequ.*
*Ludo. Roman. conſ. 341. circa primum, ante*
*num. 2. Gemin. in c. vt periculoſa, in fin. &*
*ibidem Franc. § penult. ad fi. ne cleric. vel*
*monach. lib 6. Apoſtil. magna ad Arch. in*
*c. infames, 6. quæſtio. 1. videantur etiam*
*Staphil. ſuper ſigna. Grat. & iuſtitiæ, pag.*
*pen. uerſ. & no. quia neceſſaria, & quæ ſcri-*
*pſi ſuper ſigna. Gratiæ rub. de licentijs, ver.*
*Tranſitus de vna religione ad aliam.*

*SVMMARIVM.*

1 *Tempus infra quod debent epiſcopi conſe*
*crari quale ſit, & quando incipiat cur-*
*rere.*
2 *Impeditis non dicuntur tempora currere.*

### ALLEGATIO XXXIIII.

1 DE † temporibus [a] infra, quæ debẽt
a epiſcopi cõſecrari, & quando in-
cipiãt currere, dicit primò, quòd
ſunt tres menſes, vt dicit gloſ. de
elect. cum in cunctis, in glo. ordinaria ſuper
verb. decurſo: & hoc quo ad priuationẽ prio-
b rum beneficiorum, [b] quæ habebat; & ſic lo-
c quitur dictum c. quoniam, [c] quo ad priuatio-
d nem epiſcopatus [d] ſunt ſex menſes, vt in cap.
inter corporalia, verſ. ſed neque, de tranſlat.
prælat. vt not. Innocen. & Ioan. And. poſt eum
in d. c. cum in cunctis, ſuper dicta gl. cap. inter
corporalia, & ſunt quinque menſes completi,
ita quòd in ſexto non completo debet conſe-
crationem accipere, vt not. Ioan. Andr. in di-
cta decre. inter. Sex autem & tres menſes cur-
runt à tempore confirmationis, vt dicit glo. in
d. c. cum in cunctis, d. c. inter. illis verò, qui
perficiuntur per Papam currunt tempora præ
dicta a die pronunciationis factæ per Papam
e in Conſiſtorio; quia talis pronunciatio [e] ha-
bet vim electionis, & confirmationis, & eadẽ
2 poſſunt, quæ confirmati, & electi: non † tamen
currunt tempora impeditis, & qui conſecra-
tionem petere non poſſunt, vt not. in d. c. quo-
niam, & d. c. cum in cunctis, ſic not. Innoc. de
appel. conſtitutus, 3. in vlt. glo. ibi, & ſi obijcia
tur; quòd intelligendum eſt a die adeptionis
poſſeſſionis ſuæ, ab ea die qua per eum ſtetit
quominus adipiſceretur, per decre. licet. de
præben. lib. 6. & c. commiſſa. de elect. lib. 6.

### Addit. Quint. Mandoſij.

a ¶ De temporibus.] *Idem voluit Calder.*
*conſ. 4. de elect. videatur conſ. Roman. 335.*
*circa primum, & hunc refert, & ſequitur*
*Ioan. Franc. Paui. de pote. cap. ſe. vacan. in*
*7. prælu. poſt num. 12. & Phil. Franc. in c.*
*ſi electio. in fin. de electio. lib. 6.*
b ¶ Priorum beneficiorum.] *Ego autem*
*dico, quòd de ſtilo Ro. Cur. beneficia ad ca-*
*thedralem promoti ſtatim vacant, ſtatimq;*
*per Papam conferuntur, de qua conſuetu-*
*dine loquitur Ioan. Andr. in Clemen. 1. in*
*glo. ſuper ver. collato, vt li. penden. verſic.*
*item aduertendum, quòd ſæpe curia, & ibi*
*clamat contra hunc Rom. Cur. ſtilum, in fi.*
*tamen ſubdit ſe ſcire, quòd curia eius opin.*
*non reciperet, videantur, quæ ſcripſi in 14.*
*q. 1. regu. cancel. num. 2. & ſequen.*
c ¶ Dictum c. quoniam.] *Supponit, quòd*
*ſupra citauerit, cap. quoniam, de quo tamen*
*verbum nullũ, & ſic apparet, quòd aliquid*
*deeſt. vel dic, quòd intellexerit de c. quoniã*
*quidam, diſtin. 100. per gloſ. quam hic ci-*
*tat*



*tat in ver. tempore in c. cum in cunctis. ad-*
*ducto.*
d ¶ Priuationem epiſcopatus.] *Pulchrũ*
*autem eſt dubium, an non petens munus*
*conſecrationis infra tempora à iure ſtatu-*
*ta ſit ipſo iure priuatus, vel priuandus ve-*
*niat? Ego aliàs pro quodam epiſcopo, qui*
*non fecerat ſe infra debita tempora conſe-*
*crari, reſpondebam eum non eſſe priuatum*
*ipſo iure, ſed eſſe priuandum, prout ſentit*
*Archid. in alleg. c. quoniam, 100. diſtin. in*
*ver. careat, notans, quòd non diſponitur ip-*
*ſo iure, ſed per ſententiam, & in verſ. ce-*
*dat, quòd ſi non vult cedere archiepiſcopus*
*ferat ſententiã cõtra ipſum, & Turrecrem.*
*in ver. careat, & in fi. Gemin. in ver. careat.*
*& præpo. colum. 3. ver. no. tex. ibi careat, ꝙ*
*cum tex. loquatur per verba futuri tempo-*
*ris non eſt canon latæ ſententiæ, ſed feren*
*dæ. Et ꝙ non petens conſecrationem amo-*
*ueri debeat not. Compoſtel. in c. cum in cun*
*ctis, colum. 3. de electio. allegando text. in*
*d. c. quoniam, & in c. inter corporalia hic*
*adducto. & Hoſtien. in d. c. inter corporalia,*
*colum. 3. verſic. dic ergo. Cardin. in dicto c.*
*cum in cunctis, §. cum vero, colum. 1. in 3.*
*quæſt. & Innoc. in d. c. cum inter corpora-*
*lia, colum. 3. verſ. Et nota pęnam nõ facien*
*tis ſe conſecrari infra dictum tempus, quia*
*poteſt compelli ad cedendum iuri quæſito.*
e ¶ Pronunciatio.] *Prouiſio Papæ vim*
*electionis, & confirmationis habet, gloſ. 2.*
*in cap. 1. de electio. lib. 6. Abb. in c. noſti.*
*eo. & in c. cum olim. de cau. poſ. idem Abb.*
*Barbat. Felyn. & alij, in c. eam te. de reſc. &*
*per alios quos adduco in præfa. 2. Reg. nu.*
*5. & hoc dictum Lapi refert, & ſequitur*
*Marti. Laud. in princ. quæſt. 285. incipien.*
*pronunciatio Papæ, idem glo. Pragma. de*
*electio. c. licet, §. cenſuit, in ver. promouen-*
*dum, & Prob. in Addit. ad ipſum, num. 1.*
*qui Lap. hic citat, & Ioan. Bapt. Ferret.*
*conſ. 53. in præſenti, ante num. 4.*

*SVMMARIVM.*

1 *Plura beneficia ſimplicia habere non vi-*
*detur a iure prohibitum.*
2 *Altare an exigat reſidentiam perſonalẽ.*
3 *Minor 25. an poſſit habere eccleſiæ re-*
*ctoriam.*
4 *Eccleſia curata & non curata differunt,*
*& rector curatæ debet eſſe maioris ęta-*
*tis quam non curatæ.*
5 *Conſuetudo eccleſiæ cathedralis Floren-*
*tiæ de redditibus percipiendis a canoni-*
*cis abſentibus.*

### ALLEGATIO XXXV.

VTrum abſque diſpenſatione quis
poſſit in ſimul habere eccleſiam, &
canonicatum in eccleſia collegia-
ta; & ſimplex altare in plebe rurali
in quo teſtator mandauit ibidem diuina cele-
brari pro anima ſua, & ſuorum præmortuo-
rum, & in quo mandauit dimidiam bonorum
ſuorum presbytero eligendo pro miſſis ibidẽ
celebrandis dari: & videtur, quòd poſſit abſq;
1 diſpenſatione illa tenere, & fructus † inde
percipere: quia habere plura ſimplicia benefi-
cia non videtur a iure prohibitum; de elect.
a dudum. [a] de præben. cum iam dudum. not.
Innocent. & gloſſ. de reſcript. gratiæ, lib. 6.
quæ dicit, quòd hanc opin. ſequitur generalis
conſuetudo, quam Papa ſcit, & tolerat, vt no.
Ioan. Andr. poſt alios, de æta. & quali. præſid.
b [b] & hoc, quia conſuetudo eſt legum inter-
pres, &c. de conſuetudine cũ dilectus, ad hoc,
2 ff. de legi. l. minimè. Non obſt. ſi dicatur, † ꝙ
altare exigat perſonalem reſidentiam, quia
fuit iuſſum ædificari pro diuinis celebrandis,
c quia ſatis fit teſtatori ſi ibi per alium [c] diuina
celebrantur, nec iure expreſſum eſt, quòd hoc
d caſu per ſe [d] deſeruire debeat: alleg. no. Ioan.
Cald. de pręben. ſuper inordinata: vbi expreſ-
ſe dicit, quòd maior. 14. annis, licet minor. 25.
poteſt habere eccleſiam non curatam, ſeu be-
neficium in eccleſia non curata. Non obſtat
3 opin. glo. quæ habet, quòd † minor. 25. annis
eccleſiæ rectoriam habere non poteſt, ea ratio
ne ſecundum eos, quia eccleſia dedicatur, vt
in illa miſſam celebret, & alia diuina officia,
de conſe. diſt. 1. c. 1. & talis miſſam celebrare
non poteſt, niſi ſit ſacerdos, de ſumma Trin.
c. 1. in fi. & minor. 25. annis non poteſt eſſe ſa-
cerdos, de æta. & qualit. generalẽ, quam opin.
dicit

4 dicit Calder. † eſſe contra multa iura, quia in
eccleſijs iura diſtinguunt inter curatam, & nõ
curatam; & volunt quòd maior ætas requira-
tur in curata, quam im ſimplici. de elec. cum
in cunctis, §. inferiora. de elect. licet canon.
lib. 6. de æta. & qualit. eam te. ad hoc allegat,
quia vbi non exigitur à iure perſonalis reſi-
e dentia, ſufficit deſeruire per vicarium,[e] ad hoc
gloſ. non obuiet, de præben. c. ſuper eo. lib. 6.
in nouel. niſi beneficium non curatum requi-
rat ſacerdotium ex priuilegio, vel ſtatuto: ad
hoc quod not. gloſſ. cum omnes, de conſti. ex-
tirpandæ, in fi. de præben. & in c. dudum, de
elect. lib. 6. in penult. gloſſ. quòd in abſentia
quis poteſt abſque peccato recipere redditus:
dum tamen in beneficio teneat vicarium, vel
per alium beneficio deſeruiat ſi conſuetudo
5 hoc habeat; immo quod † plus eſt, ex conſue-
f tudine[f] in ciuitate Florentiæ Canonici eccle-
ſiæ cathedralis dictæ Ciuitatis percipiunt red
ditus in abſentia; licet non percipiant minu-
tas obuentiones de funeralibus, & alijs; eſto
etiam quod alijs beneficijs non deſeruiant;
ad hoc dictum Innocent. & Hoſtienſis. de præ
ben. cap. extirpandæ, & glo. de præben. ſuper
eo. lib. 6. dicunt, quòd poteſt eſſe caſus in quo
quis de iure communi poteſt habere plures
curatas, vt dicta decre. ſuper eo. & no. Gen. in
clem. literis, de præben. ſuper verſ. hoſpitalia;
quòd quis poteſt habere plura hoſpitalia, & ſi
quodlibet hoſpitale haberet eccleſiam curatã
g annexam[g] plures curatas eccleſias poteſt de
iure poſſidere, & ſic dicit ſeruari in practica
Lapus.

### Addit. Quint. Mandoſij.

a ¶ Dudum.] *Videlicet. 2. & ibi eſt glo. ma
gna in ver. intitulatam, vbi in fi. dicit lice-
re habere plura beneficia in titulum, dubi-
tat tamen ſi primum ſit ſufficiens, an poſſit
habere ſecundum Abb. ibidem, num. 34. di
cit hodie eſſe conſuetudinem per totum or-
bem habendi plura beneficia. Et quòd quis
retinere poſſit plura beneficia ſimplicia, uel
curatum cum ſimplici voluit etiam Lap.
infra alleg. 116. Philippus, colum. 3. verſ.
in contrarium arguitur, & alleg. ſeq. nu. 2.
vide quæ ibi dicam in Apoſtil. in uer. lib. 6.*
b ¶ Et quali. præſi.] *Pro opin. Lapi videa-
tur conſ. Abb. 96. ad claram. in 2. dub.
lib. 2. vbi duo concludit, videlicet, quòd be-
neficia ſimplicia, etiam canonicatus ex cõ-
muni conſuetudine reſidentiam non requi-
rant, quod ego latius proſequor in 13. q. 1.
Reg. Cancel. num. 8. Alterum eſt, quòd quis
plura beneficia, ſine cura habere poteſt ex
quo reſidentiam non requirunt, idem vide-
tur ſupponere Cald. conſ. 24. an ſi papa, poſt
num. 2. verſ. ſed quid eſt, quòd impediat, ſub
titu. de præb. idem etiam concludere vide-
tur Gemin. in c. 1. num. 13. & ibi Apoſtil.
ad hanc alleg. ſe remittit. de conſue. lib. 6.
idem voluit Ioan. Bapt. Ferret. conſ. 112.
D. caro. poſt num. 1. & Phil. Franc. in c. gra
tia. poſt num. 7. de reſcr. lib. 6. videatur etiã
Lamber. de iu. patro. par. 1. lib. 2. quæſt. 7.
art. 15. num. 5. & 14. ac ſeq. vbi ampliat,
quòd etiam beneficiatus in vno beneficio
patronato poſſit ad aliud præſentari.*
c ¶ Per alium.] *Lapum hic ſequitur Cardi.
qui hanc alleg. citare voluit, in c. de multa.
prope fi. verſ. quæro ſi habens. de præb.*
d ¶ Per ſe.] *Hoc dictum Lapi ſequuntur Fé
lyn. in c. cum omnes, ante num. 33. verſ. &
hoc procedit etiam ſi ex ordinatione teſta-
toris, & Dominus meus in 2. lectu. ante fin.
uerſ. ſed quando non eſſet neceſſaria. de con-
ſtit. & Io. Bapt. Ferret. præalleg. conſ. 112.
poſt princ.*
e ¶ Vicarium.] *Idem uoluit Lap. in Addit.
ad conſ. Fede. de Sen. 246. de iure, vbi iuxta
opin. Hoſtien. limitat illud conſ. ſi beneficia-
tus deſeruiat per alium, aliàs dicit conſue-
tudinem non valere. De quo etiam per Do-
mi. in c. fin. colum. fin. verſ. contra primum,
& ibi Apoſtil. in verſ. vicarium, ad Lap.
hic ſe remittit de reſcr. videatur etiã Abb.
in alleg. c. cum omnes, num. 10. & ibi Apo
ſtil. in verſ. in glo. fin. hanc alleg. citat. de
conſtitu. & idem Gemin. in c. cum ex eo. §.
porrò, num. 1. de electio. lib. 6. & conſ. 3. ſup
poſita, vbi quando quis per vicarium de-
ſeruire poſſit.*
f ¶ Conſuetudine.] *Contra, quòd imò con-
ſuetudo*



*ſuetudo hæc non valeat infra allegat. 43.
an reſidens, ante num. 3. & per Mil. in
reper. in uer. conſuetudo non valet, quòd di-
ſtributiones, vbi reſidet contra Lap. hic.*
g ¶ Annexam.] *Ratio eſt, quia in eccleſia
annexa non tenetur quis reſidere. Nec an-
nexum facit incompatibile, glo. penult. in
fin. in c. ſuper eo. de præb. lib. 6. quam ſequi-
tur ibi Phil. Franc. aſſerens Lap. hic idem
tenere, ſuper quo etiam Lapum hic citat,
& ſequitur Staphil. ſuper ſigna. de Mo. &
for. impe. fol. 53. verſ. ſed caſu quo.*

### *SVMMARIVM.*

1 *Charitatiuum ſubſidium, an poſſit ſine pœ
na ſuſpenſionis ab officio impoſita ex
conſtitu. Benedicti exigentibus procu-
rationem vltra ſummam ibi taxatam
exigi.*
2. *Recipientes à volentè, an teneantur ad
reſtitutionem.*

## ALLEGATIO XXXVI.

1 STante † conſtitutione Benedicti,[a]
a quæ taxat procurationes, & pœ-
nas imponit ſuſpenſionis ab offi-
cio, & beneficio, & charitatiuum
ſubſidium vſque ad ſummam; non tamen re-
petit pœnas in charitatiuo ſubſidio; an contra
dictam taxationem valeat charitatiuum ſub-
ſidium in plus exigere ſine peccato, ſi exigat
ex conſuetudine, vel de iure, vel priuilegio:
& videtur, quòd ſic, quia illæ conſtitutiones
imponunt pœnam ſolum exigentibus procu-
b rationes, & non ſunt repetitæ pœnæ[b] ab exi-
gente charitatiuum ſubſidium vltra taxam,
& pœnam, &c. vt in regula odia. de reg. iur.
lib. 6. de pœnit. di. 1. pœnæ.
c Secundo dubitat, an a volente[c] poteſt exi-
gi abſque peccato; videtur quòd non, quia
contra mandatum principis, 4. diſtin. §. fin. de
d maior. & obedien. ſi quis.[d] Putat tamẽ † quòd
2 recipientes à volente non teneantur ad reſti-
tutionem, licet teneantur ad contritionem
peccati, non obſt. quòd dicit, quod à volente
etiam non debet recipi; quia certæ vſuræ non
poſſunt recipi, & tamen in receptis ſufficit
remiſſio. vt no. in regula peccatum, de regu.
iur. lib. 6. & not. Feder. de Senis in opere ſuo.
117. poteſt etiam dicere, quòd abſque pecca-
cato poſſet exigere charitatiuum ſubſidium
vltra taxam prædictam à volentibus; quia d. l.
a ſui princ. non fuit recepta, nec vſu appro-
e bata,[e] 4. diſtin. §. leges, de quo no. de treu. &
pa. cap. 1. in gloſſ. 3. pro & contra. quod not.
Ioan. Andr. ſuper dicta gloſſ. quare non au-
deo hoc aſſerere, ſed vnumquemque ſuo iu-
dicio relinquo. de iureiurand. mulieri. ſecun-
dum Lapum.

### Addit. Quint. Mandoſij.

a ¶ Benedicti.] *Hæc eſt Extra. Benedicti
12. vas electionis, ſub titu. de cenſi. inter
commu. gloſſata per Ioan Franc. Paui. olim
præſtantiſſimum Rotæ Auditorem, de qua
extra. loquitur allegat. ſupra 20. ſi vacan-
te, & Paui. in dicta extra. §. premiſſis, in gl.
in verſ. charitatiuum. in fin. citat, & ſequi-
tur hanc alleg.*
b ¶ Repetitæ pœnæ.] *Quærit hic Lap. an
pęnæ ſuſpenſionis, & reſtitutionis dupli,
& aliæ impoſitæ in prima parte dictæ ex-
tra. vas electionis. in exigendis procura-
tionibus, intelligantur repetitæ in §. præ-
miſſis contra prælatos excedentes taxam,
de qua ibi in exigendo charitatiuo ſubſidio.
Pro opin. affirmatiua contra Lap. facit gl.
in cap. de multa, in verſ. in eadem, verſic.
contrarium credo, quam ibi communiter
ſequuntur. de præbend. quæ vult pœnam in
prima parte, poſitam contra acceptantes
ſecundum curatum in ſecunda parte, lo-
quente de dignitatibus, & perſonatibus,
licet ibi de pœna nihil dicatur, repetitam
cenſeri, & illam gloſ. dicit communiter
teneri Belenzi. infra citandus. Item in
illa extra. æquiparantur exactio procu-
rationis, & charitatiui ſubſidij, pœnalis
autem lex extenditur ad caſum æquipara-
tum in lege, & hanc dicit communem
Cur. in cap. fin. de conſue. fol. 34. colum. 2.
iuxta paruã impreſ. Rurſus pęnalis illa con*

ſtitutio ad caſus ſimiles extendi debet ex identitate rationis, quaſi non dicatur extenſio, quia quod ex ratione, eſt etiam ex mente. ad nota. in cap. ſi poſtquam. de electio. lib. 6. & latè per Paui. in dicta extra. §. noſtræ. in gloſ. in verſ. prorogamus. opin. Lapi iuxta terminns noſtros eſt æquior, & communis. Illam enim ſequuntur Pauin. in dicta extra. §. præmiſſis, in verſ. charitatiuum, ad fin. verſ. Adde etiam an pœna, & Bartho. Belenzi. de chari. ſubſi. quæſtio. 43. vbi pro hac opin. quædam adducit, reſpondens ad aliqua contraria. Felyn. in cap. cauſam quæ colum. 4. in 8. limit. licet hanc allegat. corruptè citet. de reſcri. ſequitur etiam Pariſ. conſ. 105. in cauſa, num. 11. verſic. quòd ſi papam, volum. 4.

c ¶ A volente. ] Quod etiam à ſpontè dante vltra taxam accipere non liceat, eſt tex. apertus in dicta extra. §. præmiſſis. ibi. etiã à uolentibus; hoc etiam voluit Belenzi. de chari. ſubſi. quæſt. 42. amplians etiam concurrente conſuetudine recipiendi. ſimile etiam videmus in materia ſimoniæ, non minus enim ſimoniam committit pecuniam pro vſu ſpiritualis poteſtatis à ſponte dante accipiens animo accipiendi quam ſi ab inuito extorqueat. cap. 1. ibi, qui ſub munerũ datione, & c. & c. vendentes, 1. quæſt. 3. & hoc dictum Lapi refert, & ſequitur Hyppol. de Marſil. in repet. l. vni. C. de rap. virgi. poſt num. 241. vbi vide omninò, plenè enim ad partes diſcutit an, & quando volenti non fiat iniuria, et quando à ſpontè dante accipere liceat, a num. 237. vſque ad dictum num. 241. alios citans, & diſtinguens, vt ibi. Et in terminis Lapi idem concludit Nic. Boe. Dec. 135. quo ad, poſt num. 10. & idem Hyppo. in l. vnius, §. ſeu, verſ. nec ſi, ante num. 5. ff. de quæſt.

d ¶ Si quis. ] Et Deut. 17. qui non obedierit principi morte moriatur, ac 1. Reg. 3. Et ſi aliter diceremus conſtitutio illa parum inſeruiret, immo contra eius verba ac mentẽ à ſponte dante accipiendo fieret fraus legi, contra text. in l. hæres meus, §. fi. ff. de cond. & demon. & in l. quod in conditionis, iun. glo. in ver. non poterit, ff. de mor. cau. dona.

e ¶ Vſu approbata. ] Non dicuntur tranſgreſſores legum vſu non receptas non ſeruantes. Oldr. conſ. 259 impugnatur, col. 2. num. 1. verſ. ſecundo, quia illud ſtatutum nũquam fuit obſeruatum, Anch. conſ. 283. iure ſtricto. poſt prin. vbi etiam concludit, ꝙ ſicut leges moribus vtentium cõfirmantur, ſic moribus vtentium in contrarium nonnullæ leges abrogatæ ſunt. Alex. conſ. 6. viſo themate, nu. 2. & conſ. 132. viſa, nu. 4. lib. 1. Anto. de Butr. in c. quia circa. de conſan. & affinit. vbi quòd quando lex non recipitur ab omnibus ſciente ſuperiore talis lex non ligat, quia ſuperior videtur eam tacitè tollere, ex quo ſcit contrarium obſeruari, & pariter ſequitur Aret. conſ. 11. procedendum, nu. 5. & Iaſ in l. filius, qui. in 6. no. num. 22. & ſeq. ff. de lib. & poſth. Barth. Caſſan. conſ. 1. in 4 præſuppo. num. 53. Et hanc cõmunem aſſerit D. meus Phil. Dec. conſ. 638. communitas, nu. 11. an autem uerum ſit, quòd illa extra. non fuerit vſu recepta Lap. hic non firmat, Pariſ. autem dicto conſ. 105. nu. 6. & ſeq. & nu. 10. audàcter firmat non fuiſſe illam vſu receptã. vol. 4. Contrarium ſupponere videntur Ioã. And. & Gemi. in c. felicis, de cenſ. lib. 6. & Pet. de Vbal. de cano. epiſc. in 14. quæſtio. princ. num. 11. vbi citat hanc extra. & clarius Belenzi. de chari. ſubſi. quæſt. 41. num. 5. verſ. ſed credo. Idem etiam ſupponere videtur Nico. Boer. præallegat. Dec. 134. num. 10. verſic. ſed hodie.

SVMMARIVM.

1 Plebanus an poſſit compellere presbyteros debentes ſoluere ſuæ plebi certum annuũ cenſum, & eos retinentes excommunicare.





2 Iudex in propria cauſa eſſe nemo poteſt.

3 Debitum alicuius eccleſiæ non poteſt dici debitum vnius, ſed totius capituli.

## ALLEGATIO XXXVII.

1 AN † dignitas inferior poſſit in ſub-
ditos clericos; & plebanalis, vel
præpoſitura habens eccleſias ſub-
iectas, quæ ſoluere tenentur an-
nuatim aliquam penſionem; poſſint præſcri-
a bere [a] ius communicandi, [b] & interdicendi
b eccleſias in contumaciam non ſoluentis, & ſic
2 pro cauſa propria videtur, quòd † non, quia
non poteſt eſſe quis iudex in cauſa propria.
c [c] 4. q. 4. cap. 1. 11. q. 1. ſi clericus. In contrarium
eſt veritas præſuppoſito, ꝙ penſio ſit debita
d præpoſituræ. [d] Secundo poſito, ꝙ illud debi-
e tum ſit notorium. [e] Tertio, ꝙ ſit debitũ a tem-
f pore quo non extat memoria, [f] & ꝙ dictas ſen
g tentias conſueuerit [g] promulgare. Quarto
præſupponit in factis, ꝙ etiã hoc habeat com
poſitio inter epiſcopum, & eum, vt poſſit pro
3 talibus ſententias promulgare; Probatur † pri
mo quia id quod debetur eccleſiæ, debetur toti capitulo, & ſic non eſt propria cauſa ꝑpoſiti; poteſt ergo eſſe iudex, adhoc glo. 2. in c. 1. de male. verſ. ſi Papa, & quod ſuper ea no. Io. And. in nouel. poſt Inn. & Iac. de Aret. Item ꝙ ex quo eſt notorium poteſt eſſe iudex ſententiando, vt d. c. 1. de male. de verb. ſign. ex parte. per Innoc. quia non dicitur in notorijs tam iudex, quàm executor. ad hoc de ſent. excomm. dilecto. Item quia tale debitum tanto tempore præſumitur debitum ex legitima cauſa, per no. de cenſi. peruenit. poſt Io. And. in nouella. Item quia conuentio præſumitur facta cum conſenſu ſubditorum. vt no. de ijs, quæ fi. à præla. ca noſcitur. Item quia ex quo habet ibi epiſcopalem iuriſdictionem; vel quaſi; iam quarta illa videtur in totum de iure communi debita, & pro debito de iure communi Epiſcopus poteſt excõmunicare ſubiectum, quia talia ſunt notoria & ſic conſuluit Lapus.

### Addit. Quint. Mandoſij.

a ¶ Præſcribere. ] Conſuetudo an poſſit dare poteſtatem excommunicandi vide per Abb. in c. ſi ſacerdos, num. 9. & ibi Apoſt. ad Lap. hic ſe remittit ad offic. ordin.

b ¶ Excommunicandi. ] Vide Abba. in cap. cum ſit, poſt numerum 9. qui hanc alleg. citare voluit, quam poſtea reſtringit. de for. competen.

c ¶ In cauſa propria. ] Qui iuriſdictioni, ff. de iuriſ. om. iu. l. vni. C. ne quis in ſua cau. Abb. in alleg. c. cum ſit, qui hunc citat. de fo. compe. & per Lap. infra alleg. 94. quidam, num. 2. Amplio, vt nec etiam arbiter eſſe poſſit, l. penult. ff de arbit. Sozzi. Regu. 195. in uer. iudex in cauſa propria.

d ¶ Præpoſituræ. ] Prælatus an poſſit eſſe iudex in cauſa ſuæ eccleſiæ no. in c. de maledi. & in c. 1. de pęn. lib. 6. per Bar. remiſſiuè, in l. vni. C. ne quis in ſua cau. per Anto. de Butr. & Abb. in cap. cum veniſſent. de iud. per Iaſ. in allegat. l. qui iuriſdictioni, num. 10. in 11. fallen. ff. de iuriſd. omn. iudic. & & per Abb. in c. ſi ſacerdos, vbi Apoſtil. in parochianum, remittit ſe ad hanc allegat. & Fely. in c. cum veniſſent, num. 7. de iudi. Oldrad. conſ. 156. primum quæritur, vbi quòd ſecundum communem opin. epiſcopus eſt iudex in cauſis eccleſiæ ſuæ.

e ¶ Notorium. ] Argum. text. in c. ex parte 1. & ibi per Innoc. & alios, & c. ſeq. de verb. ſignifi. & idem uoluit in terminis noſtris Abb. poſt alios in alleg. c. cum veniſſent ante num. 9. verſ. in inferiore verò prælato. de iudic.

f ¶ Non extet memoria. ] Quod tempus habet vim conceſſionis, & priuilegij, & operatur, ut præſumatur iuſtus titulus, ita ut probatio in contrarium non admittatur, cap. 1. ubi glo. & Docto. de præſcript. lib. 6. Abb. & alij in cap. peruenit de cenſi. Abb. & Felyn. in cap. ſi diligenti, de præſcript Mar. Sozzi iun. qui hanc dicit communem conſil. 76. cum diebus, poſt num. 94. lib. 1. & Pariſ. conſil. 27. in præſenti, numero 33. lib. 1.

g ¶ Conſueuerit. ] Pro quo adduco text. in cap. 1. de pœniten. lib. 6. vide etiam Soz-

*xi. Reg. 203. in verſ. iudex. in cauſa ſua, aut liberorum, in 3. fallen.*

### SVMMARIVM.

1 *Appellatio interpoſita in abſentia iudicis à quo vel ad quem an valeat.*
2 *Appellatio an valeat in iudicis abſentia vbi eius poteſt haberi copia.*
3 *Appellans in abſentia iudicis, an ſit exemptus ab eius iuriſdictione.*
4 *Itineris arreptio an habeat vim appellationis.*
5 *Prouocatio ad cauſam quid ſit, & quæ ſit eius forma.*
6 *Appellatio qualiter fieri debeat in præſentia iudicis.*
7 *Apoſtoli quare cum inſtantia ſint petendi.*
8 *Appellatio coram viris honeſtis, an ſit ſufficiens.*
9 *Appellatio, quæ debet fieri coram uiris honeſtis, an poſſit fieri coram ſimplici ſacerdote.*
10 *Appellatio in abſentia iudicis, vel partis facienda, an ſit eis intimanda.*
11 *præſentia iudicis coram quo appellandum eſt qualiter ſit requirenda.*
12 *Appellatio quibus caſibus ſit in abſentia iudicis licita.*

## ALLEGATIO XXXVIII.

a AN valeat appellatio † interpoſita in abſentia iudicis a quo; ſi appellatur in præſentia iudicis ad quẽ, & in abſenti à iudicis a quo hoc ſufficere videtur, dum tamen infra tempus ap-
a pelletur, 2. q. 6. biduum, verſ. ſi quis, [a] ad hoc dictum Ioan. Andr. de appel. c. fin. in nouella ſuper glo. 2. Inno. ibi dicit, quòd hoc non ſufficit, vt appellet in abſentia ſi poteſt habere copiam iudicis a quo, niſi metus excuſet: ad hoc gloſſ. in clem. 1. de appel. Ex quibus concludit quòd ſufficit coram altero iudice appellare,
b vel ad quem, [b] vel a quo: ad hoc dictum Ioan. Andr. de pœnis. ſuam. in uerſ. non moleſtes. alleg. de exceſ. prælat. dilecto, idem Io. Andr. de appel. vt debitus in nouel. Quandoque appellatur in abſentia iudicis a quo & ad quem, coram tamen honeſtis perſonis: & tunc ſi ex iuſta cauſa, vt propter metum: vel quia non poteſt haberi copia; & procedit talis forma
c de appel. cap. fin. [c] de offic. ord. paſtoralis, alias ſi appellatur à iudice, ſiue in iudicio, ſiue extra, ſemper coram iudice appellandum eſt ſecunda quæſt. 6. biduum, de appel. vt debitus, eod. tit. cordi. lib. 6. de hoc not. gloſſ. ordin. de
d appel. appellatio. lib. 6. [d] Et quis metus [e] di-
e catur ſufficiens, & quis dicatur copiam iudi-
f cis [f] habere non poſſe, tangitur ibi.
2 Si appellatur † in abſentia iudicis coram honeſtis perſonis ſine cauſa, & tunc ſi appellatur à iudice iudicialiter, non valet appellatio, vt prædictis iuribus, & gloſ. in dicto cap. appellatio. C. eod. tit. in offerendis, in Authen. de appellat. §. 1. colla. 4. Sunt tamen qui dicunt appellationem emiſſam in abſentia partis valere, dummodo fiat ſine fraude, & recitant hanc opinio. fuiſſe Goffred. & Hoſtien. in decre. ſuggeſtum, de appel. in nouella. Et recitatur in decret. de appel. appellatio. eod. titu. lib. 6. & dicit hoc placere Innocen. de appel.
3 dilectus. vbi dicit, quod per † appellationem factam in abſentia iudicis, appellans eſt exemptus à iuriſdictione iudicis; in decret. tamen ſi iuſta cauſa, eodem titulo, tenet contrarium, Paul. de Liazar. in Clemen. cauſam. de elect. in ver. abſentium, videtur velle, quòd ſine cauſa poſſet appellari, etiam in abſentia iudicis, dummodo notificetur iudici, vel parti infra menſem, idem Specul. in titu. de appellat. §. qualiter, vbi dicit, quod curia Romana non
g repellit tales appellationes, [g] vt audiuit ab expertis, & ſic dicunt ſcripſiſſe collectores practicarum curiæ. Putat tamen Lapus dici poſſe; quòd appellatio in abſentia iudicis non protegit appellantem, nec vitiat proceſ-
h ſum iudicis donec fuerit intimata, [h] vt patet de appellat. ſi duobus ſecundum Archid. qui hoc not. in dicto cap. prælatis, & Petr. de Anchar. [i] quando appellatur in abſentia iudicis,
i & ſine cauſa, & extraiudicialiter, tunc ſufficit coram honeſtis perſonis appellare de electio. vt circa, libro ſexto, de cuius forma infra dicam. † Quandoque iter arripitur infra
4 terminum appellandi; in iſto caſu, an ſufficiat ſola itineris arreptio, & proſit dicendo grauamen corã ſuperiore, ita quod habeatur





k loco appellationis; dic vt in decret. dilectus, [k] de appell. vbi poſt multa concluſio eſt Ioan. Andr. quòd poſtquam aliquis citatus eſt ad iudicium ante ſententiam, vel poſt: itineris arreptio nihil operatur, ſed exigitur appellatio. Si autem extra iudicium contra ſuum ſuperiorem, qui vult ſibi ius in ſua cauſa dicere, vel aliàs grauat ſubditum; tunc enim itineris arreptio, vel nuncij miſſio, ad ſuperiorẽ qui poſſet adiri per querelam, habet vim appellationis; & protegit iter arripientem, ita ꝙ excommunicatio poſtea lata non tenet, & ſic
5 hoc caſu habet locũ itineris arreptio. † Quandoque fit prouocatio ad cauſam. Prouoca-
l tio [l] enim non eſt propriè appellatio, ſed ad cauſam vocatio; de appel. cum ſit Romana, & not. glo. de appel. prælato. lib. 6. quæ propriè habet locum quando quis negat aliquem ſuperiorem iudicem, in eo quod fecit, vel facere vult, cuius hæc eſt forma. Domine non teneor hoc facere, vel nolo iudicium veſtrum ſubire; immo vos recuſo, vt ſuſpectum, cum de cauſa veſtra agatur; ideo ex hac cauſa prouoco vos ad ſuperiorem iudicem talem, ad quem ex nunc iter arripio, vel ſaltem nuncium mitto. & hoc caſu itineratio, vel ſubmiſſio, vel nuncij miſſio, habet vim appellationis, de appel. dilecti. & eod. tit. ad audientiam. An autem poſſint fieri huiuſmodi prouocationes contra perſonas, & ſingulares, & priuatas; dicit quòd ſic, de cuius forma per Hoſt. in ſum. rubr. de appel. ſub §. qualiter autem
6 extra ius. † Quare ſit in præſentia [m] iudicis
m appellandum, dicit Ioan. Andr. in regula in generali, quòd ideo quia principaliter reſcindit factum iudicis. Nam fit appellatio ad ſuperiorem, quia pars me non grauauit, ſed iudex à quo appellaui, de cuius iniquitate agendum eſt: ideo volunt iura appellari coram iudice, non coram parte, licet ſit iudicatum ad commodum partis, in authen. de priu. in prin. colum. 4. ff. de appell. cum quidam, C. de app.
7 eos, in fin. † Quare apoſtoli quærantur cum inſtantia, de qua in clem. quamuis, dicit Guil. quòd hoc ſit ad mitigandum iram iudicis, qui vt plurimum prouocatur, & iraſcitur contra
n appellantem; de offic. delega. ſuſpicionis. [n] An
8 vbi † appellatur coram honeſtis perſonis ſufficiat vnus, an exigantur plures, videtur, ꝙ non per ſcripta Ioan. And. de elec. vt circa, lib. 6. in ver. literas, & in verbo prohibeant per tex. ibi, & in c. paſtoralis, in fi. vbi loquitur in plurali.
o Spec. in tit. de decu. [o] §. nunc de effectu. verſ. ſed nunquid, dicit, ꝙ ſufficit vna, dummodo fiat coram teſtibus, & ita ſeruatur per notariũ conficientem inſtrumentum. Et videtur ſuffi-
p cere ſi ſit coram ſimplici ſacerdote: [p] vt no. in
9 Spec. † de inſtrum. edi. §. nunc vero, verſ. item pone, & videtur ſufficere ſolus tabellio cum
q teſtibus, vel alijs de quib. in Spec. de decr. [q] in
10 d. §. nũc de effectu, verſ. ſed quis appellat. † Et ſi appellatur in abſentia iudicis; an ſit iudici,
r vel parti intimanda; [r] dic in beneficiali, vt in clem. eam. de elect. in non beneficiali, videtur ꝙ intimanda ſit; aliàs non protegit appellantem, & excuſatur iudex à quo, ſi procedit, & tenet proceſſus, vt in decre. ſi duobus. de app. vt ibi ſcribit Io. And. ꝙ parum videntur iuuare appellationes, quas aliqui timentes proceſſum ordinariorum faciunt in abſentia iudicis in occulto, ex quo ignorantur. Pau. in cle. cauſam. de elec. in ver. præſentia, dicit, ꝙ appellatio interiecta in abſentia iudicis non defendit donec veniat ad notitiam iudicis. Item Spec. in tit. de app. §. qualiter. ver. item cautius Gen. in c. de app. in cle. videtur dicere, ꝙ non expedit iudici intimare appellationem ea facta in iudicis abſentia, ſed parti; ſic loquitur illa cle. dicit, ꝙ ſi non ſit intimatio non vitiat appellatio, ſed iudex à quo poteſt procedere donec fiat. Putat tñ ꝙ ſi eſſet facta intimatio parti. & hoc non obſtante proceditur coram iudice a quo, non valet proceſſus. per no. in d. decr. de appel. ſi duobus. Sed quæritur an ſit facienda intimatio parti; dicit ꝙ quandocunq; appellatio in abſentia habet vim peremptoriæ citationis, debet fieri intimatio, & dicit, ꝙ delationis, & etiam termini facienda eſt intimatio, vt in cle. de appel. c. 1. in qua eſt ſeruanda forma
ſ decr. cauſam. [s] Et ſi non ſit facta vt fieri debet, vel nõ debito loco, & tempore, pœnam habes; in cle. cauſam, vbi autem non ex ſimplici forma appellationis, ſed & delationis iudicis negociũ principale deuoluitur, vel ex præfixione termini abſque aliqua citatione, terminus arctat: ſi non fiat intimatio debito loco, & tempore, per talem delationem non deuoluitur; vel per termini præfixionem non arctatur appellans, ad comparendũ in ipſo termino: imò oportebit de nouo ipſum citari; ex quo ipſius appellationis, & delationis, & termini præfixionis, tempora ſubſecuta fuerunt; ipſorum alterius, ſi alterum foret ſubſecutum, intimatio debito tempore, & modo facta non fo-

ret, vt probatur in d.decre.1. de appel. iuncta decre.cauſam eo.tit.lib.6.debet autem intimatio fieri in beneficialibus, infra mẽſem: in alijs cauſis non eſt ſtatutus certus terminus, ſed debet tali fieri tempore, ꝙ poſſit appellationum ſtatuta tempora obſeruare: ita not. Pau. in cle.
11 1.de appell. alleg. eod. tit. ab eo.lib.6. † Quomodo [t] debeat requiri præſentia iudicis corã quo volo appellare? Reſpõdeo loco congruo, & debito: vt no.de elect. cupientes in glo. ſiue
u ſit [u] & ſuper ea in nouel. lib.6. Et intelligitur copia haberi quando ſe exhibet in publico, non in hortis, vel villa. 2.q.1. biduum. no.gl.
12 in decre: appellatio. de appel.lib.6. Putat † etiã quòd ex cauſa legitima poſſet quis appellare in abſentia, vt ſi erat abſens tempore ſententiæ, & eius notitia peruenit in remotis, item quod infra 10. dies non potuiſſet appellare, vel mittere ad iudicem; poterit in abſentia iudicis appellare. Idẽ ſi erat infirmus, ita quòd non poterat mittere procuratorem ad appellandum, vel erat pauper, non habebat vnde ſolueret nuncio. Et idem in ſimili probabitur
x metus, & tales eſſe [x] ſummariè, quia non ſunt præiudiciales; quia non fit præiudicium iudici, vel parti, donec ſit intimata; & quando fuerit intimata ceſſat præiudicium partis, & iudicis: quia debet fieri tali tempore, quo poſſet iudex tempora obſeruare, vt eſt dictum, vnde ſufficit probatio per iuramentum, vel alijs leuibus, & ſummarijs, de quibus in Spec. de appel. §. nunc breuiter. verſ. quid ergo Lapus.

## Addit. Quint. Mandoſij.

a ¶ Si quis.] *Et l. 1. quid ergo, & §. ſi quis, ff. quan. appel. ſit. Pro materia huius alleg. & quomodo in ijs ſe habeat Rom. Cu. videatur Rot. Bellam. 381. ſi poſt, & 50. ſi appelletur de appel. aliàs 366. in no. & latius per Caſſa. Dec. 8. eod. tit. de appell. Et nouiſſimè uoluit Rota quòd quando iudex non reperitur ſufficiat facere diligentiam in domo Auditoris, & petere à notario teſtimoniales ſibi concedi, dimittendo ei cedulam appellationis, prout ita factum erat in cauſa, Sanctæ Andreæ canonicatus coram Rauellen. de menſe Martij. 1545. inter Dauid, & Georgium prout Dec. Putei. 17. incipient. quando iudex. de appel.*

b ¶ Vel ad quem.] *Hoc Romæ non ſeruamus, vt coram iudice ad quem appellemus, duplici ratione, altera eſt, quia Romæ appellatur ad principẽ, & ipſam ſedem Apoſtolicam, prout ſupponunt etiam Dec. 13. vtrum appellans Biſigne. de appel. in antiquio. & 363. not. utrum. in antiq. Non loquor de appellationibus capitolinis, & quorundam magiſtratuum inferiorum. Altera eſt, quia humanior eſt illa opin. quòd appellatio non reddatur nulla ex quo non ſit interpoſita coram iudice ad quẽ. prout per Phil. Franc. in cap. fin. quæſt. 4. verſic. itaque appellatio non redditur nulla. de appel. Nec magni facio diſtinct. Domini mei, ibi poſt num. 4. verſic. ſed diſtingui poteſt, ratio enim ſeu conſideratio per ipſum adducta parum ſtringit.*

c ¶ Cap. fin.] *Vbi videantur Abb. & Fran. qui hanc alleg. citant.*

d ¶ Appellatio lib. 6.] *Vbi etiam Franc. ante numerum tertium, & num. 4. ſequitur Lap. hic. & in c. cum ſit Romana. colum. 2. in vlt. no. eod. tit. De hoc etiam infra in uer. in præſentia.*

e ¶ Metus.] *Text. in alleg. cap. fin. incipit iuſtus metus, & ibi Abb. in 1. not. declarat. ideſt non vanus, ſed probabilis, & ibidem Dominus meus Phil. Dec. in princ. & num. 6. inſiſtit ad idem probandum, adducens tex. in l. vani timoris non iuſta excuſatio eſt, ff. de reg. iur. & alia de quibus ibi. Pro quibus etiam facit, c. cũ dilectus, quod met. cau. & latè proſequitur idem Dec. in l in omnibus, ff. de reg. iuris.*

f ¶ Copiam iudicis.] *Videatur text. in l. 1. §. dies, ff. quan. appel. ſit. infra, num. 11. & Franc in allegat. cap. fin. de appel. col. 5. quæſtio. quinta, vbi ad Lap. hic, & infra dicto num. 11. ſe remittit, ipſum poſtea limitans, & declarans.*

g ¶ Appellationes.] *Hoc dictum Lapi ſequitur Franc. in alleg. cap. fi. de appel. col. 2. ſuper glo. 2. in fi. Gemin. poſt nu. 2. & idem Franc. ante num. 4. in c. appellatio. eod. tit. lib. 6. & Bertran. conſ. 63. etiamſi, verſic. & in hac. lib. 3. in primis, Ruyn. conſ. 113. ex multis, num. 18. volum. 4.*



h ¶ Intimata.] *Idem Rot. 319. attemptata, poſt medium. in no. & hoc dictum referunt, & ſequuntur, Gem. & Franc. in alleg. c. appellatio ille poſt num. 2. hic poſt nu. 4. de appel. lib. 6.*

i ¶ Pet. de Anch.] *Hunc, non Lapus, ſed Domi. de S. Gemin. vt puto citauit, & credo quòd illum allegare voluit, in con. 362. pro declaratione iſtorum, colum. fin. verſ. circa tertium, vbi de ſententia, vel appellatione non formiter intimata, quod conſi. ad hoc etiam citare voluit Phil. Franc. in cap. ſi iuſtus, colum. penul. qui etiam hoc dictum ſequitur de appellat.*

K ¶ Dilectus] *Melior lectura eſt, dilectis filijs, vbi, & in c. vt debitus. de appel. tractatur de hac materia arreptionis itineris nuncij ad ſuperiorem, videatur Franc. in d. c. vt debitus, colum. 12. ſuper 4. glo. vbi Lap. hic citat, & plenius quam alij hanc materiam tractat, diſtinguens, vt ibi. Vide etiam Iaſ. in l. 1. num. 2. C. vt lit. penden. & D. meum in c. ſuggeſtum, verſus fi. de appel.*

l ¶ Prouocatio.] *Differentia inter prouocationem, & appellationem illa præcipua eſt, vt prouocatio ſit genus, appellatio ſpecies, ſeu ꝓuocatio ſit quid generalius, quod percipi poteſt ex diffinitione appellationis, quam ponunt Docto. ſuper rub. & in l. 1. ff. & C. de appel. & extra eo. deſcribunt enim appellationem eſſe prouocationem ad maiorem iudicem ratione grauaminis illati, vel inferendi. ſic terminus ille prouocatio pro genere ſumitur. Prouocatio item pro extraiudiciali, appellatio verò pro iudiciaria vſurpari conſueuit, vt etiam declarat Card. in clem. ſicut. in princ. de appel. Abb. in c. bonæ, num. 6. in 2. differen. eo. & ibi Apoſtil. ad Lap. hic ſe remittit. Et Lap. ſequitur D. meus ſuper rubr. de appell. ante num. 7. in cap. cum ſit Romana, num. 9. & in c. bonæ, num. 10. eod. tit. Plerunque verò termini iſti prouocatio, & appellatio confunduntur, alterque pro altero ponitur, prout in lege ſecunda, §. quod ad magiſtratus, & § poſtea, ff. de ori. iur. l. vni. ff. de off. præfe. præto. l. tale pactum, §. qui prouocauit, ff. de pact. leg. ſi actor. lege ſi apud, & lege ſi quis prouocationem, C. de appel.*

m ¶ In præſentia.] *Clara eſt iuris concluſio, quòd in præſentia iudicis ſi poteſt appellandum ſit, l. 1. §. dies, ff. quan. appellan. ſit. ca. biduum, 2. quæſt. 6. Clemen. 1. de appellat. Spec. eod. titu. §. qualiter, poſt numerum octauum verſicu. item cautus debet eſſe quis, vt appellet coram iudice, Ang. conſil. 130. viſis omnibus, Rot. 366. ſi appelletur, poſt numerum primum, in no. Franc. in alleg. cap. fin. colum. 4. verſic. ſed aduerte, quia quòd appellatio ſit nulla in abſentia iudicis. de appellat. & in cap. appellatio. in 1. not. ſequens Lap. eod. lib. 6. hoc ſuppoſito Lap. rationem inueſtigat quare in præſentia iudicis appellandum ſit, ratio eſt, quia appellatio factum iudicis reſpicit, & effectus, qui ex appellatione ſequi poteſt ipſum iudicem concernit, Rot. ſupra adducta. 366. in no. poſt princ. rationem dicit eſſe, vt iudici à quo debitus honor deferatur; per cap. vt debitus. de appella. quæ ratio non diſcrepat à ratione Ioan. Andr. & Lapi. & cum Lapo hic tenet, alios etiam idem concludentes referens Tho. Gram. Dec. 36. nu. 77.*

n ¶ Suſpitionis.] *Hanc etiam rationem aſſignat Cardin. poſt Laud. & Genzel. in allegata hic Clement. quamuis, in 5. quæſt. & Rot. 351. ſi appelletur, poſt princ. in no. Et in illa Dec. reſoluitur pulchrum quæſitum, quòd etiam ſi Apoſtoli non fuerint cum debita petiti inſtantia, ſi tamen iudex detulit, ſufficiat.*

o ¶ De decu.] *Tu autem dic, de primo, & ſecundo decreto, §. iam de effectu, verſ. ſed nunquid ſufficeret, num. 30. Specul. & Lap. hic ſequitur Ludo. Roman. in l. de pupillo, §. ſi quis ipſi, num. 18. ff. de nou. oper. nunc. ſubdit hoc eſſe ſingulare verbum, & ma-*

*gnam eſſe authoritatem id dicentium, licet ſibi videatur durum, cum ſermo ſit in plurali numero. Hunc etiam citant, & ſequitur Abb. in 3. not. num. 3. Franc. poſt Bal. in 9. quæſt. colum. 6. in alleg. cap. fin. de appel. vbi etiam idem voluit Dominus meus Phil. Dec. poſt num. 4. verſ. & ſubijcit.*

p ¶ Simplici ſacerdote.] *Quomodo hic accipiatur ſimplex ſacerdos, vide in ſimi. quæ ſcripſi in Gloſ. Faculta. §. uolentes. in verſic. ſimplicis.*

q ¶ De decre.] *Melius de pri. & ſecun. decre. §. iam de effectu, vt ſupra annotaui. videatur Franc. poſt Abb. in dicto c. fin. de appel. in 9. quæſt. verſ. item videtur ſufficere ſolus tabellio. & Caſſa. Dec. 8. de appel. num. 6. dicit quòd ſufficit appellare coram perſona authentica.*

r ¶ Intimanda.] *Quòd non ſit neceſſaria intimatio quo ad validitatem appellationis videatur Rot. 366. ſi appelletur, poſt princ. in no. Caſſa. 8. de appell. num. 6. verſ. Nec tenetur appellans ſequi alibi iudicem pro intimanda appellatione, & poſtea verſic. Et non aſtringitur appellationem, etiã quando potuit, iudici intimare Idem uoluit citans Lap. hic Bertran. præalleg. conſ. 63. etiam ſi, ante num. 2. lib. 3. in primis, videantur Abba. in cap. ſuggeſtum, num. 6. de appellat. & ibi Apoſtil. remittit ſe ad Lap. hic, & Franc. qui hæc latè diſcutit, & diſtinguit in alleg. c. fi. q. vlt. de appel.*

ſ ¶ Cauſam.] *Intelligit de cle. cauſam. de electio. pro qua vltra ſcriben. ibi videatur etiam Caſſa. Dec. 10. menſis infra quem. de appel.*

t ¶ Quomodo.] *Videtur etiam quòd requiratur proteſtatio quando copia iudicis haberi non poteſt, vel quando quis timet coram eo appellare. prout per Abb. in cap. quod ad conſultationem poſt num. 3. & ibi Apoſtil. hanc alleg. ad id citat. de re iudic. Gemin. poſt glo. in alleg. hic. c. cupientes, §. quòd ſi per viginti, ante num. 7. & ibi Apoſtil. ad Lap. hic ſe remittit. de electio. lib. 6. Ruyn. conſ. 85. pena. num. 4. vol. 5. Latè per Franc. in alleg. c. fi. de appel. in vlt. no. & poſtea ſuper glo. 1. col. 2. & 3. & per D. meũ Phil. Dec. ſuper eadem glo. 1. num. 5.*

u ¶ In glo. ſiue ſit.] *Lego in glo. in verſ. propoſita, prope fi. verſ. ſi tamen hora, & loco competentibus, idem voluerunt Ludo. Roman. conſ. 48. inſpectis ſupra ad fin. & Tiraquel. de ut. Retra. ad fi. primi titu. nu. 83. qui Lap. hic citat.*

x ¶ Et tales eſſe.] *Melius & tales cauſæ. & hoc dictum Lapi ſequitur Fran. in alleg. c. fi. de appel. in 4. quæſt. colum. 2. ad fi. licet ſub falſo numero hanc alleg. ibi citet, & alios pro ijs adducit.*

*SVMMARIVM.*

1 *Conſtitutio loquens de cõdemnatione pro gibellinis, &c. an extendatur ad monitionẽ, vt gebellinos per capitaneos partis guelfæ in Florentia.*

2 *Mutantes ſtatutum etiam inuiti per decretum ſuperioris dicuntur condemnati.*

3 *Actus illius qui habet poteſtatem iudicandi ſententia dicitur.*

## ALLEGATIO XXXIX.

1 a AN † conſtitutio loquens de condemnatione pro Gibellinis, [a] vel confitentibus ſe Gibellinos; extendatur ad monitionem, vt Gibellinos per Capitaneos partis Guelfæ in Florentia. Et arguit ex rationis identitate in pœnis procedendum, quia aliæ reformationes tales æquiparantur, allegat de elect. ſi poſtquam, lib. 6. in gloſſ. & quod ibi not. Ioan. Andr. allegat. quòd in pœnis ex identitate rationis proceditur, l. ſi pignore, §. ſi poſt, ff. de diſtra. pig. & in glo. l. 1. §. exercitium, ff. de ijs, qui not. infa.
2 † Ad hoc quia qui inuiti per decretum ſuperioris immutant ſtatum, dicuntur condemnati: quia pœnam imponit, & afficit ſicut condemnatio: aſſumpto argumento ab effectu, quia nihil aliud facit, & nihil aliud operatur ſententia quam operetur iſta monitio,

nam.



nam eſt ſententia mutationis ſtatus, ad hoc, quia miles quando priuatur militia remanet extra numerum militum, & ſic immutat ſtatum in deterius, l. ſecunda, §. in l. de ijs qui no tant. infamia, nec aliqua dignitas poteſt ſibi cõferri, nec ea poteſt vti. † Nam omnis actus illius qui habet poteſtatem iudicandi dicitur ſententia, lege omnis. C. de epiſcop. & cleric. Præ. determinat, & declarat id quod fuit in controuerſia poſitum, quòd fuit poſitum partitum, an deberent declarari Guelfi, an gibellini, & obtentum, & iudicatum fuit per iudicem competentem quòd ſic; hoc ergo quod iudicatum eſt; eſt ſententia. Item quicunque exautoratus fuit per decretum per ſententiã, ita quod amodo nullis priuilegijs Guelforum vti poteſt, ſicut eſt in milite, l. ſecunda, §. ignominiæ, ff. de ijs qui notan. infam. l. 2. de ſenat. ad hoc quia ſufficit declarari factum. l. 1. ad turpil.

### Addit. Quint. Mandoſij.

a ¶ Gibellinis.] *Guelphorum, & Gibellinorum nomina potius a cacodęmonibus, quam ab hominibus inuenta fuiſſe exiſtimo, & diu ante Fridericum II. quicquid ſentiunt Bar. in tract. de Guel. & Gibel. & Alber. de Roſa. in ſuo Dictio. dum de ijs loquitur. Nonnulli aſſerunt hiſtorij in Tuſcia factiones huiuſmodi originẽ traxiſſe, vbi erant duæ ſectæ panciatici, videlicet & Cancellarij, duo fratres alterius familię nominati Guelphus alter, alter, Gibellus ijs partibus adhæſerunt, ab eorum nominibus factiones præmiſſæ nomen commutarunt, adeo quòd poſtea non panciatici, & Cancellarij homines iſtarum ſectarum nuncupati fuere, ſed Guelphi, et Gibellini. Iis Fridericus II. Imperator in Italia exiſtẽs adhæſit, eis fauendo. Illi deuotos ſe affirmabant Gregorii IX. Friderici inimici. Concordando opiniones puto poſſe dici factiones Gibellinam, & Guelpham in ſubſtantia, & effectu diu ante Frideric. II. fuiſſe, ſub ijs autem nominibus eius tempore, vel parum ante, ſub ipſo tamen Friderico per totam Italiam, & alibi illas viguiſſe. De iis eorumque originem tractant M. Anton. Sabellicus in tertia parte ſuarum Hiſtoriarum, & Platina in vita Gregorij IX. De quibus etiam per Blondum in ſua Hiſtoria, & per pleroſque alios. Qui de iis tractare vellet principio Iliadis vti deberet, vt recenſere poſſet quot cędes, quot incẽdia, quot rapinas, quot proditiones, quot urbiũ euerſiones infelicia, hęc nomina Italiæ præſertim peperint tempore quo factiones iſtæ vigebant. Tunc verè dici poterat patet atri ianua ditis, & illud Iob. Infernus domus mea eſt. Bald. in l. filium, in fine, hæc nomina vocat animi vitia. C. de ſuis, & legi. & in l. uni. numero tertio, C. ad leg. Iul. Viſcel. appellat paſſiones, & partialitates animi. Marti. Laud. de princi. quæſtio. 53. incipien. eſſe Guelphum. iſta nomina diabolica nominat a iure reproba. & ad perniciem Reipublic. Et prudenter exemplum poſuit in iis Gibellinis, & Guelphis gloſſ. in verbo, non audens, in capitulo ſtatutum, §. cum vero, de reſcript. libro ſexto. De Guelphis, & Gibellinis, ac aliis ſeditioſis, & malis, ac damnis ab huiuſmodi, & aliis ſectis, & diuiſionibus prouenientibus, uide latè per Nicol. Boe. alios etiam referentem in tracta. de ſeditio. columna 3. numero octauo, cum aliis ſequen. Et de ſtatutis Gibellinorum, rurſus & Guelphorum etiam prohibentibus matrimonia inter Guelphos, & Gibellinos, & alia dubia circa præmiſſos, uide per Bart. in dicto tracta. de Guelphis, & Gibellinis. Corſet. in ſuis ſing. in uerbo ſtatuta nouem, in Addi. incipien. An valeat ſtatutum, & per Boer. in alleg. Tractat. de ſeditioſis, quæſtione. quinta, præſertim, numero quarto, & ſequent. Inter hos minus malos, & Sanct. Roman. Eccleſ. fideles, & deuotos Guelphos aſſerebat Oldrad. conſilio 62. & circa numerũ quintũ, verſic. Nam pro certo. & Petr. de Ancharan. conſilio 271. de titulis, poſt numerum 2. verſiculo ſecundo probatur.*

Nunc

*Nunc Deò Opt. Maximo, & Summis Pontificibus agendæ ſunt gratiæ ex quo memoria Gibellinorum, & Guelphorum periit.*

*SVMMARIVM.*

1 *Priuilegium conceſſum clerico in minoribus conſtituto, an per iudicem ſecularem poſſit grauari, an extinguatur per contractum matrimonialem cum unica virgine.*

## ALLEGATIO XL.

1 AN † priuilegium conceſſum clerico
a in minoribus[a] a poteſtate ſeculari,
b vt[b] non poſſit grauari, vel capi, ꝓ
delicto cuiuſdam hęreditatis extin
guatur ipſo clerico vnicam vxorem, & virginem accipiente. Dicit quod non, quia clericus remanet, & retinet priuilegium clericale, nec poteſt capi, vel detineri a iudice laico occaſione delicti, vel debiti ſui, etiam criminaliter procedi, vel pecunialiter condemnari,
c de cler. coniug. cap. vnic.[c] libro 6. de foro cōpeten. cap. 2. not. de obl. ad rap. capit. vno, vbi perſonalis diſtrictio non permittitur etiam in cauſa cępta coram laico ante clericatum, dum tamen portet habitum clericalem, & ſic conſuluit Lapus.

### Addit. Quint. Mandoſij.

a ¶In minoribus.] *Intellige de clericis quatuor ordines minores tantum habentibus de quibus tracto in prima quæſt. 24. Regu. Cancel. de male promot. numero quarto, & ſeq.*

b ¶Poteſtate ſeculari] *Hic dubitari poſſet quomodo poteſtas ſecularis ſe intromittat in concedendis huiuſmodi priuilegiis clericis, cum laici non habeant poteſtatem in clericos, c. 2. & cap. ſi quis clericum, cum aliis, de foro competen. Amplio etiam ſi ſecularis ſit tex. cap. cum non ab homine, de iud. Grat. reſpon. 87. in pręſenti, num. 3. & ſeq. libro 1. Amplio etiam ſi rex pro ſe conſuetudinem habeat, Rot. 839. vtrum ualeat conſuetudo in antiq. & 2. Biſign. de conſuetud. in antiq. Reſponderi poteſt quòd hic laicus non exercebat iuriſdictionem in clericum, ſuper quo prohibitus reperitur, ad ſupra adducta. Et ita diſtinguit Grat. dicto reſpon. 87. num. 9. Altero modo, & magis clarè reſpondere poſſumus, quod laicus concedendo priuilegium huiuſmodi clerico, nil aliud facit, niſi quod executioni demandat iura canonica in fauorem clericorum emanata, ut apparebil ex hac Alleg. & infra dicendis. Et concedere priuilegia huiuſmodi nil aliud eſt quam abſtinere ab exercenda iuriſdictione in clericos, quod facere non ſolum non reperitur prohibitum, immo eſt conforme iuribus, & laudabile. Poſſemus etiam exponere, A poteſtate ſeculari. i. a legibus per Imperatores promulgatis, ſeu comprobatis. Vel a poteſtate ſeculari, ideſt a ſtatuto alicuius ciuitatis. Et hic videtur eſſe caſus Lapi ſuper ſtatuto Seneſi, vt latius, & clarius per Cardin. in penul. in 4. q. de cleric. coniu. vbi Lap. hic puto citare voluit. Hanc etiam Alleg. citare voluit, qui etiam Cardin. ubi ſupra ſequitur Andrea Barba. conſil. 20. Illud afferam, poſt princ. lib. 2.*

c ¶Lib. 6.] *Vbi etiam videatur Gemin. §. 1. numero 7. & ibi Apoſtil. ad ipſum citat Lap. hic, cum eo reſidens. Lapum etiam ibidem refert, & ſequitur Phil. Fran. in 2. not. poſt numerum 2. Videatur etiam Pariſ. qui alios refert conſ. 153. ad reſolutionem, in princ. volum. 4. Cum Lapo etiam hic concludunt Grat. prææalleg. reſpon. 87. poſt numerum 18. libro 1. Ioan. Franc. à Ripa reſpon. 13. num. 12. de legib. lib. 6. & Lamber. de iur. patr. lib. 6. par. 1. q. 7. artic. 3. num. 5. Vide etiam infra Allegat. 118. quęritur non leuiter.*

*SVMMARIVM.*

1 *Epiſcopus, an poſſit concedere hoſpitali, vt ibi ſit altare, & ſacerdos celebrans, non perpetuus, ſed ponendus ad libitum rectoris hoſpitalis, ſine cōſeſu parochialis presbyteri, & nu. 3. 4. 5.*

2 *Loca Epiſcopo ſubiecta, vel non ſubiecta, quæ ſint.*



## ALLEGATIO XLI.

1 QVæritur † de tribus, nunquid epiſcopus in loco deputato ad hoſpitale pauperum, poſſit per ſuum priuilegium concedere quòd ibi ſit altare, & ſacerdos, & capellanus, non tamē perpetuus, ſed ponendus, & remouendus, per rectorem dicti loci, qui infirmorum indigentias audiat, confeſſiones, & ſacra miniſtret, an in hoc requiratur licentia eccleſiæ parochialis, in cuius parochia ſitus eſt dictus locus, & an ex huiuſmodi altaris, & cepellani conceſ-
2 ſione locus ſubijciatur Epiſcopo. † Ad quorum declarationem præmitto: quod quandoque talia loca ſunt epiſcopis ſubiecta, vt quādo eriguntur cum eccleſia, vel altari, ſeu authoritate diocęſani: vt not. gloſ. ſuper verba. altaria. in clem. quia contingit. de relig. dom.
a aliquando[a] non ſunt ſubiecta, quando non ſunt erecta authoritate epiſcopi, & quilibet ibi domum ſuā poteſt deputare ad hoſpitali-
b tatem pauperum, vt not. in d. gloſſ.[b] & ibi alleg. Primo caſu poſſunt talia accedere ſcilicet altare, & capellanus, vt not. in d. clem. Secundo caſu non poſſunt talia accedere, poſſet tamen ibi eſſe oratorium priuatum, in quo orari, & rectori dicti loci, & infirmis poſſet celebrari, de licentia tamen epiſcopi: vt not. Ioan. Andr. de priuileg. in ijs, ſuper ver. celebrare, & in cap. parentibus, eodem tit. in ver. oratoria, & de cenſi. cap. fi. vbi plenè not. de huiuſmodi oratorijs, & de differentia inter oratoria, & eccleſias. Poſſet etiam epiſcopus concedere altare viaticum, vt not. in dictis iuribus. & quod dixi altari religioſo poſſe talia accedere, intelligitur ex priuilegio, vel conſuetudine, vel ad rectorem parochialis eccleſię, vbi ſitus eſt locus, patet de præſcript. ex tranſmiſſa, de reſtitut. ſpol. ad decimas, lib. 6. & not. in dicta clem. quia contingit, in gl. penul. quibus examinatis.

3 Venio † ad quæſita & dico quòd ſi locus prædictus non eſt religioſus[c] non poſſunt ſibi accedere prædicta ſcilicet altare, & capellanus, qui diuina celebret, & infirmis eccle-
d ſiaſtica ſacramenta miniſtret,[d] niſi dominus, & patronus, & epiſcopus talia concedendo intenderent locum religioſum facere, quod poſſent, & tunc locus ſubijceretur epiſcopo, ſicut & alia loca religioſa ſuæ diocęſis, vt dicta clemen. quia contingit, ad hoc, de hæret. cum ex iniuncto, libro 6. poſſet tamen tali lo-
e co, & eius domino, concedi oratorium,[e] in quo tam dominus, quam infirmi ibidem degentes diuina officia audirent, vt ſupra eſt dictum, nec tamē per hoc fieret ille locus religioſus, vel ſubiectus epiſcopo, quia huiuſmo-
f di oratoria, vel altare viaticum[f] conceduntur per epiſcopos in priuatis domibus, vel perſonis etiam ſine conſenſu alicuius rectoris parochialis. Si autem locus eſſet religioſus, prędicta, ſcilicer altare & capellenus etiam deputari poſſent qui ibi diuina officia celebrarent, & eccleſiaſtica ſacramenta miniſtrarent, ibid. poſſet per epiſcopum concedi, ſicut per præ-
g ſcriptionem[g] poteſt acquiri. † Ad ſecundum an in conceſſione tali exigatur conſenſus rectoris parochiæ vbi ſitus eſt locus, dicit quòd non: quia non poſſet Epiſcopus hoc concedere niſi cum graui præiudicio parochialis eccleſiæ, cum modico[n] tamen præiudicio, & cauſa legitima poteſt, etiam inuito parochiali rectore de eccleſ. ędifi. ad audientiam, & ibi not. in gl. 1. ſuper ea, per Ioan. Andr. in nouel. cum remiſ. ibi ſignatis. Nota bene hoc dictum pro ijs quæ not. in dicto cap. conſtitutus, de relig. dom. & in cap. cum olim, de conſuetud. erit autem cauſa[1] legitima, ſi ibi confluit multitudo infirmorum, in tantum quod rector parochialis, propter multitudinem eorum, vel parochianorum non poſſet illis commodè prouidere. ſolet tamen in ijs conceſſionibus alia recompenſatio cōcedi rectori parochiali vel honoris, vel commodi, & eſt æquum. † Ad tertium quęſitum dico quòd ſi locus erat ſubiectus epiſcopo, fortius remanet ſubiectus, & dictum capellanū pro officijs, & ſacramentis ibidem miniſtrandis ad dictum altare, habebit epiſcopus punire, corrigere & caſtigare, ſed a loco aliquid aliud exigere, quam primo non poterit ſecundum Lapum.

Addit.

Addi. Quint. Mandoſij.

a ¶ Relig.dom.] *Et ad tex.in cap.ad hæc, & ibi Abb.in 1.not.eodem tit. Fed.de Sen.conſilio 111. quæſtio talis eſt, an diœceſanus, poſt princ.verſ.Si autem diceretur, & Pariſ.conſ.34.circa num.46.vol.4. Idem Lap. in tract.hoſpit.num.25.verſic.occaſionibus prædictis, & num.54.verſ.Item quæro ſupra dictum eſt, & per Rom.conſil.409.quo ad primum.num.10.& 12.*

b ¶ Gloſſ.] *Quæ gloſ.in clem.quia contingit communiter approbatur, vt per Docto. ibi & quod communiter teneatur teſtatur Cur.Iun conſ.20.præſupponitur, nu.1. Ad quod etiam Cur.adducit tex.in clem.per literas, & ibi communiter, per Doct.de præben. Pro quo etiam adduco Rot.583.quidā in ciuitate in antiq. Lap.in dicto tract.Hoſpit.nu.35.verſ.Iſtud etiam Pariſ.prælle. conſ.34.nu.9.& ſeq. vbi hanc communem dicit, vol.4.*

c ¶ Religioſus ] *Quomodo cognoſcatur ꝙ locus ſit religioſus, ſeu quale hoſpitale ſit videantur Fed.de Sen.conſ.130 factum tale eſt quedam domus, conſ.Cald.4. de relig. domi.vbi ponuntur ſigna hoſpitalis, Roma. prælleg.conſ 409.nu.10 & 12.Cur.Iun. conſ.20 poſt num.3.Fel.in cap.de quarta, num.13 & ſeq.de præſcrip.Abb.in c.petentibus, in 1.not. & ibi Apoſtil. remittit ſe ad Lap.hic.de priuil.*

d ¶ Miniſtret.] *Facit prælleg. clem. quia contingit, in fi.Rot.10 not.ꝙ eccleſia in antiq.Lap.in præfat.tract.de hoſpit.num.34. verſ.Iſtud etiam.*

e ¶ Oratorium.] *Idem voluit Pariſ.alleg. conſil.34 num.13.& 15.volum 4.De oratorio tracto in 17.quæſt. Regu. de Anna. num.9.& ſeq.*

f Altare viaricum.] *De hoc tracto ſuper ſigna.rubr.de Altari portatili.*

g ¶ Præſcriptionem.] *Prælleg.clem.quia contingit, §.ſi de relig.dom.vbi Card.in ſecunda quæſt.num.3.declarat quod tempus requiratur. Et Lap.in dicto tract.hoſpit.nu. 34.verſ.Iſtud etiam.*

h ¶ Cum modico.] *Vide in ſimi. per pace. de Citadi.de iur.patr.parte 3.quæſt.34.primæ cauſæ, num.48.& Lamber. eodem tra. in 15.art.3.q.1.par.1.lib. Et Lap. hic refert, & ſequitur Fely.in cap.cum inter, colum.3.in prin.de re iud.ver. Adde tamen, vbi hanc Alleg.citare voluit.*

i ¶ Cauſa ] *De cauſis erectionū, & de clauſula ſine præiudicio parochialis eccleſiæ per ſignaturam addi ſolita videantur, quæ ſcripſi ſuper ſigna.rubr.de erectio. & vide per hunc de Hoſpit.num.35.verſ.Ad huiuſmodi occaſionem.*

### SVMMARIVM.

1 *Data intereſſentibus officio funeris habentur loco diſtributionum.*

2 *Intereſſentia diuinorū, an ſufficiat ad perceptionem diſtributionum quotidianarum.*

3 *Intereſſe ſufficit vni actui quantum ad perceptionem diſtributionum illi actui deputatarum.*

## ALLEGATIO XLII.

1 AN † reſidens in vna eccleſia inferiori, qui eſt canonicus in maiori eccleſia, & continuè intereſt officijs funerum quando ad eccleſiā maiorem ſepeliuntur aliqui, vel parochiani, vel eligentes ſepulturā, quid ſi alibi accedunt inuitati, an hic ſicut cum eis intereſſens diuinis debet habere funeralium portionem, ſicut alij canonici, de iure dicit quod ſic, ꝗa intereſſenti diuinis debentur quotidianæ diſtribu-
a tiones, [a] nam appellatione quotidianarum diſtributionum comprehenduntur illa funera-
b lia, [b] quæ inter eos manualiter diuiduntur propter intereſſe illi actui, concludens quòd ſicut conſuetudo non facit vt non intereſſen-
c ti debeantur: ita nec valet conſuetudo [c] vt intereſſenti non debeantur, per locum ab oppo-
2 ſitis. † Not.quod intereſſentia diuinorum ad quotidianas ſufficit ſine reſidentia. Addit. D.Anton. Contra hoc facit tex.in clemen. prima de reliq.& ve.ſanctorum, circa finem, vbi habetur quòd ille qui intereſt in octaua Corporis Chriſti miſſæ, & non alijs horis, nihil habet, niſi cuilibet interſit, & tamen illi dies dantur tanquam diſtributiones, vt ibi dicit tex.& ſic patet quòd ad hoc, vt quis habeat diſtributiones ſimul aſſignantur pro toto die, nec etiam ſufficit intereſſe parte horarum, ſed oportet quod omnibus interſit, & ita procedit clement. aut diſtributiones aſſignantur particulariter: vt quia intereſſenti veſperis tantum, & tunc procedit dictum Lapi hic, & Domin.Anton. Domini. de ſan-
3 cto Gemin. † Item quòd ſufficit in vno actu
d diuinorum [d] intereſſe quo ad diſtributionem illius actus licet non interſit in alijs. Item quod diſtributiones dicuntur quæ dantur in funeribus, & loco diſtributionum præſententur, & concludit omnia prædicta procedere etiam non obſtantibus particularibus conſtitutionibus eccleſiæ maioris oppoſitū dicentibus, quia quod non poteſt conſuetu-
e do, nec etiam poteſt ſtatutum [e] Lapus.



Addit.Quint.Mandoſij.

a ¶ Quotidianæ diſtributiones.] *De iis tracto ſuper ſigna.rubr.de Penſio.ver.Penſiones non dantur ſuper diſtributionibus quotidianis. Et aliqua ex ibi poſitis huic Alleg.inſeruient.*

b ¶ Funeralia ] *Sequitur Mil.repertor.in verbo diſtributionum quotidianarum appellatione comprehenduntur portiones funerales. Intellige etiam in iis quæ dantur pro anniuerſarijs, prout voluerunt allegantes Lap.hic Nicol.de Vbal. de ſucceſſio. ab inteſt.dum de ſucceſſ.clericorum ſecularium tractat quæſt.6.poſt numer.19. & Rebuff. ſuper concord.de collatio.§ 1. in verbo diſtributionum.*

c ¶ Conſuetudo.] *Melior videtur hæc opin.quam illa ſupra Alleg.35.ad finem, & illam reprobat, & hanc ſequitur Mil. in Repertor. in ver. Conſuetudo non valet quòd diſtributiones. Idem videtur velle Gemin.in cap.vni.numero 3.in 1.quæſt.& ibi Apoſtil.remittit ſe ad hanc Allegat. & Lap.etiam citat, & ſequitur Franc.ibidem, 1.reſpon.ante num.2.de cle.non reſid. lib.6.& etiā in § diſtributiones, poſt princ. & ſuper gl.fi.in fi.*

d ¶ Vno actu.] *Idem voluit Franc.in cap. vni.§.ſtatuimus, ad fin. de cler. non reſid. lib.6.& Lap.hic refert, & ſequitur Pariſ. conſilio 32.licet, numero decimotertio, volumine 4.*

e ¶ Statutum.] *Sequitur Franc.in alleg.capit.vni.§.ſtatuimus, numero 4.ſuper gloſ. in verbo ordinationem, de cle. non reſiden. libro 6.*

### SVMMARIVM.

1 *Dicere ſolemnia ſeruaſſe, an præſumatur pro ſententia confirmationis, quando hoc factum eſt abſente parte.*

## ALLEGATIO XLIII.

1 APprobat opin.Innoc.de off.delegat. cum in iure. quod non præſumatur pro ſententia confirmationis, † in qua dicit ſe ſolēnia ſeruaſſe, quan-
a do eſt lata abſente parte, [a] & pro iſto dicto videtur tex.in cap.querelam, de elect.de iure patr.illud, & c. paſtoralis, in quibus patet ꝙ
b non confirmat præſentatum, ſed inſtituit, [b] ad idem de præbend.c.1.lib.6.in clem.1.& 2.de iure patr.non vtitur verbo admittere. Secundo, dicit quod non valet confirmatio ad actū
c præſentandi, quia matrimonium [c] non contrahitur ex præſentatione, & ſic non debet fieri confirmatio, ideo oportet quòd ius ex inſtitutione conferatur a prælato, alleg. de off. delegat.dile.

Addit.Quint.Mandoſij.

a ¶ Abſente parte.] *Idem voluit Abb.in alle.c.cū in iure, nu.7.& ibi Apoſt.ad Lap. hic.*

*hic ſequitur.Et Lap.etiam refert,& ſequi-
tur ibidem Fely.poſt numerum 6.in 2.con-
cluſ.alios etiam referens. Videatur etiam
Abb.in cap.quoniam contra,numero 19.
& 26. & ibi Apoſtil. in uer. adde an pro
ſententia præſumatur,& in ver.viſis,ad fi
nem,ad hunc ſe remittit. vbi etiam videa-
tur Fel.in ſecunda fallent.poſt numer.36.
qui ſub alio numero hanc allegat.citat. de
probat.*

b ¶ Inſtituit.] *Vide Lap.ſupra alle.8.præ-
ſentatus per patronum,& ibi ſcripſi in pri
ma Ampliatione. Quibus addo tex. & ibi
Abb.in 3.not.in cap.fina.de iure patro.ubi
quod patronus non eligit,ſed præſentat, &
epiſcopus præſentatum non confirmat, ſed
inſtituit.Et Lap.hic ad hoc citat, & ſequi-
tur Lamber.de iure pat par.3.lib.ſecundo,
quæſt.prima,artic.2. poſt numerum 2. &
num.3.& ſeq.*

c ¶ Matrimonium.] *Prout in cap.paſtora-
lis,de iur.patron.& ad alia quæ adduco ſu
pra allegat.octaua, in verſiculo præſenta-
tionem.*

*SVMMARIVM.*

1 *Fratres Carmelitæ, an ſint mendican-
tes.*

2 *Regula Carmelitarum non continet fra-
tres ſuos eſſe mendicantes, ſed here-
mitas.*

3 *Simplex reputatio, ſeu nominatio non
reddit verum eſſe de quo putatur, aut
dicitur.*

4 *Status an poſſit pro ſe præſcribi ſi pati-
tur per 40.anno.ſe talem nominare, &
reputare.*

## ALLEGATIO XLIIII.

1 AN† fratres de Carmelis ſint men-
a dicantes,[a] quod ſunt mendican-
tes allegat de relig.dom.libro 6.
cap.vnico,§.cæterum, vbi nume-
rantur inter mendicantes.Ad hoc gl.1.in ver.
ſolide.ad hoc facit prorogatio.Io.22.de con-
ſtitut.cle.dudum de ſepul.vt no.Ioan.And.in
cap.omnis vtriuſque ſexus,de pęni.& remiſ.
ſuper gl.excu.& in regula iuris quę a iure.de
re.iud.lib.6. Ad hoc conceſſio Bonifacij viij.
de eccleſia S.Martini in montibus Romæ,vbi
faciens mentionem de mendicantibus dicit
de quorum numero vos eſtis. Item quia lon-
giſſimis temporibus nominati,habiti,& repu
tati fuerunt mendicantes,& continuè portan
do ſportam mendicauerunt per vniuerſum,
& ex conquæſtibus in certa mendicitas victũ
tribuebat, & tales præſumendi ſunt, &c. de
ſtatu.regula recolentes,de ſent.excomm. ſi iu
dex laicus,libro 6.ad hoc glo. ord. in clem.vt
profeſſores de regulari. In contrarium quia
in ſui primæua inſtitutione non fuerunt men
dicantes, immo heremitæ, nec alia conſtitu-
tione poſtea facti ſunt mendicantes: nam in
2 tota ſua regula † non reperitur verbum in
quo appareat eos eſſe mendicãtes niſi vnum.
Et quia vos oportet frequentius mendicare
itinerantes, ne ſitis hoſpitibus oneroſi extra
domos veſtras ſumere poteritis pulmenta co
cta cum carnibus, & ſuper mare poteritis ve-
ſci:quæ verba potius innuunt quòd mendi-
cantes non ſunt,quia non itinerantes non ha
bent mendicare. Nec ſunt illa uerba ſola ſuffi
cientia ad inducendum ſtatum mendicitatis,
nam quod magna deliberatione, &c.l. fin.C.
commiſ.vel epiſc.ad hoc, quia ipſorum con-
ſtitutio prohibet venditiones poſſeſſionum,
alienationes, abſque conſenſu prioris gene-
ralis prouincialis,ſub graui pęna.Hoc autem
repugnat ſtatui mendicitatis,vt in d.capit.de
relig.dom.§.confirmatos, ideo concludit eos
non fore mendicantes.Non obſt.§. cæterum,
quia non dicit diſpoſitiuè, ſed narratiue, de
priuil.ſi papa,lib.6.Et ſic loquitur habito re-
ſpectu ad communem modum loquendi. Ad
prorogationem Ioan.22.reſpondet quod illa
non facit eos mendicantes,ſed potius contra,
quia opus fuit prorogatione eo quòd illos
non comprehendebat. Non obſt. quòd lon-
giſſimis temporibus fuerunt ſic habiti & no-
minati quia plures ſunt poſſeſſionati.
3 Item† ſimplex eorum nominatio,vel reputa-
tio non potuit eis indicere ſtatum mendici-
tatis,addunt quandam commiſſionem,& re-
latonem papæ factam, in qua retulit inueſti-
gans authoritate papæ, ꝙ non erant mendi-
cantes. Nec obſt. quod mendicent de facto,
quia



b quia[b] hoc faciunt propter defectum poſſeſ-
ſionũ ſicut faciunt ſerui, qui tamen non ſunt
mendicantes,vt not.Ioan.And.de relig.dom.
cap.1.libro 6.vel faciunt ꝑꝑ maiorem profe-
ctum humilitatis: dicit tamen ꝙ non audet
firmare pedem.ad iſta enim vrgent opin.ſup.
alleg.In contrarium vrget cõis opi.orbis quę
eſt quòd ſint mendicantes. Nunquid autem
dato quòd non fuerunt mendicantes inſtitu-
tione regulæ,ſi tamen,a 40.ann.citra ſint habi
ti,retenti,& ſe geſſerunt pro mendicantibus,
4 & ſic paſſi ſunt ſe nominari, & tractari, † an
talis ſtatus ſit præſcriptus ꝓ ſe, vel pro alijs.
Et contra eos facit ꝙ ſic,de præbend. cum de
beneficio,libro 6. vbi beneficium quod con-
ſueuit regi in ſtatu regulari efficitur ſeculare,
idem forte e conuerſo.Licet Roſ.in ſuo libel
lo iuris canonici ſub rubrica vtrum domus
c religioſa in ſecularem[c] vſum conuerti poſ-
ſit,teneat id verum, quando de ſtatu ſeculari
conuertitur in regularem,ſed cum tractamus
de conuerſione non mendicantium ad ſtatum
mendicantium,& ſic ad ſtatum arctiorem,vi-
detur a paritate rationis quòd optimè id fie-
ri poſſit,& operari præſcriptio, & conſuetu-
do,& maximè generalis totius orbis, quæ æ-
quipollet legi,ad hoc de pręſcript.de quarta,
de cap.poſ.cum eccleſia,de conſue.c.vl.lib.6.
Ad hoc de eccleſia.ędific. ad audientiam, &
hoc fortius ſi ſit tantum temporis cuius ini-
tij memoria[d] non exiſtit,de præſcript. cap.1.
lib.6.& quod no.de cenſ.peruenit,niſi aliqua
fecerint contra ſtatum mendicitatis, vt reti-
nendo bona,& poſſeſſiones,vt faciunt carme
litæ,vide alleg.30.

### Addit. Quint. Mandoſij.

a ¶ Mendicantes.] *Lapus hic arguit ad
partes, tandem dicit quod non audet firma
re pedes. Ad Lap.hic ſe remittit Apoſtil.
ad Abb.in cap in præſentia,poſt nu.61.
in ver.adde,an fratres minores,in fine, li-
cet alleg.hanc ſub falſo numero citet, de
probat. Ego autem dico quod communis,
& vera opin.eſt pro affirmatiua, & ſic ꝙ
ſint mendicantes,prout firmat Ioan. And.
in c.quorundam,num.4.de elect.libro 6.&
Ang.conſ.91. Sancta Carmelitarum, in
princip.Et hanc opin. affirmatiuam tenue-
runt citantes Lap.hic,eiuſque dicta reaſſu-
mentes,Gemin.in cap.vni.§.fin.num.7. &
Franc.in §.confirmatos,num.3.de relig.do.
lib.6.Idem voluerunt gl.in clem.1. in ver.
quoſlibet,& ibi Bonifa.de Vital.in 17. no.
num.46.de regula, Fel.in d.cap.in præſen-
tia,num.53.verſ.Quid autem de fratribus
Carmelitanis,de proba.& ibidem D.meus
Phil.Dec.qui hanc alle.citare voluit, ante
num.71.ver. Quid autem de fratribus Car
melitanis,Apoſtil.ad Gemin.in alleg.cap.
vnic.§.confirmatos,in verſic.ad mendican
dum,de relig.dom.lib.6.Iaſ.in aut.ingreſſi,
poſt numerum 24.verſ.Item ꝙ Carmelita-
ni non poſſunt habere proprium, C.de ſa-
croſan.Eccleſ.Bene.Vad. Foro Sempro.in
Reper.ſeu indice ad commentaria, Fely. in
ver.fratres Carmelitani,an ſint mendican
tes. De ijs,& aliis fratribus mendicanti-
bus tracto in tertia quęſtio.23. Regu.de
Mendican.*

b ¶ De facto.] *De quibus mendicantibus de
facto,vide per hunc ſupra allegat. quarta,
ante numerum 3.& per me in 3.quęſt.23.
Reg.num.5.*

c ¶ In ſecularem.] *De reductionibus ad ſe-
cularitatem tracto ſuper ſigna. ſub hac
rubric.*

d ¶ Memoria.] *Simile ſupra alleg.38.an
dignitas, poſt numerum 2. & ibi addo in
ver.non extat.*

*SVMMARIVM.*

1 *Ordinarius,an in cauſa matrimoniali poſ
ſit committere examinationem ad a-
lium locum, vbi dubitatur de ſecundo
matrimonio.*

2 *Vna parte in iudicio producente non
eſt altera pars arctanda ad producen-
dum.*

ALLE-

## ALLEGATIO XLV.

1 AN † in cauſa matrimoniali teneatur ordinarius committere examinationem teſtium ad locum alium, vbi dicitur contractum aliud matrimonium ante, propter quod de ſecũdo dubitatur, & ꝙ poſſit, ſi velit, [a] omnes concordant. alleg. dictum Archid. de teſt. præſentiũ, libro 5. quod ponit Ioan. Andr. ſuper gloſ. 1. in nouel. vbi dicit ꝙ eſt in arbitrio iudicis talis commiſſio quę fit de examinatione ad aliũ locum, in auth. eodem tit. §. quoniam, & quod ibi not. Spec. in tit. de teſt. §. iam nunc. verſicu. ſecundum præmiſſa, vbi ſi committatur dicit quod examinat authoritate iuris quod ibi dicit Io. And. verum in ordinario, ſecus in delegato, per decret. ſtatutum, de reſcrip. §. penul. lib. 6. & ponit Spec. in tit. de teſte, §. qualiter, vbi ſcribit, & de iura. calum. §. reſtat, verſicu. quid ergo, vbi tenet ꝙ ordinarius indifferenter poteſt committere, & eius formam ponit, de teſt. §. qualiter non poteſt, verſ. ſunt autem. Et idem tractat, eodem tit. §. nunc tractandũ,
b in princ. Concludit [b] de iure ordinarium teneri ſi proponantur teſtes fore de alia ciuitate, & hñi non poſſe, ne pereat facultas probandi, & veritas, vel iuſtitia ſine culpa partis, & maximè in cauſa matrimoniali, ne hoc prætextu aliqui remaneant in peccato, adhoc, de off. ord. ſignificaſti, & quod ibi not. gloſſ. 2. ad hoc 33. q. 2. in ſum. & ibi gloſ. ord. ad hoc decre. 1. de teſt. co. ad hoc ſtilus curiæ, qui committit in matrimoniali, & tamen habet ordinariam vbi libet, & qui poſſet ibi teſtes arctare, licet non ordinarij, adhoc allegat. gloſſ. in clem. 1. de off. deleg. in ver. ciuili, ad hoc, c. ſi qui teſtamentum, de teſti. 1. q. 2. cap. fin. & ibi gloſ. ad hoc decret. conſtitutus, de fideiuſ. in glo. ordinaria, reſcript. ſtatutum, in verbo expenſ. ad hoc, de priuileg. cum olim, per quod
2 patet quod hoc eſt verum, † ꝙ vbi vna pars produxit, altera non arctatur [c] ad producen-
c dum, & vide Ioan. And. teſtib. cum olim, ſuper gloſſ. 2. ad hoc gloſ. 1. decret. cupientes, §. Iul. quæ non arctat ad producendum teſtes, quia difficulter produci poſſent, ad hoc gloſſ. de teſt. cum olim in gloſſ. finali. De dilatione autem danda quando conceditur remiſſio habetur de teſtibus, vltra tertiam, & vide moram
d dilationum [d] quam ſeruat Papa, quando dat dilationem ad producẽdos teſtes extra curiã, in Specul. de dila. §. videndum, ver. & not. ad quod facit decre. præſentium, de teſtib. lib. 6. & ibi not. gloſſ. Nec obſt. quod not. Ioa. And. de fi. presby. conſtitutus, ſuper glo. pen. ſuper ver. deberi, quia ibi recitat dictum Hoſtienſ. Nec obſt. decr. 1. de conſang. & affini. quia ibi loquitur in ordinario, & de teſtibus, qui ſunt
e in loco, [e] & non de remotis. Lapus.

### Addit. Quint. Mandoſij.

a ¶Si velit.] *Hæc prima concluſ. Lapi veriſſima eſt quòd iudex quando ſibi viſum fuerit poſſit literas remiſſoriales concedere, l. 3. ad finem, ff. de teſtib. l. iudices, cum ſua auth. ubi omnes, C. de fide inſtrum. & per alios quos cito in 19. cõſ. in ver. remiſſoriã? vbi probo quòd iudicis arbitrio remittitur quando remiſſoria concedenda, vel deneganda ſit. Et in commiſſionibus pro remiſſorijs decernendis extra Rotam (cum in Rota abſque illis decernantur) ſemper apponi conſueuit clauſula, Arbitrio ſuo decernat. Ibi etiam declara quomodo, & qua ratione procedat illud quod paſſim in Rota audimus quòd pro remiſſoria obtinenda requiratur fumus, & quod abſque fumo præſertim in beneficiarijs, & ſpiritualibus remiſſoria regulariter denegari ſoleat, & quomodo accipiamus, ſeu interpretemur hunc fumum.*

b ¶Concludit.] *Hoc dictum Lapi reaſſumit Card. in clem. iudices, in 6. q. ſubdens quòd habet quoddam conſil. Lapi de Caſtil. cum quo tandem reſidet, de off. deleg. Lap. etiam hic ſequitur, & ad ipſum ſe remittit Fely. in cap. cum cauſam, poſt num. 31. de teſt. cum Lapo etiam concludit D. meus in c. 1. nu. 24. ver. contrarium tamen, ubi teſtatur hanc eſſe communem opinionem, de appel. & in cap. quoniam, nu. 4. de teſt. Ad Lap. ſe remittit Philip. Franc. in c. præſentium, num. 13. eodem lib. 6. Cum Card. & Lapo hic concludit etiam Paul. de off. & poteſta.* cap. ſe-

*capit. ſede vacante, in 10. quæſt. prima, q. princ. poſt numerum 11. cuius verba in libro meo corruptè ponuntur, ego hoc modo emendaui, Lap. Alleg. 45. cuius conſil. refert, & ſequitur Cardin. in clemen. prima, de offic. deleg. conſulit indiſtinctè quod ordinarius tenetur ad hanc remiſſionem faciendam, ne probandi facultas anguſtetur ſine culpa partis, &c.*



c ¶ Non arctetur.] *Tex. in alleg. hic, c. cũ olim 1. de priuileg. videtur contra opin. Lapi hic: dicitur enim ibi, vt apud ſedẽ Apoſtolicam probarent quæ vellent, vbi onus probationis pars altera ſubijſſet. Contra Lap. etiam eſt gl. ibi in ver. onus probationis adducit rationem, quæ eſt vt hinc inde ſeruetur æqualitas. Iſta etiam opponunt Anton. de Butr. & Anch. ibi in 9. notab. et in 1. oppoſ. Breuiter opin. Ioa. And. de qua hic quam Lap. ſequitur communiter tenetur, vt per Abb. in dicto cap. cum olim, ante numer. 5. Et hanc Allegat. citat, & ſequitur Fely. in c. cum cauſam, ante nu. 32. de teſtibus.*

d ¶ Moram dilationum.] *Aliàs morem dilationum, quem obſeruat in cap. licet. de probat. & in cap. præſentium hic adducto fit mentio de duobus, vel tribus menſibus pro remiſſoria, Spec. verò hic citatus, verſ. & not. quòd cum dantur communiter dilationes, tam actori, quã reo, tractat cui dentur prius dilationes, & quando viciſſim. Concludo ꝙ ex Lapo hic, & ſupra adductis elici non poteſt qualis, & quanta eſſe debeat mora dilationum huiuſmodi. Ego autẽ dico ꝙ de iure omnis dilatio eſt arbitraria iudici, habita tamen ratione diſtantiæ, loci, qualitatis perſonarum, & cauſę. Quibus conſideratis longiorem, vel breuiorem dilationem concedet, argum. text. in l. 2. & ibi per Bar. ff. de iud & argu. tex. in c. quo ad conſultationem, verſ. ſed nec, iun. glo. in ver. arctari, extra eod. per Caſſa. Dec. 3. in prin. de dilatio. Pluries in Rota ſeruari vidi ꝙ pro exequẽdis remiſſorijs in partibus Hiſpaniarum (quarum cauſæ in Rota frequentiores ſunt) cum omnibus ſuis prorogationibus conſuetis, dantur in totum ſeptem menſes, hoc modo videlicet, primo conceduntur quatuor menſes, poſtea datur prorogatio ad alios duos menſes, poſtremò ad alterum menſem, & hoc niſi aliquod magnũ impedimentum præſertim facto aduerſarij interceſſerit, quo caſu vlteriores, & longiores termini iuxta caſuum contingentias concederentur. Melior autem text. qui ſit in iure pro huiuſmodi dilationibus, & terminis optimè diſtinguens eſt in l. prima, C. de dilat.*

e ¶Qui ſunt in loco.] *Si probatio in loco iudicij veriſimiliter fieri poſſet, remiſſoria indiſtinctè denegaretur, iuxta tex. in l. iudices, ibi, occaſione teſtium in alijs locis degentium, & in auth. apud eloquẽtiſſimum, C. de fide inſtrum. per Cardi. in clem. 1. poſt num. 10. de off. deleg. dum reſpondet ad capit. 1. de conſan. & affin. Amplio ut remiſſoria denegari debeat etiam ſi teſtes nunc abſint a loco iudicii, ſi pars prius eos examinari facere potuiſſet dum ibi reperientur, prout poſt Ang. no. Iacob. de S. Georg. in l. de die, §. tutor. num. 10. ff. qui ſatiſd. cogant. plura alia circa literas remiſſoriales videri poterunt in mea com. 19.*

### *SVMMARIVM.*

1 *Stans in monaſterio per quinque menſes, & egreſſus extra per tres, vel quatuor horas demum ad inſtantiam fratrum redit ad religionem, & fecit profeſſionẽ animo ſe illi tantum religioni obligãdi, &c. an poſſit ad vitã ſecularem redire. Item an poſſit in ſeculo licite remanere, & matrimonium contrahere. 5. Item an poſſit teſtamentum conditum reuocare, & de nouo teſtari 7.*

2 *Profeſſio religionis requirit annũ elapſum completum & continuum ſine interruptione.*

3 *Annus probationis quare detur religio-*
*nem profitere volentibus.*
4 *Vna & eadem res non patitur diuerſos ef-*
*fectus.*
5 *Illicite profeſſus in ordine mendicantium,*
*an poſſit ad ſeculum redire.*
6 *Profitens religionem non approbatam, an*
*poſſit exire & matrimonium contra-*
*here.*

## ALLEGATIO XLVI.

1 IN † Dei [a] nomine amen. Factum
2 ita ſe habuit quidam iuuenis æta
tis 14. annorum in 1368. die 5.
Ianuarij ingreſſus in monaſte-
rium fratrum prædicatorum, vt experiretur
regulam, & auſteritates eorundem, & ibidem
moram traxit ſeptem menſibus, & diebus ali
quibus, & demum voluntate propria cum
conſilio, & auxilio ſuorum conſanguineo-
rum exiuit de dicto monaſterio, & habitum
dictæ religionis dimiſit, vt apud domũ pro-
priam, vt ſecularis viueret, & reuerſus in lai-
cali habitu extra dictum monaſterium ſtetit
horis 4. vel circa. Præfati fratres petentibus
amicis medijs dederunt operam, & obtinue-
runt prædictum iuuenem, & prædictos con-
ſanguineos de quorum conſilio egreſſus fuit
dictum monaſterium capi, & detineri vin-
ctos, & ſic captos, & vinctos detineri prope
duos dies, vt idẽ iuuenis reduceretur ad mo-
naſterium a quo egreſſus fuerat, quibus ſic ſe
habentibus prædicti fratres inſtiterunt apud
dictum iuuenem ſic captum, vt rediret ad di-
ctum monaſterium. Iuuenis vero videns ſe,
& ſuos captos, & inuitos detineri, & territus,
& timens ſui, & ſuorum moleſtiam, & pœ-
nas alias, aſſenſit perſuaſionibus ſupradictis,
& reſumpto habitu cum prædictis fratribus
redijt ad dictum monaſterium, & moram ibi
traxit per quinque menſes, ad requiſitio-
nem dictorum fratrum ibidem fecit profeſ-
ſionem expreſſam, die 11. menſis Ianuarij
anno reuoluto gerens in mente ſua in dicto
loco, & cum dictis fratribus prædicatoribus
vitam gerere, & non alibi, vel cum alijs alte-
rius ordinis fratribus, & poſt ipſam profeſ-
ſionem ibidem moram traxit per ſex menſes,
& depoſito habitu demum rediẽs ad domum
propriam, vt ſeculariter viueret eſt reuerſus.
Inſuper idem iuuenis in ſtatu nouitij exiſtẽs
ad requiſitionem, & ſuaſionem dictorum fra
trum ante dictam profeſſionem condidit te-
ſtamentum, in quo fratres prædictos hęredes
inſtituit. Ex pręd ictis quæritur vtrum ipſe po
terit monaſterium exire licitè. Et an poſſit in
ſeculo licitè remanere, & matrimonium ſi vo
luerit contrahere. Et an poſſit dictum teſta-
mentum per eum conditum reuocare, & de
nouo pro libito voluntatis teſtari. Et vt ve-
ritas clarius eluceſcat, venio ad prædicta per
ordinem, & ad vtranque partem arguam, &
demum eliciam quæ putauero veriora. Et
primo videtur quòd dictus iuuenis non po-
tuerit dictum monaſterium exire licitè.
Nam iſte profeſſionem expreſſam fecit imple
to anno quartodecimo cum intraret in 15. vt
patet in themate, quo caſu licitum eſt men-
dicantibus ad profeſſionem recipere, de re-
gula. capitulo primo, libro ſexto, immo, & ſi
profeſſionem expreſſam non feciſſet, ſed per
b totum annum 15. [b] habitum geſſit indiſtinctè
veraciter dicitur profeſſus, vt in dicto capitu.
lo, §. cum vero, immo profeſſione facta ante
14. ann. poteſt habere ratam in 15. & erit vere
profeſſus, vt in dicto capit. in princip. Vnde
cum dictus iuuenis ſteterit in monaſterio per
annum, & anno completo profeſſionem fecit
& poſt profeſſionem, & poſt annum ſicut per
ſex menſes, videtur ſine dubio obligatus di-
cto monaſterio, & ſic licitè exire non potuit.
Nec obſtat huic concluſioni quòd non ſtetit
in dicto monaſterio per totum 15. annum con
tinuum, cum proponatur in themate quod
exiuit infra 14. an. & extra moram traxit: quo
ſpatio temporis deducto de anno, profeſſio-
nis tempore, annus non erat completus, ſecun
dum ea quæ notan. Ioan. Andr. in regula eum
qui. de re. iur. libro ſexto, in vltima gl. & Spe.
in Spec. de ſtat. re. verſicu. 38. & Bartol. Brix.
in ſua quęſtio. venerabili quæ incipit quidam
intrauit monaſterium, vbi videtur dicere quod
exeunti monaſteriũ non datur ad probandũ
c dum nouus annus, ſed coniungantur [c] prima
tẽpora cum ſecundis. In contrarium ar. & vr
quòd potuerit liberè exire, nam dicta profeſ-
ſio facta per eũ nõ tenuit, ſed fuit nulla ipſo
iure. nã fuit facta in monaſterio mendicãtium
vbi ante completũ annum probationis profi
teri non poteſt de iure, vt de regula. capitu. 2.
libro 6. & non præſtat impedimentum quod
de



de iure non ſortitur effectum: vt eodem, lib. in
re. iu. non præſtat: quòd autem ante annum
exiuerit patet in themate, quia intrauit die 5.
Ianuarij, & fecit profeſſionem die 6. reuolu-
to anno: vnde deducto ſpatio temporis quo
ſtetit extra monaſterium, non fuit annus com
pletus, & continuus, quod requiritur vt ſta- f
tim dicam, immo ſi ſufficeret continuare tem-
pora ſecunda cum prioribus deducto tempo-
re quo ſtetit extra, non eſt completus annus
2 ante profeſſionem, ſed requiritur annus † cõ-
pletus, & continuus, & non ſufficit coniunge-
re priora tempora cum ſecundis, probatur a-
pertè primo per textum decret. ad apoſtolicã,
d de [d] reg. qui loquitur generaliter, l. prima, §.
generaliter, ff. de leg. præſt. & per hoc quod
poſſit alias dari caſus in quo iſte nõ probauit
auſteritatem religionis, vt quia nõ fuit in ad-
uentu, nec in quadrageſima, & ſic vigilias ma
gnas, abſtinentias, & orationes non proba-
uit, antequam ad profeſſionem reciperetur;
quaſi contra mentem tex. qui eſt vt bene pro-
bet auſteritatem religionis, quæ ſtat in conti-
nua obedientia, vt in capit. porrectum, & ibi
not. & non probauit bene omnia talia ſi fiant
3 tales interpellationes. † Item iſte annus datur
a iure in fauorem monaſterij, vt mores profi-
tendi experiantur, 18. quæſt. ſecundo mon. &
in dicto capitulo, ad apoſtolicam, & fuit mẽs
iuris, vt experiantur omnes auſteritates, quæ
conſiſtunt in continua clauſura, & in con-
tinua caſtitatis obſeruantia, in continua ob-
ſeruantia ieiuniorum, & vigiliarũ, & officio-
rum, ſed ſtans interpolatim hoc continuè nõ 4
experitur, ergo ideſt dare in ordine mendi-
cantium quòd quis profitetur ex parte in par
te auſteritatis. Pono enim quòd in principio
ſeptuageſimæ exiuit, & in Calendis Maij poſt
Paſcha Reſurrectionis rediens, annum perfi- g
cit interpolatim, & nõ probauit auſteritatem
ieiuniorum. Item ſequeretur abſurdum, ſcili-
cet quòd in 18. menſibus ſex menſibus exiuiſ-
ſet, vnico tamẽ menſe vice qualibet extra ma
nens, & incontinenter, & laſciuè viuens, ipſo
completo ad monaſterium rediret, & ſic in fi-
ne 18. menſium foret profeſſus. Item cum lex h
loquatur ſimpliciter de tempore [e] intelligi-
tur de continuo, ff. de diuer. & tempor. pręſcr.
l. prima, & ibi not. videtur tex. de elect. cupien
tes, §. cęterum, & capitulo, prouidè, libro 6. ff.
de publicat. l. finali, §. quoties, ad idem faciunt
omnia iura dicentia curſum præſcriptionis
per actum contrarium interrumpi, vt ſit opus
noua pręſcriptio. de præſcriptio. capitul. au-
dient. Ad idem facit, l. graue, ff. de ijs qui not.
infam. ad hoc etiam facit quod no. Ioan. And.
poſt Ioan. Mon. de hæret. cum contumacia, in
gloſſ. per annum, libro 6. & ibi dicitur quòd
dictio per [f] de ſui natura ſignificat continui-
tatem, alleg. capit. graue, de præben. 7. quęſt. j.
præſentium. Et hanc partem confirmat domi-
nus meus Ioan. de Lign. in dicto capit. ad apo
ſtolicam. Ad dictas rationes & iura notata in
contrarium per ſe in prælleg. loco reſpõdet
quòd allegat. per eum nil faciunt, ad not. per
Io. And. in d. regul. eum qui certis, & per Bar-
tol. Brix. in dicta quæſtione reſpondet quòd
intelliguntur cum quis ſtat per annum in mo
naſterio, & exiuit ante profeſſionem, & po-
ſtea redijt, qui caſus eſt valde diſſimilis cum
primo, & diuerſus a caſu de quo quæritur,
primo iſte erat in probatione, & deliberatio-
ne quia talis annus datur etiam in fauorem
ſui, & ob fragilitatem humanæ conditionis,
vt in capitulo ſecundo, de regula. libro ſexto,
ſed exeundo, & dimittendo habitum, vt in
themate proponitur, videtur ipſo facto deli-
beraſſe ſe nolle profiteri, ſeu ſe non poſſe pa-
ti auſteritatem clauſuræ, & ſic confirmatum
fuit pro hac vice propoſitum ſuum, unde mu-
tato poſtea nouo propoſito, opus erat nouo
tempore ad iterum probandum, & deliberan
dum. Nam ex eodẽ tempore probationis non
potuit ſequi placentia, & diſplicentia, & ſic
etiam monaſterium, quia iſta ſunt aduerſan-
tia, & una, & eadem res † non debet pati di-
uerſos effectus. præterea ex ijs quæ inordina-
tè procedunt nil ordinatè ſequi poteſt, de ac-
cuſat. qualiter, ideſt: & vbi fundamentum eſt
vitioſum nil tutè ſuperędificari poteſt, prima
quæſt. 1. cum Paulus, [g] ſed iſte regreſſus quem
fecit prædictus iuuenis ad dictum monaſte-
rium, fuit inordinatus, & vitioſus, nam dictus
iuuenis captus, & inuitus detentus rediit ad
monaſterium. Et ſicut matrimonium carnale
debet eſſe liberum, de ſpon. cum locum, ita &
matrimonium ſpirituale quod maius eſt ma-
trimonio carnali, capitulo primo. [h] Sed hic
iuuenis per dictos fratres mendicantes in ſua
deliberatione iam facta, fuit impeditus, &
coactus, & ſic præſumitur non ſpontè, ſeu fer
uore ſpiritus redijſſe, & quia talis coactio fuit
facta operatione fratrum, & per conſequens
impediuerunt conſtitutionem, ideſt annum

probationis,ſub pœna nullitatis. Sed etiam
quòd infra ipſum annum quemlibet non im
pediant quominus ad ſeculum redeat, prout
de ſua voluntate proceſſit, vt in dicto verſic.
quòd ſi forſan repetitur coniunctim genera-
liter tota prohibitio ibi contra hanc proba-
tionem, &c. prohibitio autem prædictorum
emanauit coniunctim, & ſub principali ver-
bo non præſumatis, ergo receptio poſtea fa-
cta de dicto iuuene non tenuit. Præterea di-
ctus annus probationis, vt ſupra eſt dictum
datur etiam fauore monaſterij: vt monaſte-
rium probet mores ingreſſi, ſi bonos mores
habeat, & ſi voluerint admittant: & ſi malos
mores habeat, puta quia non eſt aptus ad re-
ligionem, vt quia auſteritates regulæ pati nõ
poteſt, aut non vult, eum extra remanere vo-
lentem repellant. Sed cum iſte infra proba-
tionis annum fugiendo exiuerit extra mona-
ſterium, & habitum dimiſerit, apparuit eis
quòd bonos mores non habuit, & religioni
aptus non erat: ergo eum repellere debue-
runt,non per violentiam reducere,& ſic con-
tra mentem iuris hoc fecerunt in præiudiciũ
monaſterij ſui, & ex dolo ſuo; & ex ijs quæ
contra prohibitionem iuris fecerunt commo
i dum [i] reportare non debent. Et iſtam par-
tem credo veram de iure quæ difficilibus, &
inconuincibilibus rationibus comprobatur,
& hoc idem videtur ſentire Feder.de Sen. in
opere ſuo.39.

5 De ſecundo † videlicet, an poſſit libere re-
manere in ſeculo continuando, ſequitur: &
videtur quòd non, nam licet potuerit exire
dictum monaſterium mendicantium,quia nõ
erat ibi licitè profeſſus per dicta ſupra in pri
mo quæſito: tamen non vt in ſeculo remane-
ret, ſed ad aliã religionẽ trãſiret per dictam
profeſſionem,& licet non potuerit ſe obliga-
re dicto monaſterio mendicantium, tamen
obligatus fuit alteri religioni in genere,quia
illud.cap.ſecundo,de regu. lib.6. licet impe-
diat obligationem infra annũ in ordine men-
dicantium,vbi contra iuris prohibitionem re
ceptus fuit: remanet tamen obligatus alteri
religioni in genere,vt ibi not.Ioan. And. de-
buit enim exire ſi voluit,vt intraret aliam re-
ligionem,non ad ſeculum redire, vt proba-
tur in d.c.2.de reg. ergo in ſeculo licite rema
K nere non poteſt. In contrarium no. [k] id quod
dicitur in d.ca.2.de reg. quòd profeſſio facta
infra annum in ordine mẽdicantium obliget
l religioni in genere [l] debet intelligi de profeſ-
ſione vera,& alias legitimè facta per ingreſ-
ſionem,vbi nõ obſtaret prohibitio iuris facta
mendicantibus de non recipiendo infra an-
num probationis, non debet intelligi de illa
decret.ſtat.de reſcript. libro 6. quæ cum per-
mittat canonicum eccleſiæ cathedralis dari
iudicem delegatum: tamen non intelligitur
quominus talis canonicus debeat eſſe ætatis
20.annorum,vt poſſit eſſe iudex, extra de of-
m fic.delegat. cum vigeſimum: [m] licet in mi-
nori ætate poſſit eſſe canonicus eccleſiæ ca-
n thedralis, [n] vt eſt notatum, ſed quòd dicta
profeſſio non fuerit aliàs licita, vel ſit a iure
reprobata, oſtenditur multis rationibus.
Primo quia facta per eum, qui deliberauerat
infra annum probationis non profiteri,&qui
exiuerat monaſterium,& qui prius operanti-
bus fratribus captus eſt inuitus,cum ſuis con
iunctis detẽtus,& ad monaſterium reductus,
qui metus præſumitur perduraſſe vſque ad
diem profeſſionis, quia in manibus ipſorum
fratrum erat,de regula.vidua,& quod ibi no.
Item intelligitur quando talis profeſſio facta
fuit in manibus eius qui poteſtatem recipere
ad profeſſionem habet,&incorporare poteſt.
Sed in caſu noſtro tempore receptionis, &
profeſſionis dicti iuuenis per dictos fratres
ipſi erant ſuſpenſi a receptione, nam contra
inhibitionem iuris impediuerunt ipſum iuue-
nem, quominus ad ſeculum rediret intelli-
gendo decret.illam, prout ſuperius dictum
eſt,& ſic non habent poteſtatem recipiendi,
o vel incorporandi [o] religioni, facit ad hoc
quod.not.gloſ.in cap.vni.de voto, libro ſex-
6 to,& quod ibi no.vbi dicit,quòd † is qui pro-
feſſus fuerit religionem non approbatam, te-
net matrimonium ſi poſtea contrahat, etiam
ſi credebat eam approbatam tempore ingreſ-
ſus,& idem tenet Archid. facit etiam ad hoc
quod not.Spec.in Specu. de ſtatu regu.ca.4c.
vbi tenet poſt Io.An.quòd ille qui facit pro-
feſſionem in manibus baratatorum qui erant
illius religionis ſi intendebant tamen illo lo-
co etiam cum illis viuere non eſt cogendus,
aliàs religionem intrare. Innoc.& Mod.in ca
pitu.porrectum, de regul. quòd ſi talis con-
trahat matrimonium antequam talis pro-
feſſio fuerit rata habita per eum qui poteſt
incorporare religioni tenet matrimonium,
poſtea non, & idem tenet dominus meus D.
Lapus, Abbas in dicto capitulo vnico, de

voto



voto,videlicet quòd licet is qui profitetur in-
fra annum in ordine mendicantium ſit obli-
gatus religioni, & cõtrahatur matrimonium
per eum antequam talis profeſſio fuerit rata
habita per eum qui poteſt,tenet matrimoniũ:
ſic ergo in caſu noſtro cum talis profeſſio
fuerit facta per dictum iuuenem eo animo,vt
ſolum in dicto ordine mendicantium,& cum
dictis fratribus, & non cum alijs viueret,de
quo ſibi potius quam alteri eſt ſtandum,cum
de eius animo quæritur,34.quæſt.2. in clem.
p de [p] ſent.excommun. ſi vero [q] cum concord.
q ibi in gl.ſignatis,ad hoc vide optimam gloſſ.
in c.vnico,de relig.dom. libro 6. ſuper verbo
receptio.cum fecerit dictam profeſſionem in
manibus eius qui non poterat incorporare,
r quia ſuſpenſus,& excommunicatus [r] reſtat,
vt non debeat aliam religionem intrare, ſed
licitè poteſt in ſeculo remanere, & matrimo-
nium contrahere.

Ad tertium quæſitum, an poſſit demum te
s ſtamentum reuocare, [s] & pro libito de nouo
teſtari; Dico breuiter quòd ſi fecit teſtamen-
tum ſimpliciter non facta mentione de pro-
feſſione futura,nec ob † eam,tunc nullum du
bium quia vltima voluntas eſt ambulatoria
vſque ad mortem, ſi ob ingreſſum, vel pro-
feſ.futuram tunc profeſſ. exiſtente nulla quæ
erat principalis,& teſtamenti factio quæ erat
acceſſoria,ad hoc quod not.de cler. coniuga.
quòd ad te. & in regula acceſſorium, immo
valida exiſtente profeſſione, ſi dictum iuue-
t nem ſeduxerunt, ſeu induxerunt [t] dicti fra-
tres ad religionem cupiditate auaritiæ, & vt
bona ſua haberent, quem ſciebant diuitem,
vt dicitur eſſe notorium, recepta perſona
perdunt bona, & res remanent hæredibus
u ſecularibus,20.q.1.conſtituit,[u] multo fortius
ſi profeſſio quæ non tenuit fuit facta in loco
dictorum bonorum,debent eidem iuueni re-
manere non obſtante teſtamẽto facto ad ſua-
ſionem dictorum fratrum ex cauſa prædicta
propter paritatem,vel maioritatem rationis,
de reſcrip.inter cætera.

Addit. Quint. Mandoſij.

a ¶ In Dei.] *Hoc con. ſeu Allega. pro not.*
*citant Gem.in c.2.poſt num.11.& in c.con*
*ſtitutionem,§.in alijs poſt nu.11.& Fran.*
*in d.c.2.poſt nu.6.ſuper gl.in ver. veſtro,*
*& in c.ſeq.poſt num.3.& 9.de reg. lib.6.*
*Fel.in c.in præſentia,poſt num.9.& 10.D.*
*meus,poſt nu.7.de probat.*

b ¶ Annum xv.] *Qui totus eſt probationis*
*annus,& hoc dictum Lapi ſequitur Apo-*
*ſtil.ad Gemin.in d.c.1.§.quod ſi poſt princ.*
*Ampliat ibi Gem.poſt num.4. quòd totus*
*ille annus 15. ſit annus probationis quan-*
*tocunque tempore ſteterit ante pubertatẽ,*
*& ſic non ſolum ſi in 14.vt hic introiuerit,*
*ſed etiam ſi a primis annis, & ſemper ibi*
*ſteterit.*

c ¶ Coniugantur.] *Amplio vt tempora*
*etiam coniugantur in diuerſis perſonis.pro*
*vt dicimus tempora vſucapionis ex perſo-*
*na defuncti,& hæredis coniungi, l.cum mi*
*les,iuxta veriorem intellectum, ff. qui. ex*
*cau.maio.l.2.§.etiam hæredi,& l.qui cura*
*pro hærede.ff.pro empto. l. Pomponius,§.*
*quæſitum,& §.ſed et legatario,ff.de acqu.*
*poſſeſſ.Amplio etiam ad materias ſpiritua*
*les, vt tempora conſuetudinis, ſeu quaſi*
*poſſeſſionis prędeceſſoris,& ſucceſſoris con*
*iugantur,c.placuit, verſicu. quòd ſi ab eo*
*qui in cauſa 16.quæſt.3.cap. cum eccleſia*
*ſutrina,poſt princ. ibi quòd cum in epiſco-*
*porum electionib.& c.de cauſ.poſſ.& prop.*
*c.cum de beneficio, ibi quod tanto tempore*
*ab vno,vel pluribus, vbi ad hoc not. Gem.*
*2.not.de præben.lib.6.*

d ¶ Ad Apoſtolicam.] *Vbi videatur om-*
*nino Abb.num.9. & ibi Apoſtil. ad hanc*
*Allega. ſe remittit, quam tamen corru-*
*ptè citat.*

e ¶ Tempore.] *In dubio interpretatio fa-*
*cienda eſt de tempore continuo, non inter-*
*pollato,l.3.cum gl.penul.l.naturaliter, &*
*l.nunquam,ff.de vſucapio. Et in terminis*
*noſtris, quod ingreſſus religionem poſt ſex*
*menſes exiens, rurſus rediens, & commo-*
*rans per ſex alios menſes non dicatur ta-*
*citè profeſſus,nec tempora illa coniugãtur*
*firmat Bartol.in l.finali,§.quoties, num.2.*
*Paul. Caſtren. numero 3. ff. de publicatio.*
*Ang.in l.ſi idem cum eodem,in prin. ff.de*

*iuriſd.omn.iud.Barb.in conſ poſito poſt omnia con. Alexand.volum.4.num.2.verſ et adduco quod voluit,& ipſe Alex.conſ.34. num.1.volum.5.Phil.Franc.qui Lap. hic ſequitur in cap.cum qui.ante num.4. de regu.iur.lib.6.*

f ¶ Per.] *Vide quæ ſcripſi in 21.q. Regu.de Anna.in gl.Facul.§.ac etiam,in ver.Et in propriis terminis Lapi per Anch.idem cõcludentem in cap.1.in 7.not. de re. iur. lib. ſexto,& Anchar. ſequitur Paul. Caſtren. in alleg.l.fina.§.quoties,poſt num.3.ff. de public. Idem etiam quod Lap. hic voluit Gemin.in alleg.cap.1.§.qui vero,in primo notab.& ibi Apoſtil. remittit ſe ad Lap. hic,quem corruptè citans Franc. ſequitur Franc.in dicto cap.1.col.1.ad finem,de regu.iur.lib.6.*

g ¶ Cum Paulus.] *Et cap.finali,de coniug. ſeru.Gemin.in cap.2.num.13.de regu.iur. lib.6.*

h ¶ Cap 1.] *Supple quod met. cau. Ad hoc etiam eſt tex.in c.cum locum, & in c.gemma de ſpon.ac in c.2.de eo,qui dux.in mat. quam pol.per adult.*

i ¶ Commodum.] *Ad text.in l.ſi vero, verſ.Item alio reſcripto, cum gl.in ver. remiſſio ff.loca in l. ſiue hæreditaria, & ibi gl.in ver.conſequidat,concordan.ff.de neg. geſtis,& facit tex.in l.meminerint,& in l. ſeq. C.vnde ui.*

K ¶ In contrarium.] *Idem quod Lap. hic tenere videtur Gaſp.Cald.conſ. 26. de reg. Opinio verò contraria quod immo matrimonium ſequens dirimat, & inducat votũ ſolemne veriorem contra Lap. putat Ioan. Brunel.in tract.de ſpon.& matr. concl.31. dub.2.num.8.vide rationes,& authoritates,quas ibi adducit.*

l ¶ In genere.] *De duplici obligatione, altera quæ fit Deo,altera qua quis obligatur regulę,& de huiuſmodi religione in genere,& in ſpecie videantur etiam Cald. conſil. 26.profeſſus,poſt prin.de regula.Abb. & alii in cap.1.quod met.cau.Gem.in cap. conſtitutionem,§.in aliis,num.11.de regu. lib.6.reaſſumit dicta Lapi noſtri hic, quos in primo membro concordare dicit,ſecus in ſecundo.*

m ¶ Cum vigeſimum.] *Et gloſ.in d.capit. ſtatutum,in uer.canonicis,ac Sarnen.ſuper eodem, cap.ſtatutum, numero 26. qui ſequitur Lap.hic.*

n ¶ Cathedralis.] *Quę ętas requiratur pro canonicatu in cathedrali diuerſę fuerunt opin.vt late proſequor in prima quæſtione 18.Regu. Cancel. vbi numero 3. concludo quod de iure ætas maior ſeptennio ſufficiat. Regula tamen illa Cancel. annum decimum quartum completum requirit.*

o ¶ Incorp randi] *Idem inf. Alle.86. in cauſa, poſt num.3. Requiritur poteſtas incorporãdi,alioqui profeſſio neque in ſpecie,ne in genere ſubſiſtit,Cald.conſ.5.puto nouum,colum.2. verſ. & probatur per ſupradicta,de regula. Et notandum eſt hic quod quando actus peccat in forma,profeſſio neque in ſpecie, neque in genere tenet, & ad hoc citant Lap.hic Gemin. in c. conſtitutionem,col.4.poſt numerum 11. de regula,lib.6. & Pariſ.conſ.65.difficultas, numero 6. vol.4.*

p ¶ In clem.] *Legendum eſt.c.in lectum,& ibi gloſ.2.exponit illud verbum, de quo in tex.per ſecuritatem, 1.iuſiurandum.*

q ¶ Si vero.] *Supple tu,2.Quod aũt animus, & intentio qui incogniti ſunt, iuramento probari poſſint, uoluit idem Lap.infra alleg.94.quidam presbyter,num. quinto,& probo in quarta quæſtio. Regu.Cancel.numero 2.*

r ¶ Excommunicatus.] *Qui eo ipſo ſuſpenſus eſt ab adminiſtratione,c.1.& c.ordinationes.9.q.1.cap.veritatis, de dolo.& contumac.& Cald conſ.de ſent.excommu. ubi ſubdit quòd conſequenter durante excommunicatione non potuit recipere ad profeſſionem.*

ſ Teſtamẽtum reuocare.] *Hoc dictum Lapi reaſſumit, & ſimpliciter ſequitur cum diſtin-*



*diſtinctionibus de quibus hic Gemin.in c. non ſolum,num.11. uerſ.ſed Lap. de regu. lib.6.& cum Gem.tranſit ibi Franc. col.2. poſt num.6.*

t ¶ Induxerunt.] *Sequitur Geminia.in allegat.capit.non ſolum, num.11.verſic. Si vero erat profeſſio. Idem etiam voluerunt Spec.de ſtat.monac.§. finali, verſus finem, verſicu.Tamen ſi ingrediatur a monachis, &c.& Bald.in auth.ſi qua mulier, numero 13.in vltima quæſt. C.de ſacroſan. eccl. Dubium autem magnum eſt quid ſi non totum monaſterium, vel maior pars fuerit in culpa,ſed aliqui religioſi induxerũt,ſeu ſeduxerunt? videtur dicendum quòd hoc caſu non poſſit monaſterio imputari, nec delictum aliquarum perſonarum in damnum monaſterij conuertendum ſit ad text. in cap.ſi epiſcopum, 16. quæſtio.6. capitu. cum venerabilis,§.intelleximus, uerſiculo quia tamen delictum perſonæ in damnum eccleſiæ redundare non debet.de except.& in c.delictum perſonę,de reg.iur.libro 6.Et in propriis terminis noſtris ita concludit Abb.in c.dudum,ante num.10.verſ.Et limitarem quando totum monaſterium fuit in culpa,de cõuer.coniu.D.meus Phil.Dec. de hoc dubitauit,& in contraria opin.reſidere videtur in c.in præſentia, nume.8. de probat. vbi poſtquam citauit hanc Alleg. & dedit limi.ad dictum Lapi,hic vult hãc concluſ Lapi indiſtinctè procedere,duas rationes adducens, quarum altera eſt quia hic non poteſt conſiderari pręiudicium eccleſiæ,ex quo monaſterio non ſunt bona licite acquiſita. Altera eſt qa potius ſumus in iure quærendo, quam quæſito. Et pro hac vltima opin.quòd indiſtinctè ſeductio, monaſterio, & monachatui obſtet adduco illud,uoluntarium militem vult Chriſtus, non coactum,c.preſens,20.quæſt.3.& per Fel.qui Lap hic ſequitur in c. in præſentia, poſt num.10. vbi ſubdit quod ſeductio arguit affectionem rerum,non perſonæ.Idem ſentit D.meus conſ.31.verſus fin.Hæc ſunt ſubtilia,& diſputabilia, & facilè vtraque pars ſuſtineri poſſet.*

u ¶ Conſtituit.] *Idem voluerunt Specu.de ſta. monac.§.fin.colum.fin. verſ. excipitur tamen ſi vt ingrediatur. Abb. & Fel.in alleg.c.in præſentia, de probat.nume.9.& ſeq.vbi hunc citat,& ſequitur, & ibidem D.meus Phil.Dec.num.7. Lapum etiam ſequitur Gemin.in cap.non ſolum, nume.11. de reg. lib.6. Idem etiam voluit Corſet.in ſuis ſing.in ver. relig. incipit ſi aliqui religioſi dolo inducant aliquem ad religionem vt lucrentur bona ſua.*

*SVMMARIVM.*

1 *Excommunicationis ſententia, an cadat in illum per quem nõ ſtat quin ad id quod ſub pœna excommunicationis præcipitur, fiat.*

2 *Excommunicatio eſt pœna, ſeu medicina inducta a iure poſitiuo, nec incurritur niſi in caſu a iure expreſſo.*

3 *Excommunicatio lata poſt appellationem legitimam,in quibus caſibus dicatur ipſo iure nulla.*

4 *Sententia excommunicationis lata in diem ſub conditione, non obligat ſi ille contra quem lata fuit efficitur alterius fori.*

5 *Sententia excommunicationis ſuſpẽſa per appellationem legitimam non conualeſcit.Sententia excommunicationis, aut ſtatim ligat,aut ſtatim non ligat.*

6 *Excommunicatus ingrediens religionem abſolui poteſt a prælato illius religionis.*

7 *Ordinarius,non debet propter ſuſpitionem non certam reputare aliquem excommunicatum.*

8 *Tranſiens ad aliquam nouam religionem, & ſuppoſitus nouo prælato deſinit eſſe ſubditus primi.*

## ALLEGATIO XLVII.

1 a Magiſter † hoſpitalis [a] ſancti Iacobi de Alto paſſu Lucan. diœceſ. per ſuas literas citari fecit fratrẽ Albertum de Prato profeſſum dicti hoſpitalis de licentia ſui prælati in terra Piſtorien. diœceſ. commorantem, quatenus ipſe indigeret pro facto hoſpitalis ſecum loqui perſonaliter, coram eo deberet perſonaliter comparere infra certum terminum peremptorium ſub excommunicationis pœna vbicunque noſcat ipſum magiſtrum reſidentiam facere, infra quem terminum, idem frater Albertus ſentiens ſe ex dicta citatione grauatum: tum quia citabatur ad locum incertum: tum quia ad locum in quo conſueuerat dictus magiſter reſidentiam facere eo tempore propter notorias guerras non poterat ſine mortis periculo adire, & ex alijs cauſis, coram authentica perſona ad ſedem apoſtolicam appellauit, poſtquam appellationem, & appellatione ipſa nondum deſerta, idem magiſter prætendens occaſionibus prædictis fratrem Albertum fore contumacem in eum ſententiam excommunicationis protulit. Poſtea idem frater Albertus tranſiuit ad alium ordinem legitimè, & ibi ad cautelam non fatendo ſe excommunicatum, a prælato ſuo dicti ordinis fuit abſolutus a dicta excommunicationis ſententia, ſuper quibus ordinarius heſitat. An idem frater Albertus ſit excommunicatus, & conſcientia remordente non admittit illum ad diuina officia, & ad alia ad quæ excommunicatus non debet admitti; petitur vt declaretur idem ordinarius de prędictis. Et vt poſſit clarificari animus, & conſcientia dicti ordinarij, ſunt duo præmittenda,
2 & præſumẽda, alias pręſuppoſita. † Vnum eſt quòd excommunicatio eſt pœna, ſeu medicina inducta a iure poſitiuo, & non incurritur niſi in caſu expreſſo a iure, de ſentent.
b excommun. is qui. [b] libro 6. & de ea, vel eius abſolutione, vel nullitate, ſtari debet, & iudicari ſecundum regulas a iure poſitiuo traditas, & ſi regulæ ſunt obſcuræ, vel aduerſan-
c tes videantur, ſtandum eſt gloſ. [c] ordinarijs
d niſi ſint reprobatæ [d] ex dictis famoſorum doctorum, & expertorum, quia cuilibet in arte ſua perito credendum eſt, de frigi. fraternitatis. Aliud eſt quòd nemo eſt vitandus pro excommunicato, niſi appareat, vel probari poſſit: immo & habens certitudinem de excommunicatione, ſi eſt occulta, non eſt vitandus in publico, de ſent. excommunic. cum non ab homine. [e] e

3 His † præmiſſis eſt ſciendum quod vna regula tradita a iure in materia excommunicationis eſt: quòd excommunicatio lata poſt appellationem legitimam eſt nulla ipſo iure, de ſentent. excommunicatio. licet, libro ſexto. f [f] Etiam quatuor caſus memorat gloſſ. nullitatis de ſentent. excommun. lib. 6. ſuper ver. ad cautelam. [g] g

Alia regula eſt quòd ſententia excommunicationis lata ſub conditione ſuſpenditur, & non ligat per [h] appellationem interpoſitam ante conditionem extantem [i] de appell. præterea. h

4 Alia † regula eſt quòd ſententia excommunicationis lata in diem, vel ſub conditione, ſi ille contra quem lata fuit talis ſententia, efficitur alterius fori, talis ſententia non obligat hoc not. Arch. in decr. 3. de conſt. lib. 6. dicens K Damaſum hoc tenere Ioan. Andr. [k] quæſtione propoſita in regula iuris cum ſunt iura partium circa finem dicit hoc eſſe verum ſi ceſſet cauſa excommunicationis, puta excommunicatus erat ſi non faceret reſidẽtiam infra menſem in beneficio, vel illius ratione non reciperet ordines, infra tempus contraxit matrimonium, vel tranſlatus eſt ad aliud beneficium primo dimiſſo & huiuſmodi.

5 Alia † eſt quòd ſententia excommunicationis ſuſpenſa per appellationem legitimam non conualeſcit licet appellatio ſit deſerta, quia ſententia excommunic. aut ſtatim ligat, aut ſtatim non ligat, hoc not. gloſ. ord. in decret. venerabilis, de ſent. excommun. lib. 6. ſuper verbo appellationem, & circa hoc latius in libello allegationum mearum allegatione i prima, [i] vbi iſtud apertè per multa iura probatur.

6 Alia regula eſt quòd † excommunicatus m ingrediens religionẽ [m] abſolui poteſt a prælato illius religionis, extra de ſentent. excommunic. cum illorum. Et licet tex. loquatur de excommunicatione lata a iure, idem de excommunicatione lata ab homine debet intelligi, quia vbi permittitur abſolutio a ſententia excommunicationis lata a iure, in caſu in quo aliàs eſt inhibita: & maximè quando abſo-



abſolutio eſt reſeruata Papæ, fortius videtur permiſſa abſolutio a ſententia excommunicationis lata ab homine. Nam in primo caſu permittitur, vt tollatur euagandi materia. In ſecundo caſu eſt impoſſibilitas iuris, quia primus prælatus cuius ſubditus non eſt poteſt illum abſoluere. Si ſecundus non poſſet abſoluere rediremus ad primum inconueniens: videlicet vt cogeretur ire ad curiam contra rationem illius decret. cum illorum. Ex omnibus iſtis regulis, & qualibet earum de per ſe, infertur ſufficienter ad caſum prædictum, & oſtenditur luce clarius dictum fratrem Albertum non fore excommunicatum, & prædictum ordinarium debere omnem ſibi rubiginem, & ſcrupulum conſcientiæ remouere, & illam reformare ex prædictis, & infra dicendis. Et primo ex primo præſuppoſito videlicet, quòd ſententia excommu. a regulis poſitis, tenet, vel non; & valet abſolutio, vel non; & ſic patet, quòd ordinarius debeat acquie-
7 ſcere regulis ſcriptis in iure. Ex † ſecundo præſuppoſito patet, quòd non debet ordinarius propter ſuſpicionem ſuſpectam, & non certã, reputare aliquem excommunicatum, & pro excommunicato repellere. Deinde ex prima regula clarè poteſt cognoſcere dictum fratrem Albertum dicta excommunicatione nõ ligatum: nam apparet, quòd idem frater Albertus a dicta citatione de eo facta, & excommunicatione in eum lata, vel comminata per dictum magiſtrum, ſubditus adhuc, poſt & ante latam ſententiam, quòd plus eſt appellauit in forma legitima, ex ſuis cauſis, & a iure approbatis, & ſic fuit appellatio iuſta, quod patet, quia excommunicatio non ligauit, quia poſt appellationem ligare non potuit, vt prædicta regula prima. Sed quòd appellatio fuerit ex cauſis iuſtis, patet in themate: nam fuit citatus ad locum incertum, quod vt notum eſt de iure fieri non poteſt; de reſcrip. c. vlt. & ibi
n not. glo. ſuper ver. indeterminate, [n] & ſic fuit grauatus, & ſic licuit appellare de appel. vt de-
o bitus. Itẽ quia locus conſuetæ reſidentiæ [o] adiri notoriè non poterat ſine mortis periculo,
p quod fieri nõ potuit. de appel. ex parte [p] cum ibi notatis, & ſic etiam grauatus fuit, & licuit
q appellare, [q] vt ibi; & in dicta decre. vt debitus. Item hoc idem patet ex ſecunda regula ſupra dicta, nam pendente conditione ſupradicta, ſub qua fuit excommunicatus; idem frater Albertus appellauit, vt patet ex dicta citatione, & data appellatione: ergo fuit ſuſpenſa dicta ſententia, vt in dicta regula. Item hoc idem patet ex tertia regula. Nam pendente dicta ſententia conditionali aduerſus dictum fratrem Albertum, idem frater Albertus tranſiuit ad aliam religionem, & factus eſt alterius fori, ergo ſecundum opin. Archid. de qua ſupra, in tertia regula non fuit ligatus, immo etiam nec ſecundum dictam opin. Ioan. And. nam per dictum ingreſſum ceſſauit cauſa excommunicationis latæ, nam excommunicabitur ſi non iret ad conferendum cum dicto magiſtro ſuper negocijs dicti hoſpitalis. Sed patet, quòd non poteſt, quia aliam religionem intrauit; nec ſpectabat ad eum, nec cogi poterat ire ad conferendum de negocijs hoſpitalis, cum potius contemplationi, & orationi in ſua religione vacare debebat: hoc patet ex quarta regula. Nam licet dictus frater Albertus dictam appellationem non fuit proſecutus, tamen ſufficit, quòd tempore quo fuit interpoſita ſuſpenderet ipſam excommunicationem: vt patet ex alleg. in dicta quarta
8 regula. † item patet hic quinta regula. Nam idem frater Albertus tranſiens ad aliam religionem, & ſuppoſitus nouo prælato, deſijt eſſe ſubditus primi, & ſic ut ceſſaret materia euagandi cum a primo non poſſet abſolui,
r potuit a ſecundo, [r] vt patet in allegat. in dicta quinta regula. Saluet igitur animum, & conſtitutionem ſui prædicti ordinis, & dictum fratrem Albertum religioſum ætatis, & bene diſpoſitum reſpiciat benigno oculo, & fauores ſuos humiliter impendat, quia verè prædicta de iure vera ſunt probata, paratus adhuc ſi quod dubium reſtat iura declarationis ſuper omni dubio reducere. Lapus.

### Addi. Quint. Mandoſij.

a ¶ Magiſter hoſpitalis.] *Hic hoſpitalarius, ſeu hoſpitali præfectus dici poteſt. De magiſtro hoſpitalis loquitur Hoſtien. in cap. quia nos, poſt medium, verſ. & iſte intellectus, de appellat. ſic & magnus magiſter, ſeu magiſter Hieroſolymitanus dicitur idem qui in inſcriptione, cap. canonica, vbi Honorius III. ſcribit magiſtro, & fratribus Hoſpitalis Hieroſolymitani, de ſent. excõ. de quo etiã pulchrè, & latè per Oldr. conſ. 128.*

conſ.128.quoniam.Senis appellatur Dominus Hoſpitalis, Brixiæ Maſſarius hoſpitalis. Maſſarius etiam dicitur Hoſpitalis S. Lazari diœceſis Sarzanen. prout per Sozzi.conſ.181.viſis capitulis, in princ.lib.2. Magiſter etiam appellabatur, & hodie appellatur totius Religionis S. Lazari prout in Bulla Pij IIII. Confirmationis, innocationis, & ampliationis priuilegiorum Religionis S. Lazari, vbi recenſentur plura priuilegia, & facultates aliorum ſummorum Pontificum. Hos etiam hoſpitalarios Orphanotrophos nuncupare poſſumus. iuxta tex.in l.Orphanotrophos, C. de epiſc. & cleric.§.fi.in Authen. de eccleſ.tit. & ſic ut tutores, vel curatores, ſeu tutoribus, vel curatoribus ſimiles, vt etiam per Bald.in l.beneficium, in 1.lectu. poſt num.6. ff. de conſtitu princ.& per alios quos adduco in 10. quæſt.Regu.de Anna.num.4.

b ¶ Is qui.] *Tex.ille, & glo. & Doct. probant duo, quòd irregularitas a iure poſitiuo ſit inducta, non autem a diuino. Rurſus quòd irregularitas non cenſeatur inducta, niſi expreſſè iure cautum inueniatur, idem voluit Nico. Mil.in Reper.in ver. irregularis nullus eſt de iure diuino, & in uerſic. irregularitatem nullus incurrit, niſi in caſibus expreſſis in iure.& Pariſ.cõſ.27. quandoque, numero 27. volum.4.*

c ¶ Gloſsis.] *Magna eſt glo.authoritas, & quando illi ſtandum ſit vide Iac. Butr. in l.vni.ad fi. C.qui ſua iuris Bar. in l. ut uim. de iuſ.& iu.poſt num 8.& ibi poſt alios latè per Iaſ.num.34.per D.meũ eo. & latius ibidem per Claud. Seyſel. num. 175. cum pluribus ſeq.& per Syl.nuptia.Io.Neuiza. lib.5.num.25.uerſ.etiam ſi eſſet opin.gloſ. Imol. in l. 1. ff. de uulga. & Grat. reſpon. 1.num.16.& ſeq.lib. 2. & cui opinioni inter doctores, & quando Gloſſæ ſtandum ſit uide in tracta. Matthæi Matheſi.de elect. opin.& per Ioan.Franc. Paui.in prælu.extrauag.col.3.qui Lap.hic citare uoluit, ad quem ſe remittit circa opi. gloſſæ ſequendã.*

d ¶ Reprobatæ.] *Si gloſſa reprobata non reperiatur pro comprobata debet haberi, & tũc dici poteſt, quòd eam omnes ſequantur, ex quo nullus ab ea diſſentit, argum.tex. in l.item, quod Sabinus, in fin.ff.de hær. inſtit. in l.inter omnes, in princ.iun. glo. iuxta ſecundam ſolutionem, ff.qui ſatis. cogan. & And.Tiraquel. de utr. retra. par. 1. gloſ.4. § 35.poſt num. 45.*

e ¶ Cum non ab homine.] *Et ibi per gl.1. & per Abb.ſuper dicta glo. num. 7. & in 3.no.nu.4.vide Innoc. in c. in noſtra in ver. operis, poſt num.2.& Anto.de Butr.in 5. oppo.de coha.cler.Fed.de Sen.conſ.267. ad ea.Mil.in reper.in ver.excommunicatus occultus non eſt vitandus, & infra alleg.25. an oporteat, poſt num.6. verſ.tamen præ textu criminis.omnino, Felyn.in c. Rodulphus, num.39. de reſcript. & Caſſa. Dec 1. de præben vbi etiam qui actus reddantur validi, vel inualidi geſti per excommunicatum occultum, vel in eius fauorem. Et ſi excommunicatus appellauerit, & dubitetur an appellatio præceſſerit, an excommunicatio, quomodo in dubio iudicandum ſit.diſputat, Ioan.And. in regula cum ſunt, in 1.quæſt.lib.6.Concludendum eſt, quòd aſſerenti ſe excommunicatum poſt appellationem probandi onus incumbit. Rot.316.not. quòd vbi in antiq.Felyn.in c.cum tu, col.3. in princ.de teſtib.Lamber.de iu. patr.lib.2. par.2.quæſt.1.art.25.num.5. & Rebuff.de nomina.quæſt. 14.num.16.*

f ¶ Lib.6.] *Idem voluit Lap.ſupra alleg.1. num. 2. & hæc opin. communiter tenetur, vt per Pariſ.conſ.28.ad reſolutionem, numero 28. volum.4.*

g ¶ Ad cautelam.] *Videlicet in cap. præſenti, vbi plures alij caſus vltra quatuor de quibus hic numerantur. Octo caſus de quibus per dictam gloſſ. ponit etiam Hoſtien. in c.ſolet, colum. 1.in fi.in verſ.nullam, eod. tit.& lib.& illam glo.in verſ. ad cautelam citat, ad illam ſe remittens Mil.in repert. in verſ.ſententia excommunicationis quibus caſibus nulla ſit.*



h ¶ Per.] *Legerem propter, vel poſt. Idem ſupra alleg.1.num.2.vbi addo.& infra 73. prælatus, num.4.*

i ¶ Conditionem extantem.] *Hic ſupponere videtur, quòd a ſententia excommunicationis conditionalis, ante conditionem extantem quandocunque appellari poſſit, & ſic etiam poſt decendium. Idem videtur velle infra alleg.73.prælatus, ante num.3. idem voluit Gemin.poſt Lap. Abb. in c.1. §.caueant, colum.2. verſic. Sed dic de ſent. excommun. lib.6. Et magis clare glo.2. & Abb.in alleg.hic, cap.præterea, dic tu, 2.de appell.nu.8.vbi ipſe Abb. ponit tres opin. & hanc dicit eſſe communem. Illam etiam communem aſſerunt, & defendunt ibidem Franc.ſuper illa glo. colum.3. & D.meus, num.7 ſubdens, quòd ab illa communi recedendum non eſt. Aduertendum tamen eſt, quòd Abb. vbi ſupra ſubdit ſecundam opin. videlicet, quòd infra decendium a die ſententiæ latæ ſit appellandum, veriorem putat, pro qua plura adducit. Videatur ibi Apoſtil.in ver.ſecunda, hæc opin.in qua reſidet Abb. ſemper mihi verior viſa fuit, eamque pluries Romæ ſeruari uidi.*

K ¶ Ioan And.] *Ad quem etiam ſe remittunt Fede.de Sen.conſ.97.quoniam, nu.4. verſ.non ob.Gemin.in c.2. poſt num. 17. in 3. quæſt.ubi Apoſtil. hanc alleg.citat ad eam ſe remittens. de conſtit. lib.6. Abb. in c.penult.num.10.de foro compet. & in alleg.c.præterea, 2.colum.penult.vide glo.in verſ ſub excommunicationis, in c.ſalonitanæ.63.diſt.& glo.in verſ.ſubditi, in c.a nobis, 1.de ſent. excommu. Anch. conſ.158. ex narratis, col.fi.in vlt.queſito, & Andr. Tiraq.qui ad Lap. ſe remittit. de vt.retra. par.1. gloſſ. 10.§.1.verſic. adeo autem lædit. num.51.*

l ¶ Alleg. 1.] *Videlicet num. 5. ubi etiam aliqua addo, idem uoluit poſt But. Mil. in reper. in uerſ. excommunicatio facta poſt legitimam appellatio. uide in ſimi. Dec. Caſſa.primam, ad fin.de præb.*

m ¶ Religionem.] *Supponit, quòd excommunicatus effici poſſit monachus, & religionem profiteri, Ioan. And.in c.dolo facit.poſt medium.uer.tertio contra ſuperius, de reg.iur.lib.6.Bal. in l.quæ ſub prætextu, poſt num.3.C.de ſacroſ. eccle. Ioan. Firma. de epiſco. lib. 2. quæſt. 2. ante num. 5. & Rocc.de iu.patro.in uer.competens, nu.20. quæſt.8. Hoc tamẽ ſacris theologis, & Sanctæ Romanæ Eccleſiæ relinquendum determinationi cenſeo.*

n ¶ Indeterminatæ.] *Bar.Bald. & omnes in l.ſi ut proponis, C.quomo.& quan.iud. et ad alia quæ adduco in 35. quæſt. Regu. de Anna. poſt num. 15.& Lap. hic ſequitur, Ioan.Firma.de epiſco.lib.1.par.2. poſt numerum 3.quæſt.3.*

o ¶ Conſuetæ reſidentiæ.] *Citatus enim comparere debet ubi maiores ius reddere conſueuere, l.cum ſententiam, C.de ſentent. & interlo. Bart. & alij in l. ſi ut proponis, 2. C. quomo. & quan.iud. & latè tracto in 58.q.Reg.de Anna. num.2. & ſeq.*

p ¶ Ex parte.] *Dic tu. 1.pro quo etiam eſt pulcher tex.in clem.paſtoralis, §.notorium quippe, de re iudi.uideatur Oldrad.conſ.43. quæritur utrum citatio, num.9. Alexand. in l.recuſare, §.ſi quis alio, num.5.ff.ad trebel.Mar.Sozzi.in tract. citatio, art.18: nu. 5.in 5.quæſt. vbi etiam quot modis conſiderari poſſit locus non tutus.*

q ¶ Appellare.] *Idem uoluit Rot.15.no. ꝙ ubi.in antiq latè per Alex.in alleg. l.recuſare, §.ſi quis alio.nu.8.poſt alterum, Imol. ff.ad trebel.quem ſequuntur, Fely.in c. cum ordinem, poſt num.13. uerſ. ſed reuera. de reſcr.& Pariſ.conſ.28.ad reſolutionem, numero 5.uolum.4.*

r ¶ A ſecundo] *Et ſic a ſuo proprio prælato cui tunc ſubeſt, ut d.c.cum illorum, §.penult. ibi eorum prælati, &c. & poſtea ibi per Abbatem proprium, &c. de ſentent. excommun. Et cum iſte tranſlatus a primo ſit exemptus, ille iuriſdictionem, uel poteſtatem*

*ſtatem aliquam in hunc exercere non poterit, ex quo exemptio operatur iuriſdictionis priuationem, & libertatem iuxta mentem Gemin. in c. 1. in 1. not. de priuil. lib. 6.*

*SVMMARIVM.*

1 *Prælatus an poſſit agere ſine capitu. aut capitulum ſine prælato.*

2 *Prælatus quo ad bona, poteſt dupliciter conſiderari.*

3 *Prælatus quare dicatur diſcretus.*

4 *Prælatus tenetur ex officio ſuo congregationum ſuarum negocia procurare.*

5 *Abbas conueniendus eſt pro tota eccleſia ſibi ſubiecta ubi bona temporalia ſubiecta ſunt monaſterio.*

6 *Prælatus non debet grauiora negocia, ſine conſilio facere, & num. 8.*

7 *Bona generaliter eſſe diuiſa inter prælatum & capitulum qualiter ſit intelligendum.*

9 *Prælatus & quicunque adminiſtrationẽ habens ubicunque poteſt agere, & defendere poteſt, & procuratorem conſtituere.*

## ALLEGATIO XLVIII.

1 LIcet materia an † prælatus ſine capitulo, vel capitulum ſine prælato agere poſſint, vel vnus ſine alio conueniri, antiqua ſit, & trita per Doctores: tamen quia ſingulis diebus de hoc in iudicijs inter cauſidicos diſceptatur, & prompti ſunt procuratores hanc exceptioné proponere; idcirco ne tam ſæpè pro iſto articulo laborare cogaris in reuolutione cartarũ hanc vide quam in ipſo articulo de diſcreto,
a & diuite clientulo [a] allegaturus ſum, in ijs ſcriptis plenius ſolito transferam, quæ de ipſa materia dici poſſunt, vt hæc quæ ſcripſero, futuris allegare ſine librorum reuolutione
2 ſufficiant, & primo † diſtinguo de prælato. Nam quidam habent bona communia, & hoc eſt de iure communi, alio non dato: quia caput, canonici, vel monachi membra cenſentur eſſe, c. nouit. & c. quanto, de ijs quæ fin. a
b prælat. ſine conſenſu capituli. [b] aliqui ſunt prælati, qui habent bona diſcreta, & diuiſa a ſuis capitulis, & conuentibus, ita quòd diuiſa eſt adminiſtratio inter eos.

3 Pro cuius † declaratione dicebat Goff. in
c ca. edoceri. [c] de reſcript. & Ioan. And. poſt eũ, Innoc. ſuper ver. diſcreta, ꝙ diſcretus idem eſt, ꝙ deputatus, vt quia pars poſſeſſionis deputata eſt ad vſum prælati, & pars ad vſum illorum de capitulo hoc eſt, quod dicit text. in cap. edoceri. de reſcript. Examinemus ergo quodlibet membrum de per ſe, & ꝙ prælatus loci monaſterij, vel eccleſiæ in quibus bona ſunt communia non diſcreta, vel diuiſa, poſſit
d per ſe ſine capitulo agere [d] pro rebus monaſterij, vel defendere, videtur probari poſſe in multis iuribus, & maximè per præall. decre. edoceri vbi expreſsè dicit, ꝙ Abbas propter reſcriptum impetratum contra eos nulla de conuentibus habita mentione, tenetur reſpondere ſuper cauſis, quæ pertinent ad eoſdem, &
4 conuentus, ergo ſuper omnibus. Et † reddit textus rationem, quia ex officio ſuo tenetur congregationum ſuarum negocia procurare. Ergo expreſsè loquitur vbi bona ſunt communia, hoc idem probatur in c. nulla. 17. q. 2. vbi expreſsè dicit tex. ꝙ tota poteſtas eſt Abbatis, ergo per ſe Abbas ſine monachis agere poterit, hoc idem videtur probari per decre. fi. de fo. compe. verſ. epiſcopus ſolus coactus fuit reſpondere aduerſarijs, ad idem de iura. calum. c. fi. vbi patet, ꝙ epiſcopus per ſeipſum poteſt in iudicio litigare, hoc idem placet Innoc. in c. 1. lib. 6. & tractat Io. And. in d. §. in nouella, hoc idem dicit Arch. de pęnis, c. fi. lib. 6. & tractat Ioan. And. ibidem in nouel. hoc idẽ tenet glo. ord. in c. fi. 88. diſt. quæ dicit vbi bona ſunt communia cõuenitur prælatus; ſi ſint diuiſa, quilibet pro parte ſua; quam gl. ibidem videtur approbare Archid. idem videtur dicere Io. And. Inn. & Hoſt. in c. ex literis, de proba. Ioan. And. hoc no. expreſsè, in c. inter dilectos, de fi. inſtrum. ſuper prima glo. vbi dicit per illam decre. probari, ꝙ prælatus poteſt eſſe in cauſa eccleſiæ per ſe ſolum, Hoſtien. in c. edoceri. de reſcript. dicit ſe mirari, quòd de ipſo dubitetur, qui habet generalem cum libera. de elect. cum nobis olim; cum conſtet miſerum præceptorem per ſe poſſe agere. de fi. inſtrum. c. 1. perpetuus, & de iudi. cum deputati, aliàs fruſtra tractarent doctores, an præ-
e latus ante litem cõteſtatam daret procura. [e] & tenet,



tenet, ꝙ ſic Inn. in c. cum cauſam. de iuramen. calum. 25. q. 4. quia epiſcopi. vbi glo. plene tra-
5 ctat. Item Inno. in c. cum iudæi. inter. † de ver. ſign. ſuper ver. capellę, dicit quòd conuenitur Abbas pro eccleſia ſubiecta quãdo temporalia illius eccleſiæ ſubiecta ſunt monaſterio. vt no. ſecundum eum licet admittatur epiſcopus ad agendum pro eccleſia ſibi ſubiecta. de ſuc. ab inteſt. c. 3. de priuil. cum olim, & defendit, non tamen admittitur, niſi cum ſatiſdatione iudicatum ſolui. Et hoc idem a ſimili ſecundũ eum dicendum eſt Abbati remitti. ad reſtitut. ſpol. cum cauſam. ibi expreſsè tenet, quòd ſuperiores pro eccleſijs ſubiectis, maximè in
f præceptorijs [f] vbi pro libito ponunt, & remo-
g uent præceptores [g] poſſunt agere, & conueniri. Nec obſtat ſecundum eum de reſcr. edoceri, quæ videtur velle, ꝙ ſi adminiſtrationes ſunt diuiſæ ille ſolus agat, qui eſt adminiſtrator. Nam ſecundum eum illa decret. intelligitur vbi nulla iuſta cauſa ſubeſt quare alius agat, ita loquitur vbi ſunt adminiſtrationes diuiſæ penitus. Sed inter epiſcopos, & ſubditos miniſtrationes non ſunt diuiſæ, immo adminiſtrabunt vnus ſub alio. Et idem ſecundũ eum de alijs, qui remouẽt minores miniſtros quando volunt, vt templarij, & alij huiuſmodi. Item ꝙ Abbas ſolus ſuperior agat, & conueniatur pro eccleſijs ſubiectis, maximè quando habet eas in proprios vſus; clarè probat, Innoc. in decre. cum venerabile, de reli. do. & eſt ratio, quia ſicut miniſter ibi deputatus; de iudi. deputati, ita & fortius ipſe Abbas ſuperior, quia vna cenſetur adminiſtratio amborum. Item Innoc. in c. cum deputati. de iudic. dicit. prædicta vera etiam ſi talem præceptorem talis ſuperior remouere non poſſit ſine
6 conſilio † ſui capituli: quia nec etiam præla-
h tus alia maiora, & grauiora [h] negocia debet facere ſine conſilio, & hoc expreſsè tenet in c. edoceri. de reſcri. vbi reſpondet ad illa, & ibi dicit plus, quia ſi ſunt bona communiter diſcreta, ſed conuentus habet alias poſſeſſiones pro ſuis veſtibus deputatas, vel huiuſmodi, & prælatus habet pro ſuis reliquas alias, tunc Abbas pro ſe, vel pro dictis omnibus aget ſine conſenſu capituli, ſed vbi bona ſunt communia generaliter diſcreta, ideſt, quia diuiſæ ſunt poſſeſſiones omnes, & vnã partem habet epiſcopus generaliter pro omnibus incumbentibus ſibi, tunc quilibet aget pro parte ſua, ponit etiam ipſe Innoc. in dicta decre. edoceri. ſuper ver. congregationem obſcurè.
7 Tertium membrum, † quòd quidam fatentur ſe non intelligere ſcilicet quando generaliter bona ſunt diuiſa inter prælatum & capitulũ: vt ſupra dictum eſt, tamen aliqua res remanſit communis inter eos: exemplum apparere poteſt in duobus dominis Mediolanen. Barnaboue ſcilicet, & Galeatio, qui omnia bona diuiſerant, & ſolum ciuitatem Mediolanen. retinent communem; tunc pro tali re, nec prælatus ſine capitulo, nec capitulum, ſine prælato agere poteſt: ratio, quia licet vbi bona ſunt communia agat abbas ſolus, qui habet adminiſtrationem in parte contingente capitulum, ita & in dicta vna re, quia tali caſu remanſit adminiſtratio prælato, ſed ſequitur monaſterium generalis diuiſio, & in diuiſis quilibet per ſe agit. ita etiam in iſta vnica communi quilibet pro parte ſua debet conuenire, & interuenire, quia remanſit communis res. Sed non eius adminiſtratio, & ita intelligo Doct. ſcilicet Inn. quem multi fatentur ſe non intelligere. Compoſ. in d. c. edoceri. vbi firmat iſtã opin. per verba clariſſima Spec. de actore. ver.
i item objicitur [i] recitat omnes opin. & firmat prædictam opin. Innoc. ſcilicet, quòd in omnibus prælatus agit ſine cõſenſu capituli, etiã in diuiſis pro parte ſua. Secus dicit in capitulo, quia in diuiſis non agit ſine conſenſu prælati. De ſecundo membro quando adminiſtratio eſt diuiſa poteſt eſſe: vt ſupra proximo membro tetigi tribus modis. Primo quòd quędam poſſeſſiones ſint deputatæ pro capitulo, & monachis, vel canonicis pro ſuis veſtibus, calciamentis, vel huiuſmodi. Et epiſcopo, vel Abbati, vel ſaltem prælato quædam aliæ poſſeſſiones ſint aſſignatæ pro ſimilibus, vel pro paſcendis equis, vel huiuſmodi: tamen aliæ poſſeſſiones remanent communes. Et iſto caſu non dicitur diuiſio generalis ſed ſpecialis. Et ideo iſto caſu prælatus retinet adminiſtrationem, & pro omnibus agere, & conueniri poteſt, ita no. Innoc. in d. c. edoceri, de reſcrip. Alio modo poteſt eſſe diuiſio generalis: puta quia nullę poſſeſſiones remanent communes, ſed omnes diuiſæ, & partem habet prælatus generaliter, & pro omnibus incumbentibus: & tunc quilibet per ſe agere poteſt pro ſua parte, & vnus pro rebus alterius agere non poteſt, & ita loquitur decre. edoceri. in fin. & ita dicit Innoc. in cap. olim cauſam. de reſtit. ſpol. in princ. & glo. ord. in c. fin. 48. diſtin. aliquando

quando bona ſunt diuiſa generaliter per mo-
naſterium de quo ſupra dixi, tamen vnus fun-
dus, vel vna domus, vel vnum molendinum
remanſit in communi inter eos: & tunc pro
rebus diuiſis quilibet pro parte ſua aget, vt
ſupra dictum eſt. ſed pro re illa, quæ in com-
muni remanſit vnus ſine alio non ageret, nam
non quilibet per ſe, quia non eſt diuiſa, nec
prælatus ſolus tanquam generalis adminiſtra
tor bonorum eccleſiæ, quia inter eos admini-
ſtratio eſt diuiſa propter generalem diuiſio-
nem, cuius cauſa licet illa vnica res in com-
muni remanſit, adminiſtratio tamen illa intel
ligitur diuiſa: & ideo quilibet pro parte ſua
interuenire debet, ac ſi eſſet res communis plu
ribus, & ſingulis, vt videtur ſentire Specu. in
8 d. tit. de actore verſ. item obijcitur. † Quæro
K quid in arduis [k] cauſis nunquid vnus ſine al-
tero aget, vel conuenitur. Reſpondit Spec. in
d. tit. & verſ. non videtur hoc ponderare, ſed
ſimpliciter concedit prælato in communibus
adminiſtrare ſine conſenſu capituli. Innocen.
videtur ſentire ſub dubio fortè, quod in arduis
requiritur cõſenſus capituli, & idem videtur
ſentire Hoſtienſ. in d. c. edoceri, & in ſum. de
reſcript. §. quæ poſſunt obijci ſub. §. 1. verſ. 29.
l & ſe. Sed quæ dicuntur cauſæ arduæ [l] iſto ca-
ſu dicit Hoſtien. vbi ſupra, & recitat Spec. in
præalleg. ver. quod quando agitur de diminutio-
ne bonorum, vel dignitatis eccleſiæ puta de
ſubiectione, vel limitibus epiſcopatus, vel
membrorum, & hoc idem no. Ioan. Andr. poſt
Innoc. in c. quærelam, de procur. & cauſæ di-
m cuntur magnæ, [m] & paruæ reſpectiuè: vnde
inter certas perſonas cauſa. x. aureorum erit
magna, vt quia pauperes, & miſeri: & inter cer
tas alias cauſa vnius caſtri dicetur parua, vt
inter duos reges, vt notari ſolet de iureiuran.
c. fin. Sunt qui dicunt, quòd licet prælatus vbi
bona ſunt communia poſſit agere, & defende-
re ſine capitulo, tamen hoc verum ſecundum
eos per ſe: ſed tamen dicto caſu procuratorem
dare nõ poteſt, & ad hoc alleg. Guid. Spec. de
actore, in fi. verſ. ſi vero per procuratorem, &
dico quod iſtud non eſt bene dictum, nec de iure
procedit, imò dico, quod prælatus vbi bona ſunt
communia ſecundum primam viam iure di-
ſpoſitionis habet adminiſtrationem; & ſine ca
pitulo agere, & defendere poteſt, vt in alia al-
legatione clarè approbaui. Et talis poteſt pro
curatorem conſtituere ante lit. conteſt. & po-
ſtea, vt in ca. cum cauſam, de iuramen. calum.
& not. glo. 5. q. 4. c. fi. in fi. gl. mag. & facit. 7. q.
1. c. 1. in vlt. glo. 19. q. 1. relatio. & de elec. cum
nobis olim, & quod no. Hoſtien. in ſumma de
iureiur. §. quis poſſit, verſ. in rebus, de ſup. ne-
gl. præla. grandi. lib. 6. Allegata in contrariũ
nõ faciunt contra, ſanè intellecta. Nam Guil.
in præla. verſ. non loquitur vbi bona ſunt cõ-
munia: ſed loquitur vbi cauſa eſt communis
prælati, & capituli, quod non eſt, niſi vbi bo-
na ſunt communia, non diceret poſtea, quòd
poſt lit. conteſta. poſſet fieri præiudicium ec-
cleſiæ, ſed ante, & ſtatim ipſe Spec. in verſic.
breuiter tene &c. dicit, quòd prælatus & qui-
cunque habens adminiſtrationẽ poſſunt age-
re, & defendere, &c. Et ſi dicatur illud intelli-
gendum eſt, vt ſupra ſcilicet quando per ſe a-
gunt, ſed non per procuratorem, male dicunt,
& Spec. contra ſentit in loco ad quem remit-
tit in dicto verſi. ſi vero per procuratorem, &
de procuratore, §. ratione quoque, verſic. item
quòd ſint conſtituti, & in verſic. cæterum, ibi
ſtatim ſequenti. vbi expreſsè dicit, quod prælatus
poteſt ſine capitulo agere, & defendere, & al-
leg. quod dicit in d. §. breuiter, ſupra de acto-
9 re. † Et ſubdit quòd vbicunque poteſt agere,
n & defendere poteſt procuratorem [n] conſtitue
re tam ante lit. conteſt. quam poſtea. Itẽ quan-
do iura glo. & Doct. tractant de poteſtate præ
lati ſimpliciter intelligunt de prælato ſecun-
dum diſpoſitionem iuris communis; quæ eſt,
quod bona ſint communia, & tamen dicunt,
quod habet liberam, & quòd poteſt dare procu-
ratorem ante lit. conteſta. & ſi quiſquam ali-
ter diceret, minus iuridicè loqueretur.

## Addit. Quint. Mandoſij.

a ¶ Clientulo. ] *Duæ qualitates in hoc La-
pi cliente concurrebant, diuitiæ videlicet,
& diſcretio. vnde non mirum ſi ſtrenue
ſcripſit. quarum ſi altera deficiat Aduoca-
tus adducere poterit carmen illud per Do-
minum meum Phil. Dec. Senis ſolutionibus
ſtipendiorum promiſſorum ceſſantibus le-
gere recuſantem, cantari ſolitum. in ſteriles
campos noluit iuga ferre iuuenci. Ego clien
tes diuites indiſcretos, quorum infinitus eſt
numerus abhorreo: Pauperum miſercor, his
pro virili aduocatus proceſſe tenetur, iuxta
illud Eccleſiaſtici, c. 4. Congregationi pau-
perum affabilem te facito. & Iob. c. 29. pa-
ter eram pauperũ. Illos uerò a quouis ſem-
per reijciendos fore putaui. De honorario
aduocationis, patrocinijq; gratia præberi
ſolito vide Bud. in annot. in pandect. ſuper
l. ſolet, §. quantum ad xenia. ff. de offic. pro-
con. & de fœliciori tempore Lapi quam
ſint tempora moderna ratione clientum vi
de infra in mea vlt. Apoſtil. ad alleg. 57.*
b ¶ Capituli. ] *Et per eundem Lap. ſupra
alleg. 12. diſputat hic in princ.*
c ¶ In clerici. ] *Vbi etiam videantur Abb.
num. 3. cum ſequen. & ibi duæ Apoſtil. in
ver. bona, & in ver. verior, ad Lap. hic ſe
remittunt Felyn. ibidem, in ver. ſolus præla
tus, poſt num. 2. & D. meus in 3. quæſt. poſt
num. 8. in duobus locis, vbi etiam alios re-
ferunt, pro quibus, & alijs de quibus infra
vide etiam Gemin. in c. præſentium, nu. 18.
& ante, & poſt. de teſti. lib. 6. & eundem in
cap. perſonæ, §. ſi autem, ſuper glo. in uerſic.
ordinarius, de priuil. eod. lib.*
d ¶ Agere. ] *Glo. in ver. pro eccleſia, in cle.
fin. de procura. Spec. eod. tit. §. ratione eius,
uerſ. nunquid canonicus. Rot. Bellame. 492.
ſi procurator, & 696. confeſſio prælati, quæ
eſt eadem cum illa in not. 466. Alexand.
conſ. 186. viſis, nu. 9. lib. 2. ſequuntur Phil.
Franc. in c. Abbate ſanè, ante num. 4. de re
iudic. lib. 6. & Dominus meus, in cap. repre
henſibilis, poſt num. 10. de appel. hanc com
munem aſſerens.*
e ¶ Procuratorem. ] *Prælatus etiam regu-
laris, quòd etiam ante litem conteſtatã pro
curatorem conſtituere poſſit uoluit Bald.
in l. 1. poſt num. 3. verſ. ibi prælatos, ff. de
procu. idem Bald. in Authen. ſed hodie, uer.
vltimo hic. C. de epiſc. & cleric. & Bal. ſe-
quitur Franc. Aret. in l. ſi ſeruus, §. pupil-
lus, in fi. ff. de uerb. ſign. hanc opin. dicit com
munem, & veriorem Abb. in alleg. c. edo-
ceri, in 4. quæſt. num. 8. vbi etiam latè per
Fely. num. 6. in uerſ. ſolus prælatus dat pro
curatorem. Et hoc dictum pro communi, &
vero tenuit Rota, & per illud concluſit man
datum Abbatiſſæ ſine numero monialium
requiſito ſubſiſtere. in cauſa Roma. Hæred.
de paloſis coram Puteo. 8. Nouemb. 1549.*
f ¶ Præceptorijs. ] *De quibus ſupra alleg.
26. diſputat, & per me in 12. 3. Reg. & in
49. 16. Reg.*
g ¶ Præceptores. ] *Qui ſunt ad nutum amo
uibiles, cap. cum deputati. ubi no. Innoc. in
princ. & Abb. colum. 4. in 4. quæſt. de iudi.
dicta allegat. 26. ad fin. & Corn. conſil. 66.
placet, num. 1. lib. 3.*
h ¶ Maiora, & grauiora. ] *Vide hac alleg.
num. 8. ver. quæro quid in arduis, vbi addo.
& de cauſis grauioribus infra alleg. 69. in
clem. in fin. vbi aliqua addo.*
i ¶ Item obijcitur. ] *Dic tu verſic. item
etiam obijcitur, num. 76. & ibi ſunt tres
Apoſtil. quæ videantur, & Rot. quæ addi-
tur 466. in not. eſt eadem Bellame. 696. con
feſſio prælati.*
K ¶ Quid in arduis. ] *Communis, & vera
eſt conclu. quòd prælatus in arduis non po-
teſt ſine conſenſu capituli, ſeu cõuentus age
re, & hanc veram dicit Rot. præalleg. 466.
poſt num. 2. verſ. contradicit tamen. in no.
& Bellam. 696. idem etiam uoluit Roman.
conſ. 369 circa nu. 21. uerſ. tertia eſt Abb.
conſ. 62. illud de iure, num. 1. & ſeq. lib. 1.
vbi puto, quòd Lap. hic citare uoluerit, idẽ
Abb. in c. cauſam, quæ num. 5. uerſ. uel erat
negocium grande, ubi Felyn. nu. 3. qui Lap.
hic ſequitur, diſtinguens quando ſufficiat
conſilium, quando requiratur conſenſus, de
iudi. & Abb. poſt alios in c. cum deputa-
ti, poſt num. 15. eod. Phil. Franc. in c. Abba
te ſanè, colum. 2. uerſ. & aduerte, quòd licet
prælatus, de re iud. lib. 6. & opin. Felyn. in
alleg. c. edoceri, poſt num. 3, in 1. decla. dicit
omnes ibi tenere, & hunc ſequitur ſubdens
poſtea, quod communiter tenent Doct. quòd
conſenſus requiratur, & ſic quòd non ſuffi-
ciat conſilium, & Lap. ſequitur D. meus ibi
poſt. nu. 8. uerſ. & prædicta, & Io. Franc. a
Ripa ſuper rub. de conſt. col. 8. poſt nu. 18.*

Cauſæ

¶ Cauſæ arduæ.] *Aliquando verò grauitas, ſeu magnitudo cauſæ conſideratur reſpectu perſonarum, prout per hunc infra verſ. & cauſæ dicũtur magnæ. & per Abb. in c. conſtitutis, poſt num. 4. verſ. & no. bene iunc. duabus Apoſtil. ibi poſitis. ne ſed. vac. dicimus etiam arbitrarium eſſe an cauſa ſit ardua, vel non. Innoc. in alleg. c. edoceri, ad fi. vbi Dominus meus, num. 4. verſ. & quæ dicantur ardua.*

m ¶ Magnæ.] *Hæc eſt pulchra Theo. ad cognoſcendum quando cauſæ dicãtur magnæ, vel paruæ, pro quibus, & quòd etiam alio modo dici poßunt cauſæ magnę, graues, paruæ, humiles vide, quæ ſcripſi in 3. com. in verſic. attenta grauitate. & com. 11. in uer. grauitatem ſummæ.*

n ¶ Procuratorem.] *Hæc regula communiter tenetur per text. in l. 1. ibi uel nolunt, &c. vbi etiam Bar. ff. de procu. Inno. & alij in alleg. c. edoceri, de reſcr. idem Innocen. in c. cum I. & A. de re iud. & ibidem, Abb. num. 25. & ſeq. ac Apoſtil. ad eum in verſ. vbicunque ad fi. ſequens Lap. hic & Felyn. col. 4. uerſus fi. uerſ. vbi religioſus poteſt, idẽ uoluit Rot. 18. no. quòd mona. in anti.*

*SVMMARIVM.*

1 *Procurator commiſſus in adminiſtratione ſpiritualium & temporalium omnia poteſt excepta alienatione bonorum.*

2 *Duorum litigantium dicitur ille probare, qui iuſtiorem titulum probat.*

3 *Mandatum habens ad agendum interdicto, vti poſ. poteſt interdicere dominiũ, quod requirit naturam interdicti.*

ALLEGATIO XLIX.

SVnt & alij qui dicunt q̃ procu. datus à prælato ad adminiſtrandum ſpiritualia, & temporalia cum poteſtate agendi, & defendẽdi ſuper prædictis, & ab eis pendentibus, cohærentibus, & cõnexis; non poſſit agendo de iniuria, & moleſtia; vt iniuriationibus, & moleſtationibus imponatur ſilentium agere ad declarationem proprietatis rei moleſtæ, allegat. quia quando agitur petitorio, debet prælatus conuenire reum laicum coram ſuo iudice ſecula-
1 ri. Ego dico q̃ minus iuſtè eſt dictum. † Nam
is cui committitur ſpiritualium adminiſtratio, & temporalium; poteſt omnia excepta alienatione bonorum, vt in cap. is cui. de elec.
a lib. 6.[a] vnde cum iſti procuratori commiſſa ſit
adminiſtratio ſpiritualium, & temporalium omnia potuit, &c. item quia habet mandatum ad agendum ſuper ipſa adminiſtratione, & pœna, &c. ſed non eſt dubitandum, quòd ſi proponatur res ab adminiſtratione impediri, quòd dependet ab adminiſtratione, vt tollatur impedimentum, quia omnia intelliguntur commiſſa, ſine quibus &c. vt in c. 1. de of-
b fic. deleg.[b] Allegata in contrarium nil faciũt:
nam illa tangunt impedimentum iudicis non ex defectu procur. Item illud eſt verum, quando ageret rei uendicatione; ſed in noſtro caſu proponuntur bona de quibus agitur poſſideri per actorem, quo caſu non datur rei ven-
c dicatio.[c] vnde agitur interdicto vti poſſi. quo
caſu per clericum agi poteſt coram eccleſiaſtico; quia venit iniuria, violentia, & moleſtia quibus caſibus poteſt adiri eccleſiaſticus,
d vt in cap. cum ſit generale, de foro compet.[d]
etiam in tali interdicto venit probatio domi-
2 nij, † quia ille obtinet qui iuſtiorem titulum
e probat, vt legitur & no. in cap. licet,[e] de probati. vnde iſto caſu non agitur de rei vendica. vel directo petitorio, ſed agitur ad declaranem, quod requiritur, & patitur natura inter-
3 dicti vti poſſidetis. † Quicunque igitur habet
mandatum ad agendum interdicto vti poſ-
f ſid. poteſt indicere dominium,[f] quod requi-
rit naturam interdicti: immo plus dico, qùòd dictus procur. poſſet agere rei vendic. & directo petitorio, ex quo ſibi generalis adminiſtratio eſt commiſſa, vt ſupra allegat. eſt, & ſi adiret indirectè eccleſiaſticum contra laicum in caſu non permiſſo, non competeret exceptio contra mandatum, & ſic obtinui in epiſcopali curia Flor. tempore do. Ang. de Ricaſol. epiſcopi Floren. in maximo aduocatorum ſtrepitu, & aliàs conflictu in quadam cauſa vertente inter Abbatem monaſterij ſancti Antonij Vien. ex parte vna, & fratrem Ioannem olim præceptorem ſancti Antonij Florent. dicti ordinis.

Addit.



Addit. Quint. Mandoſij.

a ¶ Lib. 6.] *Et Mil. in Reper. in ver. adminiſtrator eccleſiæ.*

b ¶ De offic. deleg.] *Ac c. præterea, & c. ſignificaſti, colum. 2. de iuriſd. omn. iud.*

c ¶ Rei vendi.] *Vnum ex præcipuis requiſitis in agente rei vendicationo eſt, vt probet aduerſarium poſſidere, ſeu tenere, vel dolo deſiiße poſſidere, alioqui condemnabitur ipſe actor, l. officium, l. ſi autem, & l. fi. ff. de rei vendi. l. vni. & ibi Bald. in princip. C. de alien. iudi. Roffre. dum de actio. ciuilibus tractare incipit. rub. de rei vend. in 4. requi. infra alleg. 58. poſt num. 6.*

d ¶ De for. compe.] *Et ibi Abb. num. 13. Barb. colum. 6. qui hunc citat. & Mar Sozzi. poſt num. 18. in 11. fallen. verſ. in ea. infra alleg 57. 64. & ſeq. Felyn. in c. eccleſia S. Mariæ, num. 7. & ſeq. de conſtit. Aufr. de pote. eccle. ſuper Lai. in 122. caſu.*

e ¶ In ca. licet.] *Ver. ex præmiſſis, ibi illa proculdubio, & c. l. ſi duo, in prin. ff. vti poſ. Bar. in l. 1. colum. fi. C. eo. Bal. in l. qui accuſare, in ult. no. ante num. 5. C. de eden. D. meus, conſ. 410. in cauſa, num. 3.*

f ¶ Dominium] *Et quòd in interdicto uti poſſidetis admittantur exceptiones, articuli, & probationes de dominio, & proprietate firmat Bar. poſt Iac. de Aret. & Cyn. in l. ſi ex co. §. fin. num. 3. cum quo ſcribentes communiter tranſeunt, ff. de acqu. poſſ. Pariſ conſ. 31. num. 60. volum. 4. communem affirmans.*

*SVMMARIVM.*

1 *Veritas orationis cõiunctæ requirit vtranque partem veram eſſe.*

2 *Canonicus an poſſit agere nomine eccleſiæ.*

3 *Res per alium inuaſa dicitur alienata, & pro ea poteſt agi ac ſi eſſet alienata.*

4 *Canonicum poße agere nomine eccleſiæ impugnatur tribus medijs.*

5 *Succedens loco alicuius debet eodem iure vti quo ille vtebatur.*

6 *Canonicus agens pro præbẽda ſua ſibi ſingulariter aſſignata qualiter formabit libellum.*

7 *Petens reſtitutionem beneficij quo ſe ſpoliatum dicit cuius nomine agere debeat.*

8 *Sententia debet proferri iuxta formam libelli.*

9 *Agere ad commodum eccleſiæ, & nomine eccleſię, an ſit idem.*

10 *Vota cõditionalia, vel incerta reprobãtur.*

11 *Eccleſia nunquam per ſe dat mandatum, ſed aut ius, aut capitulum.*

12 *Poteſtas capituli eſt in unum.*

13 *Intereſſe priuatum, an poſſit eſſe in re communi: & an in una, & eadem re poſſit eſſe intereße commune, & priuatum.*

14 *Intereſſe commune & priuatum differũt.*

15 *Quod commune eſt nemo proprium dicere poteſt.*

16 *Monacha ſpoliata non poteſt repetere tanquam monacha, ſed tanquam pars corporis & collegij.*

17 *Ignorantia non præſumitur in ijs, quæ quis indagare tenetur.*

ALLEGATIO L.

DIcebantur in effectu tria cõtra mã-
1 datum. † Primum quod actor con
ſtituit procuratorem in dicta cauſa dictis nominibus: hæc autẽ ora-
a tio coniuncta[a] eſt, tam nomine proprio, quã
nomine eccleſiæ. Sed nomine proprio agere non poteſt, ergo procuratio non tenet. Secundum, quia canonicus non poteſt agere nomine eccleſiæ pro ut agit, ſed debet agere pro eccleſia, alleg. Innoc. in decr. cum olim, de teſti. nec prodeſt, quòd det libellum dictis nominibus, & quolibet eorum, vel quòd dicitur coniunctim, & diuiſim. Nam iſtæ omnes ſunt copulatæ ita, quòd vna deficiente altera non procedit. Tertium quia debuit primo conſtare de negligentia prioris, & capituli
b [b] ad hoc no. per Innoc. in d. c. cum olim, & per
Hoſtien. ibidem. Reſpondetur ad primum

I dicitur

dicitur quod ex quo exhibito libello per prin
cipalem, qui ſtatim in actis poſt libellum fe-
cit procuratorem ad proſequendam dictam
cauſam &c. & hoc ſufficit, & intelligitur fe-
ciſſe eo modo quo cauſa exercetur, & quia
quaſi dominus intelligatur eſſe preſens in om
nibus, ex quo apud acta. Et hinc eſt, quòd iſto
caſu non habet procuratorem releuare, nec ſa
tiſdare, vt C. de ſat. l. 1. & no. Specul. de ſatiſd.
§. 1. verſ. & eſt not. vt dicit, d. l. quia dominus
c intelligitur eſſe præſens.
2 † Ad ſecundum quod canonicus poteſt age
re nomine eccleſiæ, & ita firmat Innoc. in d. c.
d cum olim,[d] licet recitet opi. aliquorum dicen
tium contrarium, quas non approbat: & hoc
idem videtur ſentire ipſe vbi dicit, ꝙ talis ca-
nonicus habet mandatum a iure, ſed is qui ha
bet mandatum non agit nomine proprio, ſed
eius cuius mandatum gerit. Et hoc etiam vi-
detur ſentire Spec. in Spec. de procur. §. 2. ver.
ꝙ ſi. vbi dicit, ꝙ canonicus agens contra ali-
quem pro re malè alienata, ſuccedit loco to-
tius capituli: & qui ſuccedit loco alicuius ec-
cleſiæ eodem iure vtitur, capitulum ergo ge-
rit nomine eccleſiæ, ergo & iſto reſpectu, ſu-
per illo. verſ. Io. Andr. dicit, quòd Alber. Gal.
dicit, quòd Docto. Bon. ita determinauerunt,
& prodeſt dixiſſe dictis nominibus, & quoli-
e bet eorum, & coniunctim, & diuiſim,[e] & iſta
ſunt directè cõtraria. Oportet ergo quòd in-
telligatur coniunctim pro ſe, & diuiſim per
ſe, hoc eſt ſecundum alterum modorum in po
ſitionibus, vbi dicit pono coniunctim & di-
uiſim aſſenſiuè, & diſſenſiuè, & de quolibet
primo de per ſe, vt ſi negat reus coniunctim,
interrogatur de quolibet de per ſe. Ad tertiũ
dicitur, quòd ſatis conſtat de negligentia eo
f ipſo,[f] quòd non proſequuntur iura eccleſiæ:
ita not. Innocen. ibi alia quæ dicit ſub alterna-
tione Hoſtien. dicit tutum eſſe hoc ſignificari
capitulo, non quia non valeat, ſed quia poſſit
litem ſopitam poſtea ſuſcitare, ſed iſta ſunt
ſuperflua. nam dico quod ſine aliqua negligẽ-
tia, potuit agere iſte canonicus per decre. ſi
quis presbyterorum ad fin. Nec obſt. quod di-
cit quòd illa loquitur de re alienata, ſed hic
3 proponitur occupata † ergo; quia iſtud dam-
nat Spec. quia dicit, quod res inuaſa per aliũ
dicitur alienata, & pro ea poteſt agi ac ſi eſſet
g alienata[g] hoc not. de reſcript. præſenti. §. ra-
tione formæ. verſ. Item quòd in reſcript. hoc
clariſſimè no. Ioan. And. in decre. epiſcopi, de

reb. eccl. non alien. alia not. in c. cum olim, lo-
quuntur qñ agitur in alijs caſibus non pro re
alienata, vt erat in ipſo, c. cum olim. Lapus.
Viſis allegationibus reſpõſiuis apparet mi
hi illa non reſpondere ſufficienter ad allega-
ta in contra. & licet, poſſet fieri ſine alia re-
ſponſione & maximè, quia in ipſis reſponſiuis
allegationibus nil alleg. niſi vna glo. Innoc. in
decre. cum olim, quæ manifeſtè facit contra
eum, & allegata fuit pro parte alia, tamen ad
elucidationem veritatis iterum dicam. Et o-
miſſis ſuperfluis videtur aduocatus aduerſus
pertinaciter aſſiſtere in tribus. † Primũ quòd 4
canonicus etiam quando ſibi competit agere
pro eccleſia, non poteſt concipere libellum
nomine eccleſiæ. Secundum quòd non po-
teſt canonicus agere, pro re communi pro
ſuo intereſſe, quia in re tali non habet intereſ-
ſe. Tertium eſt, quòd requiratur negligentia
prælati, & capituli antequam ſingularis cano
nicus debeat admitti, & dimitto litigium, de
coniunctim, & diuiſim quod non eſt opus di-
ſcutere; licet totum aliter debeat intelligi, quã
allegetur ſubtiliter per dictum aduocatũ ad-
uerſum; & dico quòd omnia prædicta tria
ſunt minus iuridicè dicta, nec poſſent iure
probari, nec probata ſunt per eum.
Ad primum dico, quòd canonicus eo caſu
quando competit agere pro eccleſia, vt in ca-
ſu, capit. cum olim, vbi expreſsè firmat iſtam
quæſtionem, & reſpondet nomine eccleſiæ
formando, licet ipſe recitet opin. aliorum, qui
malè dicunt, & ipſe non approbat hoc etiam
h ratione. Nam ſi prælatus[h] debet agere nomi-
ne eccleſiæ, vt not. de li. ob. cap. primo. & præ-
dictis caſibus canonicus ſuccedat, & ſurro-
getur ſibi à iure, ergo eodem modo agere de-
5 bet, quia qui ſuccedit † loco alicuius, debet
i vti eodem iure, vt lit. pend. eccleſia.[i] Ideo
enim prælatus agit nomine eccleſiæ, quia non
eſt dominus, ſed ſibi commiſſa eſt adminiſtra-
K tio.[k] vt nota. gloſſ. in capit. conſtitutus, de re-
ſcript. Ille enim qui non eſt dominus rei non
poteſt agere pro illa re. vt nota. Ioan. Andr. de
probatio. ex literis, in gloſſ. nõ poterat, & ſem
per agendo intelligitur agere nomine eccle-
ſiæ. Vnde ſecundum Innoc. in capit. præſen-
tium, de teſti. lib. 6. & Ioan. Andr. poſt eum in
princ. ſi libellus dicat agit talis Abbas, & talis
procurator conuentus nomine: vt ſic quo ad
verba videatur diuerſis nominib. agere: quia
tamen conſtat, quòd eiuſdem nomine agitur,
ſcili-



ſcilicet monaſterij, ad quod res pertinent de
quibus agitur: idem eſt eadem ratione cano-
nicus, cui dictis nominibus commiſſa eſt ad-
niſtratio talis actus non ſuo, ſed nomine ec-
cleſiæ aget. nam vbi eadem ratio ibi idem ius.
de reſcript. inter cætera, non poſſet dari ratio
diuerſitatis.
6 Præterea hoc videmus in ſimili, nam ſi ca-
nonicus agit pro præbenda ſua ſibi ſingulari-
ter aſſignata, formabit libellum tam nomine
præbendæ ſuæ, quam nomine proprio, ita no.
Hoſtien. in cap. edoceri. de reſcript. & in decr.
ex literis de probatio. licet Innocent. dicat in
dict. decret. quòd etiam nomine proprio age-
re poterit pro ſua præbenda, quando agit cũ
l illis de eccleſia, quia nil deperit eccleſiæ.[l] Sed
quando cum extraneis agitur nomine eccle-
ſiæ eſt agendum; vt not. de probat. ex literis,
& cum mãdato eccleſiæ; quia nemo ſine man-
dato eccleſiæ agere poteſt, niſi prælatus, & ca-
pitulum, niſi in caſibus exceptis à iure, vt in
c. ſi quis, de reb. eccleſ. non alien. & c. olim, de
teſti. ſi canonicus velit de proprietate præben
dæ agere cum extraneo; debet habere manda-
tum, ne faciat præiudicium eccleſiæ ignoran-
ti; aliàs nec nomine ſuo, nec pro eccleſia po-
teſt agere: & quia ſpiritualis præbenda eſt cõ-
miſſa canonico, non agit canonicus nomine
eccleſiæ in defectum prælati; quia non fuit in
culpa, & nõ ipſe canonicus petet mandatum;
& erit primus, quia primo loco ad eum ſpe-
ctet, nec præfertur iſto caſu prælatus, extra de
iud. cap. de præſenti, & ibi no. vel ſi admitte-
tur prælatus ſatis poſſet canonicus pro ſuo
intereſſe aſſiſtere ne colludat. de procur. licet,
lib. 6. Item ſi adminiſtratio bonorum monaſte
rij eſt diuiſa inter Abbatem, & conuentum: ſi
Abbas uelit agere pro bonis cõmiſſis ſuæ ad-
miniſtrationi, aget nomine ſuo, ita not. Ioan.
And. poſt Innoc. & Hoſt. in decr. ex literis, de
probat. in glo. non poterat. omnium iſtorum
eſt una ratio, quia non ſunt domini rerum ec-
7 cleſiæ: ideo ſuo non agunt, ſed eccleſiæ. † Item
is, qui petit reſtitutionem beneficij quo ſe ſpo
liatum dicit, nomine ſuo debet agere; ſecus ſi
petat res beneficij debet agere, quia illas res
non poſſidebat nomine ſuo ſed nomine eccle-
ſiæ: & ideo nomine eccleſiæ debet agere. ita
not. Ioan. And. poſt Innoc. in decre. ex literis,
m de reſtit. ſpol.[m] in gl. magna. per quæ clare pa
tet, ꝙ nomine eccleſiæ ſemper agi debet quan
do ad commodum eccleſiæ agitur, nõ ad com

modum agentis. Item facit ad hoc, quod de
præben. cum teneamus, ſuper ver. eccleſiam,
vbi dicitur, quòd licet canonicus poſſit ſuam
defendere eccleſiam, vt de except. dilectis,
non tamen formabit exceptionem in perſona
canonici, ſed eccleſiæ, verum quia ſententia
debet proferri iuxta formam libelli, vt not.
8 † de ſi. licet[n] de accu. qualiter & quando, &
n petitio talis debet eſſe. Sed licet dicta vera ſint
& probata ſic eſſe de iure; tamen de iure cano
nico ſunt iſta ſuperflua, & magis ſubtilia, quã
vtilia, vt not. in ſimili. † Ioan. And. de reſtitut.
ſpol. ex literis. Nam agere ad commodum ec-
o cleſiæ & agere nomine eccleſiæ[o] ſunt idem
in effectu, & diuerſitas potius in apice iuris,
quam in effectu rationis conſiſtit. Et hoc eſt,
quod clarè not. Hoſt. in ſimili. decre. cum con
tingit, de offic. deleg. vbi quærit quid de tali
libello; conqueror de tali epiſcopo, qui me
poſt appellationem iuſtam iniuſtè excommu-
nicauit: vnde peto mihi ſuper hoc veſtro offi-
cio prouideri, pronunciando dictam ſenten-
tiam fore nullam, vel me abſoluendo pro ut
vobis videbitur faciendum. Et dicit, quòd iſte
libellus ſecundum ſimplicitatem iuris canoni
ci eſt admittendus, & allegat plura iura, & ſi
obijciatur de contrarietate, vel incertitudine;
replicari poterit de ſimplicitate iuris canoni-
ci, & iuſtitiæ veritate, & debet iudex ſecundũ
p eum pernicioſæ ſubtilitati,[p] & maximè in ta
libus quãtum poteſt obuiare, imò dicit quòd
in prædicta petitione nulla eſt contrarietas
ex quo totum refertur ad arbitrium iudicis,
dicendo abſoluendo, vel pronunciando nul-
lam, prout videbitur faciendum, quæ uerba
Hoſtien. per omnia poſſunt reduci ad caſum
noſtrum. Nam hic proponitur res occupata in
damnum eccleſiæ, & pro intereſſe canonici pe
tentis, & omnino. &c. quibus melius hoc po-
teſt fieri. Patet ergo quod ex ipſo imploratur
officium iudicis ad hoc faciendũ omnino, &c.
quod reponitur in electione ſua, vt in hoc fa-
ciat per eum modum per quẽ melius poteſt,
vt exemplo Hoſtien. & ſic nulla contrarietas.
10 † Ita etiam licet in electione reprobentur vo
q ta conditionalia, vel incerta[q] tamen admit-
titur iſta forma eligo, vel poſtulo prout me-
lius fieri de iure poteſt, quando ſuperior eli-
gat illam viam, quæ magis eſt iuridica. Item
cum agatur ſolum de fauore eccleſiæ, non eſt
locus ſubtilitati, vt ſupra, & maximè in mate-
ria dubia in iure. Nam & quod ſit dubia patet

I 2 per

per verba, Inno. in decr. cum olim, de teſti. vbi
dicit quod cautum eſt non exprimere quo no
mine agitur, & iudex prudẽter facit ſi ad hoc
non cogat; & hoc pro alio non eſt, niſi quia
non eſt bene iure clarum quo nomine agi de-
beat. In hoc dubio agitur vtroque nomine, &
omni modo quo melius poteſt, & ſic pluſquã
ſufficiat & potius obſtinatæ pertinaciæ eſt in
hoc perſiſtere, quam in veritate iuris. Nec pro
cedunt argumenta facta in contrarium, vbi di
citur talis canonicus habet mandatum à iure
pro eccleſia, ergo non ab eccleſia, imò ſequi-
tur habet mandatum a iure pro eccleſia, ergo
11 eſt procurator eccleſiæ: † Eccleſia enim per
ſe nunquam dat mandatum, ſed pro ea datur
aut à capitulo, aut à iure, & ſic datus dicitur
procurator eccleſiæ, ideſt adminiſtrator eccle
r ſiæ, ſed eccleſiæ domorum. Eccleſia enim [r] mul
tis modis ſumitur, vt no. glo. in c. querelam, ne
præla. vices. Item non ſequitur illatio facta ſi
ageretur nomine eccleſiæ, ergo eccleſia negli-
geret, & etiam ageret, quæ ſunt oppoſita. Nã
eccleſia per ſe ſumpta, vt ſibi non negligit,
ſed capitulum contra ipſam, & in eius læſio-
nem negligit, & fauore eccleſiæ innocentis
ſurrogantur alij de eccleſia ad ſupplendam
negligentiam capituli, & ageret nomine ec-
cleſiæ neglectæ, non negligentis. Item non
procedit alia illatio, ſuccedit canonicus in lo-
cum capituli, nõ tamen nomine capituli aget,
quia eſt oppoſitum in obiecto, quia non dici-
tur, quòd canonicus agat nomine capituli, ab
ſit hoc, immo nomine eccleſiæ, prout dicebat
12 agere capitulum, † quia poteſtas capituli eſt
in vno, qui authoritate iuris habet illam po-
teſtatem, quam habet capitulum, & hoc nul-
lum oppoſitum in obiecto, ſed eſt propoſitũ
in propoſito dialecticè loquendo.

Ad ſecundum dicitur, quòd in re commu-
13 ni † collegij poteſt eſſe priuatũ intereſſe. pro-
batur in clem. conſtitutionem, de elect. & hoc
expreſsè not. illa gloſſ. ord. in verſ. proprijs.
ſ [s] Item, quòd in vna, & eadem re poteſt eſſe in-
tereſſe commune, & proprium, vtrumque po-
teſt ſimul dici, quòd autem canonicus eccle-
ſiæ habeat proprium, & priuatum intereſſe iu
re communi collegij ſui patet, immo nedum
unum, ſed plura, vnum videlicet, quia ſibi à
iure datur hæc poteſtas repoſcendi rem malè
alienatam, intereſſe prius eſt autem ſibi con-
ceſſum, vt vtatur ꝓpria poteſtate, ita dicimus
quòd canonicus non citatus ad electionem
pro ſuo intereſſe agere poteſt ad ceſſationem
electionis, quia intereſt ſua non contemni, ita
no. glo. in dicta Clemen. conſtitutionem. Ita
dicimus, quòd licet electio ſit collegij, tamen
inuito vno poteſt fieri compromiſſum de illa.
vt not. in decr. quia propter. de elect. quia in-
tereſt ſua vti illa voce ſibi cõceſſa, & in alium
non transfundere. Item in caſu noſtro intereſt
canonicis audiri, & vti poſſe poteſtate repo-
ſcendi rem malè alienatam ſibi à iure conceſ-
ſa. Item habet aliud intereſſe videlicet, quòd
adhuc tenetur quaſi iuris neceſſitate aſtringa-
tur, ita tenet Ioan. Cald. in dicta decre. ſi quis
presbyterorum, ſuper ver. liceat, loquendo de
clericis eccleſiæ; intereſt ergo ſua, vt faciat id
ad quod de iure aſtringitur, & maximè, vt pę-
nam euitet, quæ ex hoc omiſſo ſuſtinetur, ad
hoc, eod. tit. cap. 2. lib. 6. & c. generali, eod. tit.
lib. 6. Immo non ſolum canonicus dicitur ex
hoc habere proprium intereſſe, ſed etiam pa-
troni, & parochiani dicuntur in hoc habere
proprium intereſſe, vt no. gl. ord. in d. c. ſi quis
presbyterorum ſuper verb. perſonis, & in de-
cre. illa de accuſ. & in c. vt circa. de elect. lib. 6.
14 aliud eſt enim intereſſe commune, † & aliud
priuatum, nã collegium habet intereſſe, quia
eſt adminiſtrator, & ſuæ curæ ſunt bona eccle
ſiæ commiſſa, intereſt ergo collegio hoc fa-
cere; & agere, & defendere; patroni intereſt,
quia ſibi honor eſt eccleſiam vtiliter regi; cũ
t in neceſſitate debeat habere alimenta, [t] ſi ec-
cleſiæ ſuppetunt facultates. Item in ſimilibus
canonicus habet intereſſe prædictum, quia
intereſt etiam ſua ne bona pereant, quia de il-
lis viuere debet, & ſuam portionem in omni-
bus bonis habet, de fi. presbyt. propoſuit, per
quam decret. & no. de præben. eum qui. lib. 6.
patet, ꝙ habet ius in re, & in fructibus, vnde
etiam monachus, quando bona monaſterij di
uiduntur petit partem ſuam, ita no. glo. ordin.
de reſcrip. cum dilecta. per c. in nullo. 17. q. 2.
u vbi etiam no. glo. ꝙ fit diſtributio [u] pro nume
ro perſonarum de bonis collegij, qñ collegiũ
deſtruitur, vt dicit Lapus Abb. in d. Clem. con
ſtitutionẽ, an mea non interſit, vt in facto, non
in iure hoc eſt dicere ſi in facto cõmodum, vel
incommodũ alicuius rei, uel actus, ad me ſpe
ctat, vnde poterit canonicus probare, ꝙ ex il-
lo fundo ſolitæ erant præbendæ ſolui, vel ꝙ
ſine illo præbendæ nõ poſſunt pręberi canoni
cis hmôi. & per hoc patet, ꝙ alia argumenta
facta per aduocatum aduerſum nõ procedũt,
dum



dum dicit illud quod eſt commune pluribus,
15 vt † collegio, nullus de collegio poteſt dicere
hoc meum, nam canonicus nõ dicit hoc meũ,
licet dicat ſe agere ad repetitionem fundi pro
eccleſia, & pro ſuo intereſſe; ſed dicit ſua inte-
reſſe quod eccleſia rehabeat fundũ, quod põt
eſſe multis modis, vt ſupra dixi, vel dicit pro
ſuo intereſſe ꝙ intereſt ſua ſemꝑ repetere ex
aliqua ex cauſis, d quib. ſupra. Argumẽta quæ
in ꝯrium inducuntur nihil omnino faciunt,
nam etiam eſt ponderandum ꝙ quando quis
pro ſuo intereſſe ſingulari admittitur, non eſt
opus quòd poſſit totam rem in iudicio dedu-
cere, ſufficit quod deducat pro illo tantum, vn
de ſi canonicus iſte ſimpliciter ageret pro ſuo
intereſſe, & ſuccumberet, imponeretur ſibi ſi-
lentium, & condemnaretur in expenſis, non
tamen eccleſia perderet fundum. Si autem pro
ſuo intereſſe ſingulari egerit, & obtinuit; ec-
cleſia recuperat fundum per indirectum, quia
aliter non potuit prouidere intereſſe canonici
vt rehabeat rem; quemadmodum etiam dici-
tur quod licet effectus denunciationis euange
licæ non ſit priuatum intereſſe, ſed purgatio
animæ, & tamen indirectè conſequitur, quis
priuatum intereſſe, quia non poteſt purgari
niſi reſtituat ſolet notari de iudic. nouit. vnde
16 gl. in decret. cum dilecta. † de reſcript. dicit ꝙ
i monacha ſpoliata repetit, non tanquam mo-
nacha, ſed tanquam pars corporis, & collegij,
tanquam ergo pars canonicus habet intereſſe
quia nemo debet audiri in iudicijs ſine inte-
x reſſe. [x] 2. quæſt. 6. non ſolent, ſequitur quod
qui habent poteſtatem experiẽdi de re aliqua
in iudicio, dicitur habere intereſſe; cum ergo
canonicus in caſu noſtro poſſet experiri, ut in
dicta decr. ſi quis presbyterorum, verſ. ſed li-
cet, ergo habet intereſſe, nec tamen ceſſat in-
tereſſe commune collegij, immo & prælatus,
& capitulum poſſunt agere. iſta enim non sũt
contraria, quòd pluribus eiuſdem rei compe-
tat actio; immo & ſi concurrerent prælatus, &
canonicus, præfertur prælatus, & canonicus
aliàs eis nolentibus agere eis inuitis admitte-
tur canonicus etiam ſine mandato. Item not.
Ioan. Cald. in dicta decret. ſi quis, quòd intel-
ligitur quando canonicus vult agere nomine
Eccleſiæ, ſi autem vellet agere ſimpliciter pro
ſuo intereſſe, vt quia diceret de illo fundo ſo-
lere percipere præbendam ſuam, vel quòd ſi-
ne illo non poteſt præberi præbenda, tunc nõ
poſſet prohiberi quoquomodo, niſi ſicut non
poſſit prohiberi cum ageret pro reb. ſuæ præ-
ben. quo caſu ad eum videtur ſingulariter ſpe
ctare, non ergo bene dicitur, narrat talia ex
quibus reſultat intereſſe commune, ergo non
poterit probare proprium, quia veritas, & iu-
ris & facti omnis habet ſe in contrarium. Ad
tertium dicitur quòd quicquid eſt in caſu de-
cret. cum olim, de teſt. quo caſu puto etiam ve
rum dictum Innoc. † ꝙ ſatis patet de negli-
gentia cum nõ agat de recuperanda, nec pro-
deſt ignorantia quæ nõ præſumitur in ijs quę
y quis indagare [y] tenetur. vt no. in regula igno-
rantia, de re. iur. lib. 6. nec præſumitur ignora-
re prælatus quæ canonicus ſcit, vnde non cre-
z ditur epiſcopo [z] dicenti ſe ideo non contuliſ-
ſe beneficium, infra tempora Lateranen. Con-
cilij, quia ignorauit, nam qui habet ex officio
viſitare eccleſias præſumitur quòd inuenerit,
vel debuerit inuenire, vt not. Hoſt. de except.
cum venerabilem, ſed in caſu noſtro, vbi repo
ſcit male alienata nulla negligentia requiri-
tur, quia hæc poteſtas conceditur libera a iu-
a re, ita not. gl. ord. ſi. [a] in decre. i. de procur. imò
imponitur neceſſitas, vt ſupra dixi, poſt domi-
num meum Cal. & ita tenent omnes, & agitur
tunc conditione ex illa decr. introducente hãc
poteſtatem repoſcendi male alienata fauore
Eccleſiæ, nec facit cõtra quod dicitur per ad-
uocatum aduerſum, de litera ibi niſi cleri ſa-
tisfac. &c. quia illud reſpicit pœnã malę alia-
nationis quam euitat ſi cleri ſatisfaciat, &c. nõ
tamen reſtringitur poteſtas conceſſa canoni-
cis repoſcẽdi, imò cum quæritur quando dica
tur colligitur ergo proſpicere, & intelligunt
Doct. ſcilicet antequam ſit interpellatum, prę
ueniat ergo ipſe canonicus in repoſcẽdo, & ſic
non obſtat quod dicitur per aduocatum ad-
uer ſum quod poſſit contra prælatum malè a-
lienantem fieri machinatio, immo eſſet vtili-
tas Eccleſiæ inducta a iure, & imputet ſibi qui
malè alienauit, quia fuit in culpa, & ſemper
fuit in mora non repetẽdo. nõ eſt ergo machi-
natio, ſed bonum iuris remedium contra ma-
b lè alienantes, [b] vel aliter, licet canonicus præ-
ueniat, tamẽ prę lato volẽte agere admittetur,
ita dicit Ioan. Cald. in decr. ſi quis presbyte-
rorum. Nam id quod dicitur ibi in inuito prę-
lato, & cap. poteſt repoſcere verum eſt eis non
agentibus, ſed iis agentibus præfertur, quam
primum ergo prælatus ſcit canonicum agere
veniat, & agat, & admittetur.

Addit. Quint. Mandoſij.

a ¶ Coniuncta. ] *Et ſic requirit concurſum amborum, l. ſi hæredi plures, ff. de condi. inſtit. Bar. in l. 1. nu. 2. & Iaſ. eo. nu. ff. de iuſti. & iur. Fely. in c. 2. nu. 32. de reſcr. D. meus conſ. 417. num 1. & 433. num. 6.*

b ¶ Prioris & capituli. ] *Idem voluerunt, Abb. in c. dilecti, nu. 3. de maio. & obedien. D. meus, conſ. 151. num. 16. & in c. licet, numero 19. vbi ſequitur Lap. hic.*

c ¶ Præſens. ] *Et l. 1. C. de procura. l. metus, §. is qui, vbi etiam Ang. ff. eo. Rom. ſingu. 214. Sozzi. Reg. 317. & ſequen.*

d ¶ Cum olim ] *De teſt. Abb. ibi colum. 3. Felyn. num. 2. aßerens opin. Inno. ab omnibus comprobari. Videantur etiã glo. in uer. canonica, & Gem. in c. ad decimas, & Frãc. poſt num. 5. qui ad Lap. ſe remittit. de reſtit. ſpol. lib 6. pro quibus, & alijs de quibus hic videantur Abb in c. ex literis, nu. 2. & ibi duæ Apoſtil. & Fely. ibi corruptè hunc citat ſuper gl. 1. in fi. poſt nu. 6. de probat. conſiderandæ tamen ſunt plures declarationes quas ſubijcit ibi, Fel. & quòd quilibet de clero, & quilibet de collegio, cõuentu, uel populo audiatur in concernentibus intereſſe eccleſiæ, collegij, conuentus, populi. Rot. 206. in no. uer. præterea quia Franc. in c. præſertim, poſt nu. 5. de teſti. lib. 6. qui Rot. ubi ſupra, & Lap. hic ſequitur. Latè tractat Fely. Lap. hic, & alios citans, in c. dilecti, nu. 2. uer. quilibet de clero, de mai. & obed. & Lap. etiam ſequitur Andr Barb. in Apoſtil. ad Bal. in leg. iubemus, in uerſ. de iuſtis, C. de ſacroſanct. eccleſ.*

e ¶ Coniunctim, & diuiſim. ] *Pro hac clauſula uideri poterunt, quæ ſcripſi, in 1. com. in verſic. ac tam coniunctim.*

f ¶ Eo ipſo. ] *Sequitur D. meus, conſ. 151. maximi ponderis, ante num. 17. & nu. 21.*

g ¶ Alienata ] *Vult Lap pro re inuaſa, ſeu ſublata poſſe agi ac ſi eſſet alienata, & ſicut quilibet, etiam non prælatus agere poteſt pro re eccleſiæ alienata, ita & pro re inuaſa, idem uoluerunt Anton. de Butr. & Imol. in alleg. cap. cum olim, de teſti. & ad Lap. hic ſe remittunt, Abb. ibidem, col. 4. uerſ. item ius publicum, & Fel. poſt nu. 3. verſ. & ad vnum aduerte, Lap. etiam citat, & ſequi videtur Fely. ſuper rub. de reſcrip. num. 7. uerſ. & dixit Lap. & hæc eſt communis opin. quicquid impugnando Lap. dixerit Aret. in alleg. c. cum olim.*

h ¶ Prælatus. ] *Quando prælatus agere debeat nomine eccleſiæ, & quando proprio uide Bal. in l. ſi aquam, num. 60. & ſeq. C de ſeruitu. & Rot. 1. poßeſſor beneficij, de reſti. ſpol. in princ. & num. 4. & ſeq. in Addit. in no. & Gemin. in cap. fin. num. 5. de iure iuran. lib. 6. ubi Apoſtil. ad Lap. hic ſe remittit.*

i ¶ Eccleſia ] *Eſt c. eccleſia 1. vbi ad hoc not. glo. in verſ. ſucceſſerunt, pro quo etiam faciunt, quæ adduxi in 13. q. Regu. de non iudic. iux. for. ſup. num. 2.*

K ¶ Adminiſtratio. ] *Adminiſtrator non dicitur propriè habere beneficium, nec titulum in beneficio cuius eſt ſibi adminiſtratio conceſſa. Ant. ſuper glo. in uerſ. per electionem, in clem. 2. de reſcr. Mil. in Reper. in uer. adminiſtrator non dicitur, & gl. Reg. 9. Cancel. in fi. De adminiſtratore ordinis regularis, eiuſque poteſtate habemus infra alleg. 62. quidam num. 2. & ſeq. Vide quæ de quouis admiſtratore tracto an tranſigere poſſit. ibi uer. alienare.*

l ¶ Nil deperit eccleſiæ. ] *Cum Iun. ibidem propter eandem rationem concludunt etiã Ioan. And. & Abb. num 2. Fely. nume. 6. qui hunc, & alios ad hoc citat, & Cardin. conſil. 131. uidendum eſt, colum. 1. verſ. & dictæ clemen. loquuntur.*

m ¶ De reſtit. ſpol. ] *Dic tu de probatio. ubi etiam Abb. ſimilem diſt. facit, idem Abb. in c. cum ſuper, num. 21. uer. ad tertium. de cau. poſ. & propric. & Pet. And. Gamma. olim peritiſſimus Rotæ Auditor in rep. c. 1. de re. permu. lib. 6. in 3. q. ad fi. poſt nu. 48. uerſ. & ideo ſi clericus uendicet, vbi ſequitur Lap. hic.*



n ¶ De ſimo. licet. ] *Et ibi latè per Fel. nu. 18. ubi ponit regulam, & 31. fall. per Iaſ. in l. uinum. num. 23. ff. ſi cer. pet. cum pluribus, ſeq. & per Sozzi. Reg. 357. in uer. ſententia ad hoc, ut ualeat libello conformis eße debet, ubi ſubdit fallent.*

o ¶ Nomine eccleſiæ. ] *Sicut etiam idẽ eſt dicere pro eccleſia, & nomine eccleſiæ ad tex. in l. fideicommiſſa, §. interdum, ibi ut ipſe publicano pro Titio præſtet cum ijs, quæ ſequuntur, ff. de leg. 3. & ad alia, quæ adduco, in glo. facul. in uer. pro, uerſ. quod idem ſit dicere pro Titio.*

p ¶ Pernitioſæ ſublimitatis. ] *Sublimitas nimia, ſeu pernicioſa reprobatur, l. ſicut, §. ſi debitor cõceßũ, ff. de verb. obl. Rom. conſ. 490. in propoſita, nu. 14. D. meus, conſ. 508. conſului, nu. 2. & conſ. 666. uiſa, num. 5.*

q ¶ Conditionalia. ] *Vel incerta, iuxta tex. in c. 2. de elect. lib. 6. & per Car. conſ. 99. dico, quòd, poſt prin. ampliat Io. Fran. a Ripa reſpon. 32. de reſcr. lib. 2. etiam ſi ſimus in conditione ſi papæ placuerit.*

r ¶ Eccleſia ] *Multis modis ſumitur eccleſia, vt latè proſequor in glo. faculta. §. conſiderantes, in ver. eccleſia.*

ſ ¶ Proprij. ] *Et iun. alia gl. prius poſita in uer. cõi, & declaratione Card. in d. c. §. ſanè, in 3 q. nu. 2. & Imol. nu. 30. & ſeq. colligitur quid ſit intereſſe cõe, & quid proprium, & in quo differant. Aliter accipiunt intereſſe cõe, & particulare, ſeu ſingulare Bar. D. meus, Phil. Dec. et alij in l. vni. C de ſent. quæ pro eo quod intel. Et in iure non repeviuntur ita bene declarati iſti termini intereße cõe, & proprium (quantum ad rem noſtram attinet) ſicut in dicta clem. & hic per Lap.*

t ¶ Alimenta. ] *Potius videtur vtilitas, quam honor habere alimenta in neceſſitate, iuxta tex. in c. quicunque 2. 16. q. 7. c. nobis, in fi. de iur. pat. & late per Rocc. in trac. iuriſpatr. in uer. & utile, vbi tractat in quo conſiſtat utilitas, quæ prouenit ex iurepat. Reſponderi poteſt defendendo Lap. quod etiam concurrat honor ipſius patroni dum alimenta ſibi ab eccleſia præſtantur, & ſic non cogitur mendicare, ſeu turpiter uictum ſibi quærere, iuxta illud fodere non ualeo mendicare erubeſco. iuxta uerba Poetæ. Et turpis egeſtas. Ponderari etiã poteſt ille tex. in alleg. c. nobis ad fin. ubi, quod patrono ſeruatur honor proceſſionis, poſtea ſubijcit, & ſi ad inopiam uergat ab eccleſia illi modeſtè ſuccurritur, & ſic præſertim propter illam dictionem, & videtur honor & ſeruari ſeu præſtari dum patrono indigẽti ſuccurritur.*

u ¶ Diſtributio. ] *Diſtingue tamen ut per Bar. in l. fi. ff. de colle. illici. nu. 22. & ſeq. & per Abb. in c. recolentes, col. 2. poſt num. 2. uerſ. ſed certè hæc dicta. de ſta. mon. & latè per Fel. qui Abb. vbi ſupra ſequitur in alleg. hic c. cum dilecta, num. 21. in uerſ. deſtructo monaſterio. de reſcript.*

x ¶ Intereſſe. ] *Vt quis admittatur agendo, vel excipiendo prius docere debet de intereße, & qualiter, uideantur text. in c. veniẽs 2. & ibi omnes, de teſti. & quæ adduco in gl. facul. ſuper 6. conſ. com. Admiſſionis pro intereſſe, in uer. ad cãm, & in uer. pro ſuo.*

y ¶ Indagare. ] *Iuxta tex. in c. ad falſariorum, poſt princ. de crim. falſ. & in c. cum illorum, uer. circa reliquos, de ſenten. excom. Pau. Caſtren. in l. 1. §. non autem, num. 3. uerſ. item alias, ff. de exercito. & per Pariſ. conſ. 57. num. 24. uolum. 4.*

z ¶ Non creditur epiſcopo. ] *Idem uoluit Abb. in cap. quia diuerſitatem, num. 7. in ult. not. & ibi Apoſtil. in verſ. bene notabis ſequitur Lap. hic de conceß. præben. idem etiam in effectu concludit Rot. 565. utrum vacante, in antiq. & idem Abb. in cap. ex parte aſtenſis, num. 13. de conceß. præben. ubi ſe remittit ad dicta in alleg. c. quia diuerſitatem, & D. meus, conſ. 135. ad iuſtificationem, in fi. idem uoluit.*

a ¶ Fin. ] *Dic tu penult. ante fin. uerſic. & illo cap. ſi quis, & ex illo, c. ſi quis presbyterorum*

*terorum non ſolum elicitur, quòd libera po-
teſtas conceditur à iure prælatis, & perſo-
nis eccleſiaſticis abſque alio mandato agen
di pro recuperatione rerum eccleſiaſticarũ
alienatarum, immo ipſiſmet, qui alienarũt,
etiam iuramento non obſtante, prout etiam
per glo. ibi in uerſ. alienator, & per glo. fin.
per Bald. in l. iubemus, 2. § ſanè. 1. in 4. q.
C. de ſacroſanct. eccleſ. & per Dom. meum,
conſil. 174. & pro tenui, in fin.*

b ¶ Contra malè alienantes.] *Cõtra quos
poſt tempora Lapi ſeuerius cautum fuit, ut
etiam excommunicati ſint, & aliter, vt in
extra. Ambitioſæ Pauli II. ſub titulo de
reb. eccleſ. non alien. inter Commu. Habes
etiam bullam, ſeu extra. Pauli IIII. de
qua loquor ſuper ſigna. dum de Gratia ſi
in euidentem, tracto, uerſi. emanauit bulla.*

*SVMMARIVM.*

1 *Enſe enſis cuſpide cuſpis repellitur: &
qui dicit, quod non debet: audit quod
non vult.*

2 *Scientiam iuris habere uolens potius ad-
hæreat iuri ſcripto, quam conſuetudini;
quia conſuetudo fragilis eſt, & incerta.*

3 *Recuperandæ poſſeſſionis auxilia ſunt plu
ra.*

4 *Agens interdicto unde ui, quæ probare
habeat.*

5 *Agens ex condi. decre. ſæpe. de reſtitut.
ſpol. quid habeat probare.*

6 *Agens remedio canonis reintegranda,
quid habeat probare.*

7 *Remedium canonis reintegranda an ha-
beat locum in rebus prophanis.*

8 *Agens remedio canon. reintegranda qua-
liter formare debeat libellum.*

9 *Reſtitutionem fieri contra reſeruationem
Papæ non eſt honeſtum.*

10 *Iudex, ad reſtitutionem ſpoliati quomodo
procedere debeat.*

## ALLEGATIO XLI.

a LAetatus ſum [a] in ijs quæ dicta ſũt
mihi, & quæ in epiſtolis ueſtris le
gi, ꝙ ſummus pontifex uobis ple-
bem ſub cauſa antiqua reſeruatã,
quæ excludit multa rerũ inuolucra, orta poſt
obitum bonæ memoriæ D. Frãciſci patrui ve-
ſtri dudum plebani plebis eiuſdem: nec video
quonammodo hoc ius poſſet à duobus auelli:
nam durum foret excludere ex obiectibus nõ
veris: nec puto quod aut curia Romana, aut
iuſtitia iſtius, aut hic commit. noſtri paterent.
1 nam enſe † enſis [b] pede pes cuſpide cuſpis re-
b pellitur, & qui dicit, ꝙ non debet: [c] audit qđ
c non vult. ad alia aũt dico ad ſecunda quæ pra-
cticari dicitis in audientia nõ modo de nouo
miror cũ alias palparem, & expertus ſum cu-
d riales potius ſuum ſtilum, [d] quã ius ſcriptum
ſequi ꝙ ſi fas foret in cęlum os ponere, id re-
prehenſione dignũ arbitrarer. Aut enim hunc
e ſtilum ſuum quem tẽpore colunt [e] in ſcriptis
redigerent, vt per orbem iure peritis innote-
ſceret: ne ſub eis præter culpam ſuam fruſtra-
rentur clientuli, Hoſt. aũt in ſumma. in princ.
in 3. colum. prædicta, vt puto aduertens dicit,
2 † cõſulo quod quo ad habendã præfatã ſcien
tiam potius adhæreat iuri ſcripto, quàm curię
f Romanæ conſuetudini: [f] hoc ideo, quia con-
ſuetudo fragilis eſt, & incerta: & nunc alba,
nunc nigra frequentius variatur, hoc ille. Sed
ijs pro modo omiſſis ad ueſtri informationẽ
aliquid ſuper illis duobus ſcribã de iure, & in
3 facto etiam aliquid vtile adijciã. † Et eſt verũ
prout bene noſtis, ꝙ recuperandæ poſſeſſio-
nis prodita ſunt plura auxilia, quorũ quatuor
colliguntur ex tex. & gl. in decr. ſæpè. de reſti.
ſpol. videlicet interdictũ vnde vi, iudicis offi-
cium, & condictio ex canone reintegranda, &
condictio ex d. decr. ſępè. de reſt. ſpol. in quib.
omnibus, & in alijs quatuor videlicet auxiliũ
conſtit. C. vnde vi, ſi quis in tantam, & edictũ
D. Marci conſt. inuaſorũ, quæ locum habet ꝯ
occupatorẽ rei immobilis vacan. conſtit. con-
querebatur. format Spe. libellos, in tit. de reſt.
g ſpol. §. 1. [g] in 2. & 3. col. in quibus, & in poſi-
tionibus quas ſuper illis poteris formã vide-
re de ipſorum effectibus, & quæ probationes
4 requirantur in illis. † Si aũt aduerſarius age-
ret interdicto vnde vi: non puto dubiũ quin
h haberet probare poſſeſſionem ſuam [h] & deie-
ctionem



ctionem factam à reo ꝯ quem agit, ſeu ꝙ ab
alio factam ratam hr̃et. de off. deleg. conſulta-
tionibus. de reſt. ſpo. cum ad ſedem, & c. olim,
cum ibi no. de off. deleg. conſultat, & l. 3. ff. de
i vi. & vi ar. §. interdum. [i] † Si ageret condictio-
5 ne ex decr. ſępè. oportet probari poſſeſſionẽ,
& deiectionem, & ꝙ reus ſpoliatori ſcienter
k ſucceſſerit in vitium vt ibi. [k] Si autem omiſſis
alijs modis (quod non credo) aduerſarius in-
tentaret, & ageret contradictione ex canone
reintegranda hic ſunt opiniones, & Specu. in
6 præallegato loco † videtur ſentire, ꝙ debeat
poſſeſſionẽ probare, & deiectionem, Innoc. vt
refert, Ioan. And. in d. decr. ſæpè poſt multa vr̃
ſentire, ꝙ etiã ſi aliquis poſſidebat bona fidè
aliquam rem, & alius eandẽ ſecundo occupet
l bonafide [l] niſi cõſtiterit priorem poſſeſſorem
iuſtè amiſiſſe poſſeſſionẽ, dabitur ei actio con
tra ſecundum, & fiet reſtitutio etiam non pro-
bata ſpoliat. arg. C. de agri. & cenſi. ſi coloni,
lib. 11. in Auth. de man. princ. §. ꝙ ſi delinquen
tes, & §. non permutas, il 1. & 2. & §. ſed ſi ſu-
ſcipientes, colle. in 3. q. 1. reintegranda. Ipſe
tñ Io. And. in decr. ſæpè ſuper gloſſ. in nouel.
refert Innoc. dicere, quod dictum cap. reinte-
granda intelligitur cum ille contra quem agi-
tur dolum, vel violentiam commiſerit circa
rem illam, argu. de ord. cog. cap. 2. vel cum da-
tur libellus ſuper quo poteſt comprehendi, ꝙ
metus cauſa, vt ſi dicat peto rem talem mihi
reſtitui, quia fui per violentiam ſpoliatus, ar-
gumen. C. de annali except. l. fi. C. vnde vi. l.
inuaſor. Et ſecundum hoc videtur Innoc. in-
tellexiſſe, quòd quando non competunt auxi-
lia reſtitutoria, quia non ſpoliatus, vel deie-
ctus, quòd agi oporteat ſuis actionibus com-
petentibus, hoc not. Io. And. in dicta decre. ſæ-
pè. ſuper prima glo. & Dominus meus Ioan.
Cald. in dicta decr. cum ad ſedem, dixit quòd
Hoſtien. intellexit beneficium canon. reinte-
granda nullum eſſe per ſe, ſed ſingulis alijs re
ſtitutorijs iudicijs eſſe agendum, quæ appro-
bantur in c. reintegranda. Refert tamen alios
intellexiſſe Innoc. ſcilicet, ꝙ hoc beneficium,
concedatur per canonem reintegranda, vt om
nia beneficia per quæ ſubuenitur à iure deſti-
tutis poſſeſſionibus, ſicut eſt interdictum vn-
de vi, actio, quòd metus cauſa, & de dolo, poſ-
ſunt ſimul in eadem petitione intẽtari, nec pe-
tens cogatur eligere, quaſi alia beneficia ſpar-
ſa, canon ille coniungat, & ſatis ſit actori pro-
bare aliquid propter quòd iuris beneficio
poſſeſſio ſit ſibi reſtituenda.
7 † Ipſe vero Dominus meus Ioan. Cald. pu-
m tat per canonem reintegranda ſubueniri [m] ijs
qui quomodocunq; amiſerunt poſſeſſionem,
quam repetunt etiam ſi non per violentiam,
vel per metum, vel per dolum: ſed fortè aliàs
n iniuſtè [n] præter culpam [o] ſuam quis decidit à
o poſſeſſione, quam alius nunc tenet, ſiue cum
titulo, ſiue ſine, & hoc ſecundum eum uelit
litera illius canonis in fin. ibi per quaſcunque
iniuſtas cauſas res eccleſiæ, vel proprias ſub-
audias perdidiſſe noſcuntur. Et videtur ſecun
dum eum concordare, l. ſi coloni, C. de agri. &
cenſi. lib. 11. Subdit tamen ꝙ ſic ampliare be-
neficium dicti canonis videretur durũ, æquũ
p eſt ergo dicere, ꝙ ſolum in rebus eccleſiæ [p] &
in rebus proprijs clericorum habeat locum,
& ſicut videtis variant doc. Sed ponatur verũ
ꝙ ſtatim dixi poſt dominum meum nunquid
agenti interdicto vnde vi & non probanti ea,
quæ in hoc interdicto requiruntur, agenti ex
condit. ex decret. ſępè. & nõ probanti ea, quæ
ibi requiruntur, obtinebo per beneficium ca-
no. abſurdum eſſet hoc, quia ſecundum modũ
agendi formanda eſt ſententia, c. qualiter, de
q accuſa. [q] nam licet haberem ius validum,
ſi intento ius inualidum, non ſuffragatur, de
r conceſſ. præben. ex parte Aſt. cum ibi not. [r] Vn
de etiam intelligo veris exiſtẽtibus prædictis,
ꝙ ſi actor formet libellum in quo formet tria
auxilia, quæ includant omnia auxilia prædi-
cta ſpoliat. & tunc ſufficiat probare aliquid ꝙ
ſufficiat ad alterum; vel ſi vult intentare dictũ
canon. poſito ꝙ illo caſu habeat locum bene-
ficium de quo ſupra Dominus meus Io. Cald.
non narrat ea, quæ pertinent ad interdictum,
vel ad conditionem decre. ſæpè. vel huiuſmo-
ſ di, ſed ſimpliciter narrat [s] quod tali tempore,
vſque ad tale tẽpus poſſedit fundum, & quòd
poſtea iniuſtè, vel ſine cauſa legitima cecidit à
poſſeſſione, & ꝙ Titius hodie in eius præiudi
cium detinet, & reſtituere recuſat, uel magis
uelit deſcendere ad ſpeciem dicendo ꝙ poſſe-
dit fundum vt ſupra, & ꝙ propter hoſtilitatẽ
receſſit de loco, & ceſſante bello Titius rem il-
lam derelictam occupauit, &c. quare, &c. mo-
t do ſufficiat probare poſſeſſionem antiquam,
[t] & amiſſam ſine culpa illius, & poſſideri per
Titiũ in quo caſu vult ꝙ niſi Titius probet me
iuſte amiſiſſe poſſeſ. vel renunciaſſe, vel pactũ
feciſſe de non petendo, vel aliquid aliud,
quod eum excludat ex culpa ſua fiet reſti-
tutio.

tutio.& ita ego de conſilio recepto a domino
meo Io. Cald. dum felix in iſta vita manebat
u ſeruaui,& practicaui. [u] Et ſecundum hoc de-
betis reſpicere quomodo aduerſarius conce-
pit verba apta ad interdictum vnde vi: tunc
debet probare ea quæ requiruntur in illo in-
8 terdicto. † Si autem format uerba ſua ita, ꝙ
induceret ſolum canon.reintegrãda, tunc in-
cideretur in prædictis opi. Poſſet etiam inten-
tare alium modum pulchrum, & fauorabi-
lem eis qui amiſerunt poſſeſſionem alicuius
ſoliti iuris, de quo ſcribit Ioan. And. poſt Ho
x ſtien. in decret. accedens [x] vt lit. non conteſta.
ſuper gl. non autem, vbi Ioan. And. & Hoſt. di
cunt quod poteſt implorare officium iudicis,
non dicendo ſe ſpoliatum, ſed ponẽdo ſe con
ſueuiſſe percipere quædam iura, & ſe diu non
percepiſſe, & fuiſſe negligentem in exigendo
illa, & petendo ſe reduci in ſtatum priſtinum,
& hoc per generale officium iudicis, de quo
de reſtit. in integ. ex literis. Si autem propone
ret ſe ſpoliatum non procederet hoc, ad co-
gnoſcendum autem quod auxilium intentet
aduerſarius videte, Spec. de accuſ. & petit. §. 2.
in penul. colum. in fi. verſ. ſed quæro vlterius
ſi vos habetis reſeruationem apoſtolicã quæ
præcedit titulum, & poſſeſſionem aduerſarij,
& probetis de ea, fiet reſtitutio ſine mora, cum
habeat & titulum & poſſeſſionem ſuam vi-
9 tioſam. † Certè non credo honeſtum ꝙ con-
y tra reſeruationem papæ [y] fiat reſtitutio, nec
prodeſt dicere quòd agenti poſſeſſorio recu-
perandæ non poſſit refricari quęſtio proprie-
tatis, de ord. cog. c. fin. & ſi hoc verum ſit, tamẽ
hoc quando agitur de beneficio eccleſiaſtico,
vt poſſeſſorio ſine titulo probari non poſſit;
per regulam primam de reg. iur. lib. 6. & hoc
videtur velle gl. fin. in clem. vnica, de cap. poſ.
& proprie. Spec. etiam qui fuit ita magnificus
curialis, & tanto tempore auditor, videtur ſen
tire quòd in beneficijs eccleſiaſticis nõ debet
fieri reſtitutio, niſi is qui petit oſtendat de ſua
canonica inſtitutione, ſiue de titulo ſuo alleg.
3. q. 1. §. videlicet, licet aduerſarius & de pro-
prietate referens quæſtionem audiendus non
ſit. de reſtit. ſpol. in literis. cum ſi. hoc ipſe no-
tat in titu. de teſte, §. nunc videndum, verſ. re-
mittit ad dictam glo. dictæ clemen. vnicæ. per
quæ omnia ſic collecta ſoleo in ſcholis in de-
10 cret. ex parte firmare. † Pro contrario not. ꝙ
ad petitionem ſpoliantis non eſt exigendus ti
tulus a ſpoliato ante reſtitutionem, nec ipſe
ſpoliator quęſtionem refricare poteſt ipſi ſpo
liato, iudex tamen ex officio ſuo poteſt ſe an-
tequam reſtituat de titulo informare, & ſi de
titulo conſtat legitimè, vel ſaltem per proba-
biles præſumptiones debet reſtituere. Si autẽ
conſtet eum non habere titulum [z] non reſti-
tuet, & iſtam putabat dominus Ioa. Cal. fore
veram opin. & honeſtam, & ſi eſſem iudex,
ita practicarem.

## Addi. Quint. Mandoſij.

a ¶ Lætatus ſum.] *Iuxta pſalmum* 121.
*lætatus ſum in his quæ dicta ſunt mihi in*
*domum domini ibimus. Sunt qui redarguãt*
*conſulentes, & alios in iure ſcribentes præ-*
*fationibus vtentes, quaſi tempus conteren*
*tes, & alios more Poetarum ſuper princi-*
*pijs operum diuinum fauorem poſcentes,*
*& ꝙ hęc omnia, & ſimilia ſuperflua ſint, et*
*a iuribus aliena affirmant, quippe quæ nec*
*ſillabam ſuperfluam admittant ad tex. in l.*
*ſi quando in prin. ff. de leg. 1. l. hæc ſtipula-*
*tio, in fine, ff. vt leg nomi. & §. quibus in 1.*
*conſt. C. Nonnulli uerò contra ſentiunt præ-*
*fationes præſertim congruas, & aptas com*
*probantes etiam arg. tex. in l. 1. verſ. Dein-*
*de ſi in foro, ff. de ori. iur. & inuocationes di*
*uinas ſummopere laudantes, iuxta illud*
*quicquid agitis in nomine Dei agatis.* Inuo
*cationes in procemiis legum habemus in*
*proœ. C. in proœ. Inſt. in inſtrumentis pari-*
*ter præmittenda eſt inuocatio diuini nomi-*
*nis, prout videre eſt in cap. in nomine, 23.*
*diſtin. & per Spec. de inſtru. æditio. § bre-*
*uiter, num. 2. ver. ante omnia. Ego non paſ-*
*ſim, & ſuper quibuſuis materiis, ac pro om*
*nibus etiam minimis cauſis, & rebus præ-*
*fationibus, & inuocationibus vtendum eſ-*
*ſe arbitror, non nunquam vero illas ſatis*
*conferre, & commendatione dignas exiſti-*
*mo prout accidiſſe, puto in hac præfatione*
*Lapi, quę licet ſat obſcura ſit, & extra rem*
*videatur, conſiderabam quòd a tam docto*
*in omni facultate, ac homine ingenii per-*
*ſpicaciſſimi non potuit emanare dictum fri-*
*gidum*
*gidum, & inſulſum, ideo poſui verba pſal-*
*mi quæ ſequebantur vt elicerẽ ſenſum præ-*
*fationis huius Lapi, quem hunc eſſe exiſti*
*ſtimo, lætatur Lapus ſe eſſe gratum ſum*
*mo Pontifici, eiusque opinionem ab illo re-*
*ceptam fuiſſe, prout ex epiſtola ab amico*
*ſibi tranſmiſſa intellexit, ideo lætatur quod*
*ſibi licuerit in domum Domini ire, hoc eſt*
*apud Summum Pontificem commendari,*
*ſeu ab illo in bona exiſtimatione haberi.*
b ¶ Enſe enſis.] *Prouerbia ſunt antiqua*
*prouerbio, cap. 27. Ferrum ferro exacuitur.*
*Sic & apud Cæſarem, vel potius Hirtium,*
*aut Oppium de Bello Hiſpaniẽſi, vbi inquit*
*hic vt ait Ennius pes pede premitur, Ar-*
*mis teruntur arma, ſic & apud Ouidium,*
*libro 2. de arte amandi iudice me fraus eſt*
*conceſſa repellere fraudem, & apud eund.*
*libro 15. Metamor. Sed vnda impellitur*
*vnda, vrgeturque eadem veniens, urgetque*
*priorem. Horatius Carmin. libro 2. Odæ. 18.*
*Truditur dies die. Propertius, lib. 2. Elegia*
*1. quæ incipit. Quæritur vnde mihi. Sic &*
*clauo clauum pellere, & paxillum paxillo,*
*prout per And. Tiraq. de Vt. Retra. in prin.*
*tituli primi, poſt num. 69.*
c ¶ Qui dicit quod non debet.] *Sic Pro-*
*uerbio, cap. 21. qui autem inconſiderate lo-*
*quitur ſentiet mala, cap. fin. verſ. Item qui*
*cuſtodit os ſuum, 5. q. 5. cap. vni. §. quibus*
*autem plenius, ibi, ne ſi pergitis dicere quæ*
*vultis, audiatis quæ non vultis, 13. q. 1. Ia-*
*cob. de Beluiſ. in ſua praxi iudiciaria, col. 4.*
*num. 23. pulchrè per Specu. tit. de Aduoca*
*to, §. iam nunc, nu. 3. cum pluribus ſequent.*
*vbi inſtruit Aduocatum qualiter ſe gerere*
*debeat cum aduocato aduerſarij, concludẽs,*
*quòd legibus, non probris, ſeu conuicijs cer*
*tet ꝙq; modeſte loquatur, a garrulitate, ni-*
*mia loquela, & verbis inanib. inſipidis, &*
*maledicis abſtinens. Puto quòd Lapus no-*
*ſter ab aduocato aduerſario verbis irrita-*
*tus hæc præmiſerit. Aduocati noſtri Ro-*
*mani moris antiqui, Romanorumque inſti-*
*tutorum non immemores legibus, rationib.*
*ac validis argumentis, non autem cõuitiis,*
*& maledictis certare conſueuere. Nec in ſa*
*cro Rotæ Auditorio abſque magna cauſa*
*inſtitutum eſt ne Aduocati, ac cauſarum*
*patroni contrarii niſi p concurrant, ſimulq;*
*conueniant ſimulque audiantur, ne fortè*
*(iuxta morem quorundam Italiæ locorum)*
*diuinarum, & humanarum legum obliti*
*alter alterum maledictis, latratib. ac mor-*
*ſibus immaniſſimè perſequatur. Et refert,*
*Ioan. Neuiz. in ſua Syl. Nuptia. poſt princ.*
*Clem. Papam 4. noluiſſe aduocatos ire ad*
*allegandum in uoce, verum Spec. ibi id mi*
*hi non concludit. Vide quæ dicam infra in*
*1. Apoſtil. alleg 56.*
d ¶ Stilum.] *Lapum hic ſequuntur Afflict.*
*de milit. vaſal. qui contu. eſt, nume 107. &*
*Ioan. Bapt. Ferret. conſ. 52. D. Antonius, nu*
*mero 6. Hic latus campus ſe ſe offert diſpu-*
*tandi, an ſtilus Rom. Cur. laudandus, & ſe-*
*quendus ſit, an vero improbandus, & tan-*
*quam vanus, ac varius modo albus, modo*
*niger reiiciendus. Pro ſecunda opin. conclu-*
*dendum videtur authoritate Lapi, & Hoſt.*
*hic adducti, ac antiqui pragmatici Hiero.*
*Pauli Vicecorrectoris in libro nuncupato*
*Prouinciale, f. 18 in fi. vbi dicit quòd quæ-*
*dam cõmiſſio fuit denegata extra diœceſim*
*iuxta, c. ſtatutum, de reſcript lib. 6. poſtea*
*tempore Clem. IIII. interpretando ſtilum*
*per ius commune fuit conceſſa, & quod ſti*
*lus cancellariæ in hoc fuit conſtans. Rurſus*
*vltra Afflict. & Ferret. ſupra citatos Lap.*
*hic de ſtilo loquẽtem ſequitur Caſſa. Dec. 4.*
*poſt num. 1. vbi poſtpoſito ſtilo, qui ex tem*
*pore variatur, & Dec. 7. num. 4. de reſcrip.*
*Et dixit Alb. de Roſ. in dictio. in uer. Curia,*
*quod ſtilus Curiæ eſt volubilis, & mutabi-*
*lis. Et contra ſtilum Romanum ponderari*
*poteſt tex. in l. ſed licet, ibi. Non tam ſpe-*
*ctandum eſt quod Romæ factum eſt, quam*
*quod fieri debeat. ff. de off. præſid. Pro pri-*
*ma verò opin. & quòd ſtilus Rom. Cur. am-*
*plectẽdus ſit, immo pro lege, habemus tex.*
*vulg. in cap. licet. & in cap. quam graui. de*
*crim.*

crim.fálſi,Rot.709.no.quòd ſtilus ſacri palatij eſt quoddam ius in antiq. Mil.in repert.in ver. ſtilus curiæ pro iure ſeruandus eſt. Et voluit Calde.conſ.8.an exiſteus, numero 4. de reſcrip. quòd omiſſio ſtili curiæ gratiam nullam reddat. Idem voluerunt Doct in c.2 de reſcrip.vbi latè per Fely. nume.16.in ver.ſtilus curiæ. Videantur etiã Dom. meus Phil. Dec. conſ.699. aliàs penul.num.5.verſ Et ſtilus curiæ.Hippol. de Marſil. ſing.118. incipien. ſtilus curiæ eſt attendendus per tex.in l. Labeo, verſ.morẽ agentium ſequi debemus, ff.de ſtat.libe.& ibidem alios ad id refert, & Cur. Iun. conſil.138.num.13.Pro hac opin.pondero etiã pulchrum tex.in l.1.ſed & ſi quæ leges, verſic.aut hęc tantummodo obtinere uolumus, quæ vel iudiciorum frequentiſſimus ordo exercitus, uel longa conſuetudo huius almæ Vrbis comprobauit, ſecundum Saluii Iuliani ſententiam, quæ iudicat debere omnes ciuitates conſuetudinem Romæ ſequi, et legem, quæ caput eſt orbis terrarum, non ipſa alias ciuitates, C.de vet.iuenucl. Et dicit tex.in c.fin.de fo.compet. quòd ſedes Apoſtolica eſt omnium eccleſiarum mater, & magiſtra. Quid tenendum? ommiſſa lõgiori diſputatione, quæ hic cadere poſſit, cõcluderem contra Lap.immo pro Lapo infra allegat.61.viſis,num.4 pro ſtilo Rom. Cur. inconcuſſe & ſemper ſeruando concurrentib. iis, quæ certum, verum, & firmum ſtilum huiuſmodi reddunt, prout declaro, & limito in Glo.Facul.in 2 com. in uer. S. V. Et iuxta temperamentum, & limit. quam ibi Doct.defendi poſſet opin.Lapi.

c ¶ Tempore colunt] *Ideſt aliquo tempore colunt & obſeruant, aliquo non, & ſic vnum tenent uno tempore, contrarium vero alio tempore, & ita videtur inducere hanc alleg. Caſſa.Dec.17.de præb.ante numer.7 ibi. Et ſecundum varietatem temporum, &c. ego potius legerem tantum colũt, quaſi tanti faciunt. Intentio Lapi eſt redarguere curiales, ita arguendo, vel non deberent ſtilum huiuſmodi tanti facere, vel ſi tanti faciunt illum in ſcriptis redigere deberent, vt omnes ubique exiſtẽtes illum ſcire poſſent, quem tamen extra Ro.Cur.ignorãt. Lapum hic citat, & ſequitur Hier.Gig. poſt omnes queſt.de penſio.ante formulam ſupplicationis tranſlationis penſionis. Reſponderem Lapo ſi viueret quòd ſtili introductio, & probatio non requirit ſcripturã, Rurſus quòd hodie felicioribus temporibus habemus ſtilum Roma.Cur. deſcriptum in pluribus regulis cancellariæ, in infinitis Rotæ Deciſionibus tam antiquioribus, quam antiquis, quam nouis, & nouiſſimis. Habent etiam noſtrates, & exteri plures libellos, poſt Gui.Duran.nũcupatum ſpeculatorem, & poſt Hier.Pau.qui ædidit libellum prouinciale nuncupatum, a non contemnendis modernis authoribus Romanæ praxis peritiſſimis æditos, a quibus diſcere poterunt omnem Ro.Cur.obſeruationem, & introductionis ſtili noſtri Romani cauſas, & rationes. Felices igitur Romanos & exteros iuri operam dantes, qui hodie poſſunt breui cartarum reuolutione (iuxta carmen Virgilianum) rerum cognoſcere cauſas, & quibuſdã regulis obſeruatis viam eruditionis legitimè ambulare, iuxta tex.in proœ. ff. §.1.*

f ¶ Cur.Rom.conſuetudini.] *Vltra ſupra adducta conſuetudini Romanæ quando ſit omnino ſtandum, & quando non, diſtinguunt Gemin.& Franc.in cap.vni.ille, numero 23.vbi Apoſtil.Lap.hic citat, & ſequitur, hic vero, num.5.de Sum. Trinit.& fi.Cathol.lib.6.*

g ¶ §.1.Verſ] *Sed tu in hac materia, numero 11.cum pluribus ſeq. Et ferè omnia quæ ibi ſcribit Spec.accepit Rofred.Beneuenta. in tract. Libello.ſub diuerſis titulis, Specul. etiam vbi ſupra citat, & ad eum ſe remittit, Rip.in cap.ſepè, in princ.de reſt.ſpol.*

h ¶ Poſſeſſionem ſuam.] *Supple tempore ſpolij iuxta tex.in l.1.§ interdictum autem hoc, ibi, niſi ei qui tunc cũ deijceretur poſſidebat, ff.de vi.& vi arma. Ang.in §. quadrupli, poſt num.25.verſ.& aduertas, Inſt. de actio. Ant Rub.qui Ang.ibi, & Lap.hic ſequitur conſ.vlt.poſt prin.verſ.& interdicto de vi non ſufficit probare antiquiorem poſſeſſionem. Et hoc modo etiam intelligas verba præceptoris mei D. Philip. Dec.qui Lap.hic ſequitur conſ.671.applaudent, numero 2.& in c.conſultationibus, in 2.no.de offic.deleg.*



i ¶ Interdum.] *Lego, §.hoc interdictum ẽt aduerſus eum, & ſic ille tex.præſertim iun. gl.in ver.hoc interdictum probat intentionem Lapi iu quantum dicit, ſeu quòd ab alio factum ratumue habuerit. Poſſet etiam conſiderari quòd pro principali dicto, videlicet quod agens interdicto vnde vi poſſeſſionem ſuam probare teneatur, & ſe deiectum ſicut adduxit tex.in c.cum ad ſedem, de reſtit.ſpol.ita ad idem probandum citare voluerit tex.in l.1.§. interdictum autem hoc nulli competit niſi ei qui tunc cum deijceretur poſſidebat, & ita ad hæc duo probandum, concludens idem quod Lap.hic illos duos tex adduxit Faſto.dub.63. incip. eodem die. Et illa Rot. Dec. in materia noſtra ſat notabilis eſt, & quotidie iu praxi ſeruatur.*

K ¶ Vt ibi.] *Videlicet ſcienter rem talem receperit, & glo.in ver.ſcienter, & Ioa. And. & Abb.in ſum.Idem Abb.num.12.& 21. Cor.conſ.18.viſa, nu.7.& ſeq.& conſ.329. oſtenſo, num.10.& ſeq.lib.1*

l ¶ Bona fide.] *Communem eſſe opin.pro Bar.in l.rem quæ nobis, ff.de acq. poſſ.quod remedium reintegranda non detur contra titulo poſſidentem teſtantur Corn. conſ.18. viſa, poſt num.9 & ſeq.lib.1. Alexand. qui hanc opin.veriſſimam dicit alios adducens, conſ.118.in cauſa, nu.1.& 7 lib.2. Sozzi. conſ.39.in quæſtione, col 2.ad finem, verſ. Et hanc opin. lib.3. hanc dicit magis communem teſtatur etiam Pariſ.conſ.1.poſt numer.16.lib.1. Contra vero quod opin. cõtra Bart.ſit communis, & communior, & verior voluerunt idem Bart.in l.ſi coloni, numero 2.verſ.vlt.patet. C.de agric. & cenſi. lib.11. Innoc. & communiter canoniſtæ in cap.ſæpè, de reſtitut.ſpol. Abb.in c. cum ad ſedem, num.26.eodem, Alex. ſibi contrarius poſt Cald.Lud.Rom.& Anto. de Butr. conſ.117.viſo proceſſu, poſt num.3. verſi. plus dicit, lib 2. Idem Alexan.conſ.91.in cauſa, num.6.vol.5. vbi teſtatur magis cõmunem eſſe contra Bar.quod maximè procedit hodie, ita etiam concludit Alex. & quòd ita iudicari vidit in l. rem quæ nobis, ante num.9. idem etiam concludit ibidem Iaſ.ante nu.20.quòd magis communis ſit contra Bart.vbi ſup. Hanc opin. etiam ſequitur alios referens Steph.Bertran. conſilio 121.ſi attendatur, lib.2.in primis. Hãc etiam communem dicit Sozzi. ſibi contrarius, conſ.89.in cauſa, ad finem, lib.1.Hanc etiam opin.dicit communem, licet prius alteram dixerit communem legiſtarum Rip. in cap.ſæpè, de reſtit.ſpol.poſt num.28. verſic.contrarium opin. tenent Innoc. & communiter canoniſtæ, D.meus, conſ.57.& pro tenui, ante num.6.vbi hanc communem, & veriorem dicit, & citat, & ſequitur Lap. hic, & conſ.252 agitur cauſa, col.2.nu.4. vbi hanc magis communem teſtatur Io. de Amic.de Vena.conſ 97.magnificæ, num.2. & 4.communem etiam dicit hanc opin.contra Bar. Affl ict.Dec. Neap.361. monaſterium, num.33. verſ. nec obſt. prima ratio, vbi concludit quòd in hac opin. reſederunt Domini de conſilio. Poſtremo hanc communiorem teſtatur, & quòd Rot.ita concluſerit in cauſa Romana officiorum Caſſa. Dec.7. incipien. concluſerunt Domini de reſtitut. ſpoliat. Hęc igitur ex mente Lapi hic, & infra, poſt num.7. iuxta opin. Cald. tanquam communior, uerior, a conſilio Neapolitano, & a Rot.noſtra comprobata tenenda eſt.*

m ¶ Subueniri.] *Canon reintegranda quòd nouum remedium afferat, vbi nõ erat aliàs conſultum, & quod pinguius ſubueniat cõmunis eſt opin. vt per Doct. in alleg. l.rem quæ nobis, ff.de acquir.poſſ.in c.cum ad ſedem.*

*dem, & in c.ſæpè, de reſtit.ſpoliat. & hanc communem aſſerit citans Lap.hic Cor.conſil.329.oſtenſo mihi, nu.29.lib.1.*

n ¶ Iniuſtè.] *Hoc remedium ſolum competit ei, qui aliquando poſſedit, & ex iniuſta cauſa a poſſeſſione ceciderit, prout per modernos in l.rem quæ nobis, ff. de acqu.poſſ. & Mar.Sozzi.Iun.conſ.48 viſis, num.3. & 6.vbi refert, & ſequitur Lap.hic, lib.2. & Lap.etiam ſequitur Barb.conſ.vlt.lib.4. colum. fin. verſicu. Et adduco quod uoluit Lap. & Stephan.Bertran.conſ.206 ad maiorem, num.5. ubi communem dicit, lib.1. in primis, & conſ.44.venerabiles, colum.fi. verſic. ſcio quòd non, num.10. libro 3. in primis.*

o ¶ Præter culpam.] *Illi qui culpa ſua, ſeu facto ſuo cecidit a poſſeſſione non competit remedium canonis reintegranda, Rot.62. permutanti, & 352.ſi opponatur, not. Ale. conſ.92.perſpectis, num.5.lib.1.vbi citat, & ſequitur Calder.hic adductum, & Lap. hic Sozzi.conſ.39.in quæſtione, colum.3. ver.preterea in caſu noſtro, lib.3.conſ.266. in cauſa, num.19. & ante, nu.23.lib.2. qui ſimiliter ſequitur Cald. & Lap. & Sozzi. poſt alios in l.rem quæ nobis, num.8. in 5. dub qui pariter Cald. & Lap.refert, licet hanc alleg.corruptè ibi citet, & hanc opin. dicit communem Cald.etiam, & Lap hic ſequitur Ruin.conſ.22.viſo, num.8.lib.1. Cũ Lapo etiam hic concludunt Alexand. conſil.103.ſuper eo, poſt num.6.vol.7.D.meus conſ.56.in cauſa, col.3.in prin. & conſ.ſeq. poſt nu.2 & Lap. ſequitur dicẽs hanc opin. non habere difficultatem, alios eandem tenentes referens ſubdẽs quòd ita pluries fuit iudicatum Pariſ.conſ.1. num.164 lib.1. Ego etiam pluries ita iudicari vidi. unde ab hac opin.communi, & vera nullatenus eſt recedendum.*

p ¶ In rebus eccleſiæ.] *Lap. hic vult quòd remedium, cap.reintegranda competat ſolum in rebus eccleſiæ, & in perſonis eccleſiaſticis, nõ procedat autem inter laicos pro rebus prophanis. Hanc opin. tenuit glo.fin. in c.cum ad ſedem, de reſtit.ſpol. & ibi Ioã. Cald. & Abb. Alex. qui hanc opin. in puncto iuris putat veriorem, & Sozzi. & alij per eum relati, inter quos pro iſta opin. citat etiam Lap.hic, in l.rẽ quę nobis, nu.40. & ibidem Iaſ.num.16. & ante, qui plures adducit pro hac opin. & Rip. num.25.ff.de acquir.poſſ.Ioan.Petr.de Ferra.in ſua praxi Papien.in formula capitulorum actoris, in ver.pro ſua, uer.poſſet tamen fortaſſe ſic diſtingui inter eccleſiam, & priuatum, & Apoſtil.ibi in uer.eccleſiam hãc Alle.citare uoluit. And.Barba.conſ.ult.col.ult. uerſ. Et ſi quiſpiam allegaret. Hanc etiam dicit communem, & Lap.refert, & ſequitur Cor. conſ 23 viſo puncto, nu.16.conſ.329.oſtenſo, poſt nu.29.verſ. & maxime hoc, & ante num.30 lib.1. & conſ.247. viſo proceſſu, num.13.lib.2. & Phil.Franc.in diſput.Petitorij, colum.6.num.17. & 19.ubi ſequitur Lap.hic, & hanc dicit communem. Adducunt rationes pro hac opin. quæ eſt quòd, c.reintegranda eſt exorbitans, unde extendi non debet ad alias perſonas, ſeu alia bona, de quibus nõ loquitur. Et quia eſt iuris noui inductiuum, & cõtra regulas iuris. Inſuper quòd perſonæ eccleſiaſticæ maiori fauore dignæ ſunt, vnde illis tantum prodeſſe debet dictum remedium, Amplius arguunt a ſuperfluis, vt per eos. Contrariam opin. quòd immo remedium huiuſmodi non ſolum pro rebus clericorum, ſeu eccleſiæ, ſed etiam laicorum pro quibuſcunque etiam prophanis detur voluerunt Innoc.in c cum ſedem, numero 6.verſ.in rebus autem, de reſtitu.ſpol. Barb. in l.ſi coloni, num.4.ver. vnum tamẽ, C.de agri. & cenſi.lib.11. Ang. conſ.157. in prædicta, col.2.verſ.Sed hæc opin.reprobatur, quia nil ſpecialitatis eſt in rebus eccleſiæ, Ang Rom. Alexand. Aret. Sozzi. qui alios citat, poſt num.4. verſic ſecunda fuit opin.D.Ant.Iaſ. nu.20. vbi quòd hæc opin.eſt verior, & ita practicatur, & Rip qui hanc dicit communem, num.26. verſi*

*Sed*



*Sed quia communis in alleg.l. rem quæ nobis, ff de acquir.poſſ. Alexan.conſ.51.viſo, poſt princ. ubi hanc magis communem teſtatur, lib.1.conſ.6.circa proceſſum, poſt nume.4.verſ.tamen contrarium, lib.3. & conſil.94.viſis, num.21.vbi quòd iſta communis eſt opin. & communis obſeruantia, volum.5.Sozzi.conſ.266.in cauſa quæ vertitur, num.18. vbi hanc communem aſſerit. Et quòd hæc ſit communis, & ſeruetur voluit etiam D.meus, conſ.252.num.1.verſic. & non eſt dubitandum. Ego hanc opin. Romæ ſemper ſeruari vidi. Adducunt rationem Doct. quare etiam laicis, & pro rebus prophanis hoc remedium competat, quæ eſt quia c.reintegranda eſt fundatum in materia peccati, unde decens eſt vt omnes, omnino, ſuper omnibus, & ſemper liget.*

q ¶ De accuſat.] *Et per hunc in præceden. Allegat.num.8. & latè per Felyn.in cap. licet heli, num.18.vbi dat regulam, & fallen.de ſimon.*

r ¶ Cum ibi not.] *Et dicit ibidem Abb. num.19. quòd qui poteſt certo iure actum explicare, ſi mouetur alio iure quo non poteſt corruit actus, & hanc dicit communem, facit tex.in l.habebat, in prin. ff.de inſtito. actio. Idem etiam uoluit Bart.in l.1.nu.12. & ibi Iaſ.poſt nu.37.ff. de eden. Idem etiã voluit Mil.in Reper.in ver.probatio iuris validi non ſuffragatur, vbi citat, & ſequitur Lap.hic, & pulchrè per D.meum, conſ. 156.in cauſa, col.fi.in princ. Et Lap.etiam hic ſequitur Matth.de Afflic.in vſib. Feud. ſub titulo de pace tenen.cap.ſi duo, poſt numerum 30.*

ſ ¶ Sed ſimpliciter narrat.] *Hunc refert Butr.in alleg.c ſæpè, colum.penul.ver. Aduerte ad vltimum. Eundem etiam refert, et ſequitur Corn.conſ.247.viſo proceſſu, poſt num.7.verſ.ſed ſimpliciter narrat quòd tali tempore poſſedit, lib.2.*

t ¶ Poſſeſſionem antiquam.] *Doct.in ca. ſæpè, de reſtitut.ſpol. Et hanc communem teſtatur ſequens Lap. hic Steph. Bertran. conſ.206.ad maiorem, num.5. lib.1.par.1. conſ.243.quicquid olim, num.3. & 5.lib.2. in primis, & conſ.44.venerabilis, num 10. libro 3.in primis, & Lap.etiam ſequitur D. meus Phil.Dec conſ.62.in cauſa, poſt prin. & in c.bonæ me.ante num.23.verſ.ſed poteſt dubitari, de appell.*

u ¶ Seruaui, & practicaui.] *Sequitur Abb. in c cum ad ſedem, poſt num.26. adducens hanc alleg.ſubdens ab hac practica recedi non debere, de reſtit.ſpol. Lap. etiam hic refert, & ſequitur Corn.conſil.247.viſo, poſt num.20.verſ. & maximè hoc voluit Ioan. Cald. & hanc dicit communem. Hunc etiam citat, & ſequitur D. meus conſ.57. & pro tenui, ante numer.4.ver. & ſic ex omnib.*

x ¶ Accedens.] *Dic tu.1. & ibi Abb.nume.19 & Fely.num.7, citant Lap. hic quo ad duo, & hoc dictum Lapi dicunt ſingulariter eſſe notãdum, prout ibi. Et hanc alleg. citare voluit Pariſ conſ.98. quoniam Romani, vbi num.23. & ſeq.idem tenet quod Lap.hic, lib.2.Bertran.conſ.172.circa proceſſum, num.5.lib.2.in ſecundis, & Philip. Franc.in Diſput.petitorij, col.7.poſt.nu.21. in 5.remedio.*

y ¶ Contra reſeruationem Papæ.] *Idem voluit ſupra alleg.24. Limit. decret. col.2. verſ.obſtat tamen. Idem voluit Rota 7.not. quòd vbi, verſ. in beneficio reſeruato etiam ſpoliatus non reſtituitur, in anti. & in no. 16.ſi contra agentem poſſeſſorio producatur Papalis reſeruatio. & Dec. Caſſa.1. de reſtitut.ſpol.pro qua opin. plura alia adduco in 3.quæſt.1.Reg.Cancel. Hanc opin. Lapi pluribus modis limitabam dum ſcriberẽ in fauorem R. D. Hieronymi Diedi nobilis Veneti Viri peritiſſimi, & integerrimi ſuper cauſa Paduana Canoni. in partibus illis penden.*

z ¶ Titulum.] *Lap.hic refert Pariſ.conſ.12. in iſto, in princ.volum.4. & Sarnen.in Regu.de Anna.in quæſt.de qua infra. Et eundem citat, & ſequitur Ruin. dicens communem licet ſub alio numero hanc alleg. referat,*

*rat,conſ.54. ante nume.5. volum.4.& ſequuntur etiam Phil.Franc.in cap. ad decimas,poſt num.6.de reſtit.ſpoliat.lib.6.Ioã. Bapt.de Caſtillo,in quodam ſuo ſingu. poſt ſingularia Franc.Cremen.poſito, colum.9. verſ. quinto dato quod prædicta. Ego in hac materia concludo quòd cõmunior opin. (vt etiam teſtatur Glo.Pragm.in §. ordinarij,rubr.de pac.poſſ.in ver.inquirant,colum.6.verſic. ſed alia opin.communior) eſt quòd petens reſtitutionem in beneficialib. non teneatur probare titulum,ſed colorem. Et hanc communem dicunt Alexand. in l. naturaliter,§ nihil commune,nume.25.ff. de acquir.poſſ.& Pariſ. d. conſil.12. poſt num.2. Lapum etiam ſequitur Gemin.conſil.147.ſuper iſto,poſt num.2.verſ. Et idẽ concludit in alleg.52. Et quòd olim ſeruatum fuerit,& ſeruetur in Rom.Cur.quòd in beneficialibus requiratur colorata poſſeſſio quo ad reſtitutionem petẽdam teſtatur Sarnen.in 57.quæſt.præalleg.Regu.de Anna. num.6.verſ. Tamen contraria opin. hodie practicatur. An vero agens remedio attemptatorum pro recuperãdo beneficio poſſeſſionem ex titulo iuſtificare teneatur tracto in Gloſſ.facul.in 14.com.in ver.cauſam.et cauſas, in 6.priuil.*

*SVMMARIVM.*

1 *Exceptio vſurarum ad hoc,vt habeat locum quæ probanda ſint.*
2 *Repellere volẽs aliquem exceptione quod alienum retineat,debet probare probatione certa.*
3 *Habuiße & reſtituiße ſtant ſimul.*
4 *Præſumptio non ſufficit ad probationem criminis.*
5 *Excommunicatus licet in iudicio poſſit repelli,non tamẽ extra iudicium eſt ei debitum denegandum.*
6 *Sententia abſolutoria,an tollat exceptionem vſurariam.*
7 *Exceptio dilatoria iudicij,an tollat naturalem obligationem,& num.9.*
8 *Petitio reſtitutionis, an ſuſpendat executionem ſententiæ.*
9 *Exceptioni criminis quia odioſa,an detur reſtitutio.*
10 *Minor in quibus caſibus reputetur maior ad hoc , vt non competat ei reſtitutio.*

## ALLEGATIO LII.

AN oporteat repetentem vſuras eſſe
in caſu in quo exceptio vſurarum
locum habeat, & vtrum ſententia
abſolutoria lata in curia epiſcopi
fauorem domini contra hæredes Iacobi tollat
1 exceptionem vſurariam contra eos? †Ad primum dico quod ad hoc vt quis ſit in caſu in
quo poſſit repelli hac exceptione, requirũtur
plura. Primo quòd fuerit vſurarius, de vſuris
quia fruſtra,& c.Michael.Secundo quòd exegerit,quia vbi nulla exactio ibi nulla reſtitutio,ita not.Ioan.Andr.in d.cap.quia fruſtra.
a Vltima [a] quia iſta exceptio eſt criminis,vt no.
glo.in d.c.quia fruſtra. Si excipiatur de vſuris
paternis, non ſufficit probare patrem vſurariũ,niſi probetur ſcientia in filio, quia ſcienter ſucceſſerit in vitium retinendo ſcienter alienum,& hoc tangit gloſ.in d. cap. Michael,
& patet de ſe,quia procedunt ab animo crimina.de ſent.excommun. cum voluntate,& ibi
gloſ.quia vbi non eſt ſcientia,non eſt dolus.
Ad propoſitum contra prædictos non opponitur de vſuris proprijs,ſed paternis, de patre
non conſtat quòd fuerit vſurarius. Item non
conſtat quòd exegerit. Item ſi conſtat quòd
fuerit vſurarius,& quòd exegerit non conſtat
b quòd non reſtituerit,[b] ſeu adhuc retineat vſu-
2 ras alienas. Ille autem qui vult me repellere
virtute exceptionis,ſcilicet quòd alienum re-
c tineam,[c] habet hoc probare,& debet eſſe probatio certa,nam dubia non releuat, vt de pro-
d batio.in præſentia. [d] probatio autẽ quòd exegerim non probat quod hodie habeam, ſeu
3 quòd non reſtituerim, quia † iſta ſtant ſimul
quòd habuerim,& quòd reſtituerim,facit q̃d
no.Innoc.de accuſ.ſuper ijs. Nam ille qui ac-
e cuſat aliquem de periurio, non probat [e] licet
probet quòd accuſatus promiſit, & iurauit
ſoluere 10.infra menſem Titio,& quòd tempus



pus eſt lapſum,nam potuit ſoluere,ita in propoſito nec ſufficit dicere præſumitur quod ha
4 beat,ex quo iam habuit quia præſumptio† nõ
f ſufficit ad probandum crimen, [f] immo tolle-
g tur iſta præſumptio ex quo mortuus eſt, [g] &
h confeſſus, & recepit ſacramenta [h] eccleſiæ,
præſumitur quod non fuit immemor ſuæ ſalutis. Item non conſtat quòd prædicti filij
ſcienter retineant vſuras paternas, quod requiritur ad inducendum crimen ſine quo non
poſſunt compelli. Item prædicta non poſſunt conſtare niſi coram iudice, & ſi dicatur
hoc poſſe opponi coram iudice ſi peteretur
ego non teneor, &c. hoc tollitur multis modis. Primo cum hic ſit exceptio criminis ibi
deberet proponi,& probari, & exprimi cum
i circunſtantijs, [i] vt dicere vbi, & quomodo,
& quando,& tunc ſi probaretur nõ poſſet hęres hoc probato ſibi retinere, ſed cogeretur
non ad inſtantiam partis, ſed ex officio iudicis, & ſi non reperitur cui debeat dari,debet
K dari pauperibus, [k] vt not.in dicta clem. quia
fruſtra,& ca.ad noſtram,de iureiuran.ita modo ſi voluerit præſupponere quòd poſſit in iudicio dilucidari, dicant cui debeant,& quantum,& tunc aut domino reſtituent,aut petent
quòd ipſius hæredes reſtituent vt prædicitur.
Item colligitur alio modo, quia non ſequitur,iudex repelleret,ergo hæres nõ eſt in mora retinendo quod debetur ipſi actori, vel creditoribus,vel pauperibus,& non euitant peccatum mortale retinendo ex quo dicta exceptio nõ excuſat eos. Item dico quòd hic vſurarius in odium ſui criminis poſſit repelli per
iudicem,tamen dico quòd pars ſemper eſt obligata, & peccat non reſtituendo ſaltem an-
5 tequam repellatur. Oſtendo per ſimile † excommunicatus poteſt repelli in iudicio eadẽ
ratione in odium criminis,& vt ſatisfaciat ſuper eo pro quo fuit excommunicatus, tamen
extra iudicium debitor non poteſt ei denegare debitum,immo debet ſoluere, & peccat ſi
ſoluit. Iſtud not.Ioan. Andr. & Innoc.in cap.
inter alia,de ſenten.excomm. & excommunicatus ſæpè extra iudicium admittitur, vbi nõ
admitteretur in iudicio. Et facilius quis in
iudicio repellitur,quam extra,& rationes tres
not.gloſſ.in decret.ſolet,ſuper ver.extra iudicium,de ſenten.excom.lib.6.,& hæc ſufficiant
quo ad primum.
6 Ad ſecundum † dicitur quod dicta ſententia abſolutoria tollit dictam exceptionem,
nam prout dictum eſt illa eſt exceptio criminis cuius criminis epiſcopus eſt iudex, & ratione iſtius criminis ad purgandum animam
defuncti,& hæredis,poteſt requirere,& condemnare ad reſtitutionem, & eodem modo
abſoluere,quia abſoluendi, & ligandi par ius
Dominus eſſe voluit,de pę.diſt.prima,verbũ,
& de qua re cognouit iudex,& c. de ord.cog.
cap. primo, per hæc ergo formauit epiſcopus
inquiſitionẽ cõtra dictum defunctum, & eius
hæredes ſuper vſuris extortis, vt fieret reſtitutio, & purgaretur inquiſitus, & præſumitur
inueniſſe veritatem, & quod receperit pro
l pauperibus abſoluit,dico quòd licet [l] iſta ſententia non afferat præiudicium priuatis creditoribus quominus poſſent repetere, tamen
prætextu criminis a quo iudex competẽs abſoluit,ſeu declarauit abſolutum, ſeu oſtendit
non culpabilem,non poteſt repelli: & donec
toleratur ab eccleſia,& non repellitur,& non
inquiritur,& non condemnatur, poſſunt licitè ab eo audiri miſſæ,extra de cohab.cler. ve-
m ſtra. [m] & licet fortè illi qui debent rehabere
poſſint excipere,cum eis non fuit factum pręiudicium,extraneis vero quibus non competit hæc exceptio,niſi in odium criminis, hoc
non licet, ex quo contra crimen illud habet
actor excuſationem,ſeu authoritatem iudicis
competentis,& talis ſententia bene afficit omnes ſicut econuerſo ſi damnatus eſſet tanquã
vſurarius non reſtituens omnibus contra eum
prodeſt. Et ſi diceretur quod plenè non probaret hæc ſententia reſtitut.ſaltem faceret prę-
n ſumptionem bonam,[n] & deferri poteſt iuramentum ipſi hæredi,etiam ſi plenè non fuiſſet probata exactio vſurarum, quia iſtæ ſunt
probationes compaſſibiles iuxta not. in decret.fi.de iureiurand.& in l.admonendi, ff.eo.
tit.tamen ſi iſta exceptio proponitur coram
epiſcopo non audiret, cum iam inquiſierit de
o iſto crimine,[o] & purgauerit eos, & eos putare debebat innocentes.
Ad tertium dicitur quòd prædicta exceptio eſt ſublata per dictam aliam ſententiam latam ſuper reſtitutio. vſurarum fauore prædictorum, hoc plenè oſtenditur, iſta
7 †exceptio eſt dilatoria iudicii:non enim tollit
naturalem obligationem, ſed ſuſpendit iudicium. Ita not.in d.decr.quia fruſtra, huiuſmodi dilationes exce.ante lit.cõt.opponi poſsũt,
p & non poſt,de except.paſtoralis.[p] Cum ergo
iſta ſit lata ſentẽtia patet ꝙ non procedit iſta

exceptio,maximè cum fuerit propoſita,& re-
q pulſa, [q] vel non appellatum, [r] vel ſi appella-
r. tum deſerta eſt appellatio, & rata manet ſen-
tentia, nec poteſt dici quòd per beneficium
reſtit.poteſt proponi hæc exceptio per mino-
s. res [s] ex propria cauſa,hoc enim tollitur mul-
tis modis,primo, quia de reſtitutio. in integr.
non obijcitur contra ſententiam per modum
exceptionis,dicendo intendo petere,ſed tunc
demum competit exceptio quando petita eſt
reſtitutio, ſeu quando petitur, hic ergo nulla
conuenit ex hoc retardare ſententiam,quæ ha
bet executionem,nec reſtitutio petita eſt, nec
petitur, ergo non conuenit ex hoc retardare
ſententiam quæ habet promptam executionẽ.
8 Item † petitio reſtitutionis non ſuſpendit exe
cutionem ſententiæ, quando proponitur ani-
mo morandæ litis,extra de reſtit.in integr.ſu-
ſcitata.ſed debet mandari execu. cum cautio-
tione.hic autem non poteſt peti reſtitutio niſi
9 animo morandæ litis,&c.† Item vt præfertur
hic eſt exceptio dilatoria iudicij,quæ non tan
git principale,&non tollit,imò nec ſuſpendit
obligationem, & maximè ſi non mihi, credi-
toribus meis,& ſi non creditoribus,pauperib.
vt ſupra probatum eſt. Item exceptio non da-
tur,vel reſtitutio quia non apparet læſio, vel
t. facilis [t] pro quo non cõpetit reſtitutio,ita no.
Ioan.And.poſt Innoc.in decre.coram,de reſt.
in integ.ita not.Pau.Bo.in clem.vnica,de reſt.
in integr. & in hoc videntur concordare om-
nes Doct.licet in dilatoria ſolũ ſit aliqua diffe-
rentia inter eos, ꝙ maximè procedit in caſu
noſtro,vbi nulla læſio poteſt notari, cum pe-
nes ſe tales vſuræ nullo pacto poſſunt rema-
nere,nec differi,quia debẽtur,aut repulſo,aut
creditoribus,aut pauperibus,nam ex quo con
ſtat de vſuris, ſemper eſt in mora retinendo.
10 Item† alia ratione, quia iſta eſt exceptio cri-
minis,& odioſa,pro quibus non datur reſtit.
vnde finito termino peremptorio infra quem
Eccleſia poterat opponere crimina, vel defe-
ctus,non reſtituitur ad ipſa proponenda,quia
in except.pœnarum non eſt paratum auxiliũ,
& no.hæc Comp.de elect.quòd ſicut, & idem
Guil.qui dicit ſe ſic obtinuiſſe in Specul.de re
u. ſtit.in integ.Item quia minori [u] in iſto caſu nõ
datur reſtitutio,vt not.gl.in c.ex parte,de ver.
ſign.nam iſta eſt cauſa ſpiritualis,vt no,gl.or.
11 in decret.ex literis.de iureiurand. & in cauſis
ſpiritualibus minor reputatur maior, vt dicta
decret.ſi annum,& ideo non competit reſtitu-
tio per iſtam rationem Iac.de Aren.ff.de min.
l.ſi ex cauſa,§.Papinianus,tenet quòd nõ com-
petat reſtitut.in integrum,quia hoc non eſt iu-
re cautum. Item & ſi competeret reſtitutio
aduerſus lapſum tempus proſequendo appel
lat.quia fuit appellatio.& deſerta, ſed appel-
latio fuit,& eſt remota per teſtatorem, immo
x eſt remotum omne auxilium [x] aduerſus decla-
rationem per epiſcopum,quia ſic voluit teſta-
tor.Et iſta ſufficiant. Lapus.

## Addit.Quint.Mandoſij.

a ¶ Quia fruſtra.] *Et c.quamuis, in princ. & ibi Ioan.Andr.in ver.receperunt, quem ibidem ſequuntur Anchar. in ſecundo not. Geminia num.4.& Franc. in primo not. de vſur.lib.6.*

b ¶ Non reſtituerit.] *Si enim reſtituit ceſſauit eſſe uſurarius,nec talis amplius appellari poteſt,iuxta tex.in cap.cum tu,in prin. ibi donec reddant,vbi gloſ. de vſur.& pulchrè per Bal.ſuper rubr.C.eod colum.2.verſic.Ego conſului contrarium quòd aboletur nomen vſurarij. Idem etiam voluit Franc. in cap.quamquam, in 1.not.vbi refert hoc dictum Lapi hic pro not.& cum eo tranſit, eod.lib.6.*

c ¶ Retineam.] *Et ſic excipiens,vel obijciẽs de vſura,vel probabit affirmatiuam, quòd adhuc vſuras retineam, vel negatiuam ꝙ vſuras non reſtituerim. Lapum hic refert, & ſequitur Franc.in d.cap.quamquam, ad finem, 1.not.de vſur. lib.6. De modis probandi negatiuam tracto in ſexta quæſt.numero 4.& 9 Reg.de inſtr.in 12.q. Regu.de iud.iux.for.ſuper num.2.& ſeq. & in gl.facult.in 12.comment.*

d ¶ In præſentia.] *Bald.in l.ad probationẽ. 2.poſt prin.C.de prob.latè Fely. & D.meus in d.c.in pręſentia,& Barth.Caſſa.conſ.19. nobilis,num.20.*

e ¶ Non probat ] *Idem infra allegat.89. propè finem,verſ.nam licet, vbi alios cito in ver.infertur.*





f ¶ Crimen.] *Ad tex.in l.fin.C.de probat. Amplio vt probatio violenta, quæ ſecundũ ius in cauſa ciuili haberet vim plenè probationis non ſufficiat in cauſa criminali, prout per Doct.in cap.afferte de præſumpt. & per Matth.Matheſ.Sing.119. not. quòd præſumptio violenta. Amplio quòd nec fama cum vno teſte probat in criminalib. gloſſ.in ver.illorum,in capit.veniens,1.vbi etiam Anton.de But.& alii,de teſtib.Bal. in l.ſi quis ex argentariis,§.1.num.4.ff.de eden.Idem Bald.in c.1.de appellat.& ibid. D.meus,num.21.& ſeq. & conſ.133.viſo, num.3. Aliæ etiam ampliationes elici poterunt ex tradi.per D.meum Phil.Dec. conſil.429.num.8.& ſeq.quem ſequitur Pariſ. conſ.152.Vide nu.24.& ſeq.vol.4.*

g ¶ Mortuus eſt.] *Aſſertio, ſeu confeſſio in mortis articulo conſtitui præſumptionem facit,ſed leuem,l.ſi quis in graui, § primo, ff ad Syllania glo.in l.2.in ver. cauit. C.de calumnia, Amanel.de cla.aqu.ſingu 36. caſus eſt quòd ſi aliquis vulneratus, & Grammat.conſ.crimin.57.in cauſa, numero 14.*

h ¶ Sacramenta.] *Quia Lapus videbat ꝙ debilis præſumptio reſultabat (vt pręmiſi) ex aſſertione defuncti, ex illiusque actu tacito,uel expreſſo,ideo ad alias pręſumptiones confugit,videlicet quòd confeſſus fuit, & recepit ſacramenta eccleſiæ, vnde non debet cenſeri immemor ſalutis æternæ, & iſta ſigna pœnitentiæ, & recordationis, ac præparationis animæ, etiam in facinoroſis præſumptionem inducunt quòd quis non mentiatur, & quod memor ſit propriæ ſalutis,l.fin.§.fin.C. ad leg. Iul.repetun. & per Thom.Grammat.conſil.crim. præalleg.57. in cauſa, num.13. Aduertendum tamẽ eſt quod hæ ſolæ pręſumptiones nõ in omni materia validæ eſſent,& ſufficerent, prout per Alex.conſ.14.ponderatis, numero 5.lib.3. per Gandi.de Tranſa.& pact.num.16. verſic.ſed pone,latè Hippol.de Marſil.in praxi.crim.§.diligenter,num.117. cum plurib. ſeq.Grammat.conſ.crim.42.ſunt iam, poſt num.7.& d.conſ.57.num.15.*

i ¶ Cum circumſtantijs ] *Arg.text.in l. aut qualiter,§.1.ff.quod vi aut clam. & in l.libellorum,ff.de accuſ.Et in criminalibus requiruntur ſpecificationes, & declarationes magis apertę,& ſpecificę quam in ciuilibus,prout voluit Bald. in l.1. colum. 11. verſic.iuxta hoc quæro, C.de confeſſ. Ang. in l.1.ff. de liber. & poſthum. & præceptor meus cõſ.83 in cauſa, nu.2.Amplio etiã ſi ciuiliter agatur dummodo actio ſit famoſa, l.prætor edixit, ff.de iniur. latè, Afflict, Dec.Neap.250.ſæpè,& ſępius, num.1.& ſeq.Alex.in l.ædita, colum.4. verſ. Annectit etiam, vbi hanc dicit communem, & ibidem D.meus,num.38.C. de eden. Ampliat hic Lap.ad exceptionem criminis, vt requirantur expreſſiones, & probationes cum ſuis circunſtantiis, pro quo facit tex.in cap.vt circa,de electio.lib.6. & in clemen. conſtitutionem,§.cæterum,vbi etiam gl. in ver.circunſtantiarum,eo. Idem voluit Bar. in l.1.num.8.ff de exceptio.idem Bartol in alleg.l.prætor edixit,colum.2.verſ.Hoc dico,per iura quæ volunt quod etiam in exceptionib.continentib. delictum inſeratur locus,&c.ff.de iniur.& Bar. ſequitur Affl.d. Dec.250.poſt num.2.uerſ.Item quãdo exceptio continet infamiam.*

K ¶ Pauperibus.] *In defectum reſtitutio fit pauperibus,cap.cum tu,circa medium, de vſur.& cap.quamquam,iun.glo.in ver.ſatis fieri,& Franc.ſuper dicta gloſſ. nu.6.co. li.6.³Hodie puto ꝙ Cameræ Apoſtolicæ,ſeu eius commiſſario,non autem pauperibus reſtitutio fieret. Sicut enim Camera Apoſtolica in locum eccleſiæ, & in locum futuri ſucceſſoris in beficio quo ad ſpolia, fructus, & quædam alia ſuccedit, prout declaro ſuper ſigna.Gratiæ,dum de licentia teſtandi, & ſpoliis tracto,ita crederem quòd in caſu propoſito ſuccederet in locum pauperum. Et quando quidem Cameræ commiſſarius ſeſe vltro non offerret,nõ deeſſẽt cõmiſſarii*

*Fabricæ Baſilicæ Sancti Petri, qui dicunt talia, & incerta legata, & pleraque alia exigere poſſe.*

l ¶ Dico quòd licet.] *Sequitur Andr. Tiraq. de Vt. retrac. tit. 2. §. 1. gl. 2. poſt nu. 35. ver. qua etiam ratione. referēs etiam Alb. de Roſ. & Ambr. de Vigna. de vſur. hæc latè tractantes.*

m ¶ Cle veſtra.] *Si ſupponit quod ab iſto tolerato alij diuina officia audire poſſint tex. hic adductus facit in terminis, alioqui ſit vult quod ipſe audire poſſit arguit ſic, ſicut ab occulto, ſeu tolerato diuina officia audiri poſſunt, ita occultus, ſeu toleratus diuina officia audire poterit, pro quo videantur ſupra alleg. 48. magiſter, ante nu. 3. & num. 7. & quæ ibi addo, in ver. cum non ab homine.*

n ¶ Præſumptionem bonam.] *Vide Ant. de Butr. & Abb. in alleg. hic, c. fi. de iureiu. & omnino Alex. in l. ſæpè, nu. 72. & ante vbi citat Lap. hic, ff. de re iud. & Cur. Sen. conſ. 72. magnifice, ante num. 3. vbi ꝙ ſimilis ſententia facit ſolum quale quale præiudicium, ſeu præſumptionem. Hunc citare voluit Abb. in c. quamuis, ante num. 4. vbi ad Lap. ſe remittit, de re iud. Vide etiā Iaſ. in repet. l. admonendi, num. 242. verſ quartò quærit Bar. ff. de iureiur. & Fel. in c. cum dilecti, in fi. qui hanc alleg. referre voluit, de accuſat.*

o ¶ Crimine.] *Hic tria dicit propter quæ vlterius non poteſt ſuper eodem crimine procedi, videlicet quod ſemel inquiſitum ſit, quod purgatio facta ſit, & ꝙ innocētia ſupponatur, ad tex. in l. licet, §. fi. ff. nau. caup. ſtab. in l. ſi cui. § iiſdem, ff. de accuſ in c. de iis, extra eod. Innoc. in capit. cum dilecti, de elect. Abb. in cap fi. in 2. not. num 3. de collu deteſt.*

p ¶ Paſtoralis.] *Et c. inter monaſteriū, §. cū conſtiterit, de re iud. Bar. in l. ita demum, nume. 1. C. de proc. Sozzi. Reg. 126. in ver. exceptio declinatoria, ſeu dilatoria, ubi etiam Apoſtil. in ver. opponenda. Amplio vt exceptio dilatoria non oppoſita in prima inſtantia ante litis conteſtationem non poſſit etiam opponi in ſecunda inſtantia, Barto. in alleg. l. ita demum num. 2. cuius opinio communiter tenetur, vt per Iaſ. ibi, nu. 7.*

q ¶ Repulſa.] *Expreßè, vel tacitè, uidelicet per proceſſum ad vlteriora, quo caſu exceptio reiecta cenſetur, Rot. 594. dic quod ſi aliqua, in antiq. per rationem text. in cap. cum ceſſante, de appella. lib. 6. cap. ſuborta, & ibi latè Fel. poſt num. 4. verſic. Et an, & quando ſit pronuntiandum ſuper incidentibus, de re iud. idem Fel. in c. cum Io. nu. 34. verſ. ſubdit etiam, de fi. inſtrum. Ruin. conſil. 61. in lite, poſt nu. 36. verſ. nec ob. quòd fuerit exceptum, vbi hanc dicit communem, vol. 5.*

r ¶ Vel non appellatum.] *Si enim exceptio reiicitur appellatio requiritur, alioqui proceſſus ualidus redderetur, prout voluerunt Ant. de But. & Imo. in c. cæterum, de reſcrip. & ibi latè Fel. colum. 7. in prin. verſicu. limita communem qui hanc ex mente Imol. communem teſtatur, & hanc magis communem aſſerit idem Fel. in alle. c. ſuborta, ante num. 5. de re iud. communem etiam teſtatur Cur. Iun. conſ. 175. contra ea, nu. 2.*

ſ ¶ Per minores.] *Eccleſia, vel minor, an reſtituantur in integrum aduerſus dilatoriam omiſſam magna fuit contentio. Pro opi. affirmatiua adduci conſueuit tex. in l. minor 25. annis omiſſam allegationem, cum gloß. quæ exponit, 1. exceptionem dilatoriam. ff. de min. in cap. conſtitutus, de in integ. reſt. Idem voluit Spec. §. 1. ante numerum 36. verſ. ſed ſi minor, vel eccleſia, eod. opinionem negatiuam tenuerunt Innoc. in cap. coram, ad finem, eod. & alii relati per Fely. in c. exceptionem, num. 26. de exceptio. inter quos pro eadem opin. negatiua citat Lap. hic, Hoſtien. & Imo. in d. cap. coram concordant opin. vt etiam per Fely. in dicto cap. exceptionem, poſt nu. 26. ver. concorda cos.*

t ¶ Vel facilis.] *Alias vel parua, aut uel leuis, prout ēt in ſim. appellamus leue præiudicum, ſeu intereſſe, prout per Iaſ. in alleg. repet. l. admonendi, poſt num. 242. verſicu. quę appellatio conceditur etiā ratione leuis præiudicij, vel intereſſe: potes etiam legere, vel talis, & ad hoc, vt in hoc ſenſu Lap. hic citans quædam Apoſt. ad Gemin. in c. 1. de in integr. reſtit. libro ſexto, in verbo reſtituitur.*



u ¶ Minori.] *An minoribus detur reſtitutio in beneficiaibus, ſeu ſpiritualibus, vide Abb. in cap. ex parte, vbi Apoſtil. in uer. nō reſtiuitur, remittit ſe ad Lap. hic, de reſt. ſpol. vide etiam Nicol. Boer. Dec. 350. minor. 14. vbi latè, & de quibus minoribus intelligendum ſit.*

x ¶ Omne auxilium.] *Quo caſu ceßat etiā officium iudicis, prout in ſim. dicemus quādo eſt ſublata omnis exceptio, & defenſio. Bartol. in l. 1. §. & parui, num. 8. ff. quod vi, aut clam. & Salyc. in l. ita nobis, num. 4. C. de adulter.*

## *SVMMARIVM.*

1 *Adulterium monialis, qualiter poſſit probari, vt illi auferatur habitus, & nu. 5.*
2 *Copula carnalis non poteſt per rerum naturam probari.*
3 *Probatio vera debet de neceſſitate concludere.*
4 *Moniales non expedit eſſe expertes forenſium decertationum.*
5 *Monialis de adulterio accuſata, qualiter, & qua forma debeat purgari.*

## ALLEGATIO LIII.

FActum ſuper quo de iure conſiliū petitur tale eſt, & in ijs terminis eſſe proponitur. Quędam moniales, ſeu quædam religioſæ, & approbatam viuendi regulam habentes, & inter cæteras ſuas conſtitutiones, & conſuetudines approbatas, & longo temporis ſpatio laudabiliter obſeruatas, quibus cauetur, & obſeruatur vt quæ earum adulterium commiſerit, ſeu ſuam virginitatem violauerit, ſeu florem ſuæ virginitatis ſurripi permiſerit, ſeu cū aliquo carnali copula ſe commiſcuerit, ab illa regula, & ſororis, & fraternitatis abijciatur, atque illi in ruborē, & exemplum aliarum habitus auferatur, & ab ipſarum cætu habeatur aliena, & alia quædam fiunt, prout in ipſis conſtitutionib. & conſuetudinib. ſuis plenius dr̄ cōtineri. Poſt hoc autem proponitur quandā ex illis monialib. ſeu religioſis commiſiſſe adulterium, & florem ſuæ virginitatis amiſiſſe, & poſtea concepiſſe, & peperiſſe, & ſemper fuiſſe, & eſſe in loco grauiſſime diffamatā. Quęri-
1 tur quæ † probationes ſufficiant ad hoc, vt ſibi
prædictus habitus poſſit, & alia ſm̄ formam
conſtitutionis auferri. Et ad declarandū hunc
articulum præmitto quòd ad omnem effectū
ſcilicet tam ad matrimonium ſeparandum,
quam impediendum, quam etiam ad omnem
pœnam imponendam, pro crimine carnalis
copulæ ſufficit probare copulam per uiſum,
a ſcilicet ꝙ viderit ſolum cum ſola [a] in lecto,
nudum cum nuda, ſecundum Alanum, & Inn.
2 nec alia probatio requiratur, quia † impoſſibi
lis eſt. Nam per rerum naturam non poſſet ve
re probari copula carnalis. Nam etiam ſi probaretur
quòd viderit commiſtionem nō eſſet
vera probatio, quia & hoc eſſe potuit ſine ſeminis
emiſſione, & ſic non affuit copula, quia
non probat hoc eſſe, ꝙ ab hoc contingit abeſ-
3 ſe, & probatio vera † debet de neceſſitate con-
b cludere de probationibus in præſentia. [b] Et
ideo in talibus actibus, vbi probationes ſunt
impoſſibiles, iura recipiunt probationes veriſimiles,
quia non eſt anguſtanda probationū
b facultas, hinc eſt quòd filiatio [c] & paternitas
nō poſſunt naturaliter probari, & ideo ſufficit ꝙ probetur reputatio, & nominatio, vt loquitur, & not. de fil. presbyt. Michael. Ita in caſu propoſito recipitur pro ſufficienti probatione viſus ſolus cum ſola, & nudus cum nuda in lecto, hoc no. in decret. præterea, de teſtib. Itē ſi hęc probatio viſus haberi non poſſit, recurritur ad alteram probationem. ſ. auditus proprij, cum fama. i. ꝙ teſtis audierit eos cōmiſceri carnaliter, nō ſed viderit, qa impediebāt viſus aſſib. cortina, pallio, obſcuritate noctis, & audiebat voces eorū ſibi notas, anhelitus iucūdos, veneris oſcula, verba apta ad ipſam rē, & plauſus reſoluētes eoſdē, & indicātes extra libidinis exitum, quibus ſi fama adminiculetur ſufficit ad omnem effectum, & habetur pro

 plena

plena probatione copulæ carnalis. Sed vlterius dico ad caſum noſtrum prædictas probationes non requiri tam graues, ex pluribus quæ ſpecialiter debent ponderari in caſu noſtro. Primo ponderari debet ꝙ agitur de regularib. & inter regulares, & religioſas, & inter prælatum regularem, & eius ſubditas ad correctionem, quo caſu agitur facilius, nec requiruntur tam graues probationes, nec ordo iuris eſt neceſſarius vſquequaque ſeruandus, de accuſ. qualiter, & quando, & de ſimon. per tuas, & breui manu remoueri poſſunt a ſuis adminiſtrationibus, & nõ eſt locus appellationi, nec ſubtili ſtrepitui iudiciali, extra de app. ad noſtram, &c. reprehenſibilis, &c. cum ſpe-
4 ciale. 22. q. 4. inter cætera, nec enim † decet eas eſſe expertes forenſium decertationum, extra
d de ſimon. cap. vno. [d] & potius fraternitatem, quam ordinem proceſſus inſpicere. Secundo debet ponderari quòd in caſu prædicto non agitur ad depoſitionem officij, vel beneficij, nec ad pęnam corporalem infligendam, ſed potius vt abijciatur a fraternitate, & ſocietate prædictarum religioſarum, quarum regulas cõtempſerit, & earũ ordinationi reſtitit. Tertio debet ponderari quòd ſufficit ad prædictũ effectũ, vt ſcilicet habitus poſſit auferri quòd virginitatis ſuę florem corrupit, ſeu corrumpi fecerit, vel permiſerit: quoties ergo ꝓbari poſſit abſque probatione certi loci, vel perſonæ cum qua, ſeu temporis, dummodo poſt tempus ingreſſus dictæ religionis, ſufficit: hoc faciliter probari poterit per modum de quo ſtatim dicetur a iure alia forma procedendi honeſta, & facilis. † His præmiſſis ad euidentiã dictorum dico quòd excluſis primis duobus modis probandi qui ſunt efficaces ad omnem effectum, vt prædixi, poterit, & ſufficit in caſu prædicto probare per honeſtas matronas, & expertes in opere nuptiali, quarum oculis illa ſubijci poteſt, quæ referat eam corruptam, & non virginem, extra de frig. fraternitatis, & cap. laudabilem, vbi ſta-
e tur earum relationi quòd mulier ſit virgo [e] ergo, & quòd ſit corrupta, quia contrariorum
f eadem eſt diſciplina. [f] 32. diſtin. hoſpitiolum, & eo clarius ſi fama, & adminicula ſuffragentur, vt in dicta decret. præterea, de teſtib. puta ſi fuerunt viſa oſcula, amplexus, vel ſolus cũ ſola quærentes latebras: nam qui malè agit odit lucem, de off. deleg. conſuluit, ſeu verba nimia, & aſſidua cum iuuencula, & confabulatio, extra de cohab. cler. ſi quicquam, vel ſi corpus tumidum, & elatum, & in effigiem prægnantis, vbera ſucco plena, vel fuerunt auditi in domo ſua flebiles vlulatus, dolentes clamores, ſeu infantis vagitus, ſeu aliquandiu præter ſolitum latitauit, & inter alias non comparuit, vel ſi contra illam murmura, & ſuſpitiones ſiniſtræ, & inter ſocias ortæ ſunt, & huiuſmodi poſſet etiam hoc fieri ſine probationib. ſi eſſet res facta notoria, extra de fid. presbyt. quoniam de iureiur. ad noſtram. de coha. cler. & muli. veſtra. cum ſua materia. Eſt autem no-
g torium [g] ſi ibi haberetur hæc res pro vera in loco, ſeu inter alias religioſas ipſius ordinis, ꝙ non poſſit aliqua tergiuerſatione celari, quod eſſet ſi omnes ita dicerent, & pro firmo, & vero tenerent. Ad id autem quod dicebam quòd faciliter poterit remoueri a fraternitate aliarum ſororum benefacit decr. ex literis, de conſtitutio. vbi fuit remotus a conſortio aliorum magiſtrorum, qui illorum ordinationibus parere nolebat.

6 Omnibus autem † prędictis ceſſantibus, ex quo eſt de crimine diffamata, poteſt, & debet ſibi per ſuperiorem ſuum indici purgatio canonica, in qua ſi defecerit, poteſt & debet puniri, ac ſi eſſet conuicta, & plene eſſet probatum, extra de purg. cap. inter ſollicitudinem.
h Erit autem forma huius purgationis [h] vt ipſa iuret, ſe eſſe immunem a tali crimine, & ſex, octo, vel plures, aut pauciores arbitrio ſuperioris de alijs religioſis dicti ordinis iurent ſe credere pro certo illam non commiſiſſe illud delictum, de purg. capit. de teſtib. & capitulo accedens, cum ibi not. quòd ſi defecerit in hac purgatione, poteſt, & debet condemnari, ac ſi probatum foret pleniſſimè, vt ſupra dictum eſt, & ita de iure eſſe dico, & conſulo. Lapus.

## Addi. Quint. Mandoſij.

a ¶ Solum cum ſola.] *Pro traditis hic videantur gloſſ. prima, in l. ſi vero non remunerandi, §. ſi adoleſcens luxurioſus, ff. manda. Ruin. conſilio 53. ex pluribus, nume. primo, ſecundo, & decimo, uolumine quinto, vbi latè quomodo probetur copula carnalis, & Corſet. in repertor. ad Abb. poſt verſic. teſtes licet vnus poſt alium, vbi plenè,*

&



*& citat hanc alleg. pro nota. licet ſub alio numero. Hanc alleg. citare voluit Pariſ. qui Lap. ſequitur conſil. 54. aſſerte, poſt numerum 61. volum. 4. Et de habitantibus, & dormientibus ſimul etiam marito, & vxore, Ioan. de Amic. de Vena. conſilio 69. quoniam in proceſſu, num. decimo, & ſequenti. Pro præmiſſis vide omnino Ludouic. Roman. conſilio 91. viſis, & percunctatis numero ſexto, & Horat. Mand. filium meum, qui plures alios ad hæc citat in ſua Apoſt. in ver. nuda.*

b ¶ In præſentia.] *Idem ſupra alleg. præceden. poſt num. 2. diſtinguendum autem eſt quòd aut loquimur de plena, & vera probatione, & tunc probatio concludere debet per neceſſe, aut de probatione præſumptiua, & tunc vbi lex præſumit ſufficit probare terminos ex quibus lex præſumit iuxta theor. Bal. in l. non hoc, num. 1. verſ. reuoco in dubium, C. vnde legi.*

c ¶ Filiatio.] *Quomodo probãda ſit filiatio, & quid articulandum ſit, latè Rui. conſ 52. in cauſa, & conſ ſeq nu. 7. & ſeq. colum. 5. Gozzad. conſ. 12 in hac, & Pariſ. conſ. 10. aduerſus, libro 2. Et latiſſimè quomodo filiatio, & conſanguinitas probanda ſit, vide Doc. per And. Tiraq. relatos qui ad hæc more ſuo infinitos citat, inter quos etiam Lap. hic, in tracta. de vtro. Retract. titulo primo, §. prima, gloſſ. 16. numero ſeptimo, & tota illa gloſſ. 16.*

d ¶ De ſimon. c. vno.] *Legerem, de ſta. reg. lib. 6. vbi etiam Anchar. Gemin. & Philip. Franc. in 1. & alijs not. hoc idem firmant, & probat tex. in cap. mulieris, ante fin. de iud. cod. lib.*

e ¶ Sit virgo.] *Aſpectu matronarum probatur aliquam eſſe, vel non eſſe uirginem, cap. propoſuiſti, & c. cauſam matrimonij, de probat. Bal. in l. Deo nobis, colum. 3. num. 7. verſic. ſed ponamus, vbi concludit quòd hęc probatio omnem aliam vincit, C. de epiſcop. & cler.*

f ¶ Cõtrariorum eadem eſt diſciplina.] *Prout docet Ariſto. in 2. libro Topico. in 2. & in 24. loco, cum duobus. ſeq. & alibi ſæpè, & l. 1. in princ. ff. de ijs qui ſunt ſui, vel alie. iur. Et dixit Bald. in l. errore, ante nu. 3. C. de teſta. quòd eadem eſt diſciplina cõtrariorum, & eadem regula probandi.*

g ¶ Notorium.] *De notorio, & quotuplex, & quid ſit, & quam probationem requirat, vide late apud Anton. de Butr. in tracta. de Notorio, art. 2. num. 1. & ſeq. Et quòd requiratur quòd vniuerſus populus, uel maior pars ſciat, num. 13. & ſeq. & ſuper vlt. art. col. pen. num. 68. & ſeq. vbi ſi factum ſit de recenti dat exemplum in probatione notorij filiationis, vel concubinatus.*

h ¶ Purgationis.] *Vide ſupra allegat. 10. diſputat hic, num. 6. vbi addo in verbo purgantes.*

## SVMMARIVM.

1 *Exceptio vſuraria in cauſa acceſſoria orta ex prima poſt lit. conteſt. an ſit contra petentem uſuras admittenda.*

2 *Reus negans poſſidere ſi conuincatur de mendacio, quomodo poſſit poſſeſſio trãſferri in actorem.*

3 *Committens in legem fruſtra dicitur legis auxilium inuocare.*

4 *Petens teſtamentum vſurarij declarari nullum, an repellatur exceptione vſuraria.*

5 *Defenſio non tollitur alicui per exceptionem.*

6 *Reiecta parte libelli inepta, an poſſit ſuper parte apta procedi.*

7 *Exceptio vſurarum non procedit contra dominum tribus rationibus.*

8 *Contractus non poteſt eſſe vſurarius, niſi ex pacto.*

9 *Petitio vſurarum, quando faciẽda coram iudice ſeculari, vel eccleſiaſtico, & quando competat exceptio.*

10 *Exceptio oppoſita contra vſurarium debet probari infra octo dies.*

## ALLEGATIO LIIII.

1 QVidam † coram iudice eccleſiaſti-
a co [a] mouit contra quendam, cauſam vſurariam, petens denudari fraudem vſurarum, & vſuras ſolutas computari in ſortem, in quantitate, parte citata lite legitimè conteſtata inter partes, & dato termino ad probandum, partes prædictæ inter ſe fecerunt in quoſdam arbitros laicos compromiſſum de omnibus litib. & quæſtionibus inter eos, & quemlibet eorum verten. in illa tamen ſpeciali habita mentione de dicta lite vſuraria pendēte coram dicto iudice eccleſiaſtico inter prædictas partes. Poſtea dicti arbitri procedentes vigore dicti cōpromiſſi aſſerentes ad eorum notitiam perueniſſe. de dicta lite vſuraria pedente coram iudice eccleſiaſtico, & aſſerentes ſe illam velle decidere, impoſuerunt dicto actori ſilentium ſuper ea, & caſſauerunt omne ius eidem quæſitum, in dicta Curia eccleſiaſtica, & condemnauerunt ipſum actorem ſub graui pœna ad renunciandum ipſi liti vſurariæ.
Poſtea idem actor coram iudice eccleſiaſtico ſuam querelam poſuit contra dictum reum, & contra dictum laudum proponens ipſum latum in fraudem vſurarum de quibus in dicta cauſa mota coram iudice eccleſiaſtico fit mentio, & præiudicium lite penden. in dicta cauſa, & contemptum eccleſiaſticæ iuriſdictionis, & curiæ epiſcopalis, ac etiam propoſuit dictam litem vſurariam in dicto generali compromiſſo non veniſſe, nec venire potuiſſe, cum de cauſa ſpirituali, & vſuraria fie-
b ri non poſſet compromiſſum, [b] & maximè in
c laicos. [c] Concludens, & petens pronunciari ipſum laudum occaſionibus prædictis non valere, & non tenere, & eo non obſtante ſuper petitione dictæ cauſæ fore procedendum per dictum iudicem eccleſiaſticum contra dictos actores proponitur exceptio vſuraria, videlicet quòd ſuper dicta petitione audiri non debent, quia ſunt vſurarij, & vſuras non reſtituerunt, replicatur quòd dicta exceptione non obſtante debet ſuper dicta ſecunda petitione procedi per dictum iudicem. Quæritur quid iuris & dicitur pro parte dicti actoris quòd ſuper dicta petitione eſt procedendum per dictum iudicem non obſtante dicta exceptione, & hoc ex quinque. Primo quia dicta ſecunda petitio non mouet cauſam principalem, ſed acceſſoriam ad primam. Secundo quia & ſi eſſet cauſa principalis dicta exceptio non procedit, quia per ipſam petitionem non petuntur; nec repetuntur vſuræ, nec fructus computari in ſortem. Tertio quia illa decret. loquitur in delegato principis, ſecus in ordinario. Quarto quia contra dictam petitionem competeret, dicta exceptio, tamen in caſu thematis non competit, quia veritate inſpecta prædictus agens eſt reus, & potius defendit, quam propriè agat. Quinto poſito quòd prædicta omnia ceſſarent, & dicta petitio, ſecunda in eo quòd proponitur fraus vſuraria, & in eo quòd petitur ſic declarari, repelli deberet dicta exceptio vſurarum, tamē in quia ipſa petitione ſunt narratæ aliæ cauſæ ſufficientes, quæ inferunt alias partes concluſionis dicti libelli, quæ narrata, & concluſa in nullo tangunt vſuras, poteſt ſuper dicta petitione procedi non obſtante dicta exceptione ſuper alijs partibus dicti libelli, & prædicta quinque per ordinem uera eſſe de iure probantur. Primum patet nam verum eſt quod iſta ſecunda cauſa eſt acceſſoria ad primam, & ad eius defenſionem venit. Nam in iſta ſecunda narratur contra iuſtitiam actori impoſitum eſſe ſilentium ſuper quo dictum laudum fieri non potuiſſet, & ipſo laudo non obſtante procedere debere in prima cauſa, ergo in iſta ſecunda re vera agitur ad remotionem impedimenti primæ & victoriam iſtius ſecundæ nil aliud, niſi vt prima procedat: ergo de per ſe principalis cauſa non eſt. Vnde ſicut in prima poteſt procedi omiſſa exceptiōe vſuraria, ergo & in iſta,
d quia acceſſorium [d] naturam ſequitur principalis, vt in regu. iu. acceſſorium de reg. iur. libro ſexto, alias ſequeretur quòd ſi lite conteſtata in cauſa vſuraria in qua fuit ommiſſa exceptio vſurarum reus faceret nouitatem, puta transferendo rem quę petebatur in alium, uel quid præiudiciale in fraudem vſurarum, quòd actor non poſſet proponere, quod eſt abſurdum, quia talis cauſa eſt acceſſoria, & eſt de conſecutiuis cauſę, aliàs etiam omiſſa excep. vſurarum ante lit. conteſt. nil prodeſſet quia ſemper per excogitatam malitiam poſſet reus redire ad eam & via fraudibus nō eſt aperienda, de diuor. porro, non obeſt quòd tales cauſæ non ſunt acceſſoriæ, ſed principales,
quòd



quòd in eis non eſt opus libello, nec lit. conteſt. ſed ſimpliciter, & de plano officio iudicis procedi poteſt. Vnde ſi propono coram iudice, quòd in præiudicium litis vſurariæ facta eſt aliqua nouitas, & propterea reum amiſiſſe cauſam, & volo eum condemnari in amiſſione cauſæ, fiat hoc officio iudicis, & ſimpliciter, & de plano, ſine libello, & litis conteſtat.
2 quia eſt acceſſoria ad primam litem, † aliàs ad perdendum cauſam opus eſſet nouo libello, & litis conteſta. Hæc ſcribit dominus Bar.
e de Saxoferrato in ſi. quæſtione, in l. in rem, [e] ff. de rei vendi. vbi dicit, quòd ſi reus negauit poſſidere, & conuictus fuerit de mendatio transfertur poſſeſſio in actorem. Sed quæritur quomodo fiet hæc translatio poſſeſſionis per iudicem? Reſpondet quòd ex officio iudicis, & ſine libello, vel lit. conteſtat. quia hæc cauſa pendet à prima: idem in omnibus, & per omnia in caſu præſenti, & hoc quo ad primum.

Ad ſecundum dicitur, quòd decret. quia fruſtra de vſuris, per quam competit exceptio vſurarum contra agentem de vſuris, eſt exorbitans ab alijs reg. iur. communis, & eſt odioſa, & ſic reſtringenda, & ad alios caſus, vel terminos nō proroganda. quòd exorbitet patet, quia in alijs caſibus non eſt uera ratio dictæ
3 decret. † quia fruſtra legis auxilium [f] inuocat
f qui committit in legem, quod patet, nam ſi accuſarem Titium de adulterio, non repelleret me exceptione adulterij. Si peto te cogi ad reſtituendum mihi centum, quæ derobaſti mihi, non repelles me exceptione, quia alium ego derobauerim, & tamen commiſi in eandem legem ſecundum ea, quæ plenè not. Docto. & maximè Ioan. Andr. in cap. intelleximus de adult. Vnde quòd ego repellar à petitione vſurarum mihi per Sempronium extortarum, pro eo, quia extorſi ego à Ioanne, verè multum nouum, & multum eſt exorbitans ab alijs regulis iuris, & quæ ſit cauſa ſpecialitatis ibi not. quod ſit odioſa patet, quia lędit ius repetentis cui aliter de iure communi competit actio, vt in cap. 1. & cap. debitores, de iureiuran. Cum ergo d. decre. quia fruſtra. ſolum loquatur quando petuntur, vel repetuntur vſuræ, uel fructus computari in ſortē,
9 ergo ad capitulum aliud, nō extendatur. † Vnde non omnis cauſa vſuraria repellitur tali exceptione, pone peto teſtamentū declarari nullum, quia factum ab vſurario manifeſto cautione non præſtita, per decre. quamquam, de vſu. lib. 6. habebit ne locū, dicta exceptio; certe non, & tamen cauſa eſt vſuraria, vt not. in Clem. diſpendioſam, de iudi. accuſo Petrum, qui occidit Titium in fraudem vſurarum puta ne ferat teſtimonium contra eum de vſuris in ſui præſentia extortis, non habebit locum, d. exceptio. Idem in ſimili, & hoc de ſecundo.

De tertio patet text. d. decre. quia fruſtra. loquitur in delegato, cum ergo, vt ſupra dixi ſit
g odioſa, non extenditur ad ordinarium, [g] nec mirum, quia hoc eſt in multis caſibus iuris, vbi procedit iudicium coram ordinario, & nō
h coram delegato. [h] Vnde acta coram ordinario per excommunicatum tenent, ſed non coram delegato, ſecundum le. & no. in cap. ipſo iure, de reſcrip. lib. 6. & hoc de tertio.

5 De quarto, patet † nam verum eſt in iure, quòd defenſio non tollitur alicui per except. ſiue ſit vſuraria, ſiue ſit excommunicationis, ſiue alterius criminis, quia de iure naturali, vt in Clemen. paſtoralis, de re iudic. quòd autem in caſu prædicto prædictus actor ſit in veritate reus, & ſe defendat oſtenditur, nam dicit ſe impediri in proſecutione ſui iuris, & ſuæ cauſæ, & petit tale impedimentum tolli: vnde veritate inſpecta eſt defenſor. nā hæc ipſa per modum replicationis poterat opponere exceptionem cōtra laudum propoſitum in prima lite, vnde notari ſolet in decre. tuam. de ord. cogen. & cap. lator, qui fil. ſint leg. quòd aduerſus contractus vſurarios poſſum me defendere agendo, & excipiendo: & vtroque caſu eſt quis defenſor, rei veritate inſpecta; declaro hoc per exemplum, pone paſſus miſſionem in bonis propter contumaciam poſtmodum paratus ſum ſoluere expenſas, & peto mihi reſtitui, nunquid repellor except.
i excommunicationis [i] videtur, quòd ſic, quia in eo, quòd peto poſſeſſionem mihi reſtitui ſum actor, & ſic repellendus, contra dict. Iaco. de Are. in l. de pupillo, ff. de nou. oper. nunciat. quod non repellitur, quia in rei veritate ſe defendit; alleg. etiam de priui. creditor. ſi pupillus, §. 1. & in ius uoc. libertas. Item ſi
K excōmunicatus [k] vadit ad curiam, & impetret ſuper appellatione, vel in alio caſu, q; ſibi liceat, impediatur in itinere, & ſibi auferantur inſtrā, uel alia, propter quæ impediatˀ in proſecutione ſui iuris, pro illis recuperandis poteſt agere, vt notari ſolet in decret. intelleximus, de iudic. & in decret. ſignificauerunt, de

except.

excep. pari ratione ſi mihi licebat procedere
in cauſa vſuraria, ſine metu exceptionis omiſ-
o ſæ, ſi impediatur poterit omnia facere, & pe-
tere, vt ceſſet impedimentum, & vtroque caſu
reus dicetur ſe defendere. De hoc patet: nam
in dicto libello non ſolum fraus narratur per
vnam exceptionem, ſed ſunt etiam plures aliæ
per ſe ſufficientes ad cõcluſionem, vnde ſicut
in libello appellationis ſufficit vnam cauſam
eſſe veram ad iuſtificãdum appellat. ita & hic,
nam hic aliæ in libello narratæ ſunt, nouitas
facta in præiudicium lit. penden. & alia inha-
bilitas arbitrorum, qui de dicta cauſa vſura-
ria cognoſcere non potuerunt. Alia eſt præiu-
dicium, & contemptus eccleſiaſticæ iuriſdi-
ctionis, & epiſcopalis curiæ contra quæ nar-
rata, & concluſa nil fuit per reum oppoſitũ;
modo veritas eſt in iure, quòd ex narratis in
libello debemus accipere illam partẽ ex qua
poſſit concluſio inferri. Item non expedit nar
l ranti plura [l] in libello iuſtificare omnes cau-
ſas narratas, ſufficit iuſtificare vnam, vnde ex
libello id recipi debet ex quo ſequi poſſit con
demnatio, ff. de edend. l. 1. not. Ioan. Andr. in
Spec. deccl. ac. ff. de pœni. ſi præſes, & de ſuſp.
6 tutor. l. hoc enim. † Item reiecta parte libel-
m li [m] inepta poteſt ſuper parte apta procedi.
no. Hoſtien. in c. ad diſſoluendum, de deſpon.
impu. Item non expedit probare omnia nar-
rata in libello, niſi ſunt talia ſine quibus libel-
lus non procederet, ita not. Ioã. And. poſt In-
nocen. de priuileg. ex parte. Vnde in hoc ſi au
diri non deberem ex ea cauſa, quia fraudem
vſurarum propono, debeo audiri ex alijs cau
ſis prædictis ſufficientibus, & contra quas nil
fuit obiectum: vt ſupra dictum eſt. Et quòd di
ctæ aliæ cauſæ narratæ in libello ſint ſufficien
tes ad irritandum dictum laudum, & ad eius
impedimentum tollendum, de ſe patet in iu-
re, & quia contra eas fuit per partem exceptũ
in termino ad hoc conſtituto, & ſic tacitè con
ſenſit quod ex illis procederetur; dico quòd
in libello ſunt cauſæ de per ſe ſine fraude vſu-
rarum; vna eſt quando dicitur, quòd licet in
generali compromiſſo non venerit, d. cauſa,
n [n] tamen de facto ad impediendum litem pro-
nunciatum fuit, vnde non eſt principalis cau-
ſa, quia in compromiſſo non veniebat. Item
quia vt conſtet an veniat oportet cognoſci, an
eſſet ſpiritualis, & de hoc non poteſt iudex
laicus cognoſcere, illa cauſa eſt, quòd latum
fuit in præiudicium lit. penden. & ad impe-
diendum litem certè ſuper hoc rectè aditur
o iudex cauſæ [o] quia ſuam iuriſdictionem de-
fendere debet. de offic. deleg. cap. 1. vbi ex hac
cauſa extenditur iuriſdictio delegati ad per-
ſonas non expreſſas in literis delegatorijs cõ-
tra decret. pe. & gloſſ. eod. tit. de offic. delegat.
Item alia cauſa, quia in contemptum iuriſdi-
ctionis eccleſiaſticæ, & epiſcopalis curiæ, quo
caſu iudex eccleſiaſticus cogit ſecularem deſi
ſtere, ſic & cogit illum iuſtitiam facere, & iu-
ra canonica obſeruare, caſus de excep. ca. vlt.
7 lib. 6. † exceptio vſurarum non procedit con-
tra dominum ex tribus, quia veritate inſpecta
ipſe ſe defendit, quo caſu non procedit ali-
qua exceptio perſonalis, vt in Clemen. paſto-
ralis, de re iudi: de excep. & cap. intelleximus,
de iudic. cum ſimil. quod ſit defenſor patet,
quia proponit ſe vexari indebitè, & petit ſu-
p per moleſtia [p] imponi ſilentium, & ſic nil pe-
tit ſibi adiudicari, ſed ſolum grauamen remo
ueri, nec erat actor in aliqua cauſa principali
cum tamen in cap. ſignificauerunt eſſet actor
principalis, & in cauſa appel. vt ibi patet etiã
exemplum in excommunicato, qui petit poſ-
ſeſſionem ſibi reſtitui, vt aliàs dixi ad quæ nil
ſufficienter eſt reſponſum. Sciendum quòd ip
ſe non petit vſuras, nec fructus computari in
ſortem, quod requiritur in illa decr. quia fru-
ſtra. Nec reperientur Doct. aliter loqui de illa
decre. vnde Ioan. Cald. in ipſa decret. dicit, ꝙ
ſi repeto pignus a creditore, quia dico, quòd
fructus ſortem extenuant, non repellor excep.
vſurarum ex quo contractus non proponitur
vſurarius, in caſu noſtro contractus non po-
8 teſt eſſe vſurarius, niſi ex pacto, † vt patet ex
diffinitione vſurarum, & aliud eſt dicere ali-
quid eſt factum in fraudem vſurarum ab vna
parte: & aliud eſt dicere contractus vſurarius,
quòd prouenit ex conuentione partium. Vn-
de ſi repeto depoſitum purè tibi per me factũ
& adijcio quòd donec tu ceſſes me inuito ſol
uere uelle vſuras non promiſſas, non repellor
exceptione vſurarum, quæ nõ competit agen
ti depoſiti, & qualitas non fuit adiecta, vt mu
taretur à pretio depoſiti, & vt ageretur de vſu
ris: ſed fuit adiecta. pro cauſa iniquitatis, ac ſi
dixiſſem, quòd ex illa fraude hoc faceret, & li
cet hoc nõ eſſet neceſſe exprimere, illa quali-
q tas ſuperflua adiecta vitiat, [q] niſi ſicut propo
nens, & repetens depoſitum adijcerem, & ad
hoc propono act. locati, vt ſcribit D. Io. Cald.
9 in cap. examinata, de iud. Ita † in propoſito
dicit



dicit laudum iniquum, ex pluribus, tum quia
non venit in compromiſſo: tum quia, &c. &
hæc facta fore in fraudem vſurarum. Iſta qua
litas adiecta non fuit vt mutaretur actio, vel
ageretur de vſuris, ſed vt exprimeretur cauſa
iniquitatis, ac ſi dixiſſet ſimpliciter per dolũ,
& fraudem. Vbi eſt aduertendum ſi vſura re-
r petatur non tanquam vſura, [r] non competit
talis exceptio, nec petetur in foro eccleſiaſti-
co, ſed in ſeculari: Pone ergo fideiuſſor coa-
ctus ſoluit pro te vſuras, quas repeto, modo
non repetuntur vſuræ, vt vſuræ; ſed vt inter-
eſſe, & ideo non repellor tali exceptione, nec
petam in foro eccleſiaſtico contra laicum, ita
Gaiel. in Clemen. ex graui. de vſur. ita in pro-
poſito dominus agit de iniquitate laudi, quod
dicit latum in fraudem vſurarum exigenda-
rum, & ex ea agit non tanquam de vſuris, ſed
tanquam de fraude, & pro intereſſe meo: nec
proponit, nec reſultat ex propoſitis, quòd con
tractus ſit vſurarius, qui non fuit factus con-
uentione partium, immo altera parte inuita:
& licet vna pars faciat hoc in fraudem vſura-
rum, non tamen eſt contractus vſurarius, ſed
eſt violentia facta ad iſtum finem, vt vſuras
non poſſit exigere, ac ſi de facto ſpoliares me,
vt ſoluerem inuitus vſuras cum agerem poſ-
ſeſſorio repellerer exceptione vſurarum: ex
eo, ꝙ dicam, quòd talem ſpoliari feciſti, vt co
geres me inuitum ad ſoluendum vſuras, nec
propriè eſt vſura, quæ ex conuentione partiũ
oritur, ſed eſt impropria locutio: vnde iam vi-
di obtineri, ꝙ ille, qui erat condemnatus pro
certo delicto, quod dicebatur falſum commi
ſiſſe, non tenebatur pœna falſi, cum delictum
cui talis clauſula fuit adiecta, non eſſet de ge-
nere falſitatis: puta ſi diceretur in condemna-
tione, quòd falſo occidi hominem, præterea,
recitat Innocen. in cap. intelleximus, de adult.
multi dixerunt, & fortè non malè ſecundum
eum, quòd illa regula fruſtra inuocat, &c. de-
bet intelligi, vt in alijs caſibus, videlicet quan
do committitur in legem circa idem, vt tunc
repellatur actor tali exceptione, quando com
miſerit in legem contra ipſum excipientem,
& licet iſtud non ſeruetur, inſtruit, vt ſit illa
regula reſtringenda, vt non extendatur ad eũ,
qui non petit vſuras, nec fructus computari in
ſortem, nec contractum proponit vſurarium,
nec vult effugere ſolutionem vſurarum, vt in
caſu noſtro eſt: vnde non poteſt petere auxi-
lium legis, in quam cõmiſerit: nam nulla exi-
ſtente lege canonica ex ijs, quæ additæ ſunt
contra vſurarios, procederet petitio domini,
& per alia iura canonica, & ciuilia cõtra frau
dem propoſitam prouideretur ſibi, vnde non
propriè implorat auxiliũ legis in quam com
miſerit, etiam ſi vſurarius eſſet, & prædicta pu
10 to ita vera de iure ſicut homo eſt animal. † Itẽ
eſt aliud quòd non fuit tactum, quia dicta ex-
ſ ceptio propoſita debet probari infra octo dies
ſ [s] a die propoſitionis, vt not. Io. And. poſt Ho-
ſtien. in d. c. quia fruſtra, & idem in exceptio-
ne ſpoliationis, & idem in excep. excommuni
cationis: vt in c. pia. de excep. lib. 6. quod factũ
non fuit, & ideo talis exceptio expirauit ex di
ſpoſitione iuris ſi à principio fuiſſet valida.

## Addit. Quint. Mandoſij.

a ¶ Iudice eccleſiaſtico. ] *Vſura enim eſt
crimen eccleſiaſticum: prout ſupra alle. 10.
diſputat hic plura, num. 3. & infra allegat.
proxima, num. 2. Et hanc alleg. citare uo-
luit Alex. in l. Titia diuortium, num. 13.
ad Lap. ſe remittens, ff. ſolut. matrim.*
b ¶ Compromiſſum. ] *An de cauſis ſpiri-
tualibus compromiſſum fieri poſſit Lap. hic
pro negatiua ſentit, pro qua etiam adduco
Collecta. in cap. forus, colum. 4. uerſicu. Sed
quod de antiquo. de verb. ſignific. vbi quòd
arbitri non poßunt cognoſcere ſuper benefi
cijs eccleſiaſticis, beneficiaq; eccleſiaſtica
adiudicare, Hoſtien. in ſumm. titu. de arbit.
§. de qua re. uerſic. Item prohibetur in ma-
trimoniali, Spec. eod. tit. de arbit. & arbitr.
§. reſtat, num. 2. verſ. Item de ſententia ex-
communicationis, & Lanfran. in tracta. de
arbitr. par. 4. num. 7. verſic. idem tenet Ho-
ſtien. Ratio adducitur ne pateat via ingreſ-
ſui vitioſo ad ſpiritualia. Contraria opin. &
ſic affirmatiua uerior eſt, quòd immo cauſæ
beneficiariæ, & aliàs ſpirituales compro-
mitti poſſint ad text. in cap. non ſine, de ar-
bitr. vbi arbitrium ſuper beneficio nullum
decernitur ex quo continebat pactum illi-
citum, ſupponitur igitur quòd valuiſſet pa-
cto illicito non interueniente, eſt etiam tex.
in cap. cum inter canonicos Sauonenſes, &
in cap.*

*in cap. cauſam, quæ de electio. in cap. cum tempore, de arbit. & voluit Goffr. eod. titul. §. poteſt, in princip.*

c ¶ Laicos.] *Compromiſſum ſuper re ſpirituali in laicos fieri non poteſt, ad text. in ca. contingit, ibi, ne, ſuper rebus ſpiritualibus compromittatur in laicum, & ibi Abb. ad hoc no. de arbit. idem voluit Rom. conſ. 299. in propoſito, num. 6. & ſeq. & hoc dictum Lapi refert, & ſequitur Felyn. in c. cum ſit, post num. 3. verſ. & adde, quòd arbiter. de fo. comp. vide pleniſſimè per Alex. in l. imperium ad partes diſputantem, fol. antepen. in vlt. dub. verſ. iſtis ſic ad intelligentiam, vbi Lap hic allegare voluit, & poſtea. fol. penul. verſic. Non reperio igitur vbi etiam citat Lap. hic. ff. de iuriſdict. omn. iud. An autem laicus in cauſa ſpirituali poſſit eſſe arbitrator Rom. in prææalleg. conſ. 299. concludit pro negatiua non ſolum, quòd laicus non poſſit eſſe arbiter, immo nec etiam arbitrator. Idem etiam voluit Abb. in allegat. capitulo contingit, propter generalitatem illius tex. in 1. no. verſ An autem poſſit cõpromitti. de arbit. contraria opin. quam tenuerunt Hoſtien. & Ioan. And. in ca. fin. in princ. de re. permu. Anchar. conſ. 98. iſtam, communiter tenetur, vt teſtatur D. meus, in c. 2. num. 2. verſ. ſed breuiter, de iudi. quẽ ſequitur hanc communem aſſerens, Grat. reſpon. 87. in præſenti, num. 10. lib. 1. An autem compromiſſum ſuper vſuris in arbitrũ, vel arbitratorem clericum, vel laicum valeat, vide omnino per Ioan. Bapt. generum, Bar. vt impreſſores in titu. eius tract. de arbitr. inſcribunt, vel potius dicti Bar. pronepotem, vt ipſemet in dicto trac. aſſerit, q. 15. lib. 11. poſt nu. 6. qui plenè dicta Lapi hic reaſſumit reprehendens Abba. & Roman. cap. 13. lib. 3.*

d ¶ Acceſſorium.] *Et dixit Bald. in l. petens, num. 39. uerſ. ad ſecundam quæſtio. C. de pact. quòd acceſſorium veſtitur à principali, non contra, & dicta hic per Lap. & regula iſta generalis, quòd acceſſorium ſequitur naturam ſui principalis nunc maximè procedit quando eadem ratio eſt principalis, & acceſſorij, ad ea, quæ adduco in 2. quæſt. 14. Reg poſt num 9.*

e ¶ In l. rem.] *Dic tu aliàs ſi. & non ſolum in ſi. quæſt. ſed & in ſum. et in diſcurſu, quod etiam probat tex ille, & glo. vide etiam infra alleg 64. agebat, & pro intellectu, & ampliatione illius, l. fin. videatur Dec. Neapol. Afflict. 18. incipit fuit dubitatum. Similem quæſtionem in emphyteuta conuicto de mendacio, qui negabat rem eſſe emphytheuticam, vel rem eſſe eccleſię habes apud Iaſ. latè de hoc tractantem, in l. 3. in 32. & 33. quæſt. num. 86. & ſequen. C. de iure emphyteut.*

f ¶ Fruſtra legis auxilium.] *Vide Fed. de Sen. conſ 271. recordare.*

g ¶ Ad ordinarium.] *Refert, & ſequitur Ludo. Roman. conſ. 238. pro habenda, poſt num. 11. uerſ. non ergo. Contrarium quòd immo idem ſit in ordinario uoluit idem Roman. & melius, ſibi tamen contrarius conſ. 285. omnia ad deciſionem, poſt princ. in l. cum mulier, num. 83. ff. ſolu. mat. ſing. 336. incipien. c. quia fruſtra, & in ſi. vocat hunc magnum canoniſtam, dicit tamen ſe mirari quomodo contra caſum legis dixerit: vide tu Alex. in l. viro, num. 7. & ante, uerſ. circa hoc, ff. ſolut. matr.*

h ¶ Et non coram delegato.] *Ratio quia iuriſdictio ordinaria eſt fauorabilis, delegata verò extraordinaria, ſtricti iuris, & odioſa, glo. in ver. proceſſus, verſ. ſed poteſt eſſe ratio. & glo. in c. diſpendia, in ver. vel conuentionis, & vtrobique Docto. de reſcript. lib. 6. glo. pen. in Clem. 2. de effic. ord.*

i ¶ Exceptione excommunicationis.] *Vide Gem. in cap. 1. num 7. & Franc. & nume. 13. in 3. q. vbi citat Lap. hic de reſcript. lib. 6. & Abb. in c. cum inter num. 14. uerſ. Quid autem ſi contra reum, & ibi in pluribus Apoſtil. vbi etiam adducitur hæc alleg. de exceptio.*

K ¶ Item excommunicatus.] *Idem voluit*

*Gemin.*

*Gemin. in c. 1. de reſcript. lib. 6. num. 17. ubi notat quòd reus impeditus ire ad curiam pro defenſione ſua poteſt conqueri, & agere de tali impedimento, & Lap. hic, & Gemin. ibi ſequitur Apoſtil. ad Abba. in cap. apoſtolicæ, num. 3. in ver. excommunicatorum de cler. excommu. mini. & Lap. hic referunt & ſequuntur Fel. in alleg. hic, ca. intelleximus, ad ſin. & D. meus, nu. 8. de iudi.*

l ¶ Narranti plura.] *An narrans plura in reſcripto teneatur omnia probare latè tractò in gloſſ. facul. in 7. com. quæſt. 6. & pro negatiua cum Lapo hic concludit Felyn. in 6 ex parte, col. 11. uer. adde etiam ipſis Bal. de reſcript. & in c. licet cauſam, in 1. limit. poſt num 40. & poſtea, colum. penul. ante nume. 43. vbi hanc allegat. citare uoluit. de probat.*

m ¶ Libelli.] *Hunc citant, & ſequũtur Lud. Roman. conſ. 245. ad primum, num. 7. & in l. 1. §. ſi ſtipulanti, num. 43. ff de uerb. obli. Mar. Sozzi. in c. 2. poſt nu. 58. uerſ. ſecundo caſu, de libel. obla. & Barth. Sozzi in Reg. 368. in 4. fallen. ubi Lap. corruptè allegat. Idem etiam uoluit Iaſ. qui alios adducit in d. l. 1. §. ſed & ſi mihi, num. 14. uerſ. 5. adde, ff. de uerb. oblig.*

n ¶ Dicta cauſa ſcilicet vſuraria.] *Nec etiam alia ſpecialia mandatum requirens, argum. tex. in l. procurator tutorum, ff. de procu. & in c. qui ad agendum, eod. lib. 6. & in terminis firmat, Ioan. Bap. Bar. pronepos in alleg. trac. de arbitr. referens, & ſequens, Lap. hic c. 15. lib 6. uer. Quamuis in huiuſmodi generali compromiſſo.*

o ¶ Iudex cauſæ.] *Quòd hoc caſu adiri debeat iudex cuius maieſtas offenſa fuit probo in 14. com. in uerb. eidem.*

p ¶ Super moleſtia.] *Mouens litem ſuper iactationibus, & moleſtationibus dicitur reus iuxta opin. Lapi hic, pro qua adduci poteſt dictum Paul. Caſtren. in l. de pupillo, §. qui remiſſionem, num. 3 ff de no. oper. nunc. vbi quod prouocans aliquem in iudicium, ſi prius extraiudicialiter prouocatus ſit (prout in caſu noſtro) dicitur defenſor, ſeu reus, vt etiam vult ibi Iaſ. poſt alios in 1. not. Inſuper reus etiam quis dici debet quando per accidens actor efficiatur, vt ſi debitor petat actori perpetuum ſilentium imponi, vt per Ant. de Butr. in ca. in præſentia, in 6. not. de probat. & per D. meum, Phil. Dec. in l. fauorabiliores, poſt num. 2. uerſ. & iſta regula, ff. de reg. iur. idem Dec. conſ. 3. & diligenter, ad fin. uerſ. & iſta regula, & conſ. 43. & pro tenui, in prin. uerſicu. Nam in contrarium facit. Idem etiam uoluit Abb. in cap. ſi quis contra clericum, numero 2. in 2. not. ubi ſubdit rationem, quòd attendi debeat cauſæ naturalis origo, non quod accidentaliter contingit. Contrarium probari videtur in c. forus, de uerb. ſignific. §. accuſator, ubi quòd accuſator ſeu actor dicitur is qui ad cauſam aliquem appellat, & uoluit Rom. conſ. 217. res iſta, quis ſit actor, quis reu plura ad rem noſtram adducens. Et in terminis noſtris, & iuxta terminos, l. diffamari, C. de inge. manu, ita concluſum fuiſſe in conſilio Neapolitano teſtatur Matthæ. de Afflict. Dec. Neapo. 268. incipien. in alia cauſa. idem etiam uoluit Dominus meus, conſ. 487. in quæſt. nume. 10. & conſ. 686. magnificus, ad fin. Plura alia pro vtraque parte adducere poſſem: verum in hac materia diſtinguendum eſſe putarem, & quo ad aliqua iſte actor dici poterit, quo uerò ad plura reus, prout per Pau. Caſtren. & alios in d. l. de pupillo, §. qui remiſſionẽ, & §. ſequent. ff. de noui oper. nunc. latè poſt alios ſequitur D. Cęſar Contar. in ſua pulchra Repetitio. prææalleg lege diffamari, in 1. q. num. 1. uſque ad 28 ex cuius dictis pluriſariam defendi, & corroborari poterit opin. Lapi, hic.*

q ¶ Adiecta vitiat] *Ego legerem adiecta non uitiat, dicimus enim quod ſuperflua, & impertinens adiectio non uitiat actum, ſed reijciatur, ad tex. in l. quæ extrinſecus, & l. ſi mihi, 1. reſpon. ff. de uerb oblig. l. ſi is qui Sticum, & ibi glo. ff. de acceptila.*

Non

r ¶ Non tanquam vſura.] *Sed potius tan
quam intereſſe, quo caſu nec talis exceptio
competit, nec coram eccleſiaſtico iudice,
ſed coram ſeculari agendum erit, ad tex. in
cap conqueſtus, iun. glo. de vſur. idem quod
Lap. hic voluit Gemin. in cap. 1. colum. 2.
verſic. aut conſuetudo nihil diſponit, & Ge
min. qui hunc citat, & ſequitur poſt num. 2.
verſic. ſed ceſſante, eod. lib. 6. Abb. conſ. 64.
venio, colum. 3. verſicu. ſed in caſu noſtro,
lib. 1. & Apoſtil. ad Abb. quæ ad Lap. hic
ſe remittit, in c. poſt miſerabilem, in uerſ.
modo poteſt, de vſur.*

ſ ¶ Infra octo dies.] *Hoc dictum Lapi im-
probat, & contra Lapũ decidit ex uoto tũc
dominorum de Rota Ludo. Roman. ſing. 46.
incipien infra quantum tempus. Quod ta-
men ſubdit ibi Rom. quòd tempus probandi
hanc exceptionem erit quindecim propter
rationem de qua ibi ego non comprobo, vi-
de Dominum meum, in cap. prudentiam, §.
ſexta, poſt num. 5. ſuper gloſ. in uer. termi-
num, de offic. deleg. vbi de Lapo, & Roman.
mentionem facit ſubdens opin. Io. de Ana.
in qua reſidere videtur, quòd terminus aſſi-
gnandus ueniet arbitrio iudicis, hæc vlti-
ma opin. mihi ſatis probabilis videtur.*

*SVMMARIVM.*

1 *Vſuræ; an peti debeant coram iudice ſecu-
lari aut eccleſiaſtico.*

2 *Cauſa vſuraria eſt ſpiritualis: & ideo ſe-
cularis iudex de illa ſe intromittere nõ põt.*

3 *Contractus doloſi in fraudem vſurarum
facti qualiter probari poſſint.*

4 *Forma libelli in materia vſurarum dupli
citer eſt conſideranda.*

## ALLEGATIO LV.

REuerende domine vltra ea, quæ in
alia cedula vobis ſimul cum libro
deſtinaui, precor aduertatis poſt-
poſitis tribunalium clamoribus,
ne verificemus dictum Senecæ in declamatio-
nibus, vbi contra aduocatos loquens ſic dicit:
hic clamoſi iurgia fori improbas iras, & ver-
a ba locat.[a] Aliud eſt quærere † an coram ſecu-
1 lari iudice [b] poſſint peti vſuræ, vel de illis ex-
b cipi coram eo: & aliud eſt quærere, an lite mo
ta coram eccleſiaſtico iudice de fraude vſura-
rum, exponẽdo videlicet, quod licet eſſet mutuũ,
vel pignus, tamen in fraudem vſurarum, & ſi-
mulatus fuit contractus uenditionis, vel de-
poſiti, & licet in ueritate de mutuo fuerit ſa-
tisfactum nihilominus protextu ſimulatorũ
inſtrumentorum venditionis, vel depoſiti vſu
rarius in animæ ſuæ periculum nititur extor-
quere vſuras. Ad primam quæſtionem fateor,
quòd multi Doct. iuris canonici, & ciuilis vo-
luerunt dicere, quòd iudex ſecularis poteſt ta
lem cauſam audire, & hoc tenent hic Lau. &
Archid. 13. q. 3. quid dicam? tamen eorum opi.
c ſuccubuit in obſeruantiam, [c] & glo. in Clem.
diſpendioſam, ſentit contrarium ſuper verſic.
vſur. & alleg. quod not. de iureiur. ex literis,
in vlt. gloſſ. quæ dicit cauſam vſurarum ſpiri-
2 tualem, † alleg. etiam glo. 2. in c. cum ſit, de fo.
compet. quæ dicit, quòd cauſa vſurarum etiã,
& ſimonię ſpectat ad eccleſiam, alleg. de offic.
ordin. cap. 1. & 11. q. in ſum. & 6. q. 2. c. 1. & di-
ctam Clem. diſpendioſam, quæ tribus eccle-
ſiaſticis cauſis hanc adminiſtrent. Item gl. quæ
eſt in decre. ſi annum. de iudi. lib. 6. ſuper verſ.
d infante, [d] & exemplificando de cauſa ſpiritua
li dicit de cauſa vſurarum, & ſi ſpiritualis: er-
go ſecularis iudex de illa intromittere ſe non
poteſt, ad hoc optimè cle. ex grandi, de vſur.
3 vbi videtur caſus, in §. cęterum, † vbi quia con
tractus doloſi in fraudem vſurarum facti non
poſſunt probari, ſtatuit, vt cogantur libros
eorum oſtendere per cenſuram eccleſiaſticã:
ergo talium contractuum cognitio ſpectat
ad eccleſiam, & iſtam opin. ſequitur Roma-
na Curia, nec puto ſpectare ad prudentiam
veſtram in hac nobili ciuitate contra anti-
quam morum obſeruantiam Romanæ Eccle-
ſiæ dictare ſententiam contrariam: quia ſem-
per dicit lex veſtra, quòd minimè ſunt mutan
da, quæ ſemper certam interpretationem ha-
buerunt. Sed quicquid de præcedenti quæſt.
de ſecunda non dicitur dubium. Nam ex quo
proponitur fraus cõtra canonicas ſanctiones,
& in periculum animæ, & dicitur, quòd ſibi
eſt ſolutum, & ſub fraude vult exigere prætex
tu fictorum inſtrumentorum, iſta cognitio eſt
e eccleſiæ, [e] & quia ſententia lata in tali iudicio
parit



parit exceptionem rei iudicatæ in foro ſecula
ri, ſiue de iure, ſiue de conſuetudine hoc ſpe-
ctet ad eccleſiam: vt in c. fin. de except. lib. 6. er
go, & ſic intelligunt omnes Docto. iuris cano-
4 nici. videte precor Spec. in titu. de vſur. † vbi
ponit duas formas libellorũ in materia vſu-
rarum, vna eſt contra eum, qui vult vſuras ex-
torquere. Alia eſt contra eum, qui recipit con
tractum ſimulatum in fraudem vſurarum, &
videte in forma prima petit inhibitionem fie-
ri iudici ſeculari, & videte quid Ioan. Andr.
ibi Addit. Si tamen de ſubtilitate noſtri iuris
aliud eſſet dicendum, ſi placet dimittatis per
f alium corrigi, quia Eccleſia Romana [f] iſtud
ſentit, & practicat: & durum eſt contra ſtimu
lum calcitrare, &c.

Addit. Quint. Mandoſij.

a ¶ Verba locat.] *Ita legerem, non prout
in codicibus antiquis. pro hac lectura pon-
dero, quòd aduocatus quodammodo dicitur
locare operas ſuas, l. qui operas, ff. loca. l. 1.
§. in honorarijs, §. aduocatos, & §. fin. ff. de
var. & extra. cogni. l. vni, C de ſuffra. vel ſi
manis, lege verba iactat, quaſi huc, & illuc
illa proijciat, & inconſideratè illa profe-
rat, ac inania, & vana loquatur, abundetq;
multiloquio. Et ego vidi quoſdam, qui non
ſolum verba iactant, ſed & oculos, & ca-
put: manibuſq; certant, pedibus terram pul
ſant, nunc huc, nũc illuc quaſi ſe proijciunt,
moreq; pugnantium in duello, uel potius pa
raſitorum, immo phanaticorum, de quibus
in l. 1 §. exempli. verſ. ſi ſeruus inter pha-
naticos nõ ſemper caput iactaret, ff. de edil.
edict. capita, & corpora diuerſimodè mo-
uent, exercent, immutant, vt illis uerba vir
giliana 6. Aeneid. cõueniant. Non vultus,
non color vnus, non comptæ manſere comę,
ſed pectus anhelum, & rabie fera corda tu
ment, maiorq; videri, & reliqua. Legant ij
Quintilianum, lib. 11. inſtitutionum orato-
riarum, præcipuum uerò (inquit) in actio-
ne, ſicut in corpore ipſo caput eſt, &c. & po
ſtea etiam frequens eius nutus non caret
vitio, adeo vt iactare id, & comas excutien-
tem rotare phanaticum eſt, dominatur au-
tem maximè vultus &c. Ii denique contra
quos inuehit Lapus noſter, clamoribus, &
vlulatu curiam, & aerem ipſum replẽt. De
ijs loquuti ſumus ſupra alleg. 52. in uerſic.
qui dicit, quod non debet. Contra hos addu-
citur illud ad Roman. 13. ad fin. Non in con
tentione, & ęmulatione. Et de ijs latè Ioan.
Neuiza. in princ. Syluę Nuptia. Et quòd
aduocatus nimis uerboſus priuari poſſit of-
ficio aduocationis, habes tex. iun. glo. 1. in l.
ex ea, ff. de poſtu. quam ſequitur Lud. Rom.
ſingu. 739. & addi. ad Nic. Mil. in Reper.
in verſ. Aduocatus.*

b ¶ Seculari iudice.] *An, & quando vſu-
rarum cauſa, ſeu exceptio tractanda, ſeu de
ducenda, vel cognoſcenda ſit coram eccle-
ſiaſtico, aut ſeculari diſtinguunt Gemin.
& Franc. qui Lap. hic, & in præced. alleg.
citant in c. 1. de vſur. lib. 6. videantur etiam
Anchar conſ. 236. inhęrendo, num. 3. Rom.
conſ. 98. iſtum poſt num. 3. uerſic. præterea
aduertendum, Antq. de But. & Abb. in c.
cum ſit, num. 17. de fo. compet. idem Abb.
conſ. 64. uenio, colum. 3. uerſic. ad tertiam,
lib. 1. Alex. in Apoſtil. ad Bar. in l. omni, in
uerſ. ego dico ſic, C. de ſacroſ. eccl. Fely. in c.
quanto, poſt num. 5. & ibi Dominus meus,
colum. fin. de iudi. & conſ. 170. viſo, nu. 3.
Card. in c. noſtram 2. & ibi Apoſtil. in uerſ.
coram, quæ Lap. & alios citat, de iureiur.
& Alciat. in c. pernicioſam, nume. 77. de
offic. ord. ubi communem dicit vſurariorum
iudicium ſi diſputetur de iure eccleſiaſticũ
eſſe, ſi de facto coram ſeculari agi debere.
Hæc fuit diſtin. Bar. in d. l. omni, num 2. C.
de ſacroſan. eccl. de qua etiam per Feder. de
Sen. conſ. 96. apparet, num. 2. Ludo. Roman.
in l. cui iuriſdictio, poſt num. 7. uerſic. item
pone, vbi Lap. hic adducit, ff de iur. om. iud.
& in allegat. l. Titia, colum. 3. in fin. uerſic.
ſecunda eſt opin. ff. ſolut. matr. & ibidem
Alexan. poſt num 6. & iux mihi, vbi plu-
res citat, inter quos Lap. hic, latè etiam Io.
Campeg. de dote, quæſt. 99. vbi Lap. hic, &
alios*

*alios refert. Idem etiam voluit, Felyn. in c. venerabilem, ante num. 11. de exceptio.*

c ¶ Succubuit in obſeruantiam.] *Hæc eſt obſeruantia Rom. Cur. Gemin. ſequens Lap. in alleg. c. 1. ante num. 6. de vſur. lib. 6. & Ambro. de vigna. in tract. vſurarum, alias in Repet. cap. ſalubriter, num. 124. qui cum Lapo hic concludit, ſubdens, quòd hæc eſt conſuetudo totius mundi, & quòd hæc opin. ſibi uidetur communis, & vera.*

d ¶ In ver. infante.] *Dic in uer. maior infante, & uide ſuper illa glo. Gemin. in §. ſi uerò, num. 9. & ibi, Apoſtil. remittit ſe ad hanc alleg. licet ſub alio numero eam citet. An autem cauſa vſuraria ſit ſpiritualis late tractat infra alleg. 70. incip. ſæpe vidi.*

e ¶ Cognitio eſt eccleſiæ.] *Fraus concludit iuriſdictionem per quã quis dicitur malefactor eccleſiæ, ad tex. in c. cum ſit, & ibi per Abb. poſt nume. 9. de foro compet. & per Gemin. in alleg. cap. 1. de vſur. lib. 6. ante num 6.*

f ¶ Eccleſia Roma.] *Refert, & ſequitur Abb. licet ſub alio numero in d. c. cum ſit, num. 17. de foro compet. & Lap hic citant, & ſequuntur Gemin. in alle. c. 1. ante nu. 6. & Franc. poſt num. 3 uerſic. ſed ſi eſſet quæſtio in iure. de vſur. lib. 6.*

## *SVMMARIVM.*

1 *Caſus propoſitio.*
2 *Verba an ſint neceßaria in contrahendo matrimonium.*
3 *Matrimonium ſpirituale non contrahitur, ſine verbis conceptum mentis indicantibus, & num. 11.*
4 *Annuli in digitum immiſſio quare in contractu matrimonij ſit inuenta.*
5 *Annulus matrimonialis non matrimoniũ ſed ſponſalia tantum indicat.*
6 *Contractus matrimoniales fiunt ad modũ obligationis.*
7 *Contractus matrimonialis duo neceſſaria requirit.*
8 *Contractus matrimonialis non debet diuiſim ſeu diuerſis loco & tempore fieri.*
9 *Contrahere matrimonium: & dicere ego ſum contentus eum habere, differunt.*
10 *Matrimonium legitimum an ſignis tantum poſſit contrahi, ſine uerbis.*
11 *Matrimonium ſpirituale, & carnale in quibus differant.*
12 *Conſentire factis plus eſt, quam conſentire uerbis.*
13 *Verba parentum pro pueris ob verecundiam tacentibus, an reputari poſſint uerba ipſorum puerorum.*
14 *Matrimonium præſumitur probata ſubarratione.*
15 *Loquens non intelligibiliter habetur pro non loquente.*
16 *Verba matrimonialia de præſenti & annullatio habent medium.*
17 *Verba an ſint neceßaria ad matrimonium contrahendum.*
18 *Subarratio annuli, an habeat effectum matrimonij.*

## ALLEGATIO LVI.

IN Dei nomine amen. Punctus quęſtionis talis eſt.
1 † Quidam vir nomine Matthæus vna cum quibuſdam conſanguineis cuiuſdã puellæ nomine Ludouicæ, acceſſit ad domum dictæ puellæ, & ibi poſt multa verba, & contra-
a ctum retentum [a] inter dictum Matthæum, & conſanguineos dictæ Ludouicæ circa matrimonium contrahendum per dictum Matthæũ cum Ludouica prædicta, interuenerunt pro contrahendo matrimonio inter dictos Matthæum, & Ludouicam hæc verba; videlicet dictus Matthæus dixit notario, ſis rogatus vocando notarium, qui præſens erat, quòd ego in gaudio, & in ſignum legitimi matrimonij contrahendi Ludouicam hic præſentem, & ſpontè manum, & digitum oſtendentem, & cępit annulum quendam aureum, & volens mittere in digitum ipſius puellæ ipſa puella manum traxit ad ſe, & dixit ego volo ſcire quis tu es: & tunc dixit dictus Matthæus. Io ſono Mattheo d'Agnolo P-lmerito de Siena voſtro



ſeruitore. Et vnus ex prædictis conſanguineis dixit filia mi Iſte non eſt de Stagia, immo eſt quidam iuuenis ciuis Senen. de bona progenie, qui vocatur Matthæus Angoli palmeriti de progenie nouem, & volunt tui conſanguinei, quod ipſe ſit tuus legitimus maritus. Quare dicta Ludouica audiens prædicta reſpondit. Poſtquam vos dicitis, quòd mei conſanguinei contentantur, & ego quoque ſum contenta, & vellem, quòd mater mea eſſet hic: prædictus conſanguineus reſpondit nos miſimus pro ea, & erit ſtatim. Et tunc dictus Matthæus cepit dictum annulum, & eum immiſit in digitum annularem ipſius Ludouicæ notario dicendo. Sis rogatus, quòd ego in gaudio Ludouicam hic præſentem tanquam legitimam meam vxorem, & vos alij ſitis teſtes. Modo quæritur nunquid matrimonium legitimum ſit contractum per verba de præſenti inter dictum Matthæum, & Ludouicam prædictam nec ne.

In nomine Dei amen. Viſis perlectis, ac diligenter examinatis, & ponderatis caſu, articulo, puncto, & inquiſit. prædictis pro eorum veritate aperienda hunc ordinem ſeruabo.

Primo dicam, quòd in præmiſſo themate placuiſſet per quærentem fuiſſe appoſita, & quare, & quia appoſita non fuerunt illa à themate præmiſſo excludam, & illis non ponderatis ſuper ipſo nudo themate pro veritate re-
b cepta cum iuris conſulto [b] non pertineat ea,
c quę ſunt facti ſupplere referam lunam [c] iuris.

Secundo vt veritas ipſa multis repulſa contrarijs clarius eluceſcat arguam ad vtramque partem.

Tertio ſic diſcuſſis eliciam iuxta ingenioli mei modulum quam veram, & canonicam concluſionem putauero, iura in hoc primo
d affectui contraria concordando. [d]

Reſpondeo ergo ad primum, & dico, quòd vbi in præmiſſo themate in princip. dicitur ibi, & poſt multa verba, & contractum reten-
e tum [e] inter dictum Matthæum, & conſanguineos dictæ Ludouicæ ad matrimonium contrahendum per dictum Matthæum cum Ludouica prædicta, &c. placuiſſet, quòd fuiſſet additum an talis tractatus fuit habitus per præfatos Matthæum, & Ludouicam, vel eis præſentibus, & intelligentibus, ſeu abſentibus, vel non intelligentibus.

Item placuiſſet, quod vbi in dicto themate poſt prædicta dicitur ibi filia mea iſte non eſt de contagio, immo eſt quidam ciuis Senen. de progenie, &c. fuiſſet declaratum, an verum eſſet, quod ipſe vir eſſet Matthæus, & placuiſſet quod in themate, vbi dicitur ibi, & volunt tui conſanguinei, quòd ipſe ſit tuus legitimus maritus, &c. fuiſſet additum, an hoc eſſet verum ſcilicet, quòd conſanguinei puellæ hoc vellent. Item placuiſſet quia in præmiſſo themate ibi dum dicitur nos miſimus pro ea, & erit ſtatim: fuiſſet additum, an hoc verum eſſet, & an venerit mater, & an mater habuerit hoc ei acceptum. Item placuiſſet, quòd in vltima parte thematis ibi nunquid matrimonium legitimum ſit cõtractum per verba de præſenti, &c. fuiſſet ſubtractum, ſeu non appoſitum illud verbum: quia aliud eſt quærere nunquid inter prædictos per prædicta fuerit legitimum contractum matrimonium per verba de præſenti, quæ infra clarius intelligi poterunt.

Venio ad ſecundum ordine pollicito, & primo arguo, quòd per prædicta non fuit contractum matrimonium legitimum de pręſenti inter prædictos Matthæum, & Ludouicam, quòd ſic euidenter oſtendo; in matrimo-
2 nio † contrahendo inter eos, qui fari, ſeu loqui poſſunt, requiruntur verba ad matrimonium contrahendum conſenſum exprimentia de præſenti: hic autem ſecundum præmiſſa non interuenerunt uerba huiuſmodi, cum ipſi Matthæus, & Ludouica loqui poſſent: ergo non fuit inter eos legitimum matrimonium de quo quæritur contractum. Probo maiorem, ſcilicet quòd requirantur verba. de decre. tuæ. de ſponſa. ibi ſed neceſſaria ſunt quantum ad eccleſiam verba exprimentia conſenſum de præſenti. & ita ſummat illam decret. Ioan. Andr. in nouel. ſcilicet, quòd neceſſaria ſunt verba ad matrimonium ijs, qui loqui poſſunt, & hoc ibi tenet glo. penult. & idem tenet de ſpon. duorum licet. Item Goffr. & Iacob. & Vinc. qui hoc no. de deſpon. impu. cap. vlt. & idem tenet Innoc.
f idem Barth. Brixien. 43. diſtinct. ſit rector. [f] ad hoc benefacit de ſpon. ſi inter, ibi vtroque di-
g cente, &c. vbi idem tenet. g Nam hæc ſunt verba reperta in ijs, qui loqui poſſunt, vt ſuos interiores conceptus verbis exprimant. 12. quæſt. 2. qui.

3 Item † matrimonium ſpirituale [h] contra-
h hitur per uerba, de elect. cum inter canonicos,

& c.propter ſecundum , Tancr. & Goff. eod.
tit.eccleſia. 1.Item ex quo quis poteſt fari non
baptizatur , niſi ipſe reſpondeat de conſecrat.
diſtin.4.cum paruulis , vnde Innoc. in præ. c.
dicit , quòd ſi conſtaret de conſenſu , vt quia
vterque confiteretur non tamen eſſet matri-
monium,ſine verbis:quia hoc eccleſia ſtatuit,
ne tantum ſacramentum ſit in incerto. Item ſi
aliud diceremus ſecundum eum ſequeretur
abſurdum ſi ſolo conſenſu , ſine verbis con-
traheretur matrimonium : videlicet euntes
per viam , & ſibi complacentes contraherent,
quod eſſet periculoſum, vide ipſe Innocen.in
cap.tua nos , de ſpon.tenet , quòd ſponſalia
contrahuntur ipſo facto , ſed non matrimo-
nium , & iſta opin. eſt Vincen. & Alexan. vi-
delicet quòd ſine verbis non contrahitur ma-
trimonium. Vnde ſecundum prædicta non vi
detur ſufficere , vt poſſit dici inter prædictos
Matthæum , & Ludouicam contractum fore
matrimonium, quia idem Matthæus ſubarra-
uit eam per annuli immiſſionem , ex quo ver-
i ba neceſſaria non interuenerunt . Annulus [i]
4 enim , † ſeu immiſſio annuli non fuit adinuen
ta ad ſubſtantiam matrimonij , ſed datur in
ſignum mutuæ dilectionis , vel vt eorum pi-
gnore eorum corda iungantur videlicet in di
gito , item quia in eo vena eſt quædam , vt
fertur ſanguinis , quæ vſque ad cor perue-
niat. ita dicit text. in capit.arrantes.xxx.quæ-
ſtio.quinta, & eſt ſimile quod dicit lex in ar-
ra quod non facit emptionem, ſed eſt ſignum
eius : ſic inſtitutio. de emptio. & venditio. in
princip.& ita not. gloſſ. in capitu. fœminæ,
5 trigeſima quæſtione quinta . † Vnde per an-
K nulum [k] tantum,ſponſalia tantum præſumun
tur, non tamen matrimonium, ſecundum ali-
quos, niſi de conſuetudine eſſet, quòd annu-
lus daretur ſolum in matrimonio, vt not.glo.
in dicto capitu.fœminæ . vnde Thomas de A-
quino ſuper quarto ſententiarum , 27. diſtin.
6 quæſtio.ſecunda,articulo primo,† dicit quòd
coniunctio matrimonialis fit ad modum ob-
ligationis , quæ fit in contractibus matrimo-
nialibus : ſed contractus matrimoniales non
poſſunt fieri , niſi contrahentes , ſibi adinui-
cem voluntatem ſuam exprimant : pro matri-
monio oportet, quòd conſenſus faciens ma-
trimonium verbis exprimatur , vt expreſſio
verborum ſe habeat ad matrimoniũ, ſicut ob-
ligatio exterior ad baptiſmum . Nec obſt. ſe-
cundum eum , quòd votum obligat ſecundũ.
Vnde quo ad Deum ſine verbis 17. quæſt. 1.
qui bona. quia in uoto non eſt ſacramentalis
obligatio , ſed ſpiritualis tantum : ideo non
7 decet, quòd fiat ad modũ matrimonij. † Duo
ergo videntur neceſſaria in contrahendo ma-
trimonio ſubſtantia , & forma . Pro ſubſtan-
tia eſt conſenſus. Pro forma ſunt verba ad ex-
primendum conſenſum deputata , quæ for-
ma traditur de ſpon.ſi inter. Vnde ſi alterum
deficit, nil valet, & ita not.glo. penult.in cap.
l tua nos. [l] Minorem probo ſcilicet, quòd in ca
ſu quæſito non interuenerunt : Hoc enim pa-
tet ex verbis thematis . Nam dicitur Mat-
thæus immiſit annulum in digitum annula-
rem dicto puellæ inuocans notarium , &c. &
ſic pro parte ſua emiſit & verba,& ſignum ap-
poſuit , ad quod ſi puella in ipſo actu verba
fecerit , vel quicquid reſponderit , aut quòd
per alia ſigna annuerit , aut ipſa notarium in-
uocauerit non apparet , nec in themate pro-
ponitur , ſed verba conſenſum ſuum expri-
mentia de præſenti requiruntur ab vtroque
latere ; vt quòd ſimul idem ſentiant demon-
ſtrent, vt ſupra probatum eſt , & patet in d.c.
cum inter. de ſpon. ibi vtroque dicente, &c.
Vnde notarius inuocatus à Matthæo non po-
teſt teſtificari per ſuum inſtrumentum de con
ſenſu puellæ , quem non audiuit , nec uidere
potuit. Atteſtabitur ergo , quòd audiuerit
Matthæum ſic dicentem , & viderit eundem
annulum digito puellæ tacentis immitten-
tem : & ſic nec de verbis mulieris teſtificatur,
immo contrarium , quia dicit ea tacente , nec
conſenſum puellæ teſtificari poterit , vt præ-
dixi . nec dicat aliquis immo interuenerunt
verba ipſius puellæ , vt patet in themate ibi
dum dixit poſtquam vos dicitis , quòd con-
ſanguinei contentantur ego quoque ſum con
tenta . Iſta enim uerba non fuerunt dicta in
actu ſubarrationis, ſed prius . Vnde non con
ſtat , quòd in tali voluntate perſeuerauerit
m [m] ſeu eſſet tẽpore ſubarrationis. Potuit enim
ab illa in ipſo inſtanti ſtatim receſſiſſe ani-
mus . Animus enim hominis mobilis , & ve-
lox eſt . Vnde Tullius in Tuſculanis : nil eſſe
quòd cum animi celeritate poſſit contende-
re , & Boetius : cor hominis eſt mobilius om-
ni mobili,ad hoc glo.1.in d.c.tua nos,de ſpon.
& quod ſuper ea ſcribit Ioan. Andr.in nouel.
Item prædicta uerba non fuerunt enunciata
cum Matthæo,ſed cum conſanguineis puellæ
vnde non poteſt dicere,quod ex illis fuerit ge





8 neratus conſenſus. † Debent enim contrahe-
re volentes ſimul ſentire , non diuiſim,ſeu di
n uerſis loco,& tẽpore. [n] Item hæc verba puel-
læ : videlicet ego ſum contenta relata ad ora-
tionem ſibi factam per conſanguineos , non
ſunt conſenſum matrimonij exprimentia de
præſenti . Tum quia non poterant hunc effe-
ctum operari , niſi cum Matthæo idem expri-
menti:ſed hæc verba,vt præfertur fuerunt pro
lata per puellam cum conſanguineis , & non
cum Matthæo ergo,&c. Tum etiam quia po-
tuit eſſe conſenſus ipſorum verborũ ego ſum
contenta ſcilicet quòd conſanguinei mei hoc
velint, ſed non propterea fuit dicere quod eſ-
ſet contenta, quòd Matthæus de præſenti eſ-
ſet vir ſuus , ſed forſan erat contenta hoc ſci-
re , vt melius poſſet deliberare. Item per iſta
9 verba ego ſum contenta : † non exprimitur
o conſenſus matrimonialis de præſenti : [o] quia
aliud eſt contrahere,aliud velle , vel placere,
vel contentus eſſe contrahere ſecundum ea,
quæ not.Ioan.Andr. poſt alios in c. ex literis ,
de ſpon.ſuper ver.dicat,& licet Accur. in l.in
uenditionibus,ff.de contrahen.empt.videatur
innuere, quòd ſi eſſet contractus , qui perfici-
tur conſenſu , per iſta verba volo contrahere
intelligatur contractum . Secus ſi deſideratur
actus corporalis,vt volo aſcendere, Pe.tamen
hoc reprobat,quia in contractibus , qui perfi-
ciuntur conſenſu prædicta verba hæc non im
portant volo vendere , vel donare , niſi id fa-
ciat:ſed tunc bene ſequitur,ꝙ velint, ſed non
econuerſo; ſi uolo facere,ꝙ fecerim,vel faciã.
Et ideo tenet per prædicta uerba non perfici
contractum , niſi aliter appareat de conſenſu
ſub debita forma,& dicit ſentire,gl.ff.de lega.
1.l.electione.Et ita etiam ſcribit D meus,Ioã.
And.Cald.in d.c.ex literis , de ſpon.facit etiã
ad hoc,quòd dicta puella non intendebat tũc
perſonaliter contrahere:quia poſt prolationẽ
dictorum verborum,ego ſum contenta, vellẽ
quòd mater mea eſſet hic ſcilicet antequam
contraherem , vt eius honeſtatis requireretur
aſſenſus.de deſpon.impu.c.1.25. q.1. capit.1.
quod autem dictus Matthæus , & Lud.potue-
runt loqui patet ex themate in pluribus par-
tibus,vbi proponitur eoſdem loquentes fore,
& ſicut locuti fuerunt in alijs , ita & in actu
ſubarrationis loqui potuerũt ſi uoluiſſent cõ-
trahere.ad hoc de deci.ad audientiam.

In contrarium,ſcilicet ꝙ per prędicta ſit le
gitimum matrimonium contractũ inter Mat-
10 thęum & Ludouicam.† Primo quia uerba nõ
ſunt neceſſaria immo ipſo facto , vel ſigno le-
gitimum matrimonium cõtrahitur,& hoc per
dictam decr.tuę de ſpon.ibi.nam & muti poſ-
ſunt matrimonium cõtrahere per conſenſum
mutuum ſine verbis, ad hoc de ſpon.cũ apud,
& ſolus conſenſus facit matrimonium : vt in
d.decre.tuæ.& 27.q.2.ſufficiat . Item ſi paren
p tes contrahant [p] ipſis præſentibus ſufficit eo-
rum taciturnitas.22. q.ſecunda , honorantur,
ff.de ſpon.ſed quæ,& eſt expreſſum de deſpõ.
impu.cap.primo,lib.6.& probatur in decre.is
qui.de ſponſ.Hoſtien.in d.ca.tuæ, tenet quòd
ſolo facto ſine verbis contrahatur matrimo-
nium , nec obſt. ſecundum eum quod de ba-
ptiſmo dicitur,quia in baptiſmo uerba, & for
ma verborum ſunt de ſubſtantia,vt in d.capit.
tuæ,& in cap.ſequent.& cap.penult.ibi uel a-
11 lia. † Et licet ſecundum eum ſpirituale matri
monium , ſine nerbis non contrahatur , ſecus
in carnali,& licet de vno ad aliud ſæpè argua
q tur , multæ in eo ſunt differentiæ [q] de quibus
per Ioan.Andr. poſt eum plenè in d.cap. tuæ.
Hoc autem ipſe Hoſtien. proſequitur plenius
in ſum.de ſpõ. ſuper rubrica de matrimonijs.
§.qualiter contrahatur, uerſic. 1. & 2. & 3. &
ſequen. vbi ultra prædicta inducit de clan-
deſti.deſpon.cap.ſecundo.Nam ſi ij qui loqui
non poſſunt, per nutum contrahunt,de ſpon.
cap.ſecundo . Fortius ij qui loqui poſſunt,ff.
de lega 3. leg. prima. Item ſufficit, quòd uo-
luntatem ſuam ſcribant , ſine verbis, C.de te-
ſtam.l.iubemus,in princip.& l.vltima,in fine,
& per reſcriptum contrahitur matrimonium
ſpirituale, 1.quæſt.7.ſaluberrimum,3.q.3.vi-
12 dua.27.q.1.omnes fœminæ.Et† plus eſt [r] con
r ſentire factis,quam uerbis, ff. de legi. de qui-
bus.de appel.dilecti.inducit etiam de coniug.
ſeruo.c.vltimo.ff. de uerbo.oblig.l.ſi ſtipuler.
ff.de act.& oblig.l.obligationum, ff. de ſpon.
ad illud quod.eod.tit.is cui.39.q.1.§.1. uerſ.is
ita videtur , idem Thomas ſuper quarto ſen-
13 tentiarum , 27.q.2.articulo . dicit quòd † in
pueris tacentibus ob verecundiam verba pa-
rentum reputantur eorum , ex quo non con-
tradicunt Hugo.de S.Victore eos, qui iungũt
ſic oportet conſentire , vt inuicem ſe ſponta-
nee recipiant, quòd iudicatur fieri,& ſi in de-
ſponſatione non contradicant , vnde Hoſt. in
c.ex literis.infra de ſpon.dicit,ꝙ ſi vir profert
verba ad contrahendum matrimonium apta
quæ mulier alienigena non intelligit , tamen

parat manum non contradicendo,ſed annuendo,& recipit annulum, ꝙ contractum eſt matrimonium. Quod dicit apertè probari in dicta decre. ex literis, vbi mulier non intellexit verba viri,& tamen valet matrimonium,& videtur expreſſum de deſpõ.impu. c.ſi infantes, lib.6.§.porrò.& §.eſt,vt idem.Item inter prædictos interuenit annuli ſubarratio,quòd videtur ſufficere ad matrimonium legitimum probandum,vnde Hugo. in d.c.fœminæ, 30. q.5.dicit,ꝙ per traditionem annuli,vel donationem pręſumitur pro matrimonio.Hoc etiã videtur verum per orationes Gregorij, quæ dicuntur benedictiones,vbi dicit Benedic domine has creaturas,& arg.27.q.2.ſi quis vxorem, quod ca.loquitur de ſponſa de præſenti. ſecundum glo. 1. & tamen text. dicit deſponſauerit,vel ſubarrauerit,quod eſt maximè verũ vbi de cõſuetudine,[ſ] loci ſit, quod annulus
ſ detur in matrimonio de præſenti, vt eſt forte per totam Tuſciam. Item videtur hæc probare per decre.tuæ.de deſpon.impu. ibi qui ſubarrauit eandem, nec verba interuenerint. aliquid dicit,hoc no.ibi glo.1. quæ dicit quod ſi
14 conſtet † de ſubarratione, ſiue interuenerit cõſenſus expreſſus,ſiue non,ſemper pręſumitur matrimonium, niſi probetur contrarium, per c.noſtrates.20.q.5.& c.fęminæ,& 27.diſt. quòd interrogaſti,quia nil intereſt verbo, vel facto quis declaret voluntatem ſuam,hoc idẽ
t no.ibi glo.vlt.& idem de reg.iur.teneor [t] in glo.3. quæ expreſſe dicit, quòd ſtabitur huic ſubarrationi quamuis nil dicat, niſi probetur contrarium, videlicet id animo contrahendi non feciſſe.Et reſpondet ibi Hoſtien.ad rationem Innoc. de qua ſupra, videlicet, quòd ſequeretur,ꝙ euntes per viam cõtraherent,&c. quaſi dicat,quia tunc non eſſet conſenſus,ſed vbi ſunt ſigna ſubarratio.vel nutus, tũc ſecus.
15 Item † ſecundum eum nil intereſt non loqui, vel ita loqui quòd non intelligaris: ergo ſi ſecundo caſu contrahitur matrimonium: vt d.c. ex literis,de ſpon.ergo & primo contrahi poterit:quia vbi eſt eadem ratio, ibi idem ius.de reſcript.inter cęteras, quòd autẽ interuenerit annuli immiſſio,patet ex verbis thematis,quę immiſſio habuit iſto caſu verum, & apertum intellectum matrimonij de præſenti. Nam cũ primo alia vice proxima,idem Matthæus immiſiſſet annulum,& diceret ſe hoc facere in ſignum veri matrimonij,dicta puella ad ſe manum traxit, & dixit ego volo ſcire quis tu es vt ſupra in themate, & poſtea cum hoc audiuerit ab eo, & a conſanguineis, & ipſe Matthæus iterum annulum immitteret in digitum ipſius puellæ ipſa manum non retraxit, ſed tacuit, & ſic conſenſit, quia ſi noluiſſet ita modo manum retraxiſſet ſicut primo. ar. de. deci. ad audientiam. Item dici poteſt,quòd verba interuenerunt, nam ſtatim dixerat, quia erat contenta, & immediatè Matthæus illam non contradicentem annulauit, & ſic dicta verba. Io ſono contenta prolata ſic de ſe vicinia annulationi trahuntur ad ipſum actum
u annulandi: quia quæ ſtatim fiunt [u] ineſſe vi-
16 dentur de elect. officij. † Et ſemper inter verba de præſenti, & actum annulantis eſt dare medium. Nam primo proferuntur verba, demum annulus immittitur, vt etiam fit in publicè dotata, vnde licet per illa verba. Ego ſum contenta, non fuerit contractum matrimonium de præſenti, cum aliud ſit eſſe, contentum contrahere, & aliud ſit contrahere, vt ſupra dixi; tamen. coniuncta cum actu annulationis ſunt de præſenti, ſicut ſi dicerẽ volo tecum contrahere matrimonium, & ſtatim immitto annulum, tunc tranſeunt in præſens, vt dixi ſupra ſecundum Pet. & licet annuli immiſſio per virum mulieri ſit actus notus, & vulgare ſignum ad matrimonium indi-
x candum, vt fumus ignem [x] cum iſto caſu fuit magis notum ex ijs quæ præceſſerant vt ſupra dixi, & quia dictus Matthæus hoc declarabat aperto ore quòd hoc faciebat in ſignum matrimonij legitimi, & inuocabat notarium, vt conficeret inſtrumentum. Vnde dum ipſa puella actui & ſermoni tam noto non contradicens paſſa eſt ſe annulari eius conſenſus lu-
17 ce clarius deprehendi potuit. † Cum igitur verba non ſint neceſſaria [y] ad matrimonium
y contrahendum, & ipſo facto poſſit contrahi, & maximè per annulli ſubarrationem, vt ſupra probatũ eſt: item quia oſtenſum eſt,quòd verba interuenerunt,infertur concluſio,quòd inter prædictos fuerit legitimum matrimonium per verba de præſenti contractum. Venio ad tertium, & vt patet ex præmiſſis hæc quæſtio nauigat alto mari,& turbido, & ideo portui applicando eligo ſuper dicto nudo themate pro vero recepto, excluſa examinatione eorũ de quib. dixi in primo examinato. Chriſti nomine inuocato. Dico per prædicta in dicto caſu, puncto, articulo, & themate præſuppoſito legitimum matrimonium de præ-

ſenti



ſenti fuiſſe, & eſſe contractum inter dictum Matthæum, & dictam puellam Ludouicam, & ſic dicendo moueor per ſupra alleg.ad iſtã partem, quæ tamen allegat.in contrarium ſupra pro alia parte breuiſſimè ſic concordo; Verum eſt, quòd ipſo facto ſine uerbis matrimonium non contrahitur nullo præcedente tractatu inter huiuſmodi contrahentes de matrimonio contrahendo, tunc etiam factum nõ ſufficit,cum ipſo facto poſſit faciens alium reſpectum habere de quo non conſtat: & ſic intelligantur allegata in contrarium. Sed quan-
z do factum præcedit aliquis tractatus, [z] vel verba de matrimonio contrahendo poſtea ipſum factum, vel ſignum aptum ad matrimonium, ſubarratio ſufficit ad matrimoniũ contrahendum, & præſumitur pro matrimonio, & probatur per tale ſignum, vel factum, & ille tractatus, ſiue verba illius tractatus trahuntur ad tale ſignum, vel factum; & ita intelligantur iura pro iſta parte adducta, & no. glo.ord.in decret.ſi.de coniugio ſeruo.in vltima glo.not. & hoc placet Ioan. And.in capit. tuæ.deſpon. ſuper glo.2.in nouel.vbi hoc ſcribit at in caſu prædicto inter prædictos Matthæum, & Ludouicam, & inter conſanguineos dictæ puellæ præſentis de matrimonio inter ſe contrahendo fuit habitus tractatus,vt
18 patet ex themate. † Vnde annuli ſubarratio ſecuta habuit effectum matrimonij, & præſumitur pro matrimonio, vt ſupra probatum
a eſt: niſi contrarium probaretur per metum, [a]
b vel errorem, [b] vel conditionem, [c] ſufficien-
c ter de iure, hoc autem clarius eſſet ſi dici poſſet verba interueniſſe, vt ſupra arguebam, & diceretur tunc matrimonium contractum legitimè de præſenti, &c. quia etiam ſine verbis cõtrahitur, vt ſupra probatum eſt, & quia hoc non refert dummodo ſit matrimonium, ideo plus non inſto. Et magis ſingulariter ad contraria non reſpondeo, quia me penna longius traxit debito, & vt ſuperius ſcriptum eſt dico, & conſulo iuris eſſe. Ego Lapus de Caſtiglionchio decretorum Doctor.

## Addit. Quint. Mandoſij.

a ¶ Et contractum retentum.] *Melior lectura, & tractatum habitum, prout elicitur ex verbis infra poſitis, nume. ſecundo, verſic. reſpondeo ego, ibi placuiſſet, quod fuiſſet additum, an talis tractatus fuerit habitus per præfatos Matthæum, & Ludouicam, &c. & ante numerum decimumoctauum, ibi fuit habitus tractatus, & ſic vna pars conſtitutionis, ſeu diſpoſitionis ab alijs declarabitur,iuxta text. in l.qui filiabus, in princ.ff.de lega.1.in l.cum proponebatur,ff.de lega.2.per Abb.conſ.36.vltim. libro primo, & per Grat. reſpon.1.nume. 25.libro primo,ubi infert ad iuramentum, quòd vna pars iuramenti alteram declaret. ad allegat.remittit ſe Bapt.a Sancto Blaſio in tracta. Correlatiuorum, in 5. prælu. ſeu quæſito,ante num.48.in 41. fallen.*

b ¶ Cum iuriſconſulto.] *Vel cum ad iureconſultum,ſiue iuriſconſultorem non pertineat, ſeu cum iureconſulto non conueniat ea, quæ ſunt facti ſupplere, argum.text.in l.vni. C. ut quæ deſunt aduo. & ibi gloſ. in rub.& nigro, & per Bar.& alios.*

c ¶ Referam lunam iuris.] *Si hæc lectura, quæ in codicibus hactenus impreſſis habetur uera eſſet, ita hæc verba Lapi interpretarer, vt metaphoricè locutus ſit, ut ſicut Luna varia eſt iuxta carmen Lucretij, qui variam phæben alieno iuſſerit igne compleri. & ipſe reſponſurus ſit ſuper quæſtionibus,quę in alto pelago agitantur,vt ſubijcit infra poſt nu.17. uerſ.uenio ad tertium, ubi dicit, quòd quæſtio de qua hic nauigat in alto, & turbido mari, varieque in ijs quæſtionibus Doct.loquantur, ipſe Lap.pollicetur ſe Lunam iuris. 1. iurium, Doctorumque uarias, & diuerſas ſententias, ac opiniones relaturum, diuerſimodèque iuxta factorum diuerſitates reſponſurum prout in ſimi.exorditur D.meus, conſ.584 uiſa.in prin.vel metaphora retenta dicam cũ Ariſto.libro primo. Ehico. cap.3. Honeſta autem,& iuſta de quibus ciuilis conſiderat tantam differentiam, erroremque habent, vt lege tantum eſſe uideantur, & non natura, talem etiam quandam errorem habẽt & ipſa bona, &c. Et ſic ex verbis Ariſto.*

L 3 vt ſu-

vt ſupra, & Lapi hic elici videtur in iure ciuili infinita varietatibus, & erroribus ſubijci, maleq; , varie, ac temerè à quouis iureconſulto ſuper quouis reſponderi contingere, quæ ſi vera ſint, & ciuilis ipſa ſcientia (ſi modo ius ciuile ſcientiam nuncupare poſſumus) in varietate, & errore plerunque conſtituta non modo inutilis, & non amplectenda, immo damnanda, & fugienda videtur. Fruſtraque Vulpianus Iurecon. in l. 1. ff. de ius. & iur. exorditur hanc eſſe vnam philoſophiam: Verum reſpondere poſſemus, quòd iuxta græcum idioma in quo Ariſtotiles ſcripſit non error in iuris ſcientia, ſed ſolum varietas notari poſſit, & varietas quidem nō damnanda, puta ſi iuxta diuerſitatem temporum argum. tex. in c. ab exordio. 35. diſtinct. & in c. priſcis, & c. ſeq. 10. q. 3. cum alijs iuxtaq; diuerſitatem rituum, et morum, ac conſuetudinum, etiam Regionum, ac diuerſitatem factorum, ex diuerſisque cauſis, & rationibus diuerſum ſtatuatur: At quicquid eſſet tempore Ariſtotelis, felicioribus temporibus Iuſtiniani, reſecata fuerunt ſuperflua, erronea, & varia, ac inania, ſublatæ contrarietates, & diuerſitates iurium, omniaque iuris ciuilis prudentiam concernentia ad formam optimam reducta fuere, prout habes in proœm. C. de inſtitutio. Rurſus per ius canonicum plurà etiam circa iura, & diuina, & humana in melius immutata, & repurgata. De ijs hactenus, nos meliorem lecturam circa verba Lapi & cogitauimus, legendumque putauimus referam regulas iuris, non Lunam iuris: quaſi dicat iuxta factorum mihi propoſitorum facies reſpondebo quid iuris ſit, ex facto enim ius oritur vulga. l. ſi ex plagis, §. in cliuo. ff. ad leg. Aquil. & propter modicam facti variationem mutatur totum iuſ Feder. de Sen. conſ. 152. quia ius. in princ. Alber. in dicta l. ſi ex plagis, & Bald. conſ. 12. quidam nomine, ante numerum 2. dicit ſecundum diuerſitatem punctorum ſe reddere diuerſum conſiliū, lib. 2. & D. meus conſ. 599. conſului, ante num. 6.

d ¶ Primo affectui contraria concordando.] *Legerem iura in hoc primò in effectu contraria concordando, vel iura in hoc primo adducta concordando. Maxima, & prima, ac præſtantior iuriſconſulti virtus conſiſtit in concordando iura, quæ prima fronte contraria inter ſe, ac oppoſita quodammodo uidentur, vtque cōtrarietas vitetur etiā diuiſionibus, & diſtinctionib. vti debemus, ad text. in l. inter ſtipulantē, ff. de verb. obl. Bar. in 1. conſti. C. num. 13. verſ. nota, quòd contrarietas, & Curt. iun. conſ. 147. contra ea, num. 47.*

e ¶ Et contractum retentum.] *Lege, & contractum habitum, vt aduerti ſupra in princ. huius alleg.*

f ¶ Sit rector.] *Et glo. in uer. opera, uer. ego dico, quod ſi contrahentes poſſunt loqui. De hoc infra.*

g ¶ Idem tenet.] *Glo. 1. in uer. dicente, uer. ergo idem in matrimonio argu. huius literæ arguit, quòd ſicut in ſtipulatione requiritur loquela vtriuſque, ita in matrimonio.*

h ¶ Matrimonium ſpirituale.] *Arguit a matrimonio carnali ad ſpirituale, ad c. vnaquaque 21. q. 2. cap. quoniam frequenter, §. porrò, in princ. de electio. c. inter corporalia, poſt prin. de tranſla. epiſc. Hoſtien. in c. cum inter canonicos, col. penult. uerſus fi. de electio. & per Calcan. conſ. 210. num. 3.*

i ¶ Annulus.] *Quotuplex ſit annulus, ad quid inuentus, & quis eius uſus, & de alijs circa annulum tracto in gl. facul. § ac quibuſuis, in uerſ. annuli.*

K ¶ Per annulum.] *Annuli immiſſio, & ſubarratio quando matrimoniū preſumi faciat uideatur gl. 1. in c. fi. ubi etiam Abb. de deſpon. impu. per Abb. in ca. tenor, num. 5. ubi Apoſt. ad hanc alleg. ſe remittit, de re iud. Aret. conſ. 13. viſo, nu. 4. & ſeq. Lapū etiā hic refert, & ſequitur Fel in c. illud, in fi. de præſumptio. & D. meus conſ. 163. in cauſa, poſt num. 2. verſ. ſecundo eadem.*

l ¶ In c. tua nos.] *Vltra eos quos citat Lap.*

hic

*hic ad probandum quòd verba in matrimonio ſint neceſſaria ego adduco pulchram, & vnicam glo. in iure ciuili in l. cum notiſſimi in prin. in verſ. ſolam, uerſ. ſic & cum dicit ſolus conſenſus faciat matrimonium, quia & uerba ſunt neceſſaria, ſed excluditur concubitus, C. de præſcript. trig. vel quadra. an. pro hac opin. adduci etiam poteſt Bart. in l. nuptias, ff. de reg, iur Bal. item in l. ad recocognoſcendos, C. de inge. manu. notauit quòd quædā ſunt, quæ ſine uoce fieri non poſſunt, vt matrimonium. Poſt tempora vero Lapi idem uoluerunt uterque Imol. alter in l. 1 §. ſi quis ita, ff. de uerb. obl. & in l. ex facto, in prin. ff. de vulga. alter uerò uidelicet, Alex. conſ. 143. quoniā, poſt nu. 1. uerſ. ſed ita eſt, lib. 2. Ant. Corſet. in tract. de iureiu. par. 2. q. 6. poſt nu. 15. uer. item munus pōt contrahere matrimonium. Idem etiam quòd uerba requirantur voluit nouiſſimè, And. Tiraq. in tractā. de legi. connubi, glo. 7. in uer. ex prez. nu. 17. leg. 15. uerſ. facitque ad id.*

m ¶ Perſeuerauerit.] *Pro quo adduci conſueuit glo. 1. not. in c. nec illud otioſum, uerſ. ſed quid dices ſi aliquis conſenſum ſuum, 30. q. 5. quam ibi ſequuntur Arch. & alij, ac Fel in c. ex parte decani, nu. 10 uerſ. 1. in matrimonio contracto. de reſcr. idem etiam uoluit Iaſ. in l. ſi ſtipuler. §. fi. nume. 3. ff. de uerb. obl. & Pariſ. conſ. 75. attingā, nu. 17. vbi citat, & ſequitur Lap. hic. uolum. 4.*

n ¶ Nō diuiſim, ſeu diuerſis loco, & tempore.] *Contrarium eſt uerum durante alterius conſenſu, Hoſt. & Abb. nu. 5. in c. dilectus, de ſponſa. Abb. in c. cum inter canonicos, nu 6. de electio. & hæc eſt communis opin. ut per Alex. in l. ſi ſtipuler, nu. 5 ubi etiā idē uoluit Iaſ. §. fi. nu. 2. & 3. ff. de uerb. obl. & Pariſ. præalle. conſ. 45. vol. 4. nu. 15.*

o ¶ De præſenti.] *Sed de futuro, arg. text. in c. pe. §. uerū, de ſponſ. & ita in ſim. D. meus Phi. Dec. cōſ. 310. uiſis, ante nu. 6. uer. prima q̄a videtur deponere in futurū illā accipiet.*

p ¶ Si parentes contrahant.] *Hanc dicit communem Præpoſi. in allegat. cap. tuæ, de ſponſa. idem etiam uoluit Barb. conſ. 6. ſcriptum eſt, colum. 5. num. 24. lib. 1. Ego autē ad hoc adduco uerba ſacræ paginæ, ex quibus clarè elicies matrimonium a parētibus contractum tacente filia. Geneſ. 24. reſponderunt Labam et Bathuel a Domino egreſſus eſt ſermo, non poſſumus extra placita eius quicquam aliud loqui tecum, en Rebecca coram te eſt, tolle eam, & proficiſcere, et ſit uxor filij Domini tui. Et quòd illa tacuerit apparet, dum enim illa loquitur eius uerba exprimuntur, prout ibi ſubijciuntur, cūque uocata ueniſſet ſciſcitati ſunt vis ire cū homine iſto, quæ ait vadam. In deſponſatione quoque Saræ Tobiæ ipſius Saræ uerba non inuenio, ſed Tobiæ, & patris puellæ, Tobiæ, 7. hic ego hodie non manducabo, &c. et poſtea. Et apprehendens dexteram filię ſuę dexteræ Tobiæ tradidit dicens Deus Abraham, & Deus Iſaac, & Deus Iacob vobiſcum ſit, & ipſe coniungat uos, impleatque benedictionem ſuam in uobis. Quid autem ſi parentes in abſentia contrahant ſponſalia, & filius poſtea certificatus tacet, vide Gemin. in c. vni. §. fin. num. 3. de deſponſ. impub. lib. 6.*

q ¶ Differentiæ.] *Et ſic argumentum de matrimonio carnali ad ſpirituale, & contra non ſemper procedit, ut per Gemin. con. 52. uacante, uerſus, fin. uerſ. nec obſtant allegata, & conſ. 110. punctus, num. 5. 11. & 14. & per Pet. de Biaxio in Directo. electio. ca. 36. par. 3. num. 3.*

r ¶ Et plus eſt.] *Factis demonſtrare plus eſt, quàm uerbis dicere, l. ſi tamen, §. ei qui. ff. de ędil. edi. & ad alia, quæ adduco in 26. quæſt. 32. Reg. num. 2. & ſeq.*

ſ ¶ De conſuetudine.] *De hac conſuetudine vide per Abb in capitulo. illud, numero 12. ubi facit quatuor membra. de præſumptio. Aliquando enim (dicit) quòd in aliquibus partibus annulus datur tempore ſponſalium, & tunc ſignificat ſponſalia tantum, in alijs datur tempore matrimonij, & tunc ſignificabit matrimonium, quod tamen*

 men

*men intelligendum eſt iuxta diſt. Lapi. de qua infra. Aliquando verò non adeſt conſuetudo certa, & firma quia variè eſt obſeruatum. & tunc nec matrimonium, nec ſponſalia probantur. Aut nulla eſt conſuetudo, & tunc, aut annulus fuit ſimpliciter datus mulieri, & præſumatur donatio, aut vir poſuit mulieri in digito, & præſumatur matrimonium, ſupple tu præcedente tractatu, vel verbis, vt infra in diſt. Lapi, & Fely. in eodem c. illud, num. 12. & ſequen. ſequitur Abb. dicens, quòd perfectè loquitur, & clarius alij. Vide etiam Abba. in c. fin. num. 7. de deſpon. impub. Romæ conſuetudinem habemus annulum in digitũ immittendi dum matrimonium ſeu ſponſalia per verba de præſenti contrahuntur, & hæc conſuetudo eſt etiã in tota Italia, vt per Aret. conſ. 13. viſo, poſt num. 4. & de hac conſuetudine loquitur etiam Pariſ. citans, & ſequẽs Aret. vbi ſupra, & Lapi. hic.*

t ¶ De reg. iur. teneor.] *Lege de re iud. teneor, & ibi vide Abb. num. 5. ubi etiã Apoſtil. in ver. immiſſionem citat Lap. hic, & ad eum ſe remittit. verum hæc non videntur carere dubio, cum ut dixit Oldra. conſil. 159. ex præſenti, num. 6. argumentatio a ſignis accidentalibus non arguit de neceſſitate, vt portare annulum non arguit matrimonium, quem ſequitur Iaſ. in prælu. Feud. poſt nu. 12. uerſ. ad contrarium reſpondet.*

u ¶ Quæ ſtatim fiunt.] *Et probatur in l. in bonæ fidei, & in l. petens, C. de pact. & de pari vi eorum, quæ ſtatim ſeu incontinenti fiunt infinita more ſuo cumulat And. Tiraquel. de vt. retra. tit. 2. in uerſ. in limine contractus, §. 1. glo 5. num. 1. cum pluribus ſequen.*

x ¶ Iudicandum vt fumus ignem] *Aliàs indicandum, vt fumus ad ignem, & ſit indicium. & quòd fumus ſit uerum indicium ignis probo ſup xix. com in uer. remiſſoriã.*

y ¶ Verba non ſint neceſſaria.] *Vltra eos quos adducit Lap. ad probandum, quòd uerba non ſint neceſſaria ad matrimonium contrahendum, et ultra Doct in alleg. c. tuæ de ſponſa. ubi communiter pro negatiua concludunt, idem voluit Hoſt. in ſum. de matrimonio. §. qualiter contrahatur, poſt nu. 10. uerſ. mihi uidetur. Hanc etiam opin. q̃ uerba non requirantur non ſolum quo ad eſſentiam matrimonij, ſed etiam quo ad probationem teſtatur communem Aret. conſ. 13. viſo diligenter, num. 1. & ſeq. ubi plura ad hæc ponderat. idem etiam uoluit Pet. a Biaxio in directo. electio. c. 36. par. 3. num. 3. & magis ueram opin. teſtatur Alexan. in l. in prouinciali, §. meminiſſe, ad ſi. ff. de no. ope. nunc. cum quo, et Aret. ubi ſupra tenet etiã Clau. Seyſel. in d. §. meminiſſe, in fi. & quòd hæc ſit communis, & ita iudicandum ſit dixit And. Barb. conſ. 6. ſcriptum eſt, colum. 12. uerſ. & primo nego illud aſſumptum, quòd requirantur uerba, num. 11. cum pluribus ſeq. lib. 1. & ueriorem putat Ruyn. conſ. 51. circa caſum, nu. 13. uol. 5. communem etiam dicit Hiero. Cagno. in l. nuptias, nu. 5. ff. de reg. iur. & iſtam dicit cõem, & ueriorem Boe. Dec. 1. nu. 18. Eſt uerum, q̃ regulariter uerba in matrimonijs interuenire conſueuere, imò etiã ſcriptura cõiter in matrimonijs, ſeu ſponſalibus confici ſolita eſt, etiam ab antiquiſſimo tempore, prout etiã in ſacra pagina annotatũ inuenies Tobiæ, c. 7. uerſus fi. & accepta carta fecerunt conſcriptionẽ, &c. An aũt in leuante. ſeu tenente in baptiſmo requirantur verba diſputat, Gem. conſ. 100. beatiſſimè, alios referens, tandem reſidet quod verba non requirantur, colum. uerſ. putarem tamen.*

z ¶ Præcedit aliquis tractatus] *Hęc eſt pulcherrima diſtinctio, per quam concordantur opiniones omnium, & ad hanc diſtinctionem, & theoricam Lapi recurrunt, eam ſequentes Fel. in c. illud, in fin. de præſumptio. & Apoſtil. ad Abb. in eo. c. illud, nu. 13. in uerſ. deſerebat & Pariſ. conſ. 55. attingam, num. 44 uerſ. quibus in locis, & conſ. 60. agitur, num. 49. & ſequ. volum. 4. Hanc etiam diſt. ſupponit veram, licet Lapum non alleget Barb. conſ. 6 ſcripta eſt, colum. 12. num. 17. verſ. item fecit, vt dixit, libro 1.*



a ¶ Per metum.] *Aliàs legi poſſet propter metum. Quod autem matrimonium propter metum ipſo iure nullum ſit, uolunt Oldrad. conſ. 35. factum tale eſt quidam, nu. 1. Doct. in l. interpoſitas, vbi Iaſ. poſt alios, nu. 2. verſ. fallit in matrimonio, C. de tranſactio. Abb. in c. cum locum de ſponſal. hanc dicit communem, nu. 6. & ſeq. Hanc etiam dicit communem Pariſ. conſ. 58. agit, numero 56. & 61. ac ſeq. & conſ. 170. deteſtabilis, num. 18. vol. 3.*

b ¶ Errorem.] *Nihil enim tam contrarium eſt conſenſui quam error, l. ſi per errorem, ff. de iuriſd. omn. iud. l. 2. poſt princip. ff. de iud. l. nihil conſenſui, §. non videntur, ff. de reg. iur.*

c ¶ Conditionem.] *Matrimonium non tenet conditione non impleta, c. nõ oportet, 24 q. 1. c. ſolet, iun. gl magna, 32. q. 2. c. de illis, & c. ſuper eo. de cond. appo. Cogita, an legi poſſet contradictionem.*

*SVMMARIVM.*

1 *Parochianus, an debeat accedere ad eccleſiam ſuam pro auditione diuinorum certis diebus & quibus.*
2 *Tempore quo in eccleſia legitur euangelium debet populus ſtare curuus & venerabiliter adorare.*
3 *Parochianus vnius eccleſię, an debeat audire diuina in alia.*
4 *Parochianus an poſſit extra dies ſolennes audire diuina ubi voluerit.*
5 *Epiſcopus an poſſit licentiam concedere, vt unus parochianus audiat diuina in alia eccleſia.*
6 *Parochianus vnius eccleſiæ audiens diuina in alia, an debeat ibi ſuas oblationes facere.*
7 *Diſpenſatio ſuper abſentia cauſa ſtudiorũ an includat perceptionem fructuũ, niſi illud expreſſe dicatur.*
8 *Ius vnius eccleſiæ alteri dari non debet.*

## ALLEGATIO LVII.

AD ſeruandam conſcientiam tuam, & ne ſacros canones craſſa quadã, ſeu affectata ignorantia tranſgredi videaris ad iuris peritos recurris, & conſcientiam tuam ad illius iudicium inducis, [a] & quæris an certis diebus cogaris pro diuinis officijs ad propriam parochialem accedere eccleſiam, ita quod in alia audire nõ debeas. Et qui ſunt illi dies, & an extra illos dies pro libito voluntatis poſſis in qua malueris eccleſia audire diuina. Placet profectò puritas tuæ conſcientiæ, quia beatus vir qui timet dominum. Et ad quæſita tua ſic per ordinem libenti animo reſpondeo.

1 Ad primum † dico quòd ſunt certi dies in quibus diſponitur a iure quòd ſeculares miſſas audiant, videlicet diebus dominicis, & ſolemnibus, & debent audire totas: ita quod ante benedictionem ſacerdotis non debent exire, quòd ſi fecerint debent ab epiſcopo publicè cõfundi, ideſt argui, & hoc ordinatum fuit generali concilio Agathen. & etiam de conſe. diſtin. 1, c. miſſas, & c. omnes, & ea. diſt. in c. cũ ad miſſas, & c. ſacerdote, & ca. omnes fideles. Et quod dictum eſt de die Dominico, videtur intelligendum de quolibet die ſolenni, per c. quidem, de conſecra. diſt. 1. quod fuit Concilium Carthaginen. vbi diſponitur quòd qui die ſolenni prætermiſſo eccleſiæ conuentu ad ſpectacula vadit excommunicetur. Et poſſunt dici dies ſolennes de quibus & infra dicam.

2 Item † dum ſacra euangelia leguntur nõ debent ſtare, ſed venerabiliter curuari, & in conſpectu euangelij, & Dominica verba in mente audire, & fideliter adorare, vt in apoſtolica epiſtola, quæ fuit Anaſtaſij Papæ, & non ſolũ miſſas audire, ſed etiam aliquid offerre, & reducere ad memoriam quòd Deus per Moyſen dixit Exodi 23. Deut. 16. & Eccleſiaſt. 20. capitulo non apparebis in conſpectu meo vacuus, [b] & in collatione ſanctorum patrum liquido apparet quòd Chriſtiani omnes offerre aliquid Deo ex iuſſu ſanctorum patrum debent, & dictas miſſas audire, & dictas oblationes facere debent dictis diebus in ſuis proprijs eccleſijs parochialibus, & hoc fuit

fuit ordinatum in Cōcilio Agathen.vt in cap.
ſi quis,extra parochiam,de conſe.diſt.1.& pa
tet hoc in c.vt Dominicus de paroc. & alienis
paro.vbi præcipitur ſacerdotibus quòd Do-
minicis diebus alienos parochianos de eccle-
ſia repellant,licet Innoc.ibi conſulat hoc po-
tius verbis,quam manibus faciendum, & In-
nocen.& Hoſtien.Ioan.And.ſuper rub. de pa-
roch.dicunt quod hoc eſt inter iura parochia-
3 lia,ſcilicet quòd † parochianus vnius eccleſię
non debet audire diuina in alia, & ſic patet ꝙ
alibi audire non debent ex quo expelli iuben
tur,& hoc de primo quæſito. Ad ſecundum di
cti dies ſunt Paſcha, Natalis Domini, Epipha
nia Domini, Pentecoſtes, & Aſcēſio Domini,
& Natalis ſancti Ioannis Baptiſtæ,& qui ma-
ximi dies in feſtiuitatibus habentur, & hoc
fuit ordinatum in Concilio Agathen. vt in c.
ſi quis extra parochias & dies Dominicæ, vt
in pręallegato,c.& ſupra dixi,& hoc de ſecun
4 do quæſito. † De tertio dico quòd extra dies
Dominicos, & feſtiuos poteſt quis vbi vult
miſſas audire,non tamen tenetur offerre,vt in
d.c.ſi quis extra,& not. in d.ca. vt Dominicis,
de paroc.Sed quæro an de licentia ſacerdotis
proprij poteſt audire diuina dictis diebus in
aliena parochia?Reſpondeo quòd ſic, & hoc
innuit tex.in d.vt Dominicis, ibi proprio con a
tempto presbytero, qui cōtemptus præſumi-
tur ſecūdum Hoſt. & maximè vbi eccleſia eſt
vicina,niſi iuſtam cauſam oſtendat, vel licen-
tiam habeat.Si igitur proprius ſacerdos licen
tiam talem concedat non videtur contemni,
quia volenti non fit iniuria, vnde poteſt licen
tiam concedere parochiano ſuo, quòd alteri
presbytero cōfiteatur peccata ſua, vt extra de b
c pœnit.& re.omnis,§.quis autem. [c] ergo pari
5 ratione quòd audiat diuina. † Sed nunquid
Epiſcopus hanc licentiam concedere poteſt?
Reſpondeo quòd ſic quia plures domini ſunt
d proprij ſacerdotes, [d] ſcilicet parochiales Pa-
pæ,legatus Papæ omnes iſti dicuntur proprij
immediatè ſacerdotes,& ſufficit licentia alte-
rius eorum,vt not.in d.cap.omnis,§.ſi quis au
tem,& licet concederet licentiam audiendi di
uina,non tamen intelligitur conceſſa licentia
quod in alia eccleſia offerat quod in propria
e offerre debeat [e] quia talis licentia, vt odio-
6 ſa eſt reſtringenda. Sicut † diſpenſatio ſuper
abſentia cauſa ſtudiorum non includit perce-
ptionem fructuum niſi hoc expreſſe dicatur,
f vt not.de cler.non reſiden.tuæ. [f] immo curare
debet epiſcopus,vt eccleſia antiquior propter
nouam ſuam inſtitutionem non perdat,ita di-
cit tex.in c.quicunque,16.q.1.Nec etiam poſ-
ſet concedere parochiano alterius,vt oblatio-
8 nem vni eccleſiæ debitā alteri daret,† quia ius
vnius eccleſiæ alteri dare non poteſt ſine eui-
denti cauſa,ſecundum ea quę leguntur,& no.
in d.cap.quicunque parochianus.Ergo qui ex
cauſa voluerit in alia eccleſia audire diuina,
habita licētia mittat oblationem debitam ſuę
eccleſię,& vltra id alteri offerat,prout placet,
quia ad hoc non tenetur,vel ſi nō mittit obla-
tionem ad propriā eccleſiam alia vice quando
ad propriam eccleſiam redit pro diuinis offi-
cijs audiendis refundat de duplici oblatione,
ita quod relictæ eccleſiæ ſatisfaciat, & de ma
teria etiam tractauit Hoſtien. in ſum. de pa-
roch.& de alienis paroch.vbi videre potes in
ſummar. Reſtaret dicere quid de ſacramentis
eccleſiaſticis.Item reſtaret dicere in quibus lo
cis poſſint miſſæ celebrari,ſed ſtrepitus,& tur
ba me vocat,& vnda clientum latas meas pe-
netrauit ędes.quare indulgeas precor arti mo
leſtiſſimæ 8 quæ non ſonum pacis parit,&c.

## Addi. Quint. Mandoſij.

a ¶ Ad illius iudicium] *Melius ad illorum iudicium.Hic qui voluit a peritioribus edoceri,non autē ſuo ſenſu regi obſeruauit monitionem Salomonis dicentis. Ne innitaris prudentiæ tuæ,ne ſis ſapiens apud temetipſum,prout etiam in capit. ne innitaris, de conſtitutione.*

b ¶ Vacuus.] *Et cap.omnis Chriſtianus, de conſen.diſtinct.1. vbi etiam glo. quærit,an hoc ſit de conſilio in diebus priuatis, an de præcepto,vel conſilio in diebus feſtiuis,videatur ibi Archid.& Hoſt. in ſum. titulo de paroc.§.2.verſ.3.Pro præmiſſis, & alijs de quibus infra hac alleg.vide etiam Mar. Sozzi.in tract.Oblatio.lib.3 quæſt.4.poſt num.5.vbi Lap.citat,& cum eo reſidere uidetur,& lib.18.quæſt.vlt.ante nu.6 verſ. & hanc etiam opin.ſeruat Lap.Et Lap.ſequitur Lud.Roman.conſ.344.in caſu, circa medium,verſ.& in hac concluſ.Et Lap.hic citare voluit Iaſ.in l.de quibus, nume.77. verſ.& an valeat conſuetudo quòd oblatio-*

*nes*



*nes quæ fiunt ſacerdotibus, vbi etiam Lud. Rom.merdet,ff.de iu.& iur.*

c ¶ §.Si quis autem.] *Hodie autem fratres quorundam ordinum, abſque aliqua licentia rectoris ex eorum priuilegijs confeſſiones quorum vis audire poſſunt, de iure autem nouiſſimo ſuper ijs habemus tex.in cle. dudum,§.ſtatuimus, & ſeq. vbi etiam uideatur gl.in ver.liberè de ſepult. Audiui quòd aliqua ex priuilegiis quibuſdam religionibus conceſſis fauorabilius,& latius ſuper audiendis confeſſionibus, & facultate prædicandi diſponunt quam dicta clem.dudum:Nec mirum, tanta enim reperiebatur ignorantia,& ignauia penes aliquos rectores parochialium eccleſiarum, vt cautius fuerit alios peritos,& circa curam animarum quæ eſt ars artium,iuxta tex. in cap. cum ſit ars artium,de ęta.& qualit.magis verſatos,& idoneos adhibere. Spero quòd præſens ſacrum Concilium Tridentinum, quod Deo duce iam circa aliqua non parui ponderis piè,& ſanctè prouidit,prouidebit etiàm circa alia,quæ reſtauratione, ſeu reformatione digna videbuntur.*

d ¶ Proprij ſacerdotes.] *Lectura quæ in omnibus codicibus habetur eſt hæc.Videlicet quia plures Domini ſunt proprii ſacerdotes,ſcilicet parochiales Papæ,legatus Papæ iuxta quam lecturā exponere debemus ſacerdotes,ſcilicet parochiales, primo parochialium,ad differentiam aliorum ſacerdotum qui non ſunt ſacerdotes,primo rectores aliquarum parochialium,& hoc caſu abundat altera ex illis dictionibus papæ, & tanquam ſuperflua delenda eſſet, vel ſi nulla ex illis dictionibus vacat (vt magis puto) tunc non parochiales legendum eſſe crederem, ſed hoc modo videlicet. Quia plures Domini ſunt proprii ſacerdotes, ſcilicet pœnitentiarius papæ, Legatus Papæ, omnes iſti dicuntur propri ſacerdotes,&c.Hoc modo nullum verbum ſuperfluum,& reſponſio conueniet interrogationi, ſeu quæſito, argu.tex.in l.ſi defenſor,§.1.ff. de interrog. actio.in l.legatorum,ff.de leg.2.in §.præterea,& §.quoties,inſtit.de inut. ſtipula.in c. inter dilectos,verſ.cæterum,de fin.inſtrum. Rom.conſ.455.in caſu,num.1.Interrogatio fuit,an vltra rectorem parochialis eccleſiæ poſſet etiam epiſcopus licentiam concedere vt aliquis vnius parochiæ peccata ſua alteri rectori, ſeu presbytero confiteri poſſit reſpondet quòd ſic,ſubdens rationem quòd plures poſſunt dici proprii domini ad hoc, ut licentiam huiuſmodi concedere poſſint, ſcilicet proprij ſacerdotes videlicet epiſcopus,& rector,de quibus præmiſit, nec non pœnitentiarius papæ & Legatus, & ſic ex iis quatuor quilibet licentiā hanc cōcedere poterit,ad tex.in capit.cum epiſcopus, iun. gloſſ.in ver.ſuo ſubdito,de pœnit.& remiſ. lib.6. & traditur per Abb. in alleg. cap. omnis vtriuſque ſexus,num 12. dum quærit quis dicatur proprius ſacerdos, dicit Abb.quòd ad hunc effectum proprius ſacerdos nuncupari poterit epiſcopus,eiuſque vicarius generalis,vel rector parochialis, Legatus prouinciæ,& ipſius pœnitentiarius. Iſte pœnitentiarius Legati, vel erit idem de quo hic videlicet papæ, uel dicamus quòd ſi poteſt pœnitentiarius Legati licentiam huiuſmodi indulgere fortius pœnitentiarius papæ.Ego has voces Legati pœnitentiarium nunquam audiui, potius crederem quod Abb. vbi ſupra intellexerit de Vice Legato,vt non ſolum Legatus.ſed etiā Vice Legatus dicatur proprius ſacerdos, prout etiam ibidem declarat nō ſolum epiſcopum, ſed & ipſius vicàrium dici proprium ſacerdotem,vel dum ibi legitur. Et ipſius pœnitentiarius,forſan deeſt papæ, ut legamus, & ipſius papæ pœnitentiarius. proprios ſacerdotes quinque modis dici, & quare, & in quo differant declaro ſuper ſignatura,rub de confeſſionali,uerſicu. Aduertendum eſt ad gl.*

e ¶ In propria offerre debeat.] *Quæ fundatam habet intentionem de iure communi ſuper omnibus obuentionibus ſpiritualibus*

*con-*

*contingentibus infra parochiam, ad capit. paſtoralis, iunc. trad. ibi per Hoſt. & Abb. in 2. not. num. 2. vbi etiam Apoſtil. hanc alleg. citat, & ad eam ſe remittit, de ijs quę fi. a prel. ſine conſ. cap.*

f ¶ Tuæ.] *Vide quæ ſcripſi ſuper ſigna. de indul. percip. fructus in abſen. uerſicu. voluerunt aliqui exiſtentibus in ſtudo, & verſic. ſeq.*

g ¶ Arti moleſtiſſimæ] *Quid diceres Lape ſi hodie Romę eſſes? Tu qui natus melioribus annis, & Florentiæ reſidebas vbi tenuiſſimo ſumptu quiuis etiam ditiſſimus contentus erat, & ad quem quaſi ſolum Tuſciæ Aduocatum tanquam ad Apollinis oraculum concurrebant omnes aurum, & munera offerentes, clietumque tuorum mos erat ſplendidè, & magnificè erga te ſe gerere, prout oſtendis ſupra alleg. 48. licet materia, in primum artem hanc quam tuo tempore exercebas moleſtiſſimā vocares? quod ſi moleſtiſſimam, quomodo hanc quam hodie Romæ exercemus nuncupares? Hodie Romæ ſunt turmæ, & turbæ aduocatorum, & eorum qui aduocati nomen uſurpant, Doctorumque numerus infinitus eſt, & tantus vt lōgè negociorum, cauſarum, litium, litigantium numerum excedat: Clienteſque hodierni plerique vel inopia laborantes, vel putantes propter eorum proteruos faſtus, & nonnunquam malè collocatarum diuitiarum copiam cuique, etiam optimo aduocato ſatis eſſe gratis illi inſeruire, auaritiæ idolis inſeruientes, nobis noctes, atque dies moleſtiſſimi ſunt, audentque cubicula noſtra uacui penetrare, continuiſque moleſtijs nos afficere, debitiſq; præmijs nos fraudare, contra illud Lucę 10. Dignus eſt operarius mercede ſua. 1. ad Corinth. 9. Quis vnquam ſuis ſtipendijs militat? & contra illud Prouerbio. cap. 12. De fructu oris ſui vnuſquiſque replebitur bonis, & capit 18. De fructu oris viri replebitur venter eius, &c. & ad l. pen. §. illo, C. de neceſ. ſer. c. charitatem, ad fi. 12. q. 2.*

## *SVMMARIVM.*

1 *Laicus emēs nomine & pecunia alicuius prælati eccleſiaſtici aliquas poſſeſſiones quas per fraudem ſibi vult appropriare an & coram quo iudice poſſit per eccleſiam conueniri.*

2 *Actor forum rei ſequitur.*

3 *Cauſæ debent agitari coram competenti.*

4 *Statuto quidam ſunt priuilegiati ſuper iniuria eis illata, quod eorum iuramento ſtetur, aliquis accuſat forenſem, qui declinando forum negat iniuriam intuliſſe, de qua ibi poſſit accuſari, an hoc probandum ſit ante, vel poſt litem conteſtatam.*

5 *Iudex eccleſiaſticus de qualibet oppreſſione cognoſcit.*

6 *Eccleſia nullo iure ſpeciali iuuatur vbi agitur rei vendicatione, vel depoſiti, vel ſimilibus actionibus.*

7 *Interdictum vti poſſidetis patitur petitionem, & declarationem domini, vt iuſtior appareat.*

8 *Literæ a Papa, vel legatis indifferenter impetrantur cōtra raptores ad iudicem Eccleſiaſticum.*

9 *Vidua poteſt agere poſſeſſorio coram iudice Eccleſiaſtico.*

10 *Clericus impetrat iudicem Eccleſiaſt. contra laicum.*

11 *Clerici quare agant coram Eccleſ. contra ſeculares.*

12 *Bona empta de pecunia Eccleſiæ ſunt Eccleſiæ.*

13 *Prorogatio iuriſdictionis dupliciter conſideratur.*

14 *Clericus ſine Epiſcopi ſui licentia, an poſſit prorogare iuriſdictionem non ſui Epiſcopi.*

15 *Actor tenetur exprimere locum delicti.*

16 *Citatus ab incompetenti iudice expreſſa cauſa iuſta, ſi compareat & neget cauſam veram, an teneatur probare cauſam ſuiſſe veram ante litis conteſtationem.*

17 *Bartoli opinio reprobatur.*

18 *Agente aliquo, pro debito de quo conſtare dicat per inſtrumentum, ſi iudex iubeat exhiberi, an ſi non exhibeatur, iudex poſſit denegare iuriſdictionem ſuam.*



## ALLEGATIO LVIII.

IN Dei nomine amen. Prælatus eccleſiæ [a] proponit coram iudice eccleſiaſtico, quòd prædeceſſor ſuus volens fraudare eccleſiam prædictam, & illi occultè ſubtrahere; mandauit cuidam laico quatenus † nomine ipſius laici emeret certas poſſeſſiones ſeculares; in rei tamen veritate pro ipſo prælato prædeceſſore, & de pecunia ipſius eccleſiæ, & quòd dictus laicus ſecundum mandatum dicti prælati, & de pecunia ipſius eccleſiæ emit dictas poſſeſſiones ſeculares, & in fraudem prædi. inſtrumentum emptionis dictarum poſſeſſionum fecit in ſe cantare ad inſtantiam dicti prælati: & quòd poſtea dictus laicus dictas poſſeſſiones, vt prę fertur emptas aliquandiu tenuit, & fructus percepit ex eiſdem ſub fraudibus, & fictionibus prædictis; & quòd dictus laicus dictas poſſeſſiones, quæ ex iuſta cauſa, & titulo peruenerunt ad dictum prælatum, & eccleſiam, & hodie poſſidentur per ipſam eccleſiam ſub fraude, & fictione prædicta per vim, & violentiam deturbat, & impedit quominus dicta eccleſia poſſit liberè, & pacificè, vti dictis bonis, & nititur ipſas poſſeſſiones vendere alicui potentiori: vt melius poſſit ipſam eccleſiam opprimere ſub fraude prædicta. Et petit id prælatus ſucceſſor declarari dictum laicum emiſſe dicta bona fraude, & occaſionibus prædictis, & de pecunia dictæ eccleſiæ: & ſibi ſuper prædicta fraude, & dolo, ſilentium imponi, & cogi ad reſtituendum dictæ eccleſiæ inſtrumentum dictæ venditionis: & ſibi ſuper prædictis iuſtitiam fieri: & facit dictus prælatus citare dictum laicum ad forum iudicis eccleſiaſtici; ſuper prædictis ſibi de iure reſponſurum. laicus citatus comparet, & excipit, quòd dicta petitio coram dicto iudice eccleſiaſtico non procedit: & ipſum prælatum ſuper prædictis contra dictum laicum non fore audiendum: quia & idem iudex eccleſiaſtiſtus non eſt iudex competens contra dictum laicum de contentis in dicta petitione. Non obſt. quòd proponatur dictum laicū ad inſtantiam dicti prælati ſub dicta fraude emiſſe dictas poſſeſſiones prædictas: quia non propterea dicitur, vel narratur, nec apparet, nec eſt verum, quòd dicta fraus [b] fuerit adhibita in contractu eccleſiæ, vel cum eccleſia. Et non obſt. quòd dicatur, quòd dicta eccleſia in poſſeſſione dictorum bonorum multipliciter moleſtatur per dictum laicum per vim, & violentiam occaſione dictæ emptionis, cum negentur dicta bona eſſe eccleſiaſtica, vel ad eccleſiam pertinere: ſed aſſerant ad fori excluſionem ipſa bona, fuiſſe, & eſſe dicti laici: & ipſum ſuper eis coram iudice eccleſiaſtico conueniri non poſſe, maximè cum dictus actor clericus forum dicti laici rei ſequi debeat. Ex aduerſo replicatur dictam petitionem procedere, & dictum laicum debere ſuper contentis in ea coram dicto eccleſiaſtico iudice reſpondere dictis exceptionibus non obſtantibus, maximè cum proponatur in dicta petitione fraus, & dolus, & violentia contra eccleſiam, & turbatio poſſeſſionis eccleſiæ per dolum, & fraudem, & violentiam. Et idem eſt proponere fraudem in contractu tertij contra eccleſiam, & vt eccleſia fraudetur, ſicut proponere fraudem in contractu inito cum eccleſia. Nec obſt. quòd negentur bona eſſe eccleſiæ, ſed laici: quia hæc voluit venire in cauſa cognitionis principalis, [c] item eſto quòd negetur eſſe eccleſiæ, non tamen negatur eccleſiam poſſidere, ratione cuius iudex eccleſiaſticus de violentia, & turbatione poſſeſſionis habet cognoſcere, nec ſufficeret negare violentiam, vel dolum, ex quo non negaretur bona poſſideri per eccleſiam: quia talis negatio reſpiceret factum principale, quod venit poſt litem conteſtatam. Quæritur quid iuris, & dicitur primo, quòd dictæ exceptiones habent obſtare non obſtantibus dictis replicationibus, & hoc videtur clariſſimè in decret. ſi clericus, de foro compet. vbi expreſsè dicitur, quod ſi laicus conuentus à clerico coram iudice eccleſiaſtico neget res eſſe eccleſiaſticas, ſed ſuas aſſeuerat, debet trahi coram forenſi iudice: quia actor forum † 2 rei ſequi debet: vt ibi dicit text. & eo. tit. cum ſit generale: [d] ita rectè eſt in propoſito, vt patet in themate quæſtionis prædictæ,

Goff.

Goff.vt recitat Ioan. Andr. in d.c.ſi clericus,
dicebat quod dicto caſu eſt examinandum,an
res ſit eccleſiaſtica,allegat de teſtib. veniẽs. 2.
& fiet hoc ſecundũ eũ ſummariè,& ſine prę iu
dicio principalis,q.argum. de lib.ag. l. ſi quis
à liberis. Et ſi appareant eccleſiaſticæ coram
iudice eccleſiaſtico cognoſcetur,aliàs ad iudi
cem ſecularẽ remitteretur,arg.ff. de iudicijs,
3 ſi quis ex aliena.Item Innocen.† ꝙ recitat Io.
And.de foro comp.Romana.§. contrahentes,
e lib.6.[e] vbi dixit, ſi cõueniatur aliquis alterius
fori ratione contractus alibi initi, & conuen
tus neget ſe ibi contraxiſſe, non cogeretur re
ſpõdere libello ſuper principali.q. porrecto,
niſi per prius ſummariè probet eos ibi con
traxiſſe,& tunc iudex iudicabit ſuam eſſe iu
riſdictionem cognoſcendi de principali, ff.de
iud.ſi quis ex aliena.de reſcript. ſuper literis,
in fine,& poſtea coget illos in principali re
ſpondere libello:& tunc vterque ſuis iuribus
vtetur,ad idem quod dicitur de accuſato,qui
negat in territorio deliquiſſe,de quo no. Spe.
de comp.iud.ad §. 1. ſub ver.6. verſ.ſed pone
aliquis,& ſcripſit Ioan.Andr.de reſcrip.ſuper
literis,in vlt.gloſſ.vbi quærit Innoc.& in d.c.
tenet Spec.quòd dictus iudex cognoſcet, an
ſua ſit iuriſdictio. Facit ad prædicta quæſtio.
4 diſputata quam refert Io.And.† in §. contra
hentes,quòd ſi per ſtatutum priuilegiati ſunt
certi ſuper iniuria eis illata quod ſtetur ipſo
rum ſacramento,& vnus ex illis accuſat foren
ſem qui forum declinando dicit ſe nullam in
iuriam intuliſſe,de qua ibi poſſit accuſari, an
ante,vel poſt litem conteſt.veniat hoc proban
dum, & in hoc ſufficit iuramentum accuſan
tis,& tenuit diſputans quòd accuſator debet
probare accuſatum ibi deliquiſſe,per l.vlt.C.
de exhiben.reis, & habebit pro iuriſdictione
firmanda plenè probare, nec ſufficit iuramen
tum, quaſi innuat ſtatutum loqui de proba
tione quæ fit coram eo quem iudex eſſe con
ſtat ad emendam,vel pœnam ſuper principa
li,non ad iuriſdictionem firmandam, de quo
primo debet conſtare ſecundum formam iu
ris communis quam ſuper principali recipia
tur probatio.& hoc idem videtur ſentire Do.
meus Ioan.Cald.de rapto.c.1.in 4. quæſt. per
quæ iura,& rationes apertè patet quòd in ca
ſu præmiſſo dictæ except.habent obſtare cum
negetur id cuius occaſione aditur iudex eccle
ſiaſticus,vel ſaltem antequam procedat eccle
ſiaſticus ſummatim [f] cognoſcet, an ſua ſit iu
riſdictio. In contrarium videtur quòd dictæ
except.non obſtent,& eis nõ obſtantibus poſ
ſit per eccleſiaſticum iudicem ſuper dicta pe
titione procedi, ex quo in libello proponitur
de oppreſſione,& violentia,ſeu fraude, vnde
g dicit Innoc.in cap.cum ſit generale,[g] de foro
h compet.quod dato quòd ſit dubium, [h] puta,
quia negatur rapina, tamen cognoſcet eccle
ſiaſticus,16.q.1.in canonibus, 24. q.3.ſi quis
5 † de po. vbi etiam dicitur quò non ſolum de
rapina,ſed de qualibet oppreſſione, non ſolũ
clericorum, ſed etiam pauperum cognoſcet
eccleſiaſticus,immo ſecundum eum ſi de frau
i de[i] habita in contractu eccleſię,vel etiam ſi in
fraudem contractus nullus dicatur, eccleſia
cognoſcet,12.q.2.apoſtolicos, immo quocun
que modo de re eccleſiaſtica agatur cogno
ſcet eccleſia. 12.queſ.2.quocunque iudicium.
Oportet tamẽ quod ſemper in petitione men
tionem faciat de oppreſſione, vel fraude, vel
minus legitimo contractu, & ſuper cauſa illa
fundet intentionem ſuam, & ſi pars aduerſa
neget,nihilominus proceditur in cauſa prin
cipali,&ſi non probauerit fraudem,vel illici
tũ contractum abſoluetur reus ex illa cauſa,
ſed iterum poterit agi ex alia. Si autem quòd
non pertinet ad fraudem, vel oppreſſionem,
uel per quod ſit minus licitus contractus, pu
ta quia non fuit adhibita præſentia clericorũ
aliquorum,non andietur niſi coram iudice ec
cleſiaſtico ordinario rei alleg. dictam decret.
ſi clericus.Dicit etiam quod aliquibus & non
malè videtur quod etiam ſi dicatur aliquis
K contractus tenere,ſed petat reſtitutionem [k] co
ram eccleſiaſtico agetur.Et idem ſi dicatur ali
cuius canonici non interueniſſe conſenſum,
arg.prædictorum,cap.& ſi clericus præalleg.
6 † Non obſt. ſecundum eum quòd loquitur,
vbi agitur rei ven.vel depoſiti,vel conſimilib.
actionibus in quibus nullo ſpeciali iure iuua
tur eccleſia.vnde Ioan.Cald.in decret.1.de re
ſcript.aliàs raptore in 4. quæſt. dicit quòd di
cta decr.ſi clericus,de for.compet.modus con
uentionis oſtendebat quòd ille non erat com
petens iudex illius contra quem fiebat con
uentio, videlicet contra laicum in qua eccle
ſia nullo iure iuuatur. Vnde illa decret.ſi cle
ricus intelligitur.quando agitur rei vendica
tione,& ita ſummat illam Ioan. Andr. in no
uel.In caſu antem noſtro agitur rei vendica
tione quę non datur poſſeſſori,de iud.exami
nata, prout pro ſe proponit dictus prælatus
agens.



agens.Item idem Innoc.dicit in dicto c.ſi cle
ricus,quod ſi laicus negatur raptor, vel inua
ſor iudex eccleſiaſticus cognoſcet [l] quouſque
intelligat quòd non eſt ſua iuriſdictio.&tunc
condemnabit clericum in expẽſis & remittet
ad iudicem ſuum,& allegat de ap.vt debitus.
& c.cum ſpeciali.Item decr. ſi clericus loqui
tur quando clericus agit de rebus ſuis quas
aſſerit eſſe ſuas proprias paternales, & pecu
liares ſm Hoſt.quaſi non,quando dicit res ſo
re eccleſiæ, vt intelligit Hoſt. & refert Ioan.
And.poſt eum ibi ſuper verſ.ſuis, ſed in caſu
noſtro prælatus dicit res eccleſiæ, non ſuas.
Item dicit Innoc.in d.cap.ſi clericus, quòd ſi
conſtaret res de quibus agitur fore eccleſię co
ram eccleſiaſtico agi deberet, & idem ſecun
dum eum ſi ageretur alia actione quã rei ven
dicatione,puta ex locato,legato, vel ſimili a
ctione,ſed in caſu noſtro non agitur rei ven
dicatione,ſed agitur de poſſeſſione turbata,
quo caſu dicit Spec.de competen.iud.adi.§.1.
verſ.30.ſecundum quoſdã quòd clericus im
petrat cõtra laicum ad iudicem eccleſiaſticũ.
Item agitur in caſu noſtro vti poſſidetis con
tra turbantes eccleſiam in ſua poſſeſſione per
fraudem,dolum,vel violentiam,quo caſu nõ
eſt dubium coram eccleſiaſtico agi poſſe per
dictam decr.cum ſit generale. Nec obſt.quòd
petat aliud,ad ſe declarari ſpectare dictã do
mum,vel poſſeſſionem, quia hoc non eſt age
re rei vendicatione,ſeu petitorio, ſed petitur
m declarari dominũ [m] quod patitur natura in
terdicti vti poſſidetis,in quo obtinet qui me
lius probat, ſeu qui ſe in poſſeſſione iuſtiorẽ
n oſtẽdit [n] & ſimile eſt quod dicitur ꝙ ſi tu agis
contra me rei vẽdicatione ſuper fundo quem
poſſideo,& ego te reconuenio ſuper eodem,
& peto declarari ad me ſpectare dictum fun
dum,hoc poſſum non obſtante quòd ſim poſ
ſeſſor cui non datur rei vendicatio, quia licet
hoc per ſe non poſſet poſſeſſor principaliter
o petere,ex quo eſt poſſeſſor. [o] cui non compe
tit ſic agere,tamẽ ratione petitionis exhibitæ
contra me ab aduerſario, licet ſit in reconue
niendo dicere per primam petitionem, cui
eſt annexa,vt not.Ioan.And.de proba.in præ
ſentia ſuper ver.cæteras,ita in propoſito licet
non poſſet clericus de per ſe, & principaliter
adire iudicem eccleſiaſticum contra laicum,
& petere declarari domum quam poſſidet ad
ſe ſpectare,vnde ex quo adiuit iudicem eccle
ſiaſticum propter moleſtiam, & violentiam
ſibi illatam a laico ſuper tali poſſeſſione,& ut
laico imponatur ſilentium, cõſecutiuè poteſt
petere declarari talem domũ in cuius poſſeſ
ſione aſſerit ſe moleſtari ad ſe ſpectare, pro
7 pter principalem petit. † vti poſſi. cui hæc eſt
annexa,quia vt præfertur interdictũ vti poſſi.
patitur petitionem,& declarationẽ dominij,
p vt iuſtior appareat,de proba.non licet,[p] vnde
hoc multum eſt ponderandum, quod eccleſia
poſſidet rem de qua agit:vnde non propriè p
re agit,ſed pro fraude, & moleſtia quam pa
titur in ipſa poſſeſſione prætextu minus liciti
contractus,vt in cap.cum ſit generale,de foro
comp.vnde omnia prædicta contraria nõ tan
gunt caſum noſtrum. Item agitur hic contra
laicum vt inſtrumentum ſimulatum quod fe
cit in ſe cantare,cum debuiſſet cantare in ec
cleſia quòd incidat, vel faciat in eccleſia can
tare,quo caſu cognoſcit eccleſiaſticus,vt pro
batur, 12.q.2.apoſtolicos,ergo.Item facit pro
iſta parte quod not.de iud.c.cæterum, videli
q cet quod clericus ſpoliatus [q] a laico re ciuili,
poteſt agere coram eccleſiaſtico. Hoſt. not.in
8 d.cap.cum ſit generale.Et † recitat Ioan.And.
ibi ſuper vltima gl.dicit ꝙ a papa,& a ſuis le
gatis contra omnes raptores indiſtinctè lite
rę impetrantur ad iudicem eccleſiaſticum,qđ
ſecundum eum conſonat iuri communi,de iu
dic.nouit.de treu.& pa.c.1. & de rapt. per to
tum.Petrus dicit & Ioan.Andr.in d.c. cum ſit
generale,quòd decret. cum ſit generale habet
locum in bonis Eccleſiæ, ſecus in bonis cleri
r corum.Fatetur tamen quod de conſuetudine [r]
9 ſeruatur contrarium.Et † eſt ratio [s] quia ſi vi
ſ dua poteſt agere coram Eccleſiaſtico poſſeſſo
rio,ergo & clericus:Et Aegidius hoc tenet,qa
bona clericorum ſunt obligata eccleſijs pro
mala adminiſtratione,de vita, & honeſt. cler.
10 cap.vlt.Spec.in Spec.† de compet.iud.aditio
ne,§.1.verſ.30.dicit ꝙ de conſuetudine curiæ
clericus indifferenter impetrat iudicem eccle
ſiaſticum contra laicum & cum reſcripta ad li
tes concedantur per curiam Romanam ad om
nes partes orbis, patet quòd talis conſuetudo
porrigit vires ſuas per vniuerſum,& papa cõ
cedendo tales literas per vniuerſum, videtur
velle vbique talem conſuetudinem ſeruari.Et
hoc idem not.glo.ord.in c.ſi quis clericus, de
foro competen.& in c.fi.de iudicijs,item Spe.
t in d.§.poſt dictum,verſ.30.verſ.ſed pone [t] di
cit quòd ſi coram tali delegato impetrato per
clericum contra laicum prohibeatur per iu
dicem.

diecm ſecularem dicti laici, quòd in tali cau-
ſa non procedat hoc non obſtante procedet
11 delegatus, quia propter negligentiam † iudi-
cis ſecularis in reddendo clericis iuſtitiam eſt
introductum, quòd clerici coram eccleſiaſti-
co contra ſeculares agant. Item ibidem, verſ.
30. dicit Spec. ſecundum quoſdam quòd ſu-
per poſſeſſione poteſt contra laicum impetra-
re, at in caſu noſtro agitur de moleſtatione
poſſeſſionis, ergo & ſic ſatis apertè poteſt con
cludi pro iſta parte, quòd in caſu præmiſſi the
matis, maximè cum agatur de fraude poſſeſ-
ſionis per eccleſiam, & de turbatione ipſius
poſſeſſionis facta a laico per vim, & fraudem,
& ad incidendum vitioſum contractum factũ
de bonis eccleſiæ, poſſit agi coram eccleſiaſti-
12 co. † Et facit ad hoc quia bona empta de pecu
nia eccleſiæ ſunt eccleſiæ. 12. q. 2. apoſtolicos,
u de peculio clerico. cap. [u] & cap. ſi quis, & de
pecul. cleri. cap. 2. Vnde ſecundum hoc in cau
ſæ cognitione pro facto principali habet veni
re, An illa pecunia fuerit de bonis eccleſiæ:
hæc autem cognitio propriè ſpectat ad eccle-
ſiaſticum iudicem, text. eſt in d. c. apoſtolicos,
12. q. 2. Et ad contraria ſupra pro parte alia al
leg. ſupra ſatis reſponſum eſt, & maximè ad
decre. ſi clericus. Ad quæſtiones diſputatas, &
ad ſimilia inducta in contrarium de quibus
de for. competen. Romana. §. contrahentes: Po
teſt etiam reſponderi, quòd aliud eſt velle tra
here laicum forenſem, & ſubditum alterius
extra territorium ad non ſuum iudicem, ra-
tione contractus, vel delicti quod laborioſum
eſt: aliud eſt ſubditum, qui dicitur non ſubdi-
tus ſine certa qualitate expreſſa. Nam primo
caſu fieret prorogatio de perſona; in ſecundo
de re: vel cauſa quæ eſt facilior. vt in decre. p.
x & gl. [x] de offic. delegati. item magis eſt odio-
ſum primum, quia non ſolum reo, ſed etiam
ſuo iudici fit præiudicium: hinc eſt, quòd non
14 poteſt clericus † ſine epiſcopi ſui licentia pro
rogare iuriſdictionem non ſui epiſcopi; de
y fo. comp. ſignificaſti. [y] Item magis laborio-
ſum eſt trahere aliquem de vno territorio ad
alium, quam infra idem territorium de vno
iudice ad alium, vel ad ſuum iudicem ſuper
certis rebus trahi ſuper alia re in qua non di-
catur iudex; & maximè cum hoc poſſet fieri
ex quacunque negligentia iudicis ſecularis,
& vt infra patebit: doctores qui tenent con-
trarium innituntur huic rationi videlicet ne
forenſis poſſet trahi extra ſuum territorium,
per ſolam propoſitionem certæ qualitatis ap-
poſitæ in libello. Et licet prædicta quæſtio ſa-
tis per prædicta ſit examinata, tamen adhuc
eleuanda ſunt vela, & alto mari nauigandũ.
Et dico quòd dominus Bartolus de Saxofer-
rato in l. ex quacunque, ff. ſi quis in ius vocan.
z non ierit, dicit, quòd de qualitate [z] expreſſa
in qua fundatur iuriſdictio iudicis, vt in caſu
noſtro non debet quæri ante litis conteſtatio-
nem, quia quantum ad legitimandum perſo-
nam iudicis non expedit verificari ea, quæ
proponuntur ſeu exprimuntur in libello: vt
l. cum quædam puella, in fi. de iuriſd. om. iud.
Idem ſecundum eum contingit de ſeruo vo-
lente litigare de ſtatu ſuo. Nam eo ipſo quòd
aſſerit ſe liberum habet perſonam liberam ad
diſputandum de libertate. Et ita in propoſito
quando exceptio emergens reſpiciens perſo-
nam iudicis diſputatur de negocio principa-
li, differtur cognitio poſt lit. conteſtat. & ante
non examinatur, & Guid. de Suzz. in vna quæ
ſtione ſuper aut. qua in prouincia, C. vbi de
cri. agi opor. vt refert Ioan. Andr. in Spec. de
compet. iud. adi. §. 1. verſ. ſed pone aliquis. di-
15 cit † quòd cum actor teneatur exprimere lo-
cum delicti: vt in l. libellorum, ff. de accuſa. &
iudicium reddatur in inuitum, ff. de verb. obl.
l. inter ſtipulantem, §. 1. forenſis accuſatus re-
ſpondebit ibi ſuper crimine, quòd ſi appare-
bit alibi commiſſum patebit ab incompeten-
ti iudice proceſſum, & non valebit: vt C. ſi a
non compe. iud. l. ſi. Dominus. F. Domini Bici.
a de Aretio [a] prædictum articulum plenè exa-
minat in d. l. ex quacunque. quærens vtrum ci
tatus ab incompetenti iudice expreſſa iuſta
cauſa ſi compareat, & neget cauſam eſſe verá
debeat cauſam ueram probare ante lit. conteſ.
b nec ne. Refert Innoc. [b] dicere in ca. præterea.
de dila. quod ſic, ſaltem ſummariè, & hoc te-
net Cy. in l. præſcriptione, C. ſi contra ius, vel
vtili. publ. quia licet regulare ſit, quòd de me-
ritis principalis cauſæ non debeat quæri ante
litem conteſt. vt l. 1. de interrog. act. tamen eo
caſu quo ui emergentis negantur ea quæ pro-
ponuntur in libello debet ſummatim cogno-
ſci. ar. l. 3. ff. ad exhiben. vt obuiẽt malitijs ho-
minum, aliàs quilibet poſſit arctare forenſem
litigare extra ſuum forum proponendo in li-
bello, quòd ipſe contraxerit ibi vbi conueni-
tur; & hæc eſt æqua opinio ſecundum eum: &
ex opinione contraria ſecundum eum ſeque-
retur magnum inconueniens, quia habens de-

claratо-



claratoriam non poſſet ea vti quod eſſet ab-
ſurdum. Item contra dictam opin. facit, l, quæ
dicit, quòd citatus debet venire ad dicendum
cauſam, quare non potuerit citari, & tamen
non aliàs cogitur, quam ſi ea in citatorio ſit
16 expreſſa. † Ergo patet ſecundum eum, quòd
opin. Domini Bart. non eſt vera, quia non ad-
mittitur ad allegandum, niſi allegata ipſum
releuẽt, vt l. ad probandum, C. de proba. Di-
cit tamen D. Fanc. quod dicto caſu onus pro-
bandi ſpectat ad citatum, quia fundata eſt in-
tentio citantis: vt d. l. cum quædam, in fin. &
iſtud quod dicit videtur fuiſſe de mente Gui.
de Cu. in d. l. non exiguntur, & videtur eidẽ
Dom. Franc. bona limitatio dictarum opinio-
num, & modum probandi iſtam negligentiã,
docet ibi Guil. ſecundum eum, ſcilicet per
interrogationem, quia interrogabitur actor
vtrum de debito ad quod agit fuerit factum
inſtrumentum. Et ſi reſpondet quod non, in-
terrogabitur vbi contraxerit: & ſi dicat quod
hic, interrogabitur quando, & reus poterit
probare negatiuam ſecundum legem opti-
mam. de contrahen. & commit. ſtip. & ſi dicat,
quòd alibi, interrogabitur vbi, & facta re-
ſponſione eodem modo probare poterit ne-
gatiuam, & ſi dicatur de debito eſſe inſtru-
mẽtum iubeat iudex exhiberi inſtrumentum,
vt videatur vtrum ibi contraxerit, & ſi non
c exhibeatur [c] poterit iuriſdictionem, ſuam de-
negare actori, & licentiare reum: vt. l. ait præ
tor, §. ſi tali modo, ff. ex qui. cau. maio. & ſe-
cundum prædicta pro parte, quia dictæ exce-
ptiones non procedant, facit dicta opinio,
Franc. Sed certè adhuc illa non facit contra.
nam loquitur quando forenſis trahitur ad nõ
ſuum forum, aliud in caſu noſtro, vt ſupra
dixi. Item in caſu noſtro agitur de fundo per
eccleſiam poſſeſſo, qui dicitur turbari per
violentiam, & fraudem, & reus comparuit,
& non negauit dictum fundum per eccleſiam
poſſideri. Item non negauit dictam fraudem
commiſſam, & violentiam inferri. Item agi-
tur ad dicendum contractum illicitum: quia
de pecunia eccleſiæ fuit emptus fundus nomi
ne alterius, & reus comparens negauit ipſa
bona fore eccleſiæ, & dicit ea eſſe ſua, quæ ne-
gatio non attingit cauſam pro qua aditur ec-
cleſiaſticus iudex; quæ eſt poſſeſſio, & violen
tia poſſeſſionis, & fraus adhibita, &c. immo
iſta poſſent ſimul eſſe, quòd bona ſunt reorũ,
& tamen poſſeſſio eſt, apud eccleſiam, & mo-
leſtia, & violentia non debet inferri, quia ne-
mo debet ſibi ius dicere, C. vnde vi. ſi quis in
tantam. Et eſto quòd dicta opinio D. Franc. fa
ceret contra: ad minus onus probandi negati-
d uam dictarum cauſarum in dicto libello [d] pro
poſitarum ſpectaret ad ipſum reum, ſcilicet ꝙ
eccleſia non poſſideat, ꝙ reus non moleſtetur,
ꝙ fraus nõ fuerit adhibita, ꝙ pecunia de qua
fuit emptus dictus fundus non fuerit eccleſię:
nec prodeſt dicere, ꝙ dictus prælatus poteſt
declarare dictum fundum ad dictam eccleſiã
ſpectare: quia vt ſupra dictum eſt illud nõ eſt
agere rei vendicatione, quia nõ de per ſe prin
cipaliter hoc dicit, ſed acceſſoriè ad interdi-
ctum vti poſſidetis, quòd intentat: & vt iuſtio
rem ſe oſtendat, & ſicut hoc non proponitur
principaliter. & de per ſe, ſic non ſufficit reo
hoc ſolum, & per ſe negare ad excluſionem
fori: immo debeat negare prædicta alia prin-
cipalia, ſcilicet poſſeſſionem, violentiam, frau
dem, & ſubſequenter domum fore eccleſiæ,
quia except. debet reſpicere, & ſe opponere
modo agendi: facit quod no. ſolet in decr. in-
telleximus, de adult. videlicet quòd ſi ago ad
ſeparationem thori contra vxorem propter
adulterium manifeſtum, non repellar exce-
ptione manifeſti: quia tunc exceptio non tol-
lit formam, & modum petitionis. Item eſto,
quòd dicta exceptio ſufficeret ad tollendum
dictam partem libelli: non tamen ſufficit ad
tollendum alias partes, vel cauſas libelli, quæ
dant iuriſdictionem iudici, vt de ſe patent. De
b materia huius alleg. vide in alleg. 77. [b]

## Addi. Quint. Mandoſij.

a ¶ Prælatus eccleſiæ.] *Circa materiam huius alleg. habemus infra alias allegat. ui delicet 65. nunquid eccleſia, 66. proponit, & 72. in quæſtione.*

b ¶ Fraus.] *Nec etiam in dubio fraus, vel dolus præſumitur, ſed probari debet, l. quoties, §. qui dolo. ff de probat. l. ſed & ſi maritus, §. ſed & ſi conſtante, ff. qui. & a qui. Specu. in tit. de appel. §. nunc tractemus ad quem, ante nu. 7. verſ. ſed quoniam, qui fraudem allegat. Dominus meus, conſil. 256. in cauſa, colum 4. poſt princ. & conſil. 313 promiſit, colum. fin. num. 5.*

M In

c ¶ In cauſa cognitionis principalis.] *Latè Tiraquel de vt. Retract. qui Lap. & alios refert, par. 1.§ 8.glo:5.num.17.verſ. quid igitur hic.*

d ¶ Cum ſit generale.] *Hæc & ſimilia iura limitantur procedere in contentioſis, & quando iudicium redditur in inuitum, ſecus in voluntarijs, Rot.178. emancipatio facta, col.2.uer.nec ob illud generale, in no.*

e ¶ §.Contrahentes.] *Et ibi Gemin. nu.7. & ſeq.ubi Apoſt.ad Lap.hic ſe remittit, et Franc.poſt num.5.uer. ſed ſi reus, & poſt nu.6.uerſ.& ita tenuit, vbi citat Lap. hic, & ſupra alleg.10.diſputat hic, verſ.tertio diſputat, poſt num.5.*

f ¶ Summatim.] *Hoc dictum Lapi refert, pulchrè diſtinguens Franc.in alleg. c. 1.§. contrahentes, poſt nu.6.de fo.compe. lib.6. vide infra hac eadem alleg. poſt num. 12. verſ.refert Innoc.dicere.*

g ¶ Cum ſit generale.] *Vbi etiam videantur Abb.col.4.uerſ.ſic contingit. Mar.Sozzi.col.5.uerſ.ex quo infertur, quòd ſi clericus, qui ad Lap.hic ſe remittit, ad quē etiā ſe remittit, Felyn.ibidem, colum.2.verſ.ratione fraudis, & Io.Franc.a Ripa de Peſte, dum de Remed. ad conſer. vberta. tractat, num.169.verſ. & ſi allegetur perſonā conſanguinei fuiſſe ſuppoſitam. Hunc etiam refert, & ſequitur Stepha. Aufre.de pote.eccleſia.ſuper laicos in 123.caſu, poſt nu.55.*

h ¶ Sit dubium.] *Quālitas quo ad tribuendam iuriſdictionem ſufficit, quòd in libello deducatur licet de eius veritate dubitari poſſit. Ang.in conſ.6.dictum ſtatutum, nume.2 idem Lap.infra alleg.65. nunquid eccleſia poſt princ. Ant. de But. in cap.cæterum.verſic. venio ad glo. de iudi.quem ſequitur Nico.Mil.in Repert.in uerſic.iudex, qui vult procedere.*

i ¶ De fraude.] *Vide Abba.in dicto cap. cum ſit, nume. 6. vbi etiam Apoſtil. ad Lap.hic ſe remittit.*

K ¶ Sed petat reſtitutionem.] *Hæc etiam ſunt verba Innoc.in alleg.c.cum ſit. ad fin. quæ etiam refert ibidem, Abb.poſt nu.6. verſ.dicunt tamen, Marian.Sozzi.num. 13.in 6.fallen.& num.19. & Felyn.col.2. verſ Eccleſia reſtituitur in integrum in foro eccleſiaſtico, & hanc dicit eſſe limitationem ad l.2.C.vbi, & apud quem, vbi reſtitutio petitur coram iudice lædentis, hoc dictum Innoc. & hanc limit. ſequitur etiam Ludo.Roman.Sing.112.quid ſi eccleſia, & Abb.in c conſtitutus, in 1.not. verſicu.ſed text.de integr.reſtit.*

l ¶ Iudex eccleſiaſticus cognoſcet.] *In pluribus locis hic concluditur, quòd ſuper dubio iuriſdictionis iudex eccleſiaſticus cognoſcit cuius ſit iuriſdict.idem voluit Card. in Clem.præſenti, in 6.quæſt.de cenſi.& Felyn.poſt alios in c cæterum, poſt num.6.de iudi.ubi hanc alleg.citare voluit.*

m ¶ Declarari dominum.] *Poſſidens licet ſibi non competat rei vendicatio, poteſt tamen petere ſe declarari dominum, Fely.qui Lap. ſequitur in capitulo examinata, ante numerum 2 verſic.Nec obſt. quòd poſſidenti. de iudi.*

n ¶ Oſtendit.] *Vel ſic lege, ſed qui in poſſeſſione iuſtiorem titulum oſtendit. Idem ſupra alleg.49.ſunt, & alij, nu.2.ubi addo.*

o ¶ Poſſeſſor ] *Cui non competit rei vendicatio dicta alleg.50.ante nu.2. & ibi addo, & probo in ver.rei vendicatio.*

p ¶ Non licet.] *Lege tu c.licet, §. ex præmiſſis, ibi illa proculdubio ſine iuſto tit.&c. & ita illud, cap.adhoc citat Lap.dicta allegāt.50.ante num.3.*

q ¶ Spoliatus.] *Idem uolunt Maria.Sozzi. in dicto cap.cum ſit, num.14. in 17.fallen. & Felyn.colum.2.verſic.cum dicit.*

r ¶ De conſuetudine.] *Imò etiam de iure, c.ſimiliter.iun.glo.16.q.1.Innoc.in alleg.c. cæterum, de iud.Old.conſ.83. an epiſcopus, nu.3.cum alijs ſeq.Abb.in alleg.c.cum ſit, col.2.nu.4 uerſ.ego in dubio dico, & Mar. Sozzi.dicta fallen.7.num.14.ac Fely.in c. Eccleſia S.Mariæ, poſt num.7. de conſtit.*

ſ ¶ Et eſt ratio.] *Hæc ratio fuit Abb.antiqui*





*qui in alleg.c.cū ſit, uer.Et dici pōt.ꝙ ratio cōſuetudinis potuit illa eſſe, quia cū uidua.*

t ¶ Verſ.ſed pone.] *Eſt nu.29.Idem dixerat prius, nu.6.uerſ.ſed pone partes, vbi loquutus erat in fortioribus terminis, quando agebatur coram Domino Feudi. Et remedia quando iudex ſecularis eſt negligens ponit Abb.poſt glo.2.in d.c.cum ſit.*

u ¶ De pecu.cleri.c 1.] *Adderem & toto titulo, deleremq; alia vſque ad verſ. vnde ſecundum hoc. Et ſpeciale eſt in eccleſia, in milite, & in minore, vt res empta ex pecunia alterius ex ijs, ipſius efficiatur, licet emptio ſit facta nomine alterius, prout per gl. 2.in c.inquirendū, & ſuper ea Abb. nu.5. & per eundem Abb.in c.1.nu.4.de pecu. clerico. vbi etiam probant, ꝙ regulariter aliud dicendum eſt, videlicet ꝙ res empta pecunia alterius non efficitur illius, ſe dementis nomine proprio per ea, quæ ibi adducunt. In dubio autem an bona per prælatum, vel clericum acquiſita præſumantur eſſe de bonis eccleſiæ, an prælati, ſeu clerici vide per hunc infra alleg. 113. Franciſcus olim, num. 1. & ego tracto ſuper ſigna. in Licen.teſtandi, uerſ. in dubio autem.*

x ¶ P.& glo.] *Lege tu P.& G.ubi Abb. ponit, & declarat ſex ſpecies prorogationum, inter quas tractat de ijs duabus, ſeu tribus, de quibus hic, videlicet de perſona, de re, & de cauſa, & de ijs etiā per Ang.conſ.162. petita, colum.2.uerſic.ſi enim error.*

y ¶ Significaſti.] *Idē etiā probatur in c.1. eo.ti.de fo.comp.idē uoluit Bella.Dec.671. licet ſubditus, in princ.& Rom.poſt Bart.in l.1.§.& poſt operis, num.19.& ſeq & Iaſ. poſt nu.11.in 1.fallen.ff.de nou.oper.nunc. idē Rom.ſing.738.tu ſcis, quòd pridie, ubi ſubijcit limitationem, idem denique voluit Dec.Neapol c.9.in cauſa, num.13.*

z ¶ De qualitate.] *Non ſine cauſa præmittit Lapus, ꝙ ſuper hoc quæſito alto mari nauigandum ſit, diuerſæ enim, & contrariæ opin.adducuntur, & Bart in l.præſcriptione, num.8.& ſeq C ſi con.ius. vel uti publ. aliud tenet quam in l ex quacunque hic citata, videantur, Alex.num.16. & ſeq.Iaſ. nu.6.Cur.iun.num.31.& ſeq in d.l.ex quacunque, & Iaſ.in alleg. l.præſcriptione, nu. 5.& ſeq.Gem.& Fran.in c.1.§. contrahentes, de fo.comp.lib.6. & omnino Mar.Sozzi.in c.ſi clericus, in 11.art.nu.11.cum pluribus ſeq. vbi refert, & diſcutit quatuor opin.& poſtea ponit plures caſus, & diſtingui, & in 4.opin.poſt nu.12.citat Lap hic, & ibidem vide Fel.referentem Lap.hic, & ſubdentem, ꝙ cōmunis opin.eſt contra Bar. in d.l.ex quacunque, ff.ſi quis in ius vocat. Lapum etiam hic citat, & ſequitur ex mente ſacri Cōcilij Matth.de Afflict.Dec.Neapol.297.pluries fuit, ex cuius dictis cōcordari poſſe videntur opin Bar.in dictis legibus, videlicet in l. 2.ff.ſi quis in ius uocat. & l.2. C. ſi con.ius, uel uti.publi.*

a ¶ De Aretio.] *Quem etiam, & Lap.hic adducit Ruyn.cōſ.79.viſo ante nu.6. vol.5. vbi hanc alleg.citare voluit, vide poſt nu. 10 ubi contra Lap.reſidere videtur.*

b ¶ Innoc.] *Cuius opi. uera, & communis eſt, & eam tenuit Bar.in alleg.l.præſcriptione, in 3.q.nu.7.& ſeq.& Iaſ.nu 28. qui veram dicit primam opin.de qua per Bar. ibi, quæ eſt illa Innoc. ꝙ ante litis conteſtationem cognoſcatur ſummariè, & latè tractat Abb.in c.ſi clericus, nu.9.verſ.ſed pro ſubtili, & ibi Apoſtil. remittit ſe ad Lap.hic, de fo.comp.Gem.in c.1.nu.7. refert, & ſequi videtur Innoc.& Apoſtil.ibi in uerſic. ſummariè remittit ſe ad Lap. hic, eo.lib.6. hanc opi. Inn.per plura media pulchrè defendit Cur.iun.in alleg l.2.in 2.q.nu.31.ff. ſi quis in ius uocat.& hanc dicit ueram, & communem idem Cur. iun. conſ.124.[nu.6. verſ.ſed præſuppoſito, vide etiam Tiraq.de ut.retra.par.1.§.8.gloſſ.5.num.18. uerſic. verum ſunt qui.*

c ¶ Et ſi non exhibeatur.] *Vide ſupra in ſimi.alleg.10 diſputat hic ad fin. uerſ. & ſi dicatur quomodo cogetur ꝑducere, & Lap. hic referunt, & ſequuntur Fely.in c.G, per-*

*petuus, nu 11. de fide inſtrum. & D. meus Phil. Dec. in l. 2. num. 28. vbi hanc alleg citare voluit, C. de eden. prout Lap. etiam hic idem Dec. refert, & ſequitur in c. 1. poſt numerum 96. verſic. & iſto ſecundo caſu, de probatio.*

d ¶ Libello ] *Hanc citat, & ſequitur Pariſ. conſ. 94. beneficium, num. 14. & conſ. 136. ſtante defectu, nu. 29. uol. 4. Et regulare eſt, quòd qualitates expreſſę, ſeu requiſitę probari debeant. ad ea, quæ adduco in 52. q. Reg. de Anna. num. 6. An autem & quando, & quas cauſas, in libello, vel reſcripto narratas quis probare debeat, vide latè per Felyn. in cap. ex parte 1. colum. 10. & ſeq. verſic. & cum iſtis. de reſcr.*

e ¶ Vide in alleg. 77. ] *Puto legendum 72. vt ibi aduerto in fi.*

### SVMMARIVM.

1 *Sepultura in uno loco electa an poſſit mutari.*

2 *Moriens ſine ſpeciali ſepulturæ electione debet in eccleſia parochiali ſepeliri.*

3 *Aliud eſt ius parochialis, & aliud eſt ius funerandi.*

## ALLEGATIO LIX.

1 a QVædam † puella duodecim annorũ mortua eſt non electa a ſepultura; pater vero dixit eam velle ſepelliri in eccleſia parochiali, pulſari fecit campanas, & elegit locum ſepulturæ, & facta fuit fouea, & poſtea fecit eam portari ad aliam eccleſiã & ſepeliri. In eccleſia vero vbi ſepultura fuit facta ſunt ſepulturæ maiorum. Quæritur nũquid poſſit peti corpus, vel emolumentum per prædictam parochialem eccleſiam? & videtur quòd parochialis eccleſia prędicta repetere poſſit corpus, & emolumentum, quod ſic probatur. Nam ſi iſta mulier veniebat ſepelienda in eccleſia parochiali patet, ꝙ alibi fuit recepta contra prohibitionem iuris, quo caſu tam corpus, quam emolumentũ
b ſunt reſtituenda, de ſepult. c. 1. lib. 5. b quod autem eſſet ſepelienda in parochiali eccleſia patet, quia erat ætatis legitimæ, & ſic iuxta caſum decre. licet, lib. 6. eo. tit. quæ dicit, quòd ſi conſuetudo id habeat poſſunt parentes eligere ſepulturam filijs ſuis impuberibus.
2 † Sed in caſu noſtro erat pubes, & deceſſit non electa ſepultura, quo caſu videtur ſepelienda in
c eccleſia parochiali c per decret. in cui. eod. tit. & licet quilibet dicat, quòd tali caſu in parochiali, vel in ea in qua ſunt ſepulturæ maiorũ: tamen ordo ſepulturæ ſequendus eſt, vt not. glo. hic & in cap. licet. Sed in dicta decre. cum quibus. præmittitur parochialis, ergo & hoc in puberibus. In impubere videtur, quòd in ea vbi ſunt ſepulturæ maiorum per dictam decret. licet; quòd tali caſu poſtponit parochialem. Ioan. tamen mo. etiam in caſu noſtrę decre. licet. dubitauit. Primo enim dicit in dubio ordinem ſepulturæ ſeruandum: ſecundo dicit, quòd potior erit parochialis eccleſia ſi cum alia contendat; ſed ſi non contendat amicis dabitur electio. in addit. cum dixit eccleſiam parochialem potiorem vbi decidit in parochiali, ſi alibi ſecus; vbicunque tamen ſepeliatur, parochialis debet habere ſuam canonicam portionem,
3 † quia aliud eſt ius parochialis, & aliud eſt ius funerandi, probatur
d hoc in c. cum quis, de ſepulturis, lib. 6. d vbi patet, quòd is, qui eſt parochianus vnius eccleſiæ & habet ſepulturam maiorum in alia, ſi eligat ſepulturam in tertia, quartæ canonicæ portio debetur non eccleſiæ relictæ, ſed parochiali.

### Addit. Quint. Mandoſij.

a ¶ Non electa ] *Hæc filia fa. pubes ſepulturam ſibi eligere potuiſſet, vt hic ſupponitur, & uoluerunt Bar. in l. qui in poteſtate, uerſ. in uno caſu, & in l. ſi filiusfa. poſt nu. 2. ff. de teſta. & Ang. de Gambel. in tract. teſtamen. glo. 8. in uerſ. item ſepulturam ſibi eligit, num. 3. & probatur in c. licet. de ſepul. lib. 6. § quamuis, & ibi Anch. in 6. not. & Gemin. num. 3. adducunt rationem differentiæ quare in poteſtate patris exiſtens poſſit ſibi ſepulturam eligere, teſtari autem non poſſit etiam patre conſentiente, ad tex. in l. qui in poteſtate, ff de teſta. Fede. de Sen. conſ. 298. quoniam ueritas, ad fi. & Sozzi. Reg. 153. in uerſic. filiusfam.*





b ¶ Lib. 6. ] *Et c. fraternitatem, ad fi. cap. ex parte, in fi. c. ſeq. & c. in noſtra, eod. titu. & Lap. hic citat, & ſequitur Franc. in allegat. cap. 1. §. ſi uerò, in 2. not. de ſepul. lib. 6.*

c ¶ In eccleſia parochiali. ] *Lapus videtur tenere, ꝙ pubes ſepultura non electa ſepeliri debeat in eccleſia parochiali, non in ſepultura maiorum, mouetur ipſe per text. in c. is cui de ſepul. lib. 6. & arguendo ab ordine ſcripturæ ex quo iura loquentia in caſu noſtro præmittant parochialem, non autem ſepulturam maiorum. Breuiter contraria opin. vera videtur, quam tenuerunt Anchar. in alleg. c. licet, in 5. not. verſ. ſicut maior, quando non eligit ſepelitur ibi, ita & minor qui nõ poteſt eligere ex defectu ætatis. Idem voluit ibi Franc. ante nu. 3. uerſic. ſed quid in pubere ſi decedat non electa ſepultura, concludit quicquid dicat Lap. hic illum in eccleſia maiorum potius ſepeliendum ſi poteſt, alias in parochiali. & ipſe, & ante eum Gemin. ibidem in fi. referentes dicta Lapi hic, dicunt deciſionem huius dubij pendere ab intellectu, cap. is qui. eod. lib. 6. ille tex. uerſ. ſi non electa ſepultura decedat ibidem, non in eccleſia dictæ uillæ, ſed in ſua parochiali, uel in ea potius in qua maiorum ipſius ab antiquo ſepultura extitit ſepeliri debebit. Omnis difficultas pendet ab illa dictione potius, an ſtet correctiuè, quo caſu comprobabitur opin. Anch. & Phil. Franc. ubi ſupra, quod quidem noluit Archid. in d. c. is qui habet domiciliũ, alias in eius lectura incipit ſi quis domicilium, & in princ. exorditur, potius correctiuè ponitur, & Archid. ſequuntur ibi Io. Ioan. Andr. & Gemin. nume. 4. & Franc. poſt nu. 2. in 3. no. ubi exponit potius, ideſt imò, illa etiam uerba, uel in ea potius, ponderat Oldr. conſ. 25. Thema tale, poſt nu. 4. Ex cuius uerbis, quæ poſtea ſubijcit, nu. 6. ſumi poteſt ratio generalis pro hac opi. & circa caſus ſimiles, ꝙ reſpectu ſepulturæ maiorum parochialis non eſt conſiderabilis. Pro hac opin. adduci etiam poteſt Abb. in c. 1. in 1. not. de ſepul. de electione ſepulturæ in loco maiorum habes tex. ſacræ paginæ, Geneſ. 47. ad fi. Condaſque in ſepulchro maiorum meorum.*

d ¶ De ſepul. lib. 6. ] *Et c. 1. & ibi Abb eo. & per eundem in c. cum ſuper. in fi. Pet. de Vbal. de Peru. in 7. cap. Cano. Parro. in 12. quæſt. poſt num. 17. & quæſt. 18. num. 24. in princip. quæſt. & in fin. uerſic. Dices ergo canonicam deberi ſoli eccleſię parochiali, & hoc dictum Lapi pro ſingu. & not. refert, & ſequitur Franc. in alleg. cap. cum quis poſt princ. uerſ. uide per Lap. & c ſeq. col. 2. poſt num. 2. uerſic. & licet quo ad ſepulturam, de ſepul. lib. 6. Nonnunquam uerò ius ſepulturæ, & ius parochiale ſunt idẽ nonnunquam diuerſa, vt per Fede. de Sen. conſ. 253. quidam puer. num. 5. verſic. vnde ſciendum eſt, & per Pet. de Vbal. cap. 8. de Cano. Paro. num. 33. verſicu. Iura enim ſepulturæ, & parochiæ ſunt diuerſa.*

### SVMMARIVM.

1 *Executor datur ad diſpenſandum ſuper defectu, ſuper quo dependet coram ord. inquiſitio, an debeat aſſumere partes iudicis.*

2 *Executor datus cum clauſula, ſi ita eſt, quid importet & num. 6.*

3 *Cõſtare aliquid, quomodo intelligi debet.*

4 *Verbum, ſi tibi uidebitur, quid importet.*

5 *Stilus curiæ facit ius.*

7 *Iudex ſecundus cognoſcens de incidenti, coram primo, an poſſit illi inhiberi ante cauſæ cognitionem.*

## ALLEGATIO LX.

VIſis literis Apoſtolicis directis ad Reuer. Patre D. Card. ſuper facto abbatiſſæ monaſterij S. Mercurialis, & ipſarum tenore perlecto, putarem talem formam procedendi in ipſo negotio poſſe per ipſum D. Card. de iure ſeruari: vi-

ri: videlicet quòd non aſſumet partes iudicis,
nec negocium contentioſum faceret: quia & ſi
poſſet, non expedit, nec neceſſitatur de iure
hoc facere. Eſt enim per dictas literas apoſto-
licas deputatus executor ad gratiam faciendā
dictæ abbatiſſæ, quòd non obſtante quod tem
pore ſuę promotionis corrupta eſſet per vim.
ſic, & valeat eius promotio, ac ſi virgo fuiſ-
ſet, &c. & talis executor ad gratiam faciendā
deputatus non cogitur partes iudicis aſſume-
re, ſed vt merus executor poteſt procedere ſe-
cundum ea, quæ ſcribit Innoc. & Ioan. Andr.
in c. ſi. de præſump. & gl. in cle. 1. de off. deleg.
a [a] Nec ob. prædictis, quòd in dictis literis apo-
ſtolicis appoſita eſt clauſula, ſi ita eſt, quia ta-
lis clauſula ſubintelligebatur etiam ſi non
b fuiſſet expreſſa, de reſcriptis. ex parte, [b] & ta-
les clauſulæ, non reddunt reſcriptum condi-
c tionale, nec requiritur cauſæ cognitio, vel
vocatio partium: immo tenent mero iure quę
fiunt; vt ſatis legitur, & notatur in d. cap. ſi. de
præſumptio. & in præallegata clem. iudex. de
offic. deleg. immo ſi fuiſſet appoſita clauſula ſi
reperieris prædicta eſſe, adhuc non neceſſita-
retur ad cauſæ cognitionem cum vocatione
partium. Secus ſi fuiſſet appoſita clauſula ſi ti-
bi conſtiterit, vt ſcribunt Doct. in præallegat.
cle. iudex. Eſt autem ratio ſecūdum eos: quia
in prima clauſula ſufficit, quòd ita ſit ſine cau
ſæ cognitione. Secundo caſu requiritur cauſæ
cognitio, & hoc denotat ſignificatio ipſorum
d verborum: [d] Nam reperire, eſt ſcire docere
3 prædicta vbi ſint. Sed † conſtare, eſt certum, &
apertum eſſe, ꝗ eſſe non poteſt, niſi partibus
vocatis, & cauſæ cognitione præcedente. Itē
pro hac parte eſt ponderandum, ꝗ dominus
Papa committit do. Card. dictam gratiam fa-
ciendam ſi ſibi videbitur, ꝗ dicta abbatiſſa ſit
vtilis regimini dicti monaſterij, quæ clauſu-
la, de ſui eſſe non ſonat in cognitionem: niſi
e ſicut illa ſi eſt idonea, [e] vt præalleg. iuribus, &
maximè cum adijciatur verbum ſi tibi vide-
f bitur, [f] † quod verbum remouet ſtrepitū par-
4 tium, & denotat arbitrium boni viri: vt. ff. de
g ſideicom. l. 1. ſi fidei. [g] & iſta verba ſit tibi vi-
debitur, æquipollent illis iudicio tuo, quę ver
ba important liberam voluntatem: vt. ff. de fi-
deicom. liber. l. Thays, §. Lucius, ſecundum gl.
ibi poſitam, quo caſu cauſæ cognitio, vel par-
tium citatio non eſt neceſſaria; ſecundū quod
dicimus, ꝗ quando committitur aliquid fieri
h ſuper conſcientia [h] commiſſarij onerando nō

requiritur cauſæ cognitio. de reſcriptis ſtatu-
tum, §. aſſeſſorem, lib. 6. & ibi glo. & melius
in Clem. 1. de iurepat. in glo. oneramus. Et in
ijs, quæ ita dependent à voluntate commiſſa-
rij, non competit parti querela, ad hoc quod
ſcribit Guil. in Spec. de offic. iud. §. impedit
quoque, & quod ſcribit Ioan. And. de reg. iur.
5 infamibus, in quæſtione in ſolutione, lib. 6. † fa
i cit pro iſta parte ſtilus curię [i] qui facit ius, qui
habet, ꝗ in literis contentioſis per quas com-
mittitur deciſio quæſtionis apponitur clauſu-
la, vocatis, qui fuerint vocandi, &c. quæ in di-
ctis literis non fuit appoſita: ſed fuit appoſita
clauſula, quæ in gratioſis conſueuit apponi, ſi
eſt idoneus, ſi tibi videbitur, quæ non ſonat in
cognitionem, vt prædiximus. Nec mirum, cū
enim ſcribat hic papa ſuper gratioſa quaſi di-
ſpenſatione facienda dictæ abbatiſſæ, eligit
induſtriam do. Card. vt boni viri. de offic. de-
leg. c. ſi. & c. is cui. eod. lib. 6. non autem cauſæ
cognitionem contentioſam, immo fuiſſet hoc
contra naturam actus, quòd pro gratia obti-
nenda abbatiſſa religioſa, & recluſa deberet
ſubire contentioſum iudicium: cum tamē pen
dente accuſatione, poteſt ſuperior qui habet
K aliam poteſtatem [k] diſpenſare inuito accuſa-
tore: Debet igitur præfatus dominus Cardina
lis ſe ſimpliciter, & de plano extraiudiciali-
l ter informare, [l] an dicta abbatiſſa ſit inutilis
in regimine dicti monaſterij, & an expoſita
per eam domino papæ ſint vera, ſcilicet quòd
fuerit electa, & confirmata per epiſcopum, &
hoc per decret. electio. faciliter poterit appa-
rere. Et an. 20. annis præfuerit dicto monaſte-
rio, vt expoſuit: & ita ſeruaui in commiſ. quas
fecit dominus noſter papa epiſcopo Florent.
quòd ſi diſpenſet cum aliquibus in tertio, vel
quarto gradu coniunctis, vt tali impedimen-
to non obſtante, ſi eſt ita, vt partes expoſuerūt
diſpenſet, ꝗ poſſent matrimonialiter copula-
ri: & extraiudicialis informatio recipitur de
m veritate; remanet tamen ſaluum ius eorum [m]
quibus poſſet præiudicari ſi citati non fue-
runt, vt poſſint agere contra actum factum ſi
iuſtam habent aliam cauſam, nec obſt. exce-
ptio rei iudicatæ, vt not. in d. c. ſi. de præſump.
& in d. clem. iudex, de officio deleg. Nec eſt
opus ante dictam diſpenſationem mittere edi
ctum. Nam edictum fuit emiſſum in confirma
tione dictæ abbatiſſæ, & papa per hanc diſpen
n ſationem [n] vult perinde, ac ſi dicto tempore
fuiſſet virgo, &c. Vnde alios defectus non tol-
lit;



lit; vnde pro tollendo hoc impedimento non
requiritur edictum. Ipſa enim abbatiſſa ſeip-
ſam ſuper hoc accuſat, vnde alio accuſatore
opus non eſt: nec iure cauetur hoc ꝗ diſpen-
ſando, ſiue iuſtificando titulum vnius canoni-
ci requiratur edictum. Item non eſt opus cita-
re ad ſententiam, quia nō debet ſuper ijs ema
o nare ſententia [o] ſed gratioſa diſpenſatio; aliàs
ſequeretur, ꝗ epiſcopo non comparente non
poſſet fieri diſpenſatio, vel eo comparēte poſ-
ſet fieri litis conteſt. &c. quæ ſuper diſpenſa-
tione facienda non congruunt. Nec eſt opus
iudicio meo requirere proceſſum factum per
epiſcopum contra dictam abbatiſſam: nā pro-
ceſſus ille tendit ad remotionē abbatiſſæ pro-
pter defectum corruptionis: & proceſſus Car
dinalis tendit ad gratioſam diſpenſationem,
tam contra proceſſum, quam contra defectū
corruptionis; ſed ſufficit de ipſo proceſſu fa-
ctam fuiſſe mentionē in impetratione ad eui-
tandum ſurreptionem, quæ vitiaſſet gratiam
impetratam. Inſuper dico, ꝗ dominus Cardi-
nalis poteſt inhibere prædicto epiſcopo Py-
ſtorien. ne pendente diſcuſſione prædictorum
coram eo, faciat contra dictam abbatiſſam ali
quam nouitatem, niſi poſtquam eidem epiſco
po conſtiterit, quòd idem Cardinalis dictam
conceſſionem, ſiue diſpenſationem facere re-
cuſauerit, ſeu deliberauerit non facere. Non
obſt. huic inhibitioni decret. non ſolum. tertio
reſponſo. & ca. Romana. §. ſi verò, & §. ſi cum
alijs, de appel. lib. 6. & licet alij iudices princi
pales non debeant hanc inhibitionem facere,
niſi cauſa cognita, vt probatur in auth. in me-
dio lit. ſacras iuſſi. non fieri per totum colla-
p tione. 8. [p] † Tamen quando cauſa, quæ tracta
7 tur coram alio iudice eſt incidens, & de ſui
natura præiudicialis cauſæ, quæ tractatur per
q primum iudicem; tunc ſtatim [q] ſine alia cauſę
cognitione ſecundus iudex primo poteſt inhi
bere, de ordine cog. tuam, qui filij ſint legiti.
lator. Ita in propoſito cauſa, quæ vertitur co-
ram Epiſcopo, vt remoueat abbatiſſam pro-
pter defectum corruptionis eſt omnino præiu
dicialis cauſę vertenti coram Cardinali ſuper
diſpenſatione ſuper tali defectu. Et ideo de-
bet ſuperſederi ne diuerſis proceſſibus intrin-
cetur negocium contra dictam decret. tuam.
r [r] Præterea executor datus ad prouidendum
de beneficio; quod impetrans infra menſem
ſ duxerit acceptandum, ſtatim inhibet [s] colla-
toribus, ne conferant menſe durante, vt in iu-
re notatur, pari ratione dominus Cardinalis
executor deputatus ad faciendam dictam gra
tiam diſpenſationis poteſt inhibere, ne pen-
dente deliberatione ſuper gratia facienda con
tra defectum corruptionis procedatur. Et ſe-
cundum prædicta poſſet dominus Cardinalis
pro ſua religione inſtruenda in prædictis ex-
traiudicialiter tanquam merus executor, &
non tanquam iudex ſcribere Epiſcopo Pyſto.
in forma quam in alia cedula annotaui.

## Addit. Quint. Mandoſij.

a ¶ De ofnc. deleg.] *Eſt in verſ. reperiunt. Vide per hunc ſupra alleg. 15. idem eſt poſt num. 5. & alleg. 28. delegata, num. 3. cum ijs quæ utrobique addo.*
b ¶ Ex parte.] *Et Bal. in c. ſuper literis. numero 19. de reſcrip. Bellam. Dec. 4. falſi expreſſio, poſt princ. uerſ. Adeo, quòd in reſcriptis ſemper intelligitur clauſula ſi eſt ita, Fulg. conſ. 23. num. 2. vbi quòd de iure canonico hæc clauſula ſubintelligitur, & latè per Felyn. in d. c. ex parte, in uerſ. clauſula ſi preces, & per D. meum, conſ. 350. viſis, num. 1. & 403. quamuis, num. 16.*
c ¶ Conditionale.] *Iuxta tex. in l. conditiones extrinſecus, ff. de condit. & demonſt. ca. ſignificaſti, in princ. de electio. Bellam. præalleg. Dec. 4. verſ. cuius occaſione, vbi quod clauſula poſita in reſcripto non inducit nouam formam, nec conſequenter partis vocationem in executore.*
d ¶ Verborum.] *Pro ijs clauſulis, ſi inueneris, ſi repereris, ſi tibi conſtiterit, vide Rot. 684. & ſequent. in antiq. Felyn. in c. ſi conſtiterit. de accuſat. & in cap. fin. poſt numerum 33. ubi ſequitur Lap. hic. de præſump. Vide etiam hunc ſupra allegat. 15. & 18. & in annotatio. quæ aſcribuntur Papazono ſuper Dec. 12. num. 3. tit. de offic. deleg. in nou.*
e ¶ Si eſt idonea.] *Hæc clauſula, & illa ſi eſt vitæ laudabilis, non faciunt conditionē, Oldr. conſ. 51. breuiter videtur, num. 1. ver. ſecunda verò, Imol. in clem. 1. num. 20. de*

 *offic.*

offic.deleg.Andr. Alcia.in tract.præſump. par.3.reg 3.præſumpt.3.cum ibi additis.

f ¶ Si tibi videbitur.] *Vide latè per Bart. in extra.ad reprimē. in ver.videbitur,Bal. in l cum antea,poſt num.4.verſic. item eſt conſiderandum,C.de arbitr. Imol.in cle.ſæpè,num.34.quæſt.vlt.de verb.ſign.Ant.de But.& Imol.in c.1.& ibi latius Felyn.poſt num.51. uerſic. Et ſi dicatur committimus voluntati tuæ,de conſtit.& in regu.25.addit.ad Sozzi.in verſ.commiſſio facta alicui ſecundum voluntatem,& infra alleg.128. factum, num.3.*

g ¶ L.ſi fidei] *Legerem vt.ff. de leg.3.l.fideicommiſſa.§. quanquam, & quòd ita ſit legendum collegi etiam ex alleg. 128. nume.3.& ſic vna, allegat.alteram declarat, prout vna lex alteram legem arg. tex. in l. vt gradatim,ff.de mune.& hono.& l. fi.C. qui teſta.face.poſ.& Lap.hic ſequitur præceptor meus Dom.Phil.Dec.in rub.de iud. in 1.lect.colum.5.uerſ.vnde tali caſu.*

h ¶ Conſcientiam.] *Lapum hic ſequitur Phil.Franc.in c.ſtatutum,§.aſſeſſorem ſuper glo.1.num.6.de reſcript.lib.6. vide ſupra alleg.15.idem eſt,ad fin. & ibi addo in ver. conſcientiam.*

i ¶ Stilus curiæ.] *Quòd ſtilus curiæ faciat ius probatur in c. quam graue.de crimine, fal.idem uoluerunt Cald conſ.8.an exiſtēs, num.4.ſub titu.de reſcrip.Compoſtel. in ca. Rodulfus poſt princ.& ibidem Cardin.in 1. oppo.de reſcrip.vbi quòd ciuitas,& diœceſis pro diuerſis poni debent, & hoc propter ſtilum curiæ,& quòd ſtilus,& conſuetudo Ro.Cur.faciat ius, & attendi debeat voluerunt idem Card.in c.ad hæc,col.2.ad fi. uer. item erat locale quo ad Rom.Cur.de offi.archid.& in c.quod ſuper,nu.3. de fi.inſtrum. Abb.in c.bonæ me.1.poſt nu.12. de poſtul. prælat.Fel.poſt alios,in c.2.de reſcr. nu.16. in ver. ſtilus,D.meus,conſ.699. aliàs pen. nu.5 & Cur.iun.conſ.138. num.13. aliter de ſtilo Rom.Cur. loquitur idem Lap. ſupra alleg.52.Lætatus,poſt princ.vide alia, quæ ibi addo in verſ.ſtilum.*

K ¶ Aliam poteſtatem.] *Aliàs altam, i. magnam,ſeu amplam poteſtatem,quæ elicitur ex illis uerbis ſi tibi videbitur,ad ſupra adducta,& quia cōmiſſio facta erat Cardinali, quæ ampliſſima cenſeri debebat propter ſupremā illius præeminentiā, & dignitatē, quæ poſt papatū eſt maior quauis alia, vt per Hoſt.in c.dilectus, 1.col.2.uerſ. hoc tamen hodie tenet, quem ibi cōiter ſequuntur.de præb.Card. in cle.ne Romani de elec. Barb.de præſt.Card. in 1.q.1. par. ante nu. 45.vel ſi magis placet prima lectura,dic q̀ dixit aliam,ſupponens,q̀ iuxta vnam poteſtatem procedere poterat aſſumendo partes iudicis,citando partē,& alia faciendo:iuxta alteram verò poteſtatem,vt merus executor ad glo magnam in cle.vni.de offic.deleg.etiam inuito accuſatore, & ſic non citato prout poſtea ſubijcit, & iuxta regulam, l.qui poteſt inuitus ff.de reg.iur.*

l ¶ Informare.] *Hoc dictum citat,& ſequitur Pariſ.conſ.57.ſtante,nu.50.vol.4.& illud conſ. & Lap. hic ſequuta etiā fuit Rota in Oxomen.corā bo.me. Fabio Accorambono,vt Dec. Achil.4.de diſpen.& annullauit diſpenſationē habentē clauſulā ſi ita eſt, ex quo nulla cauſæ cognitione præcedente executor diſpenſauit illico literis præſentatis.*

m ¶ Saluum ius eorum.] *Hoc eſt notabile, & ſingulare dictum, quod etiam habemus infra alleg.128.factum.poſt num.3.uerſic. ſed prout concernit præiudicium tertij, & illam alleg. licet ſub alio numero refert, & ſequitur Lud.Rom.in l.filiusfa. ante nu.29. verſ. & iſta determinat in ſpecie Lap. ff. de donatio. Idem etiam voluit Matthæ.Matheſi.in 14.ſingu. incipien.no. quòd ubi iudex,& illud ſingu.ſequitur Fely.in c. qualiter.2.§.ad corrigendos,ad fin. 3. not.ante nu.22.de accuſat. Lapum etiam hic citant, & ſequuntur idem Felyn. poſt Anto. de But.in c.1.nu.51.& D.meus ante num.22. verſic.ſecunda in quæſtione, de conſtit. idē Felyn.in c. qualiter 1.col. 7. poſt num.13. verſic. facit etiam quod eleganter, & idem voluit in c.ſignificauerunt ad fin.de teſti.et idem Dec.in c.dilecti filij,num.6.de iud.*



n ¶ Diſpenſationem.] *An corrupta abſque diſpenſatione in abbatiſſam promoueri poſſit, & an epiſcopus diſpenſare potuiſſet cum corrupta dic, quòd non per ea, quæ adduco ſuper ſigna.dum de diſpenſatio.tracto, verſic. diſpenſatum fuit tempore Lapi, & verſic. ſeq.*

o ¶ Sententia.] *Quòd nec vocatio partis, nec ſententia requiratur in ſimilibus executoribus,vt per glo.magnam in clem.vni. de offic.deleg per glo.in uerſ.inquiſitionem, in clem.vni.de conc.præben.Rot.7. vtrum capi.colum.3.verſic.præſertim, quia inquiſitio fuit ſuper idoneitate,Biſigne. titu.de reſcript.in antiquio.*

p ¶ Colla.8] *Et per Roman.Caſtrenſem,& alios in l.de pupillo.§.meminiſſe,ff. de nou. ope.nunc.& per Stepha.Bertran. conſi.61. viſo,num.1.par.1. in primis.*

q ¶ Statim.] *Quando iudex ſtatim inhibeat vide,quæ ſcripſi in 3.q.ad fi.de exhibitio.& Lap. hic ſequuntur Ant. de Butr. in alleg.c.tuam,col.4.verſ.ex ijs poteſt decidi, & Abb.num.5.in vlt.not.ac. num.11. qui diſtinguit de ordin. cogni. idem Abb.qui hanc alleg.citare voluit conſ.5.nu.1.lib.2. Alexan.conſ.68.in cauſa poſt nu.2.vol.7. & Lap.hic citare voluit idem Alex.conſil.149.in cauſa,nu.4.uol.6.idem Alexan. conſ.9.num.2.volum.4. huic alleg. reſpondet,eamque declarans dicit ex ea non colligi inhibitionem decerni poſſe parte non citata,& ibi Apoſtil.in uer.citari, alios ad id refert.& Lap.etiam hic ſequuntur Ambro. de Vigna. de vſur. num.132.qui hanc alleg.citare voluit,& Phil.Franc.in c. Romana,§.quòd ſi obijciatur, ante num.3. de appella.lib.6.ac Ruy.conſ.61. in lite,nu.6. qui hanc alleg. adducere voluit uolum.5.*

r ¶ Decre.tuam.] *Et ibi per Ant.de But. & hanc conſiderationem intricationis proceſſum habes etiam conſil. Abb.5. in quæſtione, num.primo,libro ſecundo.*

ſ ¶ Inhibet.] *Hodie non eſt opus inhibitione propter adiectionem menſis, de quo in clem.vni.§.ſecus autem.de conſ.præben. & propter decretum irritans paſſim apponi ſolitum, quod ligat manus ordinariorum, & aliorum ad conſil.Oldra.306.quamuis, poſt princ. & de effectu decreti huiuſmodi tracto in 4.quæſtio.7.regu. Eſt uerum quòd inhibitio operari poterit, vt ſi ordinarius non pareat via attemptatorum breuiori, faciliori, ac fauorabiliori, quicquid factum fuerit in primis, & ante omnia reuocari poſſit,ad ea quæ adduco ſuper.14.com. Attemptatorum,in Gloſ.Facul. uerum etiam abſque hac inhibitione ex ipſis verbis decreti irritantis attēptata reuocari poterūt.*

*SVMMARIVM.*

1 *Monachus in duobus Monaſt.ſucceſſiuè, & licitè profitens ſi qua bona aquirat cuius erunt.*

2 *Adminiſtrator an poſſit licentiam concedere monacho tranſeundi ad aliam arctiorem regulam.*

3 *Conſtitutiones non extenduntur ad caſus odioſos.*

4 *Monaſt.ordinis Sancti Benedicti, an ſit arctioris regulæ, quam ordo Seruorum ſub regula Auguſtini.*

5 *Arctior ordo, & minor ordo quis dicatur.*

6 *Bona delata per monachum ad primum Monaſterium, an tranſeant ad ſecundum Monaſterium,ad quod talis monachus licitè tranſiuit.*

## ALLEGATIO LXI.

1 QVidam Franciſcus † intrauit in ordinem fratrum Seruorum S. Mariæ, de Pyſtorio ordinis Sancti Auguſtini: & habitū aſſumpſit, & in eotam per lapſum temporis profeſſus eſt tacitè; quam poſtea per profeſſionem expreſſam

ſam factam per eum ſolenniter per publicum
inſtrumentum. Tractatu temporis licentia pe
a tita, & obtenta [a] ab adminiſtratore ordinis
prędicti ſimpliciter ſe transferendo ad alium
ſtrictiorem ordinem factus eſt monachus ſan
cti Guil. ordinis S. Benedicti Cluſinenſis dio-
cœſis intrauit, & habitum ſumpſit, qui poſtea
continuè ſtetit extra monaſterium in ciuitate
Pyſtorien. in habitu dicti ordinis S. Guiliel. ſe
abſentando à monaſterio ſupradicto, & bene-
ficium eccleſiaſticum obtinendo, ante egreſ-
ſum primi ordinis fratrum ſeruorum pater ip
ſius Franciſci profeſſi decedit ipſo inſtituto
hærede, quæ hæreditas per ipſum monachum
legitimè fuit adita. Poſtea vero ingreſſus di-
ctum ſecundum monaſterium S. Guil. ad eum
peruenit quædam domus quam emit, & certa
alia bona ad eum peruenerunt, ſed vnde tamē
neſcitur. Quęritur modo quod prædictorum
monaſteriorũ ſuccedat ipſo monacho defun-
cto. An conuentus fratrum S. Mariæ Seruorũ,
in quem primo intrauit, & profeſſus fuit. An
ſecundum monaſterium S. Guil. & in quibus,
& pro quanta parte. Super prędicto caſu quę-
ritur cõſilium iuris à me Lapo de Caſtiglion-
chio decretorum Doctore.

Pro cuius euidentia præmitto, ꝙ in prædi-
ctis ponenda videntur, & examinanda tria, ex
quorum examinatione aperietur, & apparebit
veritas, & elicietur vera iuris concluſio. Pri-
mum eſt, an prædictus tranſitus factus per di-
ctum monachum de vno monaſterio ad aliud
fuerit licitus, hoc habet duo capita. Primum
b eſt, an dictus adminiſtrator [b] potuerit dictam
licentiã concedere ex poteſtate ſui officij eſto
quòd monaſterium ſecundum dicatur arctio-
ris regulæ. Secundum caput eſt, an dictum ſe-
cundum monaſterium ſit arctioris regulæ, &
ſi non ſit arctioris, an ſufficeret licentia prædi
cti adminiſtratoris poſito, ꝙ ipſe adminiſtra-
tor habuit eandem poteſtatem, quam genera-
c liter prior [c] dicti ordini Seruorum. Secũdum
principale quod examinandum venit eſt vn-
de dicta bona præſumantur ad eum perueniſ-
ſe cum proponatur in themate neſciri. Tertiũ
principale eſt, an bona delata per monachum
ad primum monaſterium, tranſeant ad ſecun
dum monaſterium ad quod talis monachus li
citè tranſit, vel pœnes primum debeant rema
nere certis omiſſis, quæ ad quæſtionum neruũ
non conferunt. † Et deſcendendo ad primũ,
& examinando primum membrum videlicet
an dictus adminiſtrator potuerit licentiã con
cedere: eſt dicendum, ꝙ officium ipſius nõ eſt
in facto, nec in iure bene clarum. Et ideo certũ
non poſſum dare reſponſum, extra de ſpon-
ſali, de muliere. 11. q. 3. graue eſt, de tranſact.
vt reſponſum. Et ideo in hoc eſſet ad veritatē
facti recurrendum, & inueſtigare, an ipſe ad-
niſtrator vteretur tali poteſtate in ordine illo,
& an ſimiles licentias conceſſerit, quo caſu ra
tione poſſeſſionis, & reputationis communis
videtur ſufficere arg. l. barbarius, ff. de offi. prę
d toris. de regulis iuris ad probandum [d] cũ ibi
notatis alias autem hoc ceſſante de iure vide-
tur dicendum, ꝙ non, quia conceſſio talis li-
centiæ de iure ſpectat ad quem ſpectat conce-
dere licentiam volenti ad aliam religionem
tranſire, videlicet ad ſuperiorem immediatũ,
vt not. Ioan. And. in ſimili extra de teſti. cap. 2.
lib. 6. ſuper ver. ſuperiore ſuo. Hoc item not.
Paul. Bon. in Clem. vlt. de elect. vbi dicit, ꝙ ſi
eſt monachus Abbas debet dare licētiam, nec
alius ſuperior ordinis poſſet dare hanc licen-
tiam, niſi hoc habet inſtitutio regulæ illius or
dinis, ſeu conſtitutio ipſius loci Ioan. And. no.
e extra de elec. ſi religioſus [e] ſuper. 4. glo. ꝙ va-
cante monaſterio, vel eſt differendum, vel hãc
f licentiam dabit epiſcopus [f] de licentia con-
uentus monaſterij alleg. 18. q. 2. nullus: Ergo
ſecundum iſta ad dictum adminiſtratorē non
ſpectabat dare dictam licentiam, immo nec ad
priorem generalem de iure, niſi hoc habet in-
ſtitutio regulæ ipſorum fratrum, vel alia ſo-
lennis conſtitutio. Et eſto ꝙ generalis poſſit
ex regulæ inſtitutione, vel conſtitutione, ta-
men talis conſtitutio non ſe extenderet ad ad-
3 miniſtratorem ordinis: quia conſtitutiones
ſunt ſtricti iuris, & non extenduntur ad caſus
odioſos; vt eſt alienatio perſonarum ordinis.
Vnde nec adminiſtrator datus cathedrali ec-
cleſiæ, quamuis habeat liberam poteſtatē, alie
g nare [g] non poteſt, de ele. is cui. lib. 6. nec pro
ſua voluntate donare potuit immobilia, vel
mobilia; cum non ſit ſponſus, vel prælatus ec-
cleſiæ. 24. diſt. presbyteri, nec faceret fructus
ſuos; ſed debet omnia reſeruare futuro ſuc-
ceſſori, de elect. lib. 6. c. quia ſæpè. Et de admi-
niſtratione tenetur reddere rationem, 2. q. 7.
quia propter. ſecundum Arch. extra de elec. is
cui. lib. 6. Ergo cum conceſſio licentiæ de tran
ſeundo profeſſo ad alium ordinem ſit quædã
perſonarnm ipſius ordinis alienatio, dicamus
eum hanc poteſtatem non habuiſſe à iure, &
ſecun-



ſecundum hoc tranſitus non fuit licitus, quia
non petita, nec obtenta licentia tranſiuit, ꝯ de-
cre. licet. de regulari, quia verba debent intel-
ligi cum effectu, extra de cleri. non reſiden. re-
4 la. † Ad ſecundum caput iſtius primi articuli:
videlicet an dictum ſecundum monaſterium
ſit arctioris regulę. Reſpõderi poteſt breuiter
quòd ſecundum monaſterium eſt maioris, &
arctioris regulæ ſecundum primęuam regulã
dictorum ordinum inſtit. quia eſt ſub regula
Beati Benedicti, & primum ſub regula Beati
h Auguſtini, quæ eſt latior. [h] Verũ quia vt pro-
5 batur in decr. ſanè de regula, † & ibi no. Ioan.
And. in iſta materia capimus arctiorem, & mi-
norem, habendo reſpectum ad obſeruantiam,
& etiam ad conſtitutiones factas vltra regulã.
vnde non eſt in hoc caſu ponderanda regula
Benedicti, & Auguſtini, ſed ſunt ponderandæ
conſtitutiones dictorum ordinum, & obſer-
uantiæ: & certè cum fratres ſeruorum in mo-
do viuendi, & ſeruandi regulam reducti ſint
ad inſtar mendicantium, ponderata veritate
videtur, quod arctioris regulæ dici debeant.
Facit ad hoc quod in themate proponitur, ꝙ
dictus monachus poſt tranſitum continuè ſte-
tit extra monaſterium, & ſic extra obſeruan-
tiam, ex hoc videtur tranſiſſe, quia quæ ſtatim
fiunt ineſſe videntur, extra de elect. officij, hoc
tamen habet plus facti, quam iuris, videlicet
diſcernere quis arctiorem vitam ducat prædi-
ctorum duorum ordinum, quod modo deci-
dere in facto non intendo: ſed dicam quod cre
do. Si autem ponatur ſecundum monaſterium
fuiſſe arctioris regulæ, an potuerit dicta licen
tia dari, etiam poſito quòd dictus admini-
ſtrator habuiſſet poteſtatem, vt immediatus
ſuperior, not. Archid. in dicta decretali ſi reli-
gioſus, & Ioan. Mo. & Ioan. And. poſt eos ex-
tra de præben. cum ſingula. lib. 6. ſuper glo. vt
ſi quod non. immo requiritur authoritas, ad
hoc latius poſſent videri quæ no. de renunc. c.
ſi. Et in Spec. tit. 2. §. ſunt quoque, uer. 24. quod
no. Ioan. Andr. de regularibus. non eſt. ſuper
gloſſ.

Ad ſecundum principale, quod examinan-
dũ eſt vnde præſumi debent veniſſe bona, quę
acquiſiuit poſt tranſitum ad ſecundum mona
ſterium, cum proponatur neſciri. Facit ad hãc
quæſtionem diſputatam per Pyleum de quo-
dam monacho putatiuo dicit præſumendum
K [k] illa bona perueniſſe ad eum ex hæreditate
paterna, quia aliunde illicitè perueniſſent, ſed
bonum præſumitur, & non malum extra de
ſcruti. in ordine faci. capitulo vno. vel ex ope-
ribus ſuis ex quo non erat in adminiſtratione
monaſterij.

6 Ad tertium principale examinandum † vi-
delicet ſi monachus trãſiens ſecũ bona tranſ-
ferat, intelligēdo de tranſitu licito, quia aliàs
non defert, vt infra dicetur glo. videtur in hoc
variare. Et gloſſa quæ eſt in decre. quod a-
l te. [l] de cler. coniug. argumentatur pro & con-
tra. Demum videtur ſentire, quòd ſi bona taci
tè tranſierunt ad monaſterium ratione perſo-
næ quod eum ſequuntur: & qualiter tunc for-
metur libellus notat Specu. de cleri. coniuga.
verſ. porro. Et hoc videtur narrare Ioan. And.
extra de ſtatu regulariũ. recolentes. ſuper glo.
datum. in nouella. & vide quod no. de probat.
cap. cauſam matrimonij, ſuper verbo mona-
cham per Ioan. Andr. poſt Goff. & Hoſtien. &
quod notat ipſe Ioan. And. de regularibus, li-
cet, ſuper verbo requirendum. Et quod nota.
17. q. 4. §. 1. in fin. primæ glo. & per Archid. ſu-
per ipſa glo. & 16. q. 6. de lapſis, glo. quæ eſt in
decret. de hoc. de ſi. videtur velle, ꝙ tranſit ad
ſecundum monaſterium vſusfructus quo ad
vixerit, ſed proprietas eſt primi monaſterij, &
etiam vſusfructus poſt mortem monachi, ita
intelligit ibi Ioan. alleg. glo. verum eſt. Tamē
quòd illa gloſſ. & iura alleg. ibi loquuntur ne
ſit oneroſus ſecundo monaſterio. Et hoc eſt
quando detruditur ibi ad pœnitentiam, vel
aliàs ſine qualitate monaſterij. Sed ſi mona-
chus zelo ſanctioris vitæ recipitur voluntariè
a ſecundo monaſterio fortè vacante ibi nume
ro non erit oneroſus: & ſic ceſſat ratio, & mul
ta poſſent dici quæ tempus non patitur, nec
expedit quæſtioni noſtræ in qua tranſitus nõ
concluditur licitus. Ex ijs ſic examinatis faci-
lius elici poteſt concluſio ad petita. Et cum
quæritur quod monaſterium ſuccedat, an pri-
mum, vel ſecundum. Reſpondetur primum
in hæreditate paterna, quæ delata fuit tempo-
re primi monaſterij, nec illam ſecum detulit,
quia tranſitus non apparet licitus ex defectu
poteſtatis concedentis licentiam, niſi in facto
aliud eſt, vt ſupra dictum fuit. Item nec ad
arctiorem regulam, vt puto ſecundum men-
tem, & veritatem iuris, niſi in facto eſſet aliud
vt ſupra dixi: & eſto quòd licitus eſſet tranſi-
tus ſecundum glo. in decre. de hoc. præallega.
m proprietas remanſit pœnes primum, [m] &
vſusfructus poſt mortem redire debet; immo
fortè

fortè, vt dicebam ex quo ſpontè receptus fuit in ſecundo, & fortè pro vtilitate ſecundi non tranſiuerunt bona, ſed hoc non eſt opus decidere modo, quia ſine hoc deciditur quæſtio. Quo autem ad bona poſtea acquiſita, ſi dicatur tranſitus illicitus, vt præfertur; & tũc quia putabatur communi opinione monachus ſecundi monaſterij, ſi fuiſſet in adminiſtratio-
n ne [n] ſecundi monaſterij, præſumerentur ex illa adminiſtratione obueniſſe, & ideo ad ſecundum monaſterium pertinerent: ſed quia nõ erat ibi, immo extra: ex ſolis operibus ſuis præſumuntur obueniſſe. Et ideo ad primum monaſterium pertinent, & ita determinauit Pyleus in d. quæſt. ante ſupra allegata. Et hoc mihi de iure videtur ſaluo cõſilio ſaniori. Lapus de Caſtiglionchio decretorum Doctor.

## Addit. Quint. Mandoſij.

a ¶ Petita, & obtenta.] *Pro faciliori cognitione eorum, quæ tractantur in hac allegat. quatuor caſus conſiderabimus circa hunc tranſitum ad aliam religionem, primus erit ſi abſque aliqua licentia quis tranſeat ad aliam religionẽ. Secundus ſi petat licentiã, ſed non obtineat. Tertius ſi petat, & obtineat ab aliquo, & dubitetur an illam concedere potuerit. Quartus erit quando obtenta fuit ab Abbate, vel immediato ſuperiore. Quo ad primum indiſtinctè concludendum eſt tranſitum huiuſmodi nullius eſſe momenti, ex quo talis tranſitus prohibitus eſt, cum in primo monaſterio in quo quis profeſſus eſt remanere debeat, c. non eſt uobis, & c. ſanè, ubi Ioan. And. & alij de regula. Lap. infra alleg. 135. pro dubij, num. 1. & ſeq. ubi etiam ampliat quando ad ſtrictiorẽ religionem fit tranſitus, et vide quę ibi addo in uer. de regula. & voluit Rom. ſequens Lap. hic conſ. 341. circa primum, num. 4. In ſecundo caſu ſi tranſitus fiat ad ſtrictiorem, ſeu arctiorem, religionem petita, licet non obtenta licentia, ualidus erit, cap. licet, ubi glo. in uerſic. licentiam, & omnes hoc tenẽt de regula. Anto. de But. in c. fin. colum. 1. de renun. Lap. infra dicta alleg. 130. poſt nu. 2. Rom. ſing. 452. Domini mei, gl. in c. cum ſingula. §. prohibemus, in uer. canonice, & ibi Fran. poſt nu. 3. uerſ. Aliquando tranſitus fit ad religionem diuerſę ſpeciei, de præben. lib. 6. & ſupponit Rom dicto conſ. 341. dicto nu. 4. & Sozzi. conſ. 222. præſens, poſt princ. lib. 2. De tertio dicendum eſt, vt infra hac eadem alle. Et poteſt poni exemplũ in licẽtia cõceſſa a miniſtro, qui aliqua põt, aliqua nõ prout per Car. conſ. 17. caſus poſt factum, num. 8 & in alijs. Et in ſumma tũc valebit licentia obtenta ſi probabitur, ꝙ a ſuo prælato, aliàs non, Abb. in c. licet, in 4. no. poſt num. 2. de regula. Et quando dubium erit, an tranſitus ſubſiſtat, vel ne, vel etiam conſtabit ipſum nulliter factum obtineri poterit confirmatio, ſeu comprobatio illius tranſitus prout per eundem Lap. infra alleg. 230. poſt num. 2. verſ. ſimiliter poteſt, & per alios quos ibi refero in uerſ. & tranſitum. In quarto caſu quando obtenta fuit licentia ab Abbate tranſeundi ad parem religionem, & ſubſiſtente iuſta cauſa, hęc licentia ſufficit glo. 1. in c. non eſt, in fi. & ibi Abb. poſt num 6. uerſ. aut vult tranſire ad religionem æqualem, de regula. Sozzi. conſ. 270. conſideratis, num. 1. vbi ſequitur Lap. hic. lib. 2. Phil. Franc. in d. c. cum ſingula. §. prohibemus poſt num. 3. uerſicu. Aliquando tranſitus fit ad parem. de præben. lib. 6. vbi limitat, niſi transferatur ad ordinem alterius diœceſis, quo caſu requireretur etiam licentia, ſeu conſenſus epiſcopi cuius intereſt, ex quo eximitur ille a ſua obedientia. Idem uoluerunt Arch. & Ioan. And. in c. ſi religioſus. in monacho electo ad prælaturam alterius ordinis extra diœceſim exiſtentis, vt epiſcopi conſenſus requiratur, ſequitur ibi Phil. Franc. citans hanc alleg. & ad eam ſe remittens poſt nume. 3. verſ. & an etiam requiratur licentia epiſcopi. de electio. lib. 6. pro quibus etiam videantur Rebuff. de tranſla. monach. nu. 5. & ſeq. in praxi, & quæ annotaui ſuper ſigna. rub. de licentijs. verſi. Religioſis dari conſueuit, cum alijs, quæ ſequuntur. Quid autem ſi licentia obtenta fuit ab immediato ſuperiore* infra



*infra uidebimus. Alia membra uide per Gemin. in alleg. c. cum ſingu. §. prohibentes, de præb. lib. 6. & per alios relatos per Apoſtil. magnam ad Abb. in c. nõ eſt, de regula.*

b ¶ Adminiſtrator.] *De poteſtate adminiſtratoris in ſpiritualibus, & temporalibus tractat Lap. ſupra alleg. 50. ſunt & alij, nume. 1. & alleg. ſeq. nu. 5. vbi aliqua addo in uerſic. adminiſtratio. Verum hic aliter ſumi poſſe videtur adminiſtrator quam ibi, & vt Lap. hic ſubijcit non conſtabat quam poteſtatem haberet iſte adminiſtrator, ut puto hic adminiſtrator idem eſt, qui uulgo nominari ſolet miniſter, ſeu prouincialis, aut prouincialis miniſter, uel miniſter prouinciæ, de quo miniſtro habemus tex. in cap. fi. poſt prin. ibi, quia magiſtri, aut miniſtri, &c. & uerſus fi. de pact. lib. 6 & in cle. exiui, col. fi. in pluribus locis de uer. ſign. & de hoc miniſtro loquitur Lud. Ro. præal. ſing. 552. uerſ. modo ipſi. De quo etiam tractat Card. conſ. 17. caſus poſt factum, & conſ. 89. caſus ſuper quo in poſitione caſus, cir. prin. ibi Danielis eorum, & dictæ prouinciæ miniſtri, & poſtea in conſ. num. 2. in uer. item frater Marcus, pro poteſtate miniſtri fratrum minorum, vt capere poſſit fratres exeuntes, et ad ordinem reducere uide Bal. in l. ſi quis curialis, uerſ. item no. iſtum text. contra illos, qui exeunt de ordine, C. de epiſ et cler. Et ꝙ generali mortuo miniſter prouinciæ in qua celebrandum eſt capitulum generale poteſtatem habeat ſuper alios uoluit Cardin. in alleg. cle. exiui. §. penul. uerſ. & ſimiliter fratres minores, de uerb. ſign. Et quòd miniſter fratrum minorum dicatur prælatus uoluit Card. in cle. 1. in 10. quæſt. de electio.*

c ¶ Quam generaliter prior.] *Legerem quam generalis prior, prout colligi poteſt infra poſt nu. 4. ibi, nec ad priorem generalem de iure. Et pro eodem hic acciperem generalem ordinis, & priorem generalem ordinis, prout probatur hic, iun. uerſ. proximè citato, & uerſ poſtea ſeq. ibi. Et eſto quòd generalis poſſit ex regulæ cõſtitutione, &c. Similiterq; eundem numero dicam generalem, Priorem Generalem ordinis, & Abbatem. Et ſi gloſſa in clem. uni. in uerſ. Lateranen. de ſup. negli præla & Ioan. de Syl. de Benefi. par. 1. quæſt. 2. num. 53. uolunt diſpoſita in Abbate locum ſibi uendicare in priore habente principalem prælaturam in eccleſia regulari eadem ratione, immo maiori dicendum erit idem iudicari debere de Generali, ſeu Abbate, quod de priore de quo hic propter uerbum quod ſequitur, ordinis, & ſic nõ ſimpliciter loquitur de priore, qui poſſet eſſe vnius monaſterij, ſed de priore ordinis, de quo etiam priore totius ordinis loquitur Pariſ. conſ. 11. Iuſtiſſimam, in princ. volum. 4. & ſic ratione adiuncti præcedens uerbum, ſeu clauſula ampliatur, uel reſtringitur, ad l. fin. §. cui dulcia, ff. de ui. & ole. lega. l. pediculis, §. item, cum quæritur, cum glo. in uerſic. non uideri. ff. de au. & argen. lega. Et quòd prior generalis ſit idem cum Abbate, uel Generali, ſeu eandem poteſtatem, & authoritatem habeat ſupponit text. in cap. fin. poſt princ. & prope fin uerſic. Non obſtante, quòd magiſtri, uel miniſtri, aut priores generalium, &c. de pact. lib. 6.*

d ¶ De reg. iur. ad probandum.] *Dic tu de re iud. ubi pulchra glo. in uer. innodatus, & per hunc latè infra in celebri. alleg. 89.*

e ¶ Si religioſus.] *Et ibi Gemin. nu. 7. uerſ. quæro, an quilibet ſuperior poſt Cald. con. 3. ſub titulo de regula Vide omnino Ludo. Roman. ſing. 452. Domini mei. ubi dicit, quòd Docto. uariant, & cum Lapo hic quem ibi citat, reſidere uidetur.*

f ¶ Dabit epiſcopus.] *Hoc latius diſcutit, & decidit pro eadem opin. Calde. conſ. 14. incipien. canonici regulares, ubi etiam quòd epiſcopus monaſterio uacanti defenſorem, uel œconomum hoc caſu deputabit, & Lap. hic citat, & ſequitur Rebuff. in praxi de tranſla. monacho. poſt num. 6.*

g ¶ Alienare.] *Idem uoluit ſupra alleg. 50. ſunt alij, nu. 1. Et dum dicitur hic ꝙ adminiſtrator*

ſtrator cathedralis alienare non poteſt,nec donare, amplia ad quemlibet alium adminiſtratorem,rurſus,quòd nec etiam tranſigere poſſit,l.1.§.& ſeq.ff.de offic.procu.Ceſa.l.nulli, & ibi pulchra glo.ff.de tranſact. Limita niſi adminiſtrator faciat conditionem meliorem,& ſic tranſactio, & alij contractus adminiſtratoris ſi vtilitatem concernant valebunt,prout uoluit dicta glo. in l.nulli,quam communiter ibi ſequũtur, extendens ad prælatum,tutorem, curatorem, & cæteros adminiſtratores, prout etiã per Anchar.Abb.& Barbat.in c.contingit. de tranſactio.Abb conſ.62.illud de iure, uerſ. item procurator.lib.1. D. meus, conſ.297. non patitur,uerſus fin.uerſ.& quia in effectu,& nouiſſimè And.Tiraq. de Legi. connubi.glo.8. num.8.

h ¶ Quæ eſt latior.] Refert, & ſequitur Nic.Boe in tracta.de ſtatu, & vita Heremitarum,num.6.uerſ.quæ regula beati Auguſtini.

i ¶ Vltra regulam.] Idem uoluit infra alleg.130 pro dubij,num.1.videatur omnino Card.conſ.128.pro elucidatione, nu.2.ubi concludit prout Lap. hic quòd regula ordinis Seruorum ſit arctior illa ordinis Sancti Benedicti, idem etiam uoluit Abb. in alleg.hic.c.ſanè,num.4.de regula.& in Apoſtil.in ver.ad validitatem refert, & ſequitur Lap.hic,vide etiam eundem Abb. in c. ad noſtram,num.6.& ante,uerſ.ſed principaliter,vbi duæ Apoſtillæ remittunt,ſe ad Lap. hic de appel. & hoc dictum Lapi refert etiam,& ſequitur ibi D.meus, nu.11. uerſ.Et ſic habetur, quòd non ſolum ex regula,ſubdens hanc opin ſibi videri communem,cum Lapo etiam concludit Bart. Caſſan.conſ.20 num.25.& ſeq.

K ¶ Præſumendum.] Contra hanc præſumptionem plura conſiderari poßent,& inter alia illud adducere poſſumus, quòd in dubio prælatus,ſeu clericus præſumantur acquiſiuiſſe ex bonis eccleſiæ, ſeu illius intuitu, c.1.& 3.de pecu. cleri. & ad alia quæ adduco ſuper ſigna.in Licen.Teſtandi,poſt princ.uerſ.In dubio autem an bona. Rurſus hic ſola præſumptio adducitur, quòd bonum, non malum in dubio præſumendum ſit. Nec videtur obſtare regula, illa de qua hic, quòd in dubio bonum præſumatur,non malum,uulga.l.merito.ff.pro ſocio. per Innoc.in c.dudum, 2.colum. antep.poſt num.13.uerſ.item in huiuſmodi.de electio. vbi ſi probatur electum eße venatorem,interpretari debemus,quòd recreationis cauſa hoc faciat,& per Sozzi.Reg.39.in uerſ. bonus quilibet præſumitur.Nam reſpondere poſſumus, ꝙ regula illa multis modis limitatur,& inter alios,niſi tractetur de præiudicio tertij Abb.& Felyn.in c.cum in iure,in princ.de offic.deleg. & ſecundum hoc limitatur glo.in l.Titio fundus,ff.de condit. & demon. quæ uult credi debere bono viro, nam iſtud non procedit, vbi agitur de præiudicio alterius,Iaſ.in l.1.nu.7.& 11.ff.de eo per quem fac.erit, & per D.meum Phil. Dec.in c Oſius,nu.7. de electic.hic autẽ conſiderari poteſt præiudicium monaſterij ſic præſumẽdo. Rurſus ut præſumatur pro actu licitè facto requiritur prius probatio cauſe, quæ potuerit actum licitum reddere, prout in d.l.merito,vbi probatur ſeu ſupponitur, quòd ille erat dominus partis rei, qua utebatur,quæ qualitas præſumi facit, ꝙ uellet potius uti re ſua,quam furti conſilium inire: Sic & in terminis,l.item quæritur,§.qui impleto. ff.loca ne quis illicitè inhabitare cenſeatur ſupponitur. ꝙ ad tempus conduxerit, poſt tempus uero tacita reconductio præſumatur prout declarat Bart.in d.§.qui impleto,& Sozzi.in l ſerui electione,§.Labeo ait,num.3.ff.de leg.1.& licet limitatio, ſeu declaratio Sozzi. ab Alcia. impugnetur, iuxta eam tamen ut ueriorem, & melioribus rationibus fulcitam arbitri electi iudicauimus excellentiſſimus Aduocatus, D Ceſar Contardus,& ego in fauorem Domini Vatis, muſarumque alumni Ioannis Andreæ ex nobili familia de Anguillaria,

ria,



ria,fama ſuper ethera noti,de quo id profectò dici poteſt, quòd de Frãciſco Petrarcha ſcribit Card.conſ.79.poſt princ. & in c.cum in officijs, q.16.de teſta. quem etiam refert Barb.in tract.de præſtan.Cardin.par.1.q.3. poſt num.20 At ubi cauſa,quæ poteſt actũ licitum reddere non eſt probata noo poteſt ſumi preſumptio in meliorem partem,prout per Abb.in alleg.c.cum in iure, de offic. deleg. & clarius per Fely.in c.nonnulli, §. ſunt & alij,colum.7.poſt num.42.uerſi.ad iſtud poteſt reſponderi.de reſc. quem ſequitur Alcia.in tract præſumptio.in 3 Reg.3. par.præſumptio.1.num.11.in 3.limi. Inferendo ſubtiliter ad rem noſtram dico, quòd hic nec probatur,nec ſupponitur ꝙ iſte monachus ſuccedere potuerit in aliqua hæreditate paterna,nec ꝙ ſe exercuerit in aliquibus negocijs,& ſi exercuit,quòd ex illis aliquid lucratus fuerit, ergo iuxta terminos noſtros dictæ præſumptioni locus eſſe non poteſt: Niſi defendendo Lap. ponderemus illà poſtrema uerba uidelicet. Ex quo non erat in adminiſtratione monaſterij, unde inferre uoluerit, quòd a monaſterio, uel ex monaſterio,ſeu monaſterij occaſione acquirere bona aliqua non potuerit,prout etiam uoluit infra in fin.alleg. uerſic. Quo autem ad bona.

l ¶ Quod ad te.] Vbi Abb latè ſuper glo. fi.nu.4.& ſeq.idem Abb.in c.penult. nu.4. ubi diſtinguit de probatio.Gaſp.Cald. conſ. 23. quidam, & conſ.27. donat ingrediens titulo de regula.Nic.de Vbal. de ſucceſ. ab inteſt.par.2. dum de ſucceſſione clericorum regularium tractat,q.2.num.15. vbi diſtinguit, & in 2.caſu refert, & ſequitur Lap. hic Fely.in c.cum dilecta prope fi. uerſicu. quid autem ſi unus recedit de collegio, ubi citat Lap.hic,& ibidem bona Addit.de reſcrip.idem in c.in præſentia, nu.41.de probatio & per Sozzi.conſ.222.præſens,li.2. Pau.Caſtren.in l.inter antiquam,ubi etiam Apoſtil.in uer.Bona. C.de vſufru.

m ¶ Penes primum.] Vide quæ ſcripſi ſuper ſigna.de tranſlatio. uerſ.ſed quæro monachus, qui prius erat.

n ¶ In adminiſtratione.] Prout in c. 1. & 3.& ibi Doct.de pecu. clerico. Et quia hic monachus non poterat habere proprium ſi in adminiſtatione fuiſſet iſta opin. omnium præſumeretur, quòd ex bonis monaſterij, ſeu eccleſiæ acquiſiuiſſet prout per Lap.infra alleg.113.incipien.Anno eiuſdẽ, nu.1. uerſic.pro declaratione, & per Bene. Cap. conſ.20 punctus quidam,in 1.quæſi.

SVMMARIVM.

1 Hoſpitans in parochia non dicitur illius parochianus: ſed is, qui domicilium ibi habet.

2 Curati ſemper dicuntur domicilium habere apud eorum eccleſiam licet alibi habitent.

3 Priuilegium de noualibus decimis nõ ſoluendis quantum extendatur.

4 Locupletari non debet quis cum alterius iactura: Nec eſt ſpoliandum unum altare, ut alterum ueſtiatur.

## ALLEGATIO LXII.

IN Dei nomine amen. Dubitatus articulus ſuper quo conſilium iuris petitur talis eſſe uidetur. Quędam parochialis eccleſia habens in ſua parochia in totum quadraginta domos, vel circa in quibus ab olim conſueuerunt habitare laici Chriſtiani, qui a rectore dictæ eccleſiæ percipiebant eccleſiaſtica ſacramenta, & diuina audiebant officia, & oblationes debitas faciebant, & demum illis decedentibus, aut ibidem eorum corpora ſepeliebantur cũ ſolito emolumento,aut ſi alibi ſepulturam eligi contingebat,ipſa parochialis eccleſia de relectis canonicam, & ſolitam inde percipiebat portionem de iure, & etiam a tanto tempore
a cuius initij memoria non exiſtit. [a] Contingit quòd canonici,capellani, & clerici cathedralis eccleſiæ loci,volentes ſe, & ſua habitacula ampliare,obtinuerunt,& impetrauerunt plures domos de prædictis,medietatem,vel circa

ſibi

ſibi donari, & concedi pro ſuis habitationi-
bus, per quoſdam operarios deputatos per
vniuerſitatem loci, ad fabricam, & ornamen-
ta dictæ cathedralis eccleſiæ, in quibus domi-
bus ipſi canonici, capellani, & clerici habitãt,
& moram trahunt cum familia, excluſis anti-
quis, & ſolitis laicis chriſtianis parochiæ di-
ctæ eccleſiæ. Ex prædictis quæritur nunquid
prædicti canonici, capellani, & clerici, non
electa ſepultura decedẽdo debeant apud præ
dictam parochialem eccleſiã ſepeliri. Et nun-
quid alibi ſepultura electa, vel apud cathedra
lem eccleſiam ſepulti, dictæ parochiali eccle-
ſiæ ex eorũ funeribus debeatur canonica por-
tio, prout debebatur olim de ſuis parochianis
qui ibidem habitabant. Et videtur dicendum
ad primam quæſtionem, quòd debet reſpon-
deri, quòd non: quia iſti non ſunt veri paro-
chiani dictæ eccleſiæ parochialis, nec ibi tan-
b quam parochiani [b] veri morantur, quinimo
tanquam reſidentes, & reſidere volentes in di
cta eccleſia cathedrali, & non vt audiant ibi
diuina, ſed potius vt in dicta eccleſia cathedra
1 li diuina officia celebrent, nec enim † omninò
hoſpitans in parochia eſt parochianus, ſed
qui domicilium ibi habet, ſeu cenſeatur habe-
re. Item canonica portio debetur ex labore im
penſo circa parochianos de ſepulturis, c. 1. &
c circa iſtos ex cauſa prædicta non laborat, [c] er
go, &c. Nouum enim videtur quòd prædicti,
qui pars corporis ſunt epiſcopi. de ijs, quæ fi.
a præla. noui. & cap. quanto, & curam habent
ſuæ parochiæ dicerentur parochiani alterius.
In contrarium videtur, quòd debeant ſepeliri
apud parochialem eccleſiam non electa ſepul
d tura, [d] quia ex quo ibi continuò habitant, &
habent domicilium nil obſtat quin iuris paro
chialis debeant cenſeri, nec eſt contrarium
huic quòd celebrent alibi officia, & non au-
diant diuina in parochiali, & nõ laboret preſ-
byter parochialis circa eos, quia per eum non
e ſtat. [e] Hinc eſt, quòd ab illo parochiano exige
tur quarta, qui nunquam viſitauit eccleſiam,
vel de nouo venerat morte præuentus non vi-
ſitauit eccleſiam, ut no. Fed. de Senis in opere
f ſuo. 356. [f] & procedit hoc magis in clericis
2 non curatis, hoc † dico quia curati videntur
habere domicilium apud eorum eccleſiam, li-
cet alibi habitent per ea, quæ notat Archid. &
Ioan. And. poſt eum de reſcrip. ſtatutum, §. cũ
vero. lib. 6. ſuper glo. quia domicilium in no-
uel. ſed etiam in curatis, hoc idem videtur di-
cendũ ſi in alterius parochia habitat, quia do-
micilium quo ad ius parochiale intelligimus,
non quo ad iuris fictionem, vnde ſi Senen. ha-
bet eccleſiam Peruſij cum Senis continuè ha-
bitat, eccleſia ſuæ habitationis erit eccleſia pa
rochialis, licet malè fecerit, reſidentiam non
faciens in ſua eccleſia, ita no. Feder. de Sen. in
opere ſuo, 257. ante fi. &c. Ad ſecundam quæ-
ſtionem videtur per rationes ſupra allegatas
in alio articulo, quia nõ ſunt parochiani. Nec
prodeſt dicere, quòd ibi ſoliti erant habitare
chriſtiani parochiani, ex quorum funeribus
percipiebatur portio canonica: quia iſti non
ſunt iudæi de quibus loquitur, cap. quanto, de
g iud. [g] & hoc uidetur probari apertè in decre.
quanto; eſſe ſpeciale in iudæis, ergo in alijs
ſecus. In contrarium uidetur quòd dicta eccle
ſia parochialis debet percipere canonicã por-
tionẽ, ſicut percipiebat ex antiquis parochia-
nis per dictam decret. quanto. de vſu. & per
h eius rationem quam Hoſtien. ibi [h] intellexit
planè prout verbum ſonat, ſcilicet quod ha-
beatur æſtimatio prouentuum, qui prouenire
ſolebant eccleſiæ de decimis perſonalibus, &
oblationibus, cum Chriſtiani domos habita-
bant; alias poſſet tota parochia occupari, ꝙ
ſentiendum non eſt, ſed eccleſiæ ſubueniendũ
eſt, cum ex hac cauſa ſubtrahatur priuilegiũ
3 religionis, de decimis ſuggeſtum. † Facit ad
hoc quia priuilegium de noualibus decimis
non ſoluendis non extenditur ad aliud noua-
le cuius decima parochiali eccleſiæ ſubtrahi
non poteſt abſque graui detrimento extra de
verborum ſignificatione, quid per nouale in
fi. immo eo caſu ubi grauatur, & læditur eccle
ſia deſinit eſſe nouale, eodem modo dicti Ca-
nonici, cum tanto detrimento dictæ parochia
lis eccleſiæ non poſſunt ſine decimarum ſolu-
4 tione dictas domos occupare. Seruent † ergo
eccleſiam indemnem, quia non debet locuple
tari, &c. & non eſt ſpoliandum unum altare,
vt reliquum veſtiatur, vt notatur de præben-
dis. tuæ, cum ſi. Has allegationes tranſmiſi
ego Lapus de Caſtiglionchio ad Dominum
Ioannem Calde. Bonon. qui reſpondit, vt ſe-
quitur, videlicet ſuper ſecundis duabus quæ-
ſtionibus. Reſpondeo, & dico, quòd cum ca-
i thedralis [i] eccleſia loci, ſit non ſolum genera-
lis, ſed etiam immediata parochialis eccleſia
totius ciuitatis, & diœceſis, & ponderato, ꝙ
ponitur, quòd prædicti de quibus quæritur
ſunt Canonici, Capellani, & Clerici ipſius ec

clesiæ



cleſiæ cathedralis, & quòd in ipſa eccleſia
K audiunt, [k] ſiue dicunt diuina, & percipiunt
ſacramenta eccleſiaſtica: ſi non electa ſepul-
tura decedunt, debent apud ipſam cathedra-
lem eccleſiam ſepeliri; & per hoc ſequitur,
quòd ſi apud tertiam eccleſiam eligant ſepul-
turam, quòd parochialis eccleſia in qua pri-
mo Chriſtiani alibi habitabant, nullam pro-
pter hoc debet habere canonicam portionem.
Nec ob. cap. quanto, quia non loquitur nec
habet locum vbi tranſeuntes ad habitandum
in parochiali eccleſia ſunt, & remanent aſtri-
cti alteri parochiali eccleſiæ; ſicut eſt in caſu
in quo alteri eccleſiæ, tanquam propriæ pa-
rochiali ſunt proculdubio obligati. Planum
eſt enim quòd de iudæis hic non poſſet dici,
vnde illa decretalis facit, & optimè poſſet
induci ad contrarium. Item id quod dicitur
de noualibus, &c. ſophiſticè inducitur, cum
non priuilegium, ſed ius commune facit pro
pro eccleſia cathedrali. ſcriptũ per me Io. Cal.

## Addit. Quint. Mandoſij.

a ¶ Memoria non exiſtit.] *Hoc ſolum ſuffi
ceret pro titulo, ſeu priuilegio, c. 1. vbi om-
nes. de reſcrip. lib. 6. Pariſ. conſ. 27. nu. 33.
& ſeq. lib. 1. Mar. Sozzi. iun. conſ. 76. cum
diebus, poſt num. 94. lib. 1.*

b ¶ Parochiani] *Vide c. fi. & ibi Abb. de
paro. Hoſt. in ſum. eo §. quis intelligatur pa
rochianus, nu. 7. & Pet. de Vbal. in trac. de
can. paro. c. 7. nu. 2. verſ. ex ijs ergo.*

c ¶ Non laborat.] *Generaliter dicimus, ꝙ
prælatus, qui nõ adminiſtrat ſpiritualia tẽ-
poralia exigere non poſſit, c. fi. vbi Abb.
in 3. no. de paro. Fed. de Sen. conſ. 154. q ſub
ſequens, poſt nu. 5. verſ. ſed certum eſt, infra
a leg. 67. quædam, num. 8. Pet. de Peruſ. in
dicto tracta. de cano. paro cap. 7. num. 2. &
Fel yn. in c. veniens, 1. ante num. 4. de teſti.*

d ¶ Non electa ſepultura.] *C. is cui, de ſe-
pult. lib 6. per hunc ſupra allegat. 60. quæ-
dam, num. 2. & ibi aliqua addo in uerſicu.
eccleſia.*

e ¶ Non ſtat.] *Idem voluit Feder de Sen.
conſ. 253, quidam puer, colum. penul. uerſ.
ſolutio decimæ.*

f ¶ In opere ſuo. 356.] *Puto quòd addu-
cere voluerit, conſ. 254. quæſtio ſubſequens,
vbi num. 5. verſic. ſuper falſo, & poſt nu. 6.
verſicu. nunquid interim eſt parochianus
iſtius ſecundæ parochiæ? vtique, cum ve-
rò &c. & alibi, & conſ. præceden. vbi uult
quòd eo ipſo, quòd quis mutat parochiam,
efficitur parochianus alterius, & alteri ob-
ligatus eſt, ad cap. 1. de ſepult. & c. fin. de
paroch.*

g ¶ Quanto de iudi.] *Lege tu, quanto. de
vſur. prout etiã infra melius citatur. quòd
cap. quanto facit ad rem noſtram in fin. §.
fin. & illum text. in hac materia allegat
etiam Oldrad. conſil. 91. incipien. venit in
dubium.*

h ¶ Hoſtien. ibi.] *Qui mutauit ſententiam,
volens illum tex. intelligi debere ſimplici-
ter prout iacet, ac vltimum eius dictum ſe-
quuntur ibidem Ioan. Andr. Anchar.
Card. & Abb. omnes ſuper glo. fin. & limit.
Anchar. dictum Hoſtien. procedere tantum
quando parochianus, qui vendidit, vel lo-
cauit domum iudæo deſinit eſſe parochia-
nus, quo caſu læderetur parochia ſi non
poſſet agere contra iudæum, vide ibi latius
per eundem Abba. & per glo. in cap. tua.
2. in uerſic. prætextu, & per Abb. in ca. de
terris, num. 6. de deci. Quo ad rationem La-
pi hic ne eccleſia lędatur, ac quo ad deci-
mas prædiales, quòd iudæi, & ſaraceni ad
illas teneantur, vide Oldrad. præalleg. conſ.
91. Ludo. Rom conſ 489. hæc D. Pet. Lam-
ber. de iu. patro. lib. . par. 1. q. 7. art. 3. nu. 3.
Mar. Man. conſ. 188. cum alias, nu. 17.
& Pet. Rebuff. Tracta. de decimis, quæſt. 5.
num 11. & ſequen. ubi Lap. hic refert, &
ſequitur.*

i ¶ Cathedralis.] *Ad c. officij, ubi Io. And.
in princ. Abb & alij de teſta. & Petr. de
Vbal. de cano. epiſco. c. 1. poſt num. 3. uerſic.
Item quia quilibet de diœceſi.*

K ¶ Audiunt] *Plus conſiderat, quòd quis
audiat diuina, & percipiat ſacramenta,
quam ꝙ habitet in parochia, c cum quis,*

N de ſe-

*de ſepul. lib.6. Pet. de Vbal. de cano.paro. cap.7.num.11. uerſ.ſed incidenter.*

### *SVMMARIVM.*

1 *Actore agente rei vend. ſi reus negat ſe poſſidere, & actor hoc probat, an ex quo reus debet priuari dominio illius rei requiratur litis conteſtatio.*

## ALLEGATIO LXIII.

1 AGebam † rei vēdicatione ſuper fun
do, reus interrogatus negauit ſe poſ
ſidere, actor probat contrariũ, quid
erit? Reſpondeo debuit fundus au-
ferri ab ipſo reo poſſeſſore, & dari ipſi actori,
quamuis non probet rem ſuam eſſe, ff. de rei
a vend.l.vlt. [a] & no.glo.fin.in c. pen. [b] de iura.
b calum. Sed dominus Iac.Butr. in l.ſi rem, ff.de
rei vend. quærit quid ſi reus ſit conuictus de
mendacio, non vult quòd transferatur poſſeſ-
ſio; ſed dicit ſe ſtatim velle probare de domi-
nio, quia hodie conſtat, hodie agatur, glo. di-
cit, quòd poteſt, & bene, quia eſt quaſi poſ-
ſeſſorium adipiſcendæ de quo plenè per Bar.
in l. ſi idem.de iudic. Sed quærit ipſe Domi-
nus Iac. quomodo fiet translatio; credo, quòd
per condictionem ex. l. & dicam. petij rem à
Titio, & ipſe negauit ſe poſſidere, & conui-
ctus eſt de mendacio; quare peto poſſeſſionē
ad me transferri, vel ad hoc imploro officiũ
iudicis, nam ex eadem inſtantia hæc non fiũt,
quia hæc cauſa non fuit propoſita; quia pri-
mo petebam, quia dominus: nunc quia aduer-
ſarius eſt mendax; de qua habes plene in Au-
c then.de trien.& ſe.§. illud quoque, [c] ſecundũ
ipſum Iacobum. Dominus Bar. de Saxoferra-
to in d. l. quærit quo iure fiet iſta translatio
poſſeſſionis, & refert glo. dicere in d. l. quòd
officio iudicis, vel condictione ex ipſa lege;
ipſe tenet quòd per officium iudicis. Sed quę-
rit nunquid libellus dari debeat, & lis conte-
ſtari, allegat pro, & contra: tenet quòd officio
d iudicis ſine libello, & litis conteſtatione, [d]
quia fit in pęnam mendacij.

### Addit. Quint. Mandoſij.

a ¶ L.vlt.] *Vide ſupra alleg. 55. quidam coram, poſt num.2. & quæ ibi addo in uerſ. in l.in rem, vide etiam latè per Iaſ. in §. omnium.inſtit.de act.uerſ.unum etiam, num. 86.cum pluribus ſeq.in l.ſicut, §.fi. num.4. ff.de re iudi. & in l.quod te, poſt num. 30. uerſ. eodem modo conuentus actione reali, & ante, & poſt ponit alios caſus in quibus propter callidam, ſeu calumnioſam negationem, ſeu propter mendacium perduntur diuerſa beneficia, ſeu priuilegia, quæ alias competebant, idem etiam voluerunt Ludo. Rom.conſ.59.ad diſcutiendam, num.9.uerſ. quo ad ultimum, & conſ.70.uiſis, nume.4. Dominus meus, in c.cæterum, poſt num.19. de iudi. & Hyppol.de Marſil. ſuper rubr.ff. de fideiuſ.quæſt 46.*

b ¶ In c. penult.] *Vbi omnino vide Abb. num.18.uerſ.ſecundo dicit glo. & Apoſtil. ibi poſita in uerſi. auferenda remittit ſe ad Lap.hic, uide etiam Rom. ſupra adductum conſil.59.num.9. & ſeq.*

c ¶ Illud quoque.] *Vbi glo. magna in uer. & lege.in fi.quam ibi magni facit Ang. & illam pro ſingu.adducit Bal. in l.fi. num.9. verſ. & adde officium, C.de exe.rei iudi. & Franc.Cremen.ſingu.125.ſi poſt litem.*

d ¶ Sine libello & litis conteſtatione.] *Idem uoluerunt Ang.in §.omnium, ante num.9.ubi adducit prælleg.glo. in §.illud, de trien.& ſemiſ.quam dicit eſſe meliorem in iure, & Iaſ.nu 89.uer.aduerte, ubi quòd reſtitutio fiet ſine libello, ſine litis conteſtatione, & ſine iuramento calumniæ, inſtit.de actio.idem etiam uoluit Marian. Sozzi.in c.1.num.75.de libel.obla. & in c.quoniam frequenter, num.64.in 73.fallen.ut lit.non cont. & vtrobiq; citat, et ſequitur Lap.hic.*

### *SVMMARIVM.*

1 *Eccleſia an poſſit agere vti poſſidetis corã iudice eccleſiaſtico pro moleſtia, quam ſibi dicit inferri per laicum per violentiam.*

2 *Probationes extra cauſam ſunt impertinentes, & ideo is poteſt proponere quod debet probare.*

3 *Iudex eccleſiaſticus poteſt de qualibet fraude contra eccleſiam commiſſa cognoſcere.*

4 *Bona eccleſiarum detinentes, aut fraudulenter ſolutionem impedientes excommunicantur.*

5 *Libello ſufficienter moleſtiam narrante, an reus cogatur reſpondere, non obſtante, quod aſſerat in ea parte libellum obſcurum.*

## ALLEGATIO LXIIII.

1 NVnquid † eccleſia [a] poſſit agere vti
a poſſidetis pro moleſtia, quam di-
cit ſibi inferri per laicum, per vio-
lentiam coram eccleſiaſtico iudi-
ce? Reſpondeo quòd ſic, per capitulum con-
queſtus de fo. comp. vbi eſt expreſſum, & ibi
notat Innoc. nunquid certa cauſa, vel qualita-
b te [b] expreſſa in libello, pro qua poteſt adiri
iudex eccleſiaſticus, & non alius debeat ante
litis conteſtationem de dicta cauſa, vel quali-
tate cognoſci. Reſpondeo quòd non per nota-
ta per Inn.in c.cum ſit generale, & per D.Bar
c tolum [c] in l.ex quacunque, ff.ſi quis in ius vo-
catus non ierit, vel ſi debeat cognoſci, an reo
neganti incumbat probatio, vt ſcribit Franci-
ſcus de Aretio, in d.l.ex quacunque. Nunquid
poſito quod poſſit agi vti poſſidetis pro mole
ſtia coram eccleſiaſtico; poſſit eccleſia deduce
re titulum & petere declarari ipſum titulum
iuſtum non obſtante, quòd reus neget titulũ.
Reſpondeo ꝙ ſic, per decr. licet. de probatio.
2 nam quod debeo † probare, poſſum propone-
re, quia probationes extra cauſam ſunt imper
tinentes, ſi proponere poſſum, & probare, er-
go iudex cognoſcere debet, quia probatio fit
iudici, ſed ſi poteſt cognoſcere, ergo & pro-
nunciare, quia de qua re, &c. vt in decretali
prima.de ordi.cogni.vbi glo. Nunquid eccle-
ſia poſſit pro fraude, quam aſſerit ſibi factam
à laico in eo, ꝙ aſſerit ipſa eccleſia ipſum lai-
cum ad petitionem prælati ſui de pecunia ec-
cleſiæ emiſſe fundum pro fraudanda eccleſia,
adire iudicem eccleſiaſticum, & petere decla-
rari prædicta vera, & fundum ſpectare ad ec-
cleſiam, & inſtrumentum dictæ illicitæ em-
ptionis incidi. vel recognoſci pro eccleſia, nõ
obſtante, quòd reus neget fundum fore eccle-
3 ſiæ. † Reſpondeo quòd ſic, quia de qualibet
fraude contra eccleſiam commiſſa cognoſcit
eccleſiaſticus iudex, ſecundum Innoc. in c.cũ
d ſit generale, [d] de foro compet. & maximè per
iſta per cap.apoſtolicos.12.q.2.ibi.
4 Item quæ eccleſiæ ſunt, & non redierunt, †
incidendo cartam venditionis, vel emptionis,
ſit anathema ideſt fiat, ſecundum Archid. ex-
communicatio enim adijcitur actui, qui fit de
iuriſdictione eccleſiæ, & non aliter 30. diſtin.
c.ſi qua mulier.& c.quicunque. eadem diſtin.
& no.Ioan.And.in quæſtione propoſita ſuper
regula ea, quæ fiunt in argum. primæ partis,
& ſi hoc poſſum principaliter fortius per ex-
ceptionem, vt in regula iuris cui damus. Sed
quicquid excipitur poteſt peti per iudicem de
clarari, & habet etiam communis practica, nõ
enim deducuntur in iudicio, vt non declaren-
tur. Vnde quia in caſu noſtro, ꝙ fundus fuit
emptus de pecunia eccleſiæ, & ob hoc incidi
inſtrumentum venditionis proponitur, opti-
mè poſſunt peti omnia pręedicta declarari, nec
obſtat negare ꝙ fundus ſit eccleſiæ, quia qua-
litates expreſſæ in libello de quibus eccleſia-
ſticus iudex cognoſcit, inferunt contrarium,
& ideo de illis cognoſcendum eſt potius, er-
go negare debet qualitates.
5 Nunquid ſi in libello † ſit dicta moleſtia
adeo ſufficienter deſcripta reus cogatur re-
ſpondere libello non obſtante quòd aſſerat in
ea parte libellum obſcurum. Reſpõdeo, quòd
ſic: quia proponit ſe actor poſſidere, & conti-
nuè moleſtari: iſta ſunt certa; immo dico, ꝙ ex
quo propono moleſtiam, quæ ſonat in vitiũ,
& culpam, quòd certus debet eſſe reus, an hæc
fecerit; ſola contradictio quam facit reus in iu
dicio probat moleſtiam, & ſufficit ad condem
nandum, ut no.Spec.de peti.& act. §.ſupereſt.
verſ.ſed quæro.arg.ff.de rei vendic. is qui.ff.ſi
vſufr.pe.l.fi.& Bar.in l.ſi prius, ff. de noui ope
e ris nunc.in ſexta oppo. [e] vbi idem tenet.& per
D.meum Ioan.Cal.in decr.mand.de reſcript.
ubi idem tenet: ita & fortius debet ſufficere ad
certificandum reũ, hoc ipſo debet ſcire ſe mo-
leſtare, quia ſe in iudicio opponit. Si enim nol
let, cederet liti, & ſe, & actorem in omnibus
ſumptibus non vexaret: eo enim ipſo quòd ſe
parat ad litigandum, videtur inficiare actorē
verum poſſeſſorem, & ſe uelle oſtēdere, quòd
nõ iuſtè poſſidet, quòd ipſo iure cadat a poſ-

ſeſſione. Vnde ſi in proceſſu nō probet de ſuo iure, & actor probat poſſeſſionem ſatis remanet probata moleſtia contradictionis, verum etiam ex violenta præſumptione, quæ oritur de præterita, & propoſita moleſtia, quę oritur ex eo, quòd aſſumpſit pertinaciam litigandi, & non probauit; de iure ſuo, & de iuſta poſſeſſione apparebit.

### Addit. Quint. Mandoſij.

a ¶ Nunquid eccleſia.] *In hac materia habemus alleg. ſupra 59. prælatus, infra proximam, & 72. in quæſtione.*

b ¶ Qualitate] *Regulare eſt, vt qualitas expreſſa in reſcripto, vel libello, ante omnia probari debeat latè Fely. in c. licet cauſam, num. 40. de probat. & Pariſ. ſequens Lap. hic conſ. 94. beneficium litigioſum, nume. 14. volum. 4.*

c ¶ D. Bar.] *Ac Fulgo. & Alex. & Pau. Caſtren. in l. penult. §. quoties, circ. princ. & poſtea, nu. 5. verſic. item quæro in libello ff. de iuriſd. om. iudi. & per And. Tiraquel. de Vt. Retra. tit. 1. § 8. glo 5, poſt num. 17. ubi etiam Lap. hic citat.*

d ¶ C. cum ſit generale.] *Vbi uideatur et Mar. Sozzi. poſt num. 18. in 11. fallent. verſ. tertio colligit, qui hanc alleg. citat, & ſequitur ſubdens quod Doct. etiam ſequuntur, & poſtea verſ. & ad hanc materiam.*

e ¶ In 6 oppo.] *Dic tu in 5. oppo. & Bart. ibi, & Lap. hic ſequuntur Mil. in Reper. in verſic. turbatio qualiter fieri dicatur, & Alex. conſi. 52. viſo, colum. 2. num. 5. lib. 2. idem Alex. conſ. 73. uidetur prima conſideratione, in princ. lib. 3. quod conſ. allegare voluit Iaſ. in alleg. hic, l. ſi prius, vbi ſubdit Bart. & Lap. non loqui in terminis ipſius Alex. & Afflict. Dec. Neap. 94. eccleſia, num. 8. Ang. in §. æque, poſt num. 10. uerſ. aduias ſingulariter, inſtit. de actio. & Lap. hic citare voluit Iaſ. in d. §. æquè, ante num. 92. uer. ſubdit tamen, Bartho. etiam ſequuntur Cardin. in alleg. hic, c. mandatum, poſt num. 9. quæſt. 35. Ruyn. conſi. 106. in hac num. 21. vol. 5. D. meus, conſ. 695. pro reſolutione poſt nu. 12. vide etiam Pariſ. conſ. 126. nullitas, num 8. qui citat, & ſequitur Bar. ubi ſupra, & Lap. hic, uol. 4. De moleſtia, & turbatione, & ſimilibus latè tracto ſuper 5. commiſ. iactationum & moleſta.*

### SVMMARIVM.

1 *Laicus impediens quominus clericus poſſit pacificè poſſidere fundum eccleſi. debitum, an poſſit coram iudice eccleſiaſtico conueniri.*

2 *Decretalis cum ſit, an habeat locum in moleſtante aut turbante poſſeſſionem eccleſiæ.*

3 *Inuaſor dicitur, qui uiolenter alterius poſſeſſionem ingreditur.*

4 *Turbare per vim poſſeſſorem in ſua poſſeſſione eſt ſpecies oppreſſionis.*

5 *Inuaſores rerum eccleſiæ, & clericorum dicuntur ſacrilegi.*

6 *Agens vti poſſidetis pro quacunque iniuria illata, an dicatur agere contra ſacrilegum.*

7 *Titulum habens iuſtiorem ſemper obtinet in iudicio.*

8 *Negare proprietatem, vbi agitur principaliter de poſſeſſione non releuat.*

6 *Negare titulum ubi agitur de poſſeſſione non prodeſt.*

10 *Sacrilegium cōmitti dicitur tribus modis.*

## ALLEGATIO LXV.

a 1 PRoponit [a] clericus in libello corā iudice eccleſiaſtico† contra laicū, quòd ipſe laicus turbat, & moleſtat ipſum clericum, & eccleſiam ſuam in poſſeſſione cuiuſdam fundi eccleſiæ, per vim, & violentiam, & impedit quominus poſſit pacificè poſſidere; dicitur quòd iudex eccleſiaſticus non habet iuriſdictionem procedendi contra dictum laicum ſuper dicta petitione, de foro compet. ſi clericus, & c. cum ſit generale, in princip. eodem titu. 11. q. 1. experientiæ, & de iuriſdictione omnium iudicum



cum extra territorium, cum ſi. Replicatur quòd immo habet iuriſdictionem iſto caſu, quia fauore eccleſiæ eſt hoc introductum, vt malefactores ſuos venerabilium locorum Doctores poſſint ſub quo maluerint iudice conuenire, vt in dicta decretali cum ſit generale, de foro competen. At in caſu noſtro dictus laicus proponitur malefactor eccleſiæ, quia per vim, & violentiam proponitur turbare eccleſiam in ſua poſſeſſione, ergo. &c.

2 † Triplicatur, quòd decret. cum ſit generale præalleg. de foro competen. non habet locum in dicto caſu, quia illa loquitur in inuaſoribus, & raptoribus rerum eccleſiaſticarum, qui ſunt ſacrilegi. & ratione ſacrilegij conueniuntur coram eccleſiaſtico iudice, ſed moleſtare, aut turbare poſſeſſionem non eſt inuadere, vel rapere, vnde gloſ. in d. cap. cum ſit generale, de foro compet. præallegata exponit malefactores, ideſt inuaſores, reſpondet, quòd decret. cùm ſit generale habet locum in dicto caſu, vbi proponitur impedimentum
b poſſeſſionis cum violentia, [b] & hoc probat text. qui dicit malefactores, quod eſt verbum
3 latiſſimum. † Item quis per violentiam turbat in poſſeſſione quando accedit ad poſſeſſionem violenter, certè inuaſor dici poteſt; quia inuaſio verificatur de ſolo acceſſu, vel ingreſſu, quia non requiritur continuatio, quia vna hora eſſe in fundo alicuius contra voluntatem domini fuit inuaſor pro eo tempore. Item impedire per violentiam poſſeſſorem quominus poſſit pacificè poſſidere poteſt includere, quòd non permittit vuas, vel fructus colligere, vel quòd ipſe colligit de facto, & ſic raptor eſſet. Vnde Innocen. in d. cap. ſi cle-
c ricus, dicit quod de qualibet oppreſſione [c] cognoſcit eccleſiaſticus iudex. allegat. 16. quæſt. prima, cap. in canonibus, & 24. q. 3. ſi quis de
4 potentibus. † Sed nulli dubium, quòd turbare per vim poſſeſſorem in ſua poſſeſſione eſt alicuius oppreſſionis ſpecies, ergo &c. Item non ſolum inuaſores rerum eccleſiaſticarū dicuntur homicidæ, & ſacrilegi, verum etiam fraudatores eadem cauſa, & q. non liceat ignorare. Item vexatores eadem cauſa. & q. prædi-
5 cta. † Item inuaſores rerum eccleſiæ, & clericorū dicuntur ſacrilegi. 2. q. in primis, verſ. ſi quis in hoc genus. Item conſentientes alienationi rei eccleſiaſticæ dicuntur ſacrilegi. 17. quæſt. 4. omnes eccleſiæ. Vnde per dictum, ca. cum ſit generale, poteſt agi per clericos contra laicum coram iudice eccleſiaſtico vti poſſidetis, vt in caſu prædicto agitur; hoc probatur expreſsè in cap. conqueſtus, de foro comp. vbi eccleſia proponit ſe poſſidere, & ibi dicit per violentiam ſuam poſſeſſionem vſurpari, & hoc aduertens ibi Innoc. ſuper verbo violentiam dicit notandum, quòd non proponitur eccleſia ſpoliata, quia tunc non diceret ſe eſſe in poſſeſſione. Expone igitur ſecundum eum quòd damna aliquando faciebant hominibus vaſallis eccleſiæ, & hoc ſecundum eum innuit finis decre. ſuper verſic. conqueſtus ſupra allegata damnis & ſecundum hoc ſecundum eum intēdebat vti poſſidetis, ex quo hoc ponit in libello ſcilicet de violentia per conſequens de ſacrilegio. & ſic ſecundum eum debet tractari tunc quæſtio coram eccleſiaſtico iudice, ergo apertè probauit dicta decre. conqueſtus, & ita intelligit eam Innoc. vt ſupra retuli, quòd agens vti poſſidetis pro moleſta-
d tione facta per violentiam eſt ſacrilegus, [d] & quòd eccleſia cognoſcit cōtra laicum: hoc clarius dicit Ioan. Andr. poſt ipſum Innocent. in
6 d.c. conqueſtus, † qui dicit ſi agitur vti poſſidetis pro quacūque iniuria illata dicitur agi contra ſacrilegum, & cognoſcit eccleſia, & ſic libellus de quo quæritur rectè fundatus, & formatus eſt in d.c. conqueſtus, de fo. compet. Item prædictus clericus in dicto libello contra dictum laicum proponit moleſtiā ſibi inferri prætextu cuiuſdam inſtrumenti in quo ait, quòd ipſe laicus dictum fundum emit à Sempronio, & ſubditur, ꝙ ipſum inſtrumentum eſt ſimulatū, & minus licitum, ex eo, quia ipſe fundus fuit emptus per ipſum laicum de
e pecunia [e] dictæ eccleſiæ & cū debuiſſet cantare in eccleſia, ipſe laicus fraudulenter fecit in ſe cantare, & petit idem clericus dictum laicum arceri a dicta moleſtia, & ſibi ſuper dicto inſtrumento, & bonis ſilentium imponi, & cogi ad incidendum dictum inſtrumentū, & declarari dictum fundum actione prædicta ſpectare ad dictam eccleſiam: laicus citatus negat dictum fundum eccleſiaſticum, & declinat forū. Replicatur quòd debet reſpondere, quia agitur vti poſſidetis contra moleſtantem, quod poteſt eccleſia contra laicum in foro eccleſiaſtico, vt dicta decret. conqueſtus, de fo. comp. & ſupra dixi. Item facit de fraude adhibita eccleſiæ, ꝙ poteſt ſecundum notata per Inn. in decr. cum ſit generale, de fo. comp. Itē exprimit ſpēm fraudis, quia emit de pecu-

mia eccleſiæ,& ſic quòd erat eccleſiæ, & in ip-
ſam cantare debebat, facit in ſe cantare & hoc
petit declarari : & ideo non principaliter agit
rei vendicatione, ſeu ad declarationem domi
nij ; ſed petit hoc ad denudandam fraudem,
cuius prætextu moleſtatur, quia de ea re pro-
nunciare poteſt iudex de qua cognoſcit, de or
dine cognitionum, c.1. & ibi gloſſ. Sed nulli
dubium, quòd hic habet iudex cognoſcere,
an fuerat emptus fundus de bonis eccleſiæ, ꝙ
moleſtia eſt iniqua: vnde ex quo agẽs vti poſ-
7 ſidetis poteſt deducere titulum , † quia is ob-
f tinet, [f] qui iuſtiorem titulum habet : ergo , &
iudex cognoſcere: & ſi cognoſcere , ergo &
pronunciare: nec ab hac cognitione exclude-
retur iudex eccleſiaſticus , quia negẽtur bona
eccleſiæ: ratio , quia talis negatio non poteſt
facere quin iudex de dicta moleſtia, & fraude
cognoſcat,& ſi cognoſcit poteſt pronunciare,
& talis negatio poteſt forſan prodeſſe quãdo
principaliter ageret eccleſia rei vendicatione,
vel ad declarandum dictum dominium,ita lo
quuntur notata in c.ſi clericus. de foro comp.
8 Sed † negare proprietatem vbi ago principa-
liter de poſſeſſione non releuat: immo plus di
co , quòd dicta negatio etiam ſi principaliter
agerem rei vendicatione non eſt neceſſaria,&
non operatur : nam eſto quòd non neget reus
laicus bona eſſe eccleſiæ, ſed ſimpliciter dice-
g ret nõ ſunt tuæ iuriſdictionis [g] ſufficeret agen
do rei vẽdicatione, in qua nullo ſpeciali iuua-
tur eccleſia ſecundum no. per Innocent. in ca.
cum ſit generale , immo forte plus ſecundum
prædicta quòd ceſſante fraude , violentia , &
oppreſſione, ſi conſtaret bona eſſe eccleſiæ , &
quod ad laicum bona fide deuenerunt, tamen
ex quo agitur ſimpliciter rei vendicatione nõ
cognoſceret eccleſia ratione prædicta . Nega-
re igitur bona eccleſiæ, vbi ageretur rei vendi
catione non eſt opus : quia & ſi conſtaret res
eſſe eccleſiæ ex quo ſimplici rei vendicatione
agitur, non cogit iudex eccleſiaſticus laicum
9 reſtituere, ſed ſecularis.† Item negare titulum
quando agitur de poſſeſſione nõ prodeſt, quia
& ſi deducatur titulus hoc non principaliter,
ſed prout petitur , nam interdicto vti poſſide-
tis quædam licent acceſſoriè, quæ principali-
ter non licerent : vnde licet iudex eccleſiaſti-
cus non cognoſcat principaliter de dote , co-
gnoſcit tamen acceſſoriè cum ſimul cum ma-
trimonio tractetur de dote poſt diuortium re-
ſtituenda c. de prudentia. de don. int. vir. & vx.
& ad hoc iura ibi allegata in glo. 2. Item eſt
aduertendum , quòd largo modo loquimur
de ſacrilegio in d.c.cum ſit generale,& c. con
10 queſtus, de fo. compet. † Nam propriè dicitur
committi ſacrilegium tribus modis: puta cum
ſacrum de ſacro: vel ſacrum de non ſacro ; vel
non ſacrum de ſacro aufertur. 27. q. 4. c. quiſ-
que,& gl. ordinaria eadem cauſa , & quæſtio-
ne. ſacrilegiũ. Sed obſtat, quòd inuadens fun-
dum eccleſiæ nec ſacrum de ſacro, nec non ſa-
crum de ſacro aufert , vnde patet quòd largè
loquitur de ſacrilegio in d.c. conqueſtus,& in
h c.cum ſit generale, de foro compet. [h] vnde ni-
mirum ſi turbans poſſeſſionem eccleſiæ per
violentiam dicatur ſacrilegus.

### Addit. Quint. Mandoſij.

a ¶ Proponit. ] *Eadem quæ hic tractantur in proxima præceden. alleg. & in alijs quas ibi in 1. Apoſtil. citaui.*

b ¶ Cum violentia. ] *Lap. hic citant, & ſequuntur Marian. Sozzi. in alleg. c. cum ſit, poſt num. 18. verſic. tertio colligit, & Fely. colum. 2. uerſ. modo àutem.*

c ¶ De qualibet oppreſsione. ] *Hoc dictũ Lapi pro no. refert , & ſequitur Abba. in d. c. cum ſit , num. 7.*

d ¶ Sacrilegus. ] *Ratione ſacrilegij iudex eccleſiaſticus contra laicum procedit prout alleg. hic, c. conqueſtus, & ibi per Maria. Sozzi. in 6. no. num. 6. & per alios, & per eundem , & Abba. ante num. 7. & alios in d. c. cum ſit.*

e ¶ De pecunia. ] *Iſtud etiam ſacrilegium dici poteſt, c. inquirendum vbi etiam Abb. num. 4. de pecu. clerico. & hoc dictum Lapi refert, & ſequitur Abb. in præalleg. c. cum ſit, num. 8. verſ. ex hoc infertur. de fo. comp.*

f ¶ Is obtinet. ] *Prout in l. ſi duo, in princ. ff. vti poſſi. & ſupra alleg. 50. ſunt, & alij, num. 2.*

g ¶ Non ſunt tuæ iuriſdictionis. ] *ſcilicet bona ſuper quibus conuenitur , vel forſan melius. Non ſum tuæ iuriſdictionis, ſcilicet ego laicus, & hunc puto notare , & limitare ex mente Lapi hic, & in quibuſdam alijs alleg. Anto. de But. in c. ſi clericus , de foro compet. Abb. in c. cum ſit, poſt nu 9. uerſ. Item quod dixi de fraude, uolentes procedere tantum dicta Lapi hic , & alibi quòd ratione fraudis iudex eccleſiaſticus cognoſcere poſſit, quando agitur de fraude in ipſo contractu , ſecus ſi in libello rei uendicationis concluderetur contra reum , quòd per fraudem, & dolum non vult reſtituere . Et licet Abb. ubi ſupra, & Aret. aliter concludere uideantur , òpin. tamen Lapi , ſeu quæ ex eius dictis elicitur verior eſt, prout etiam uoluit contra Abb. And. Barbat. in additio. ad eundem Abb. vbi ſupra, in uer. ego dubito, ea præſertim ratione , quia illa fraus concludit iuriſdictionem , per quam quis dicitur malefactor eccleſiæ. Mar. verò Sozzi. vbi ſupra quærens defendere opi. Aret. præceptoris ſui diſtinguit, vt ibi, abſque tamen alia diſtinctione opin. Barba. & aliorum pro Lapo, & contra Abb. ueriſſima redditur.*



h ¶ De fo. compe. ] *Et in ca. inquirendum, iun. gl. declarat, quòd largè ſacrilegium ibi ſumitur. de pecu. cleric. Vide omnino Inno. in cap. cum pro ſua, vbi pulchrè docet quando largè , & quot modis ſacrilegium committatur, ſeu accipiatur.*

### *SVMMARIVM.*

1 *Parochiani non ualentes commode accedere ad eccleſiam parochialem qualiter & quibus medijs prouidere debeant.*

2 *Epiſcopus qualiter prouidere debeat parochianis commodè ad ſuam parochiam accedere non valentibus .*

3 *Parochianis ad eccleſiam parochialem commodè uenire non ualentibus, an poſſit epiſcopus inuito rectore talis eccleſiæ aliam eccleſiam ordinare.*

4 *Antiqua eccleſia an propter ædificationẽ nouæ perdere debeat ſolitas decimas.*

5 *Nõie oblationũ, an intelligantur decimæ.*

6 *Rectorem manualem eccleſiæ ſitæ in parochia alterius præſentare cuius ſit.*

7 *Decimæ an poſſint denegari rectori eccleſiæ, vbi parochianis de prouiſione ſpiritualium exigentibus recuſat prouidere.*

8 *Rectore eccleſiæ parochialis adminiſtrationem diuinorum parochianis denegante decimaſque ab eis exigente, an ab ipſis poſſit obijci exceptio ſpoliationis diuinorum ipſis parochianis debitorum.*

9 *Excommunicatus conuentus ſuper eo ſuper quo eſt excommunicatus iniuſte, an poßit obijcere ſe nõ teneri reſpondere donec ei reſtituatur communio hominum.*

## ALLEGATIO LXVI.

QVoddam monaſterium monialiũ
ordinis S. Benedicti opulentum,
& in ſuis facultatibus abundans,
poſitum erat extra ciuitatem Flo-
rentiam cui nomen erat monaſterium, S. Am-
broſij,& habebat latam parochiam. Contigit
ꝙ ipſa ciuitas Florentina vſque adeo diuino
munere pullulauit,& antiquum circulum ſui
ambitus ampliauit,& veteribus mœnibus ſo-
a lo æquatis noua contraxit mœnia, [a] & nouũ,
& ampliorem circulum , & ambitum forma-
uit, infra quæ noua mœnia præter ſolitum in-
cluſit dictum monaſterium,& certam partem
ipſius parochiæ, certam aliam ipſius parochiæ
partem magis remotam ab extra dimittens, ac
demum pars ipſius parochiæ , quæ vt præfer-
tur incluſa remanſit repleta fuit domibus , &
habitationibus ciuium dictæ ciuitatis Floren-
tinæ: & vſque adeo ibidem excreuerunt habi-
tantes , vt ſic factus ſit maximus numerus pa-
rochianorum audiẽtium in dicto monaſterio
diuina officia,& capellano, cum miniſtro de-
putatis per abbatiſſam, & moniales dicti mo-
naſterij recipiunt eccleſiaſtica ſacramẽta; quo
rum occaſionibus parochiani, qui ab extra re-
mãſerunt, vt iudęi famem, & ſitim patiuntur,
& ſine maxima difficultate, & incõmodo ſui,
& rerum ruſticarum diuina officia audire ne-
quiuerunt,& recipere eccleſiaſtica ſacramen-
ta in dicta ciuitate Florentina,& ſæpiſſimè pa
tiuntur maxima pericula animarum; & maxi-
mè cum portæ dictæ ciuitatis Florentinæ ſin-

gulis diebus ante noctis tenebras claudantur,
& firmentur,& clauſæ, & firmatæ remaneant
vſque ad claram lucem ſequentis diei, quo
tempore nemini eſt poſſibile exire, vel intra-
re præfatam ciuitatem Florentiam;propter ꝙ
per miniſtrum, ſeu capellanum dicti mona-
ſterij non poteſt repentinis concurrentibus ca
ſibus infirmitatis, vel mortis, & maximè par-
turientibus mulieribus opportunè ſuccurri,
ſeu ſacramentorum ſuffragium præberi: nec
etiam diurne propter diffuſam parochiam in
dicta ciuitate Florentina poteſt idem mini-
ſter prout expediret vacare curæ ipſorum pa-
rochianorum ab extra, & in remotis conſti-
tutorum; nec etiam ipſi parochiani extra con
ſtituti cum ſuis mulieribus, & familia ruſti-
cis, & vilibus, & abiectis veſtib. induti die-
bus feſtiuis quibus maximè ſolent eccleſiam
viſitare libenter, ſeu cum debita conſolatio-
ne venire poſſunt ad dictam ciuitatem Floren
tinam, & ſe in dicto monaſterio cũ parochia-
nis ciuibus diuitibus, & pretioſis veſtibus or-
natis immiſcere, ſed potius riſui, & deluſio-
ni patent, propter diſparitatem conditionis
fortunæ, & morum, ob quæ ſæpiſſimè re-
trahuntur ab audientia diuinorum officio-
rum. Quæritur quod remedium à iure pro-
ditur, vt ſatisfiat dictis parochianis ab extra
conſtitutis, & animarum ſuarum, & corpo-
rum, & rerum ſuarum ſaltem opportunitati-
bus ſuccurratur. Dico quòd multiplex poteſt
de iure adhiberi remedium, & primo poſſunt
dicti parochiani adire epiſcopum ordinarij
loci, & prædicta exponere, & petere, &
etiam ſuum officium implorare, vt prædictis
prouideat prout expedire cognouerit; & epi-
ſcopus habita fide de prædictis, ſuum offi-
cium requiſitus impendet,& prouidebit pro-
ut expedire videbitur; in ſpiritualibus non
b requiritur ſolennitas libelli, [b] ſed ſimpliciter
c exponere, [c] & implorare officium ſuperio-
ris, quòd prouideat, ſecundum ea, quæ ſcri-
bit Ioan. Andr. poſt Hoſtien. in decretali. cum
contingat, de offic. deleg. ſuper verſic. non li-
gatus, in nouella. vbi dicunt legum ſubtilita-
te non eſt vtendum in huiuſmodi ſpirituali-
bus in foro canonico, vnde ſecundum eos pro
cedit iſta petitio. Conqueror de tali epiſco-
po meo, qui me poſt talem appellationem læ-
ſit, iniuſtè excommunicauit, vnde peto ſuper
hoc ex veſtro officio per uos prouideri pro-
nunciando dictam ſentẽtiam nullam eſſe, vel
me abſoluendo prout uobis videbitur facien-
dum, & cętera. per iura allegat. ibi per eos,
idem in caſu noſtro, & eadem ratione proce-
dit dicta petitio, & poſſet etiam petens in ca-
ſu noſtro defendere admodum ſecundũ quos
deſideraret procedi ad remedium prædicto-
rum, vt in proximo exemplo, & ſi excipiatur
de generalitate libelli, vel contrarietate repli-
cabitur de ſimplicitate canonica, & de iuſti-
tia veritatis, nam iſta pendent ex officio, vt
patet. 12. quæſtione 3. ſi epiſcopus, & ſex capi
tulis ſequentibus. Et ideo Specu. in titu. de ec-
cle. ædific. non formauit libellos in iſto caſu,
vt in alijs, & quòd in huiuſmodi ſpirituali-
bus non ſit ſubtiliter procedendum, ſed de bo
na fide agendum, & animarum periculis oc-
currendum ſcribit Ioan. Andr. in capit. cum
dilectus, de ord. cognit. ſuper gloſ. penult. Ta-
les enim cauſæ non ex legis diſtinctione, ſed
canonica æquitate debitum finem ſortiuntur
2 de iuramento calumniæ, capitulo. literas. †
Sed quæro quomodo prouidebit epiſcopus?
Reſpondeo diuerſis modis ſecundum rerum,
& perſonarum ſtatum, & conditionem. Nam
ſi eccleſia maior, & parochialis prædicta ha-
bet in villa de qua quæritur aliquas obuen-
tiones, & ſine eis eſt adeo potens, quòd po-
teſt commodè ſuſtentari, & reperitur aliquis
qui velit fundare de nouo eccleſiam in dicta
villa, & etiam addere dictis obuentionibus,
d quas matrix eccleſia [d] habet in dicta villa,
tantum, quod omnia ſimul iuncta ſufficiant
ad dotes dictæ eccleſiæ faciet epiſcopus erigi
dictam nouam eccleſiam in dicta villa, & ſibi
aſſignabit dictas obuentiones, quas mater ec-
cleſia habet in dicta uilla, cum dicto ſuffra-
gio, & inſtituet in ipſa noua eccleſia rectorem
de per ſe, qui gerat curam dictæ villæ, & ha-
bitantium in illa, & hoc probatur ad literam
e in decreta. ad audientiam. [e] de eccleſ. ædific.
f Sed quæro nunquid prædictæ cauſæ[f] ſint ſuf-
ficientes ad hoc faciendum? Reſpondeo quòd
ſic, cum ſint plures, & maiores quam cauſæ,
quæ mouerunt Papam in dicto capitulo ad
audientiam, nam ibi pro cauſa fuit, quia tan-
tum diſtabant parochiani, quòd tempore hye
mali cum pluuiæ inundarent non poterant ſi-
ne maxima difficultate adire parochialem ec-
cleſiam: in caſu vero noſtro allegantur, quam
plures aliæ cauſæ, & maximè quia omni tem-
pore nocturno propter portas ciuitatis Flo-
rentinæ, quę firmantur non poſſunt parochia-
ni



ni adire ad miniſtrum eccleſiæ, nec miniſter
ad eos, & ſic habet impedimentum cauſam
continuam: ergo in iſto caſu fortius quam in
illo, & ſicut Papa iudicat, & alij iudicare te-
neatur, de re iudicata. in cauſis. Ita dicitur,
quòd ea ratio, quæ mouiſſet delegantem, mo-
uere debet delegatum, de reſcript. ſuper lite-
ris, & iſta perinde ſe habent, ac ſi non poſſet
fieri. 22. quæſtio. 2. facit. cap. fin. de dilationi-
bus. Et ſic alibi dicitur, quòd ea, quæ fieri non
poſſunt ſine licentia principis propter ſui dif-
ficultatem reputantur impoſſibilia de iure,
g vt l. apud Iulianum, §. fin. [g] & ibi notatur, de
3 leg. 1. ff. Quæritur † ergo nunquid hic poterit
epiſcopus facere inuito rectore matricis ec-
cleſiæ? Reſpondeo ſic veris exiſtentibus cau-
ſis, quia tunc non haberet rector iuſtam cau-
ſam contradicendi, & generaliter ſuperior co
gat inferiorem ad faciendum, & conſentien-
h dum, [h] quæ debet; de iure patrona. nullus,
de except. cap. vlt. libro 6. & de renunciatio.
admonet, & etiam probatur hoc expreſſe in
capit. ad audientiam, de eccleſ. ædificijs, vt ibi
notat Ioan. Andr. ſuper prima gloſſ. in nouel.
debet tamen requiri, & ſi requiſitus non con-
ſentiat ſuperior faciet, vt not. glo. 99. diſtinct.
in cap. nullus. Quæro igitur an illi prouide-
bit de temporalibus matricis eccleſiæ? vide-
tur quod non ut dicto capit. ad audientiam,
ibi ſpirituales. ſecus de temporalibus. Vnde
ſecundum eum ſi matrix eccleſia haberet ibi
prædicta temporalia non dabuntur nouæ ec-
cleſiæ. Sed Hoſtien. ibi dicit quòd ſi epiſco-
pus videat periculum imminere cum ipſe ſit
ordinator ſpiritualis, & temporalis præpo-
net ſpiritualia temporalibus, argumento. 12.
quæſtio. 1. præcipimus. non obſtante contra-
dictione rectoris, & multominus laicorum
de rebus eccleſ. non alien. c. fin. & hoc videtur
melius dictum quia cum tex. loquatur de ca-
ſu neceſſitatis, & in caſu in quo matrix eccle-
ſia eſt alias ſine prouentibus talis villæ ſuffi-
ciens, ęquum eſt, vt hoc fiat. Sed nunquid da-
i buntur decimæ [i] quas matrix eccleſia habet
in dicta villa? Reſpondeo gl. in d. c. ad audien
tiam, tractat hoc, & arguit quòd non, per ca-
4 pitulum. quicũque, 16. q. 1. vbi dicitur, † quòd
propter ædificationem nouæ eccleſiæ antiquę
eccleſiæ decimas perdere non debent. glo. ſol-
uit hanc contrarietatem duobus modis, pri-
mo quòd papa hoc fecit de plenitudine pote-
ſtatis ſcilicet quòd decimæ matricis eccleſiæ
concederentur nouæ capellæ. Secundo quòd
K Papa non intellexit de decimis prædialibus, [k]
quæ ſpectant ad parochialem eccleſiam, ſed
de alijs oblationibus, & perſonalibus deci-
mis: argum. tamen in contrarium per capitu-
lum. ſi inter de uerb. ſignific. vbi dicit textus,
5 quòd † nomine oblationum [l] intelliguntur de
l cimæ. Veritas videtur, imminente neceſſita-
te, & ſubſiſtentibus cauſis veris, & ſufficien-
tibus etiam decimæ poſſunt nouæ capellæ aſſi
gnari, ſi alias prouideri non poteſt, & non ſo-
lum per Papam, ſed etiam per epiſcopum.
Cum enim decimæ debeantur ratione ſacra-
mentorum, & curæ. Si huiuſmodi ſacramen-
ta, & cura adminiſtrari, ſeu impendi non po-
teſt, quare prouideri nõ poterit etiam per ſub-
tractionem decimarum talis villæ, & per aſſi-
gnationem nouæ capellæ faciendam, non ap-
paret bona ratio, & dictum capitulum. qui-
cunque. 16. quæſtione 2. & alia iura, quæ vi-
dentur contrarium dicere intelliguntur quan
do noua capella erigitur ad libitum, vel ex
aliqua deuotione. Item non loquuntur quan-
do nouæ capellæ aſſignatur certa pars paro-
m chiæ [m] quo caſu accedunt decimæ illius par-
tis, ſed loquuntur quando tota parochia re-
manet penes matricem eccleſiam ſecundum
ea, quæ plenius ſcribit Pau. Bonon. in clemen.
prima, de decimis, & videtur hoc expreſſum.
6 16. q. 1. §. autem. † Quæro quis præſentabit
n [n] rectorem ad dictam nouam capellam? Re-
ſpondeo textus in dicto capitulo, ad audien-
tiam, videtur dicere, quòd rector matricis ec-
cleſiæ; ſubdit tamen cum canonico ſundato-
rum aſſenſu, ideſt illius qui fundauit dictam
nouam capellam. Innoc. ibi, & eſt ratio ſecun
dum gloſſ. ibi quare ad dictum rectorem ſpe-
ctat præſentatio, quia in eius præiudicium
fundata eſt noua capella, vnde ſit quaſi hinc-
inde, ſecundum glo. quædam mutua compen-
ſatio, & hoc videtur placere glo. & etiam Ho-
ſtien. vel dicit glo. ꝙ ambo ſunt patroni nouæ
capellę, ſ. fundator, & rector matricis eccleſię,
quia de bonis vtriuſque dotata eſt eccleſia, &
ambo præſentabunt ordinario rectorem, &
facit ad hoc 12. q. 2. in c. apoſtolicos, & quod
ibi notatur, & hoc importat tex. dum dicit ad
præſentandum rectorem eccleſiæ maioris cũ
aſſenſu fundatoris canonico, ſ. ꝙ etiam ipſe
præſentet. Item dicit dicta glo. circa medium,
ꝙ poſſet intelligi, quòd talis fundator pręſen-
taret rectori maioris eccleſiæ, & ille poſtea
ordi-

ordinario præſentabit. argum.24. diſt. quan-
do,huic ſolutioni eſt ſimile quod diſputando
terminauit Do.Azo.de renun.de conſilio Do-
mini mei. Ioan.Cald. patronus neglexit præ-
ſentare ad capellam plebano loci ad quem de
conſuetudine ſpectabat inſtitutio ad præſen-
tationem patroni infra tempus iuris:quærcba
tur ad quem deuolueretur tale ius pręſentan-
di pro ea vice, terminauit quòd non ad pleba
num, cum ipſe actum iuſtum ad præſentatio-
nem patroni præſcripſit, & non actum ſup-
plendi negligentiam, & præſcriptio eſt ſtricti
iuris, & quæ de actu ad actum nõ extenditur.
de decimis.cum contingat,ſed deuoluetur ta-
le ius ad epiſcopum,ad quem de iure commu
ni ſpectabat inſtitutio, & qui habet ſupplere
negligentiam clericorum, & laicorum in ſpi-
ritualibus,de teſt.nos quidem, & ipſe epiſco-
pus pręſentabit plebano,& plebanus inſtituet
ne ſine culpa ius per eum præſcriptum aufe-
ratur ab eo. Quæro nunquid in caſu thematis
præmiſſi poſſet epiſcopus aliter prouidere.
Reſpondeo certe ſic: vt ſcilicet rector matri-
cis eccleſiæ ſi eſt ad hoc potens fundet nouam
capellam in dicta villa, & eam dote pro ſub-
ſtentatione vnius rectoris ibidem deputandi,
aſſignet,& conſtituat ipſam capellam manua-
lem prædictæ matricis eccleſiæ, ita quòd ibi-
dem rectorem ponat, & remoueat ad nutum,
& liberam voluntatem, ita quòd ſit manualis
dictæ matricis eccleſiæ de quibus manuali-
o bus[o] loquitur cle.vnica.de ſupplen.negligen.
præla.& notatur de illis ſatis in decre.cum ſin
gula.de præben.lib.6.in glo.1. per Ioan.And.
in nouel. & licet ipſa iura videantur loqui de
manualibus regularium, tamen etiam ſecula-
res eccleſiæ poſſunt huiuſmodi beneficia obti
nere de quo vide per Paulum Bono.in d. de-
cretali vnica.de ſupplen.negligen.prælato. &
per Ioan.Andr.poſt Innoc.qui clerici, vel mo
nac.c.fi.& de offic.ord.c.præſenti, lib.6. & gl.
ordinaria in decre. monachi. de ſta.mo. & fa-
cit eo.tit.cum ad monaſteriũ,§. tales, & Guil.
de Monte Lau.in d.cle.vni. de ſupplen. negli-
gen. præla. ſup ver. oportuerit. & vide quod
notatur.de iura.calum.cap.2.in nouella.ſuper
verbo.viderit expedire.Sed quis iſto caſu pę
ſentabit rectorem ad talem manualem? certè
alio non dato de iure præſentabit rector ma-
ioris eccleſiæ, & epiſcopus confirmabit, niſi
epiſcopus in fundatione eccleſiæ concederet,
quòd ipſa maior eccleſia liberè poneret ibi re
ctorem quod eſſet æquum. Sed nunquid alio
modo poſſet epiſcopus prouidere in caſu præ
miſſi thematis? Reſpõdeo certè ſic,& melius,
videlicet pro rectore maioris eccleſiæ, erigat
p nouam capellam[p] in dicta villa, quæ non ſit
eccleſia de per ſe, vt in caſu dicti c.ad audien-
tiam,de eccleſ.ædifi.nec ſit manualis, vt pro-
ximè dictum eſt:ſed ſit in proprietatem, & de
menſa dictæ maioris eccleſiæ,& quæ ſint talia
q notat glo.[q] in d.cle.vnica. de excel. præla. &
Pau. Bononien. in cle. vnica. de reſcriptis, &
tunc nõ inſtituetur ibi rector de per ſe: immo
mittet nunc iſtum miniſtrum,nunc illum, qui
nomine rectoris maioris eccleſiæ ibi diuina
celebret, & hominibus dicti loci miniſtret ec-
cleſiaſtica ſacramenta: & ibi pro occurrenti-
bus caſibus continuè reſideat expenſis dictæ
maioris eccleſiæ, & iſte miniſter non erit re-
ctor, ſed quaſi cuſtos temporalis vicarius, vt
dicit gl. ad idem in dicta decre. cum ſingula.
de præben.lib.6. & iſtud non eſt nouum, ſed
aliàs factum. Vnde monaſterium Sancti Sal-
ui prope Florentiam habens partem paro-
chiæ in ciuitate, vt illam melius curare poſſet
ædificauit eccleſiam Sancti Iacobi inter fo-
ueas, ſeu Bucas de Florentia in dicto loco in
proprietatem, & de menſa dicti monaſterij,
ad quam mittit nunc iſtum monachum, nunc
illum ſine aliqua inſtitutione, & per illos fa-
cit diuina officia celebrari, & eccleſiaſtica,
quęque ſacramenta miniſtrari opportuna. Ita
quoque in caſu conuerſo pręmiſſi thematis fa
cere debet prædictum monaſterium Sancti
Ambroſij, totum hoc enim eſt de cura anima-
rum, ſeu de circunſtantijs curæ, & quando
alicui certum quid committitur, vel manda-
tur,omnia intelliguntur ſibi cõmiſſa, & man-
data ſine quibus tale commiſſum, & manda-
tum explicari non poteſt,de offic.deleg.c.præ
terea,& pro vt ſupra probatum eſt ea,quæ fie-
ri poſſunt,ſed cum multa difficultate, vt in ca
ſu præmiſſi thematis,& dicuntur fieri nõ poſ-
ſe, & impoſſibilia. ergo ipſum monaſterium,
S. Ambroſij cui cura dictæ villæ commiſſa,&
mandata eſt, debet pro prædictis, uel alijs ita
curare,vt hoc commodè poſſit, alias,& meri-
to dicetur animarum curam negligere contra
7 mentem iuris. † Sed quæro pone veris exiſten
tibus cauſis expreſſis in præmiſſo themate ho
mines dictæ villæ ſæpè, & ſæpius requiſiue-
runt rectorem maioris elcleſiæ præfatæ, vt eis
per alterum dictorum modorum prouideret,
ac ille



ac ille recuſauit hoc facere, propter quod ipſi
r denegauerunt decimas ſoluere; [r] ille trahit
eos ad iudicium coram epiſcopo petens eos
cogi ad ſolutionem dictarum decimarũ,nun-
quid poterunt dicti parochiani habitatores
dictæ villæ reconuenire dictum rectorem, &
petere, vt cogatur altero de prædictis modis
ſibi prouideri? videtur quòd ſic, quia regula
reconuentionis eſt generalis,ſeu prohibitoria
id eſt datur ſemper niſi in caſibus expreſsè pro
hibitis de mutui petitio. c.1. & 2. cum mate-
ria ſua,hic enim pro eccleſia, & contra eccle-
ſiam agitur, & ſic non obſtabit decre. prima,
de reſtit.ſpol. lib.6. Item vtraque cauſa ſpiri-
tualis eſt,vel annexa,ſeu tangens. de iudicijs.
quanto.& eod.tit.diſpendioſa in clemen. Au-
dient ergo dicti parochiani ſuper dicta recon
uentione, & in vtraque cauſa procedetur, &
vna ſententia terminabitur, vt in prædictis iu
ribus,& maximè, quia magis faciliter poteſt
terminari dicta quæſtio parochianorum, quã
quæſtio decimalis matricis eccleſiæ. Nã quæ-
ſtio parochianorum per ſimplicem, & vnicã
ſ ſpectationem[ſ] iudicis accedentis ad villam
apparebit veritas: nam apparebit monaſteriũ
in ciuitate inter mœnia altiſſima,& portas au
ſteras cum vectibus ferreis ad claudendum,&
contemplabitur notum eſſe, quòd firmantur,
& firmatæ ſtant, vt ſuperius eſt dictum. Item
conſiderabit latitudinem parochiæ ab intra,
incommoda ruſticorum ſi ad ciuitatem ha-
beant ſemper declinare pro diuinis officijs au
diendis,& recipiendis eccleſiaſticis ſacramen
tis, contemplabitur etiam difficultates mini-
ſtrorum dicti monaſterij ſi intus,& extra tam
remotè habeant recurrere parochiani. Sunt
t enim,[t] quædam quæ melius oſtenſione facta
percipiuntur,quam ex locutione. de donatio-
ni. apoſtolicæ. & probatio ad oculum aliam
vincit inſtituta de gradi.§.agnationis.26. q.1.
nec aliquam.hinc eſt, quòd iuris diſpoſitione
multa ſubijciũtur oculis,de quibus plenè per
Ioan. And. in principio arboris conſanguini-
tatis lib. 6. Cauſa uero decimarum non ex-
pedietur faciliter, nam propter inſpectionem
non apparebit de collectis fructibus, vel col-
ligendis,uel de ſolutione facta, vel non, nec
qui fructus fuerint recollecti, nec an fue-
rit recollecta duplex in anno, vel ſimplex,
quanto tempore inquilinus clerici prædia
quibus petitur coluerit illa, vel non, vel alia,
& multa quæ occurrunt in huiuſmodi cauſis
8 decimalibus.† Sed pone,[u] q rector dictæ ma-
u tricis eccle.dictis parochianis denegauerit, &
deneget celebrationem diuinorum,& exhibi-
tionem ſacramentorum, ſeu cum difficultate,
& incommoditate maxima hoc faciat: nun-
quid ipſo rectore petente decimas à prædictis
parochianis poterũt ipſi parochiani objicere
aduerſus eum exceptionem ſpoliationis præ-
dictorum diuinorum ſacramentorum, &
eũ repellere donec ille ſibi reſtituat? Reſpon-
deo videretur forſan alicui quòd non, & poſ-
ſet moueri hac colorata ratione. Nam abba-
tiſſa,& monialis præfa.agunt, & petunt deci-
mas prædictas nomine monaſterij, & tanquã
monaſterio debitas: vnde ſi agerent non poſ-
ſunt repelli ſpoliationis exceptione per decr.
x 1.§.ad hoc,de reſtit.ſpol.lib.6.[x] nec econuer-
ſo,vt ibi videlicet ſi ageretur pro rebus priua
tis reus non poſſet actorem repellere per ex-
ceptionem ſpoliationis factæ per ipſum acto-
rem: puta quia diceret ipſum actorẽ ſpoliaſſe
ipſum reum rebus eccleſiæ, cuius ipſe reus
erit rector. Tunc enim agenti de priuatione
objiceretur exceptio rerum eccleſiaſticarum
quod fieri non poteſt, vt in d. §. ad hoc in fin.
Item nec in caſu prædicto, cũ dicti parochia-
ni excipiant de ſpoliatione facta de rebus pri
uatis ipſorum parochianorum ſpeciali iure
ſibi debitis, videlicet de celebratione diuino-
rum officiorum, & exhibitione eccleſiaſtico-
rum ſacramentorum eiſdem debitis. contra-
rium eſt verum, & dico quòd dicta exceptio
in caſu præmiſſi thematis procedit, & repel-
lere habet prædictam abbatiſſam, & monia-
les,capitulum, & conuentum prædicti mona-
ſterij, ad hoc decre.cum dilectus de ord. co-
gni.ubi abbas agens contra laicos ſuper rebus
eccleſiæ fuit repulſus exceptione facta per eũ
de rebus priuatis ipſorum laicorum. Sed di-
y cta duo iura[y] ſupra allegata videlicet decre.
prima de reſtit. ſpol. libro ſexto, & dicta de-
cre.cum dilectus de ord. cogni. videntur ſibi
aduerſari,& vnum firmat dictam ultimã con-
cluſionem,& alia deſtruit. quid ergo dicetur?
Solutio, dicta iura reducuntur ad concordiã
multis modis, & ſecundum omnem modum
concordiæ remanet firma dicta vltima con-
cluſio ſcilicet quod in caſu præmiſſi thematis
dicta ſpoliationis except.procedat; & concor
dia eſt,quòd dicta decre. prima de reſtit.ſpol.
§. ad hoc,loquitur quando cauſa vertitur in-
ter eccleſiaſticas perſonas, vt ibi no. in glo. fi.
&

& ſecundum hoc firma manet dicta conclu-
ſio, quia loquitur de cauſa, quæ eſt inter cle-
ricum, & laicum, vt in dicta decre. cum di-
lectus. Secunda concordantia eſt, vt etiam no-
tatur in præalleg. glo. quòd dicta decret. ideſt,
§. ad hæc, loquitur de rebus eccleſiaſticis, quæ
non poſſunt à laicis poſſideri, & ſecundũ hoc
firma remanet dicta concluſio cum loquamur
de auditione diuinorum, & receptione ſacra-
mentorum, ſeu de ipſo iure, quæ bene cadunt
in laicos: & talia dicuntur laicis competere
tanquam ſingulis, & non tanquam vniuerſis,
de ſentent. excommu. ſi ſententia. §. cum vero,
lib. 6. Tertia concordantia eſt ſecundum Ar-
chid. in d. c. 1. ꝙ ipſa decretalis loquitur quan
do contra agentem ſuper eccleſiaſticis excipi-
tur de rebus proprijs quas laicus poſſidet, vt
proprias, ſed in decre. cum dilectus loquitur
de rebus quas laicus tenebat ab eccleſia in feu
dum, & ſecundum hoc firma remanet dicta
concluſio, ſcilicet quòd procedit dicta exce-
ptio ſpoliationis. Nam hic contra Abbatiſſam
agentem ſuper eccleſiaſticis excipitur de re-
bus ſpiritualibus, ſeu de iure ſpirituali, quod
ius tanquam proprium laicus non tenet, vt de
ſe patet. Quarta concordantia eſt, quòd decr.
cum dilectus, ſit correcta per iſtam, ſed iſta
non eſt concordantia, ſed deſtructio dicti iu-
ris, quod non expedit de elec. cum expediat,
lib. 6. facit ad iſtam concluſionem, quod ſcri-
bit Ioan. And. in d. decre. 1. ſuper glo. vlt. in no
uel. de ſententia retractata in cauſa appella-
tionis, quæ lata fuerat ad conſilium quatuor
Doctorum. Et omiſſis alijs optimè facit ad di-
ctam concluſionem, quod notat gl. poſt Ioan.
z de exceptionibus cum inter z in primo nota-
9 bili: † Quòd ſi excommunicatus conueniatur
ſuper eo ſuper quo fuit excommunicatus iniu
ſtè: poterit excipere, ꝙ non teneatur reſpon-
dere, niſi reſtituatur ei communio hominum,
qua fuit iniuſtè priuatus, nec teneatur antea
reſpondere per iura ibi allegata, & quia om-
nia iura corporalia, & incorporalia ſunt reſti-
tuenda. 2. q. 2. c. nullus poteſt, cum alijs iuri-
bus in dicta glo. verum ſi agat excommunica-
tor, uel is qui fecit eum excommunicari, ſecus
ſi tertius per decre. frequens de reſtitu. ſpol. §.
ſed lib. 6. item in caſu prædicto dicendum eſt,
quòd quia abbatiſſa petit decimas: parochia-
ni poſſunt excipere de ſpoliatione auditionis
diuinorum, & perceptionis eccleſiaſticorum
ſacramentorum: maximè cum ut ſupra dictũ
eſt decimæ propter huiuſmodi debeantur, vt
expreſſum eſt, 16. q. 1. de decimis, & eadem, q.
c. in ſacris, unde ſi excipitur de excommunica
tione facta pro re ſuper qua agitur: ita & de
ſpoliatione diuinorum ſacramentorum quan
do agitur ſuper decimis, quæ pro illis datur,
a paritate rationis de reſcriptis, c. inter cæte-
ra, & quod dictum eſt de ſpoliatione diuino-
rum ſacramentorum, idem dicendum de diffi
cultate prædictorum, quia ita in modo, ſicut
in facto facienda eſt reſtitutio. de reſti. ſpolia.
Piſanis.

## Addi. Quint. Mandoſij.

a ¶ Contraxit mẹnia. ] *Legerem conſtru-*
*xit mẹnia. Hic niſi adhibita eſſent reme-*
*dia de quibus infra, diſcutiendum eſſet, an*
*in hac ampliatione ambitus & mœnium ci*
*uitatis conſideratio tranſlationis rei cadere*
*potuiſſet, ut una res in aliam tranſlata eſſe*
*iudicari potuiſſet, quo caſu idem iudicandũ*
*eſſet de una re, quod de alia iuxta tex. in l.*
*filiæ, ff. de condit. & demon. Item an conſide*
*rari potuiſſet ſubrogatio mœnium in locum*
*aliorum, ad Iaſo. poſt alios in l. ſi eum, §.*
*qui iniuriarum, ff. ſi quis cautio. Vel quòd*
*ciuitatis, & circuitus ac murorum amplia*
*tio nuncupari potuiſſent præexiſtentis rei*
*ſuperueniens pars, ſeu acceſſio, pro quibus*
*omnibus, & an augumentum, ſeu amplia-*
*tio huiuſmodi ſit ſubſtantialis vel accidẽn-*
*talis vide latè per Alber. Brun. de augu-*
*men. conclu. 1. & 2. & in eodem tracta. in*
*pluribus alijs locis, & in tracta. eiuſdem de*
*mutatio. & transforma.*
b ¶ Solemnitas libelli. ] *Prout in clem. di-*
*ſpendioſam de iudi. iunc. clem. ſẹpè, §. 1. de*
*uerbo. ſignific.*
c ¶ Si pliciter exponere. ] *Hanc ſimplicẽ*
*expoſitionem requirit tex. in dicta clemen.*
*ſæpè, verſic. uerum quia iuxta, & illam vo*
*cant talem qualem petitionem, quæ præſer-*
*tim adhiberi debet, ut cum ea concordari*
*poſſit ſententia, ut in dicto uerſic. uerum*
*quia, & per Lamber. de iu. patro. 13. art. 9.*
*quæſt. 2. par. 2. lib.*

Matrix



d ¶ Matrix eccleſia. ] *Quæ dicatur matrix*
*eccleſia, & quare ſic nuncupetur vide ſu-*
*pra alleg. 15. idem eſt, in princ. & tracto ſu*
*per ſigna de erectio. uerſic. & dicitur ma-*
*trix.*
e ¶ Ad audientiam. ] *Dic tu. 1. & per Car*
*din. conſ. 8. in themate, nu. 3. & hanc alleg.*
*citant, & ſequuntur Rebuff. de Deci. quæſt.*
*6. poſt num. 22. uerſic. tertio, quòd illa ca-*
*pella. & Ioan. Bapt. Ferret. conſ. 61. in cau-*
*ſa, poſt num. 15.*
f ¶ Prædictæ cauſæ. ] *Hic erectionum cau*
*ſæ ponuntur, pro quibus videre poteris quæ*
*ſcripſi ſuper ſigna. de Erectio. uerſic. ex for*
*mula præinſerta, cum ijs quæ ſequuntur, &*
*prius poſui formulam ſupplicationis ere-*
*ctionis.*
g ¶ L. apud Iulianum. §. ſi ] *Lege tu l. idẽ*
*Iulianus, ibi. quoniam commercium eorum*
*niſi ius principis non ſit, l. 4. in princ. ff. de*
*fideicom. liber. Bar. in l. fin. colum. 3. in prin.*
*C. de ſentent. paſ. idem Bart. in l. ſi quis ſub*
*conditione, colum. 2. poſt princ. uerſ oppo-*
*no dicitur hic. ff. de teſta. tute. per hunc in-*
*fra alleg. 92. ante num. 8. Abb. conſ. 45. vi-*
*detur, col. 1. in fi. lib. 2. gl. in c. gratia, in uer.*
*non poteſt de reſcr. lib. 5. Corſet. in ſuis ſing.*
*in uerſ. facere, D. meus Phil. Dec. in c. 1. nu.*
*4. de fid. inſtrum. & per Tiraq. de Vt. retra.*
*tit. 1. §. 32. glo. uno. nu. 36. & ſeq. Amplio*
*etiam ad principem inferiorem, prout per*
*Imol. & Alex. & Iaſ. in alleg. l. idem Iu-*
*lianus, & per Sozzi. iun. conſ. 74. viſo, nu.*
*22. lib. 2. Amplio ſecundo in ijs, quæ pen-*
*dent a conſilio ciuitatis, Bar. in l. continuus,*
*§ cum quis ſub hac, in fi. ff. de uerb. obliga.*
*Sozzi. in l. quidam relegatus, colum. 3. poſt*
*medium, verſ. regula eſt, quòd cenſetur, ff.*
*de reb. dub. Amplio tertio etiam ſi aliquan*
*do per fauores id quod pendet a principis*
*volũtate concedi conſueuerit, quia quod per*
*auxilium extraordinarium fit, non dicitur*
*poſſe fieri, Innoc. in c. paſtoralis, poſt prin.*
*ibi. Nam non dicitur poſſe fieri. de cau. poſ.*
*& propri. & adduci põt, quod voluit Ludo.*
*Roma. poſt Rot. conſ. 499 in præmiſſa, poſt*
*nu. 4. uerſ. & licet quis. Limito niſi ea, quæ*
*a uoluntate principis pendent concedi con-*
*ſueuerint, per ultima uer. tex. in alleg. l. idẽ*
*Iulianus, ibi cum diſtrahi nõ ſoleant, a con*
*trario ſenſu, & per Alex. poſt alios ibi,*
*glo. in l. qui cum maior. §. 1. ff. de bo. libe.*
*Pau. Caſtren. in l. continuus, §. cum quis, ff.*
*de verb. oblig. & hanc limit. dicit commu-*
*nem, Cur. iun. conſ. 182. habita. poſt nu. 12.*
*pro quibus videatur latè Sozzi. in d. l. qui-*
*dam relegatus, ubi plenè tractat.*
h ¶ Et conſentiendum. ] *Vide quæ ſcripſi*
*in 8. q. 8. Reg. num. 11. & in 32. q. 32. Reg.*
*nu. 2. Et iuxta terminos noſtros an, & quan*
*do inuito plebano, ſeu rectore eccleſia infra*
*fines parochiæ fundari poſſit vide per hunc*
*ſupra alleg. 42 quæritur de tribus, poſt nu.*
*3. uerſ. ad ſecundum an in conceſſione, &*
*ibi aliquos ad idem cito in uer. cum modi-*
*co, & Lap. ſequitur Lamber. de iu. patrona.*
*lib. 1. part. 3 quæſtio. 1. artic. 20. colum. 2.*
*uerſ. adduco. 19. Lap.*
i ¶ Decimæ. ] *Prout ẽt per Innoc. & Hoſt.*
*& Abb. nu. 5. in c. 1. de reb. eccle. non alie.*
*& ibi Apoſtil. ad Abb. in uer. nouiter hãc*
*alleg. citat, & ſequitur, & ẽt Rebuff ſupra*
*adductus de Deci. quæſt 6. poſt num. 22.*
K ¶ Decimis prædialibus. ] *Cum hic dici-*
*tur, ꝙ papa non intellexit de decimis præ-*
*dialibus, ſed perſonalibus, videamus, quæ*
*ſint prẹdiales, & quæ perſonales. prædiales*
*decimẹ ſunt quẹ ex fructibus prẹdiorum de*
*bentur, c. 1. c. ad apoſtolicẹ, & ca. peruenit,*
*de deci. puta uini, frumenti, & fructuum*
*arborum, ut per Hoſtien. in ſum. de deci. §.*
*quot ſint eius ſpecies. perſonales uero deci-*
*mæ ſunt, quẹ ex acquiſitis perſonẹ labore,*
*& opera ſoluuntur, c. quẹſt. 16. q. 1. prꝗalle.*
*c. ad apoſtolicẹ, & c. ex tranſmiſſa de deci.*
*ſunt & decimẹ mixtẹ, de quibus, & de prẹ-*
*miſſis tractat latè Rebuff. in Tract. Decima.*
*q. 3. a nu. 29. uſq; ad fi. q̃onis, et q. 6. D. Mar.*
*Mant. conſ. 1. num. 31. Tiraq. de Vt. Retra.*
*§. 15. glo. 1. nu. 10. & 14. magna fuit inter*

Doct.

Doct. contentio an decimarum prædialium ſolutio ab eo, qui in vna parochia degit, & in altera prædia colit fieri debeat in loco in quo ſita ſunt prædia, de quo per Abb. conſil. 58. lib. 1. colum. 2. verſic. quarto adduco bonum tex. & per eundem, & alios, in c. cũ ſint homines, & in c. ad apoſtolicæ. de deci. Ego dubium hoc, & plura alia ab hoc dependentia diſputaui in cauſa Toletan. Decimarum de Goſquez, & Oluende, in qua inter alia dubitabatur, an propter difficultatem, & opinionum concurſum recurrendum eſſet ad conſuetudinem: & an conſuetudo, quæ hic cadit diceretur præter, vel contra ius. Hic breuitati ſtudens diſputationes, & Rotæ decreta non ſubijcio.

l ¶ Oblationum.] *Tres nonnulli eſſe dicũt oblationum ſpecies, vna eſt donatio inter viuos Deo facta, vel eccleſiæ. Altera mortis cauſa facta, quæ inſtar legatorum redacta eſt. Tertia eſt vſualis, quam fideles faciunt ad altare, vel ad manus ſacerdotis, prout per Hoſtien. in ſum. de paro. §. 2. uerſ. hic tamen ſciendum eſt, per Troi. Maluet. in tracta. oblatio. in 1. dub. 1. par. num. 1. & poſtea num. 2. ſubdit quatuor eſſe oblationũ ſpecies, & per Rebuf. in tract. Decima quæſtio. 1. num. 27.*

m ¶ Certa pars parochiæ.] *Vt per glo. in verſ. a quocunque, in fi. de reli. domi. & per Card. conſ. 8 quidam ſyndicus, num. 3. verſ. dico tamen quòd ſine rectoris.*

n ¶ Quis præſentabit] *Magna eſt contentio inter Doct. ſuper quęſito hic per Lap. tacto, & tex. hic adductus in c. ad audientiam, 1. de eccle. ædific. videtur concludere, quòd ad rectorem præſentatio ſpectet, ſeu ad matricem eccleſiam parochialem, hanc opin. tenuerunt Innoc. & Hoſtien. ad fin. in c. cum venerabilis, de exceptio. Archid. in c. plures. 19. q. 1. & in cap. regenda, 10. q. 1. eandem opin. tenuit Lap. Abb. in c. 1. ne cleric. vel monaſt. vt refert ibi Gemin. verſic. quod ius habeant, lib. 6. idem videtur ſentire Lap. hic num. 6. per alleg. tex. in c. ad audientiam, & hanc eſſe communem opin. teſtatur Abb. in d. c. cum venerabilis, nu. 46. in 3. no. & in d. c. ad audientiam, 1. num. 9. de eccleſ. ædific. Contrariam opin. quæ verior eſt, & communior, ac tenenda, quòd immo eccleſia matrix, ſeu parochialis non ſit patrona eccleſiæ fundatæ infra eius parochiam ex eo tantum, quia fundata, ſeu conſtructa in eius parochia tenuerunt Abb. in alleg. c. cum venerabilis, in d. 3. not. contrariam opin. quam pręmiſerat eſſe communem, appellando communem errorem, & in alleg. hic, c. ad audientiam, 1. de eccleſ. ædific. num. 10. vbi dicit contrariam opin. nullo iure probari, & reſpondet ad illum text. & ponderat, quòd iſte non eſt modus acquirendi ius patronatus, qui altero de tribus, ſeu quatuor acquiritur videlicet, fundatione, conſtructione, dotatione, vel priuilegio pontificio, idem voluit Card. in cle. 1. de ſup. negli. prælato. & conſ. 65. themata le eſt plebs, S. Mariæ. Pau. de Citadi. qui alios refert de iu. patr. in 3. par. in 32. q. 1. cauſæ, num. 44. Roc. de Cur. in eo. tracta. in ver. eccleſiam fundauit, quæſt. 11. qui videtur in hac opin. reſidere, num. 12. licet litera videatur corrupta, tamen reſidet cum Abb. motus præſertim illa ratione, quòd iſte non ſit modus acquirendi ius patronatus. Poſtremo hanc eandẽ opin. tenet Lamber. eam veriorem, & communem aſſerens, alios referens, inter quos etiam Lap. hic pro eadem opin. in 8. q. 1. par. 1. lib. art. 1. per totum. Et opin. concordantur quòd procedat, ſeu procedere limitetur quando matrix, ſeu parochialis dedit fundum, conſtruxit, vel dotauit, & ita intelligi debet Lap. hic, prout etiam colligi poteſt infra verſic. ſed quis iſto caſu. & Innocen. & alij ſupra adducti, prout Innoc. ita ſentire ſupponit Feder. de Sen conſ 234. ſuper primo, uerſus fi. uerſic. Nam ibi ideo matrix eccleſia. Ita etiam declarant, & limitant primam opin. Innocen. Hoſt. & ſequacium Card. in alleg. c. cum uenerabilis, & Felyn. poſt num. 37. Sed aduerte,*



*uerte, quia ſi ita eſſet de excep. hæc limi. reſtrictio, ſeu intellectus ad opin. primam Innocen. & aliorum ſecum concludentium, vt apparet ex ſupra adductis hodie eſt communis. Verum aduertendum eſt, quòd illa opin. Innoc. & aliorum ſic intellecta eſt de indubitabili, & abſque hac qualitate, quòd infra parochiam fundata ſic eccleſia noua, ius patronatus acquiſitum fuiſſet per fundationem, conſtructionem, vel dotationem.*

o ¶ Manualibus.] *De ijs manualibus, & ad nutum reuocabilib. videatur idem Lap. ſupra alleg. 9. diſputat hic, an ſi papa, num. 5. verſicu. aliud eſt enim prouidere, Calde. conſ. 26. in reſeruationibus. de præbendis, & ego tracto in 11. quæſt. Reg. de Anna.*

p ¶ Nouam capellam.] *Idem ſentit glo. in c. cum te, in ver. pendeant, de æta. & quali. declarata tamen ut per Abb. in c. cum eccleſia, colum. penult. poſt medium, verſicu. Adde tamen ad prædicta. de electio. pro quibus vide etiam Rocc. de Cur. de iu. patr. qui alios adducit in uer. conſtruxit, q. 7. & Lamber. in eo. tract. in 6. art. 8. q. 1. par. 1. lib. præſertim, nu. 6. verſic. Aduertendum eſt etiam.*

q ¶ No. glo.] *Videlicet in uerſ. ad menſam, videatur ibidem per Card. in uerſ. præſentatos, nu. 3. & ſeq. in 4. & ſeq. quæſt. ubi quærit, quæ eccleſiæ dicantur de menſa, quibus modis contingere poteſt, quòd eccleſia dicatur de menſa, & quare non vacet per obitum, Imol. ſuper dicta glo. num. 15. & ſeq. & Boni. de vita. num. 82. & ſeq. & illam glo. pro ſingu. no. Alex. conſ. 79. circa primum, ante num. 3. verſ. quo ad ſecundum, lib. 1. pro hac materia videantur etiam Feder. de Sen. in tracta. permuta. quæſtio. 33. num. 57. Mil. in Reper. in uerſi. Beneficia, quæ ſunt de menſa, in uer. menſa quid ſit, & Fely in c. cum acceſſiſſent, num. 2. uer. alius caſus eſt. de conſtitu.*

r ¶ Decimas ſoluere.] *Sic contra, parochianis ceſſantibus decimas ſoluere rector ceſſare poterit a diuinis, glo. 1. in cap. omnis Chriſtianus, de conſecr. diſt. 1. Abb. in ca. quæſiuit, poſt num. 7. uerſ. ego non puto. de ijs, quæ fi. a maio. par. capi. idẽ tamen Abb. contrarium uoluit ſuper rub. de paro. uerſus fi. in 3. caſu, ibi etiam quando ſacerdos indiget, et parochiani mẽdices ſũt, ꝙ diuina ſubtrahere non poſſit, ſed ad ſuperiorem recurrat, qui prouidebit, & in hoc reſidet poſt alios dominus meus, in c. veniens 1. poſt num. 5. ubi hanc alleg. citare voluit. de teſti.*

ſ ¶ Spectationem.] *Aliàs inſpectionem, Bald. in l. contra negantem, in fin. C. ad leg. Aquil. probationem per inſpectionem cuicunque aliæ præfert, eamque denegari non debere aſſerit, etiam ſi ſtatutum mandet ſtari iuramento damnum paſſi, ſequitur Iaſ. in l. de periurio, num. 3. ff. de in lit. iuran.*

t ¶ Sunt enim.] *Hoc dictum Lapi refert. & ſequitur Pariſ. conſ. 67. ſi tenemus, in fi. lib. 1. videri poterunt, quæ latè tracto in 5. quæſt. 18. Reg.*

u ¶ Sed pone.] *Idem uoluit Ant. de But. in c. cum dilectus, § nos igitur, colum. 2. de ordi. cogni. Et hoc dictum Lapi referunt, & ſequuntur Abb. in c. cum inter, nu. 22. uerſ. & per hoc dicit Lap. de exceptio. & Dominus meus ibidem, num. 26. Gemin. num. 6. Franc. poſt num. 2. in c. 1 § fi. de reſtit. ſpol. lib. 6. & Felyn. in c. ſicut. uerſus fi. de ſimo. idem Fely. in c. cum venerabilis, num. 23. de exceptio, & in cap. veniens, 1. ante num. 4. de teſti.*

x ¶ Lib. 6.] *Et Rot. in no. 438. fuit dubitatũ pone, num. 2.*

y Sed dicta duo iura.] *Vide Rot. 438. præalleg. & Gemin. & Franc. in alleg. hic. c. frequens, colum. fi. de reſtit. ſpol. lib. 6. vbi citant, & ſequi videntur Lap. hic. eũdem etiã Lap. licet corruptè allegat, & ſequitur Abb in c. literis, poſt nu. 33. de reſt. ſpol.*

z ¶ Cum inter.] *Idem uoluit Abb. ibi nu. 21. Felyn. nu. 23. & Dominus meus, nu. 27. quorum vterque Lap. hic citat, & ſequitur. & hoc dictum Lapi refert etiam, cum eo reſidens Phil. Franc. in alleg. cap. 1. colum. fin. an-*

*fin.ante num.3. uerſ.& idem dicit Lap.ibi.
de reſtitut.ſpoliat. lib.6.*

## *SVMMARIVM.*

1 *Clementina ſi ſummus. de ſent. excomm.
declaratur.*
2 *Papæ narrata quando faciant fidem.*

## ALLEGATIO LXVII.

1 CLementina † ſi ſummus, [a] de ſent.
2 excommun.dicit,quòd ſi Papa ex
certa ſcientia aliquem ſub titulo
alicuius dignitatis verbo conſti-
tuat,vel literis nominet, honoret, ſeu quouis
alio modo tractet, ipſum in dignitate illa ap-
probare non intelligitur, aut quicquam ſibi
tribuere noui iuris.Item dicit ſi ex certa ſcien
tia cum excõmunicato participet literis, ver-
bo,vel oſculo, vel alio quouis modo, ipſum
per hoc abſoluere non intendit,& glo.penult.
ibi illud,cap.concordat, cum decre. literis de
probatio.quæ videtur dicere contrarium, di-
cens, quòd illa loquitur quando Papa narrat
factum proprium,& ſuper eo ipſius fundatur
intentio.vt loquitur tex.in d.clem.literas,ſ.de
facto proprio, ſ. quando ſe reſeruaſſe narrat,
nec obſtat. d.glo. ꝙ ſi clerici.in præalleg. cle.
literas, nec eius diſtinctio quæ habet, aut eſt
de facto proprio,aut alieno,quia intelligit de
alieno relato ad proprium vt prædixi, & ita
intelligit gl.vt patet in prędicta gl.cle.ſi ſum-
mus,& licet gloſſ.in prædicta clem.literas. di
cat de morte curialis, & ſic aliquantulum ſe
ampliauit voluit quaſi dicere,ꝙ mors quæ ob
uenit in curia habeat relationem ad factum
proprium,alias non poſſit ſtare illa glo. vnde
Ioan.Cal. legendo capitulum poſt ceſsionem
de prob. dicebat, quòd in narratis per Papam
de facto alterius non plus ſtatur, quam alijs
2 prælatis.† d.Lapus Abbas in d.cle.dicit,quòd
ſi Papa etiam ſuper ijs in quibus fundatur in-
tentio de facto alieno narrat,non de facto prę
deceſſorum ſuorum, ſi hoc facit proprio mo-
tu, talis narratio probationem facit licet pro-
bari poſsit contrarium.Si autem ad petitioné
alterius tunc non facit fidem,nec etiam tranſ-
fert onus probandi in aduerſarium eius, pro
quo eſt facta narratio, allegat de præbendis ſi
motu proprio & c. ſeq. & eo. tit. ſi Romanus,
& dictam clem. ſi ſummus & de tranſ. ex lite-
ris,& quod ſcribit Ioan.Andr.de reg.iur. non
liceat actori.in quæſtione ſi. lib.6. item extra.
Cle.6.quæ incipit proinde, dicit quòd narra-
tis in literis Papæ de reſerua. & decreta. præ-
deceſſorum ſuorum ſuper quibus gratia ipſa
fundatur,adhibetur plena fides in iudicio, &
extra iudicium,ſicut ſuis proprijs abſque alia
probatione.Secus in alijs, ita ſcribit dominus
meus Lapus in d.cle.literas. Sed zenzel.in d.
cle.literas, ſuper ver. intẽtio noſtra fundatur:
ſubdit ſic, ꝙ ſi appareat, ꝙ Papa intendat ad
hoc principaliter,ſ.narrando, vel inſinuando
factum proprium, quo caſu ſibi fides adhibe-
tur in hoc.Secus ſi narrat factum partis, vt pu
ta ſi partis ſupplicationem allegat. de fide in-
ſtrum.ex literis,& ibi notatur.de priuilegijs.
ſi Papa in principio.lib.6.de præben.ſi digni-
tate in cle.item tex.in d.cle.literas, dicit ſi Pa-
pa narrat ſe reſeruaſſe vel renunciationem re-
cepiſſe,vel ſimilia,& zenzel. ſuper illo uer. ſi-
milia.explicando dicit puta ceſsionem alicu-
ius recepiſſe,ſeu electionem refutaſſe.Item ſu
per ver.ſuper quibus, ſubdit puta reſeruatio-
nem,vel ſimiliter.Item Zenzel.ſuper ver.nar-
ratis intelligit,quòd ſupra.Guil.in d.clem.li-
teras,intelligit in ſimili quando Papa proprio
motu ſcribit. Nam exemplificat quando lite-
ras Papales dirigit ad ſacerdotes, vel præla-
tos alicuius prouinciæ,in qua ſcribit Papa,ꝙ
collationem certorum beneficiorum ſibi reſer
uauit,vel aliquem excommunicauit,vel ſimi-
lia aliqua talia ſe feciſſe dicit.

### Addit. Quint. Mandoſij.

a ¶ Cle.ſi ſummus ] *Alleg.hęc in alijs li-
bris erat pars,ſeu §.præceden.allegat. cum
qua communionem aliquam non habet, &
hanc pro alleg. 67.ſequen. Lap.citant Pa-
riſ.conſ.136.ſtante,poſt num.31. volum.4.
& And.Tiraq.de Vt. retra. par.1.glo.14.
§.1.num.49 du diſcutit an,& quando Pa-
pæ credatur,at pro alleg.122.citant Imol.
in cle.uni.de proba.colum.penult uerſic.ad
quod vide Lap.alleg.7.& 121.& 122.&
Alexan.conſ.112. uiſa copia,ante num.6.
vol.7. Corn. conſ. 139. pro deciſione, poſt
num.34.*



*num.24 lib.1.In hac alleg. Lap. remiſſiuè
loquitur,iura de quibus hic declarans, &
diſtinguens, pro quibus videre poteris quæ
plenè ſcripſi ſupra alleg.7.diſceptat, an li-
teræ,in 1.Apoſtil. vide etiam Nic. Boer.
Dec.348 quæritur,poſt num.7.& Reſtau.
Caſtal.de Impera. quæſt.110.in caſu 248.
qui Lap ſequuntur,alios ad id referentes.*

## *SVMMARIVM.*

1 *Monaſterium vel eccleſia, an poſſit de
vno loco ad alium transferri.*
2 *Eccleſia vel monaſterium quibus de cau-
ſis,& per quos poſſit de vno loco ad aliũ
transferri.*
3 *Vnam eccleſiam alteri ſubijcere ſpecies eſt
alienationis.*
4 *Eccleſia cuiuſcunque diœceſis eſt ſubiecta
cathedrali Eccleſiæ.*

## ALLEGATIO LXVIII.

QVæris an liceat [a] monaſterium,vel
1 eccleſiam in vno loco poſitam,ad
locum alium transferre,& ſi trãſ-
ferri poteſt, per quem hoc fieri
poſſit. Reſpondeo ad primum quòd ſic,per c.
ſi quis, 16. quæſt. vlt. & eadem cauſa, & q.ec-
cleſias,& per c.tribus, de conſe.diſt.1. hoc ta-
men ex cauſa faciendum eſt,& nõ aliter,quia
regula eſt in contrarium, 19.q.3.qui ſemel,&
cauſæ iuſtæ propter quas hoc fieri põt.16.q.7.
2 cap.antepe.† Item concurſus hoſtium, 7.q.1.
temporis.Item cum difficultas loci fuerit,ſci-
licet ad eundum.Item cum malorum ſocieta-
te grauetur,7. q.1. & habentur iſtæ tres cauſæ
in text.d. conſe. diſtin.j.tribus: Item propter
aeris intemperiem, vt 74.diſtin. quorundam,
debet enim eccleſia conſtrui in loco congruo,
& vtili.17.quæſt.7. eccleſias, & debet eſſe ſa-
nus & non apud prędones,vt not.gl.in d.cap.
Sanè eccleſias, & debet dimitti in loco priori
presbiter,adminiſtrator eccleſiæ,vt d.c.ſi quis
vult,quod intelligo ſi fieri poteſt,vt ibi not.&
perdit iſto caſu prior eccleſia priuilegium ſuũ
vt ea cauſa,j.q.& hoc diximus, & not. gloſ.in
d.c.ſi quis vult. Ad ſecundum reſpõdeo quòd
hoc debet fieri cum conſenſu epiſcopi, & fra-
trum ſuorum,vt in præalleg.c. ſi quis vult, &
fortè debet præcedere, tractatus capituli, &
authoritas ſuperioris, quaſi iſta ſit ſpecies
3 alienationis tollere † priuilegium, & locum
prioris eccleſiæ,ſicut aliàs dicitur ſpecies alie
nationis vnam eccleſiam alteri ſubijcere, vt
not.de exceſ.prælat.ſicut vnire, ſuper.3.gloſſ.
per Ioan.And. in nouel. Quia plus videtur v-
nam eccleſiam de ſolito loco transferre ad
alium, & illa dimiſſa alia loco eius alibi exi-
gere,quam ſit ipſam eandẽ dimittere ſine ſuo
priuilegio,& ſimplex presbiter dimittitur pro
miniſterijs eccleſiæ ſi fieri poteſt, vt prædixi,
b ſecundo caſu [b] remanet in ſuo ſtatu,& priui-
legijs,licet ſit alteri ſubiecta: quia primo caſu
quaſi deſtruitur ſtatus eius,vt prædixi, ſecun-
c do vero caſu conſeruatur chorus eccleſię [c] cũ
ſuis priuilegiis:ſubiectio enim non tollit iura
eccleſiæ, ſed debent conſeruari per illum cui
4 ſubiicitur.Nam & omnis† eccleſia in diœceſi
ſubiecta eſt cathedrali eccleſiæ, & tamen pri-
uilegia,& iura ſua retinent, ſit tamẽ ſubmiſſio
multis modis de quibus no.ne ſe.vac.cap. pri-
d mo,in gloſſ.[d]

### Addit.Quint. Mandoſij.

a ¶ Quæris an liceat.] *Pro hac alleg.vide
Rebuff.in praxi,tit.de tranſlat. epiſcop.vbi
enumerat ſex caſus tranſlationis faciendæ,
& num.11.citat,& ſequitur Lap. hic. Vi-
de etiam quę ſcripſi ſuper ſigna. de tranſ-
latio.*
b ¶ Secundo caſu.] *Vide Mar. Mant. con-
ſilio 89.viſo proceſſu, numero decimoſecun
do, & 32.*
c ¶ Chorus eccleſiæ.] *Chorus pluribus mo
dis accipitur,vt in l.cum eiuſdem,iun.gloſ.
ff.de ædil.edic.& l.ſi chorus cum gl.1.ff.de
leg.3.Chorus conuentum, & multitudinẽ,
& veluti coronam canentium,ſeu ſaltantiũ
ſignificat: a corona quę chorum nonnulli di-
ctum aſſeuerant, ego potius credo quod
Choros à Chara, ideſt lætitia dicatur Hye-
ron.ad Dardanum ſcribit chorum eſſe mu-
ſicum inſtrumentum & ſimplici pelle cum
duabus cicutis æreis, quod per primam in-
ſpiratur & per ſecundam vox emittitur.*

*Nõnunquam chorus in materia noſtra pro
loco in eccleſia ſumitur in quo conuenire
conſueuere clerus, ſeu canonici, uel alij de
collegio, ſeu conuentu diuina cantantes, ſeu
canentibus aſtantes. Hinc in ſupplicibus li-
bellis apponimus clauſulam ſtallum in cho
ro, & vocem in capitulo, quam ſuper ſigna.
poſui. Adrem noſtram redeamus per hæc
verba, Lap. concludit hic quòd cum unitur,
ſeu ſubijcitur vna eccleſia alteri, conſerua-
tur chorus eccleſiæ, ſecus quando transfer-
tur, quaſi inferat quòd cum ſumus in tranſ-
latione, uel mutatur locus ipſius chori, quia
amplius ille locus non inſeruit pro choro,
vel etiam mutatur ipſe chorus, ideſt tranſ-
feruntur perſonæ chori ad aliam eccleſiam,
ad aliumque locum. Melior lectura forſan
eßet locus eccleſiæ, quam chorus eccleſiæ,
vel honor eccleſiæ, quaſi prima eccleſia
priorem honorem, & maieſtatem amittat,
vel cultus eccleſiæ, vt legere videtur Mar.
Mant. præalleg. conſ. 89. num. 12. Velle
gamus ſtatus eccleſiæ, quam lecturam colli
gere poſſimus ex verbis proximè præced.
& ſic vna pars alteram declarabit, argum.
tex. in l. qui filiabus, §. 1. ff. de lega. 1. l. cum
proponebatur, ff. de lega. 2. Grat. reſpon. 1.
num. 25. lib. 1. inferens ad iuramentum, ꝙ
vna pars iuramenti alteram declaret. Di-
xit Lap. quòd in primo caſu videlicet in
tranſlatione deſtruitur ſtatus eccleſiæ, in
ſecundo uerò conſeruatur, ſi aliud non ex-
preſſiſſet, ſubintelligendum erat idem ver-
bum ſtatus, fuit facta expreſſio, ergo modo
quo debebat. Amplius contrariorum ea-
dem eſt diſciplina, quo argumento Lap. no-
ſter ſepè vti ſolet, prout ſupra alleg. 53. nu-
me. 5. & ipſe Ariſto. in 2. lib. Topico. in 2.
& 24. loco, cum duobus ſeq. Hæc duo quo
ad hunc effectum deſtruendi, uel conſeruan
di ſtatum eccleſiæ, &c. vt contraria, ſeu op
poſita ponit, quod etiam oſtenditur ex illo
aduerbio uero. Ibi ſecundo vero caſu, quod
præcedentibus aduerſari conſueuit, l. omnes
populi, verſ. quod uero. ff. de ius. & iur. l. con
tra legem, ff. de legib. & l. liberum, ff. de ado
ptio. cum vulga. ergo ſicut in primo caſu
ſtatus eccleſiæ deſtruitur, in ſecundo caſu
idem ſtatus eccleſiæ conſeruetur neceßario
aßerere debemus, & hoc modo etiam intel
ligere videtur Mar. Mant. dicto conſ. 89.
poſt num. 12. ibi. Nec ſtatus in totum per-
petua vnione deſtruatur.*

d ¶ Cap. 1. in glo.] *Quæ, & Innoc. ibi. &
glo. in c. & temporis. 16. quæſt. 1. tribus mo
dis fieri aßerunt vnionem, Hoſtien. uero in
ſum. ne. ſe. vacan. uerſicu. Quot modis fiat
vnio, quinque modis fieri dicit, quem ſequi-
tur Caccialup. in tracta. vnio. in 2. artic. ubi
quærit quotuplex ſit vnio.*

*SVMMARIVM.*

1 *Procurator non poteſt, ſine ſpeciali man-
dato defectus, vel crimina in electum,
vel eligendum opponere.*
2 *Procurator non poteſt ea per quæ ſtatus
hominis diminui poſſit.*
3 *Actio iniuriarum non requirit ſpeciale
mandatum.*
4 *Clauſula generalis adiecta expreſſioni cau
ſæ an comprehendat maiora expreſſis.*

## ALLEGATIO LXIX.

1 IN Clem. non poteſt † de procu. in
a in gl. concordant [a] &c. exordiens
ab vltimo principio huius tituli
ſcire debes, quòd procurator, ſine
ſpeciali mandato crimina, & defectus contra
electum, vel eligendum opponere non poteſt,
& maximè vbi locum habet decre. 1. de elect.
lib. 6. & quòd not. plenè Innoc. de accu. ſuper
ijs. Ioan. And. in d. decre. 1. de ele. ſuper verſic.
procurator, principaliter decidit clem. non po
teſt, de procu. Sed dubitauerunt Doct. an hoc
habeat locum ſolum in prædicto caſu decr. 1.
ſed quando talis cauſa per appellationem de-
uoluitur ad curiam Romanam, an ſimplici-
ter ſit verum quòd volens contra electum, vel
eligendum crimina, vel defectus per procu-
ratores opponere, debeat dare ad hoc ſpecia-



le mandatum, & de hoc not. in d. Clem. non
poteſt, in glo. antepen. vbi licite dabitur vi-
detur tenere glo. quòd non ſolum in caſu, de-
cre. 1. de elect. lib. 6. Sed etiam indifferenter, &
vbique locum habeat, inducens ad hoc ratio-
nes, Innoc. in præalleg. decr. ſuper ijs, & ſecun
dum hoc melius procedit dubiũ de quo quæ-
ritur: nam ſi poneres eſſe ſpecialẽ caſum pro-
uiſum in terminis ipſius decre. non eſſet mi-
randum, quòd per clauſulam generalem adie
ctam ſpeciali caſui non veniret, ex quo iuris
diſpoſitio ſpecialem ſemper requireret. ita
enim dicimus in procur. ad appellandum in
prædicto caſu. vt probat decre. procu. de elec.
lib. 6. & no. in gl. antepen. idem dicimus in ma
trimonio contrahendo. vt in decre. fi. de pro-
cu. eo. lib. ijs enim caſibus nec dubiũ, nec ad-
miratio procedit, & videtur etiam no. glo. in
proxi. ſupra alleg. c. procu. Reſtat ergo dubiũ
ſi huius ſpeciale mandatum requiritur indif-
ferenter non reſtringendo ſe ad ſpecialiſſimã
diſpoſitionem iuris, quia per generalem clau-
ſulam adiectam caſui, qui requirat ſpeciale,
iſte caſus non veniet, cap. qui ad agendum de
procu. & contra id quod innuit gl. 4. & ſuper
ea. no. Ioan. And. de reſcrip. ſedes, vbi dicitur,
quòd illa reſtrictio clauſulæ, & quidam alij,
b de qua ibi habet locum in reſponſo [b] ſecus in
alij cõtractibus in quibus illa clauſula poteſt
comprehendere omnem modum, & omnem
caſum. Si coniungas, & miſceas gl. antepen. &
penu. hic poſitas videbis veritatem licet diffi-
culter, quia obſcurè ſatis loquuntur, & maxi-
mè penul. dicit ergo glo. antepen. ſecundum
Innoc. quod ratio quare ſpeciale mandatum
requiratur in hoc caſu eſt, quia ſuccumbens
incurrit ſuſpenſionem beneficij per trienniũ,
& ſi ſe ingeſſerit medio tempore, perpetuò
priuatus eſt, & ſic continet diminutionem ſta
2 tus, ſed † procurator nunquam poteſt ea per
quæ poſſit hominis ſtatus diminui, & licet
principaliter pęna videatur temporalis, tamẽ
diminutionem ſtatus continet, ſecundum eũ,
3 vt in Auth. alleg. in glo. & hinc † eſt quod in
actione iniuriarum non requiritur ſpeciale
mandatum, quia diminutionem ſtatus nõ con
tinet, vt in iure alleg. in gl. & iſta eſt ratio cle.
ſcilicet quia iſte caſus non includitur per ge-
neralem clauſulam adiectam caſui, qui requi-
rit ſpeciale mandatum, ſcilicet propter maxi-
mam differentiam, & excellẽtiam caſus inter
diminutionem ſtatus, & non diminutionem,
in quo caſu non loquitur, c. qui ad agendum
ſupra alleg. pro, & contra, quia licet ibi dica-
tur, ꝙ expreſſo certo articulo exigente ſpe-
ciale mandatum tunc generalis clauſula adie
cta ad alios extenditur, & illud intelligitur de
ſimilibus, vel maioribus fortè, ſed nõ tam lon
gè maioribus & etiam no. gl. 4. in c. fi. eo. tit. &
lib. ſed cõſtat, ꝙ caſus noſter per rationes præ
dictas longè eſt maior ergo, &c. Sed ad iſtud
opponitur quia de iſta hoc non exprimit, ſed
ſimpliciter dicit, ꝙ non veniunt maiora, vel
grauiora expreſſis. So. dicit gl. immo puto, ꝙ
hæc clem. ponderauit hanc maioritatem ſe-
cundum prædicta, & remittit glo. ad id quod
dicit glo. proxi. ſeq. ibi ſatis puto, &c. & ibi re
mittit ad iſtam opi. & ita patet eſſe de mente
glo. ꝙ iſta ſit ratio clem. alleg. & ratio facilis
tollens contraria ſupra allegata; & per iſta pu
to clarum articulum iſtum, & contraria quie-
ſcant, ſed quia gl. pen. de ſe eſt obſcura venio
ad ipſius textualem intellectum, dicit ergo, ꝙ
id quod dicitur in hac clem. circa procu. con-
ſtit. ꝙ non veniunt maiora, vel grauiora ex-
preſſis concor. cum eo, quod dicitur ſupra de
c reſcrip. cum concor. c. ſedes, [c] ꝙ dictum ſcili-
cet non maiora expreſſis etiã in proc. de qui-
bus loquitur cle. regulariter non habet locũ,
nec eſt uerum vt ipſa glo. no. in d. decr. ſedes,
immo habet locum contrarium, vt ipſe ibi no.
ſuper 3. gl. & ſupra dictum eſt, nec huic dicto,
ſcilicet ꝙ contrarium non eſt regulare, quia
maiora veniunt, obſtat litera huius clem. quæ
prima facie videtur velle, ꝙ ſi in caſu huius
cle. fuiſſet in procu. expreſſa cauſa fidei, quæ
maxima eſt, & adiecta clauſula, quæ potuiſſet
opponere etiam, & hoc a cõtrario ſenſu, quia
ſi illa eſt quare non venit, quia grauiora ſunt
expreſſis expreſſa cauſa fidei cũ ſit maior ceſſa
bit ratio. Eſt verum quod verba cle. licet ſint
generalia fundantur tamen ſuper ratione ſpe-
ciali de qua ſupra & hoc ꝙ dixit glo. ibi ſatis
puto, ꝙ grauiora, intellexit per modũ de quo
prædixi, intelligas in antepen. gl. vnde ſubdit,
glo. ſi ſubtiliter aduertas iſta litera huius cle.
non eſt contra id quod no. ſuper d. gl. 3. in de-
cre. ſedes, quia hic non dicitur, quòd genera-
4 lis clauſula adiecta expreſſioni † cauſæ non
comprehendit maiora expreſſis: quia iſtud eſ-
ſet falſum, quia clauſula per ſe omnes caſus
comprehenderet, expreſſio ergo certæ cauſæ
non tollit virtutem generalitatis, niſi in reſcri
pto, vbi eſt ſpeciale propter odiũ, ſed iſta dicit

quòd generaliter adiecta caſui q requirit ſpe
ciale non includit grauiora, & intellige gra-
uiora ſm ꝙ ſupradictum eſt, ſcilicet continen
tia diminutionem ſtatus, & hoc non ex defe-
ctu verborum generalis clauſulæ, ſed ex pro-
uiſione iuris, ne quis tantum periculum facilè
incurrat. Si vis ergo clarè intelligere clauſ.
pōdera ſolum quomodo litera capit maiora,
d vel grauiora [d] quod ex prædictis ſatis clarè
patet, & ad materiam, vide infra alleg. proxi-
mam, ad finem.

## Addit. Quint. Mandoſij.

a ¶ Glo. concor.] *Eſt penul. in ver. grauio-
ra, quam gl. eiuſque materiam declarant,
Abb. in c. ſedeſ. num. 7. verſ ſed contra hoc,
Fel. ibidem, in ver. clauſula generalis, nu. 3.
& ſeq & D. meus, col. fi. verſ. circa cle. non
poteſt, & ante. de reſcript. Vide hunc infra
alleg. proxima, num. 10. & ante; & Rot. Bel
lamer. 5. generale procur.*

b ¶ Habet locum in reſponſo.] *Lego in re
ſcripto, ſeu in reſcriptis vti colligitur ex
verbis, Ioan. And. hic citati, ac Abb. Barb.
Fel D. mei in alleg. c ſedes, num. 7. uerſic in
ea, & ex fi. huius alleg. ibi niſi in reſcripto,
vbi eſt ſpeciale.*

c ¶ Sedes.] *Pro materia illius, cap. ſedes, &
quomodo clauſula generalis, ſeu vniuerſa-
lis comprehendat maiora expreſſis, vel ſi-
milia, ſeu diſſimilia vltra Doct. antiquos, ac
Abb. Fely. & D. meum ibi videantur Mil.
in repert in ver genus ſubſequens, & Ale.
conſ. 22. viſo inſtrumento, col. fin. lib. 1. vbi
etiam de clauſula. Etiam ſi talia forent quę
mandatum exigerent magis ſpeciale, Sozz.
in l. quidam relegatus, a nu. 5. uſque ad 10.
ff. de reb dub. iu praxi Papin. in for. reſpon.
rei, in ver. ſimoniacus, nu. 6. vbi etiam Apo
ſtil. in ver. ſpeciale mandatum, qui hanc, &
proximam ſeq. alleg. citat, & ſequitur.*

d ¶ Grauiora] *Grauiores, ſeu maiores cau-
ſæ, & grauiora, ſeu maior negocia quæ di-
cantur, vide in alleg. proximè ſequ. & per
Doct. præſertim Abb. in cap. maiores, col. 1.
vbi etiam Apoſt. magna, in ver. de hoc ge-
nere, quæ ad Lap. alleg. ſeq. ſe remittit, & al
tera Apoſt. in ver. quæ dicantur cauſæ gra-
ues de baptiſmo. Videantur etiam quæ ſcri-
pſi ſuper 11. commiſ. in verbo grauitatem
ſummæ. Et quot modis graue, & grauitas
dicatur proſequor in gl. Facul. §. conſideran
tes, in uer. grauitatem.*

## *SVMMARIVM.*

1 *Cauſa uſuraria, an ſit ſpiritualis.*
2 *Cauſa vſuraria, quæ dicatur.*
3 *Cauſarum ſpecies ſunt plures.*
4 *Mandatum ad cauſas ciuiles & crimina-
les non includit cauſam vſurariam.*
5 *Cauſæ eccleſiaſticæ omnes ſunt quaſi ſpi-
rituales: & res eccleſiaſticæ ſpirituales
dicuntur.*
6 *Cauſæ ſpirituales ſpeciale mandatum re-
quirunt.*
7 *Anima eſt omnibus temporalibus pre-
tioſior.*
8 *Cauſa ſpiritualis tāto a ciuili differt quan
to anima eſt corpore pretioſior.*
9 *Cauſa criminalis diuerſimode conſide-
ratur.*
10 *Clauſula generalis adiecta ſpecialitati,
quomodo habet vim ſpecialis mandati,
& num. 11.*

## ALLEGATIO LXX.

1 SAepè vidi dubitari in cauſis † ven
tilandis, an cauſa vſuraria tanquā
ſpiritualis requirat mādatum ſpe
ciale, vel an ſufficeret mandatum
ad cauſas ciuiles, & criminales, vel an ſuffice-
ret mandatū ad eccleſiaſticas cauſas: & vt iſte
articulus diligentius examinetur eſt ante vi-
dendum, an cauſa vſuraria ſit ſpiritualis: Se-
cundo eſt examinandum de ſpeciebus cauſa-
rum, & de ipſarum differentia ſpecierum, ex
quib. clarius infertur ad quæſtionē præmiſſā.
Et omiſſa opinione aliquorum dicentium ꝙ
tunc demum cauſa vſuraria eſt ſpiritualis, ac
etiam in foro eccleſiaſtico debet tractari,
quando agitur de prohibito, & conceſſo, ideſt
an hoc, ſit vſura, vel non, quæ opinio in pra-
2 ctica ſuccubuit, & † generaliter vbicunque
petuntur, vel repetuntur vſuræ, vel quoquo
modo tanguntur dicitur eſſe cauſa vſuraria.
& cognoſcit eccleſiaſticus, vt ſcripſi plenius
a ſupra allegat. [a] & videtur quòd cauſa vſura
ria ſit ſpiritualis, vel quaſi, ſeu ſaltem ſpi-
ritualitati annexa; ſicut eſt cauſa hæreſis, ſi-
moniæ, adulterij, de offic. ordin. cap. 1. & ibi
no. cauſæ enim quæ inter laicos in foro eccle-
ſiaſtico tractantur, quaſi ſpirituales ſunt, ita
videtur ſentire glo. vlt. in cap. ex literis, de iu-
reiuran. in eo, quòd dicit cauſa vſurarum eſt,
quaſi ſpiritualis, cum ſit eccleſiaſtica & ob hoc
efficiuntur cognitionis iudicis eccleſiaſtici nō
ſolum ratione criminis, aliàs ſi laicus raperet
rem alterius laici eccleſia cognoſceret ratio-
ne criminis rapinæ, quòd tamen non dici-
mus ſic generaliter, & licet dici ſoleat quod
b ratione peccati [b] cognoſcit eccleſia etiam
inter laicos, illud tamen recipit temperamen-
tum, & ſic generaliter recipitur, vt not. in d.
decre. nouit. de iudi. & quod ſit ſpiritualis te-
net glo. in decre. ex literis, de iureiur. & gloſ.
c ord. in c. ſi annum. de iudi. lib. 6. [c] Nec obſtat.
quòd Ioan. Andr. dicit, ibi in nouel. exponens
ſcilicet largo modo, ideſt eccleſiaſtici fori,
quia ibidem voluit quod dicta glo. in d. c. ex
literis, & ideo in eccleſiaſtico foro tractatur,
vt ſupra, de iureiur. videlicet quòd eſſet quaſi
ſpiritualis. Sed de quaſi ſpiritualibus, vel an-
nexis ſpiritualibus idem iudicium eſt haben-
dum de iud. quanto. eo. tit. & in cle. diſpendio-
3 ſam. de iud. † Ad ſecundum dico, quòd ſpe-
d cies cauſarum [d] ſunt multę. Aliquando dicun
tur cauſæ eccleſiaſticæ, vt quia aguntur in fo-
ro ciuili eccleſiaſtico, & ſecundum hoc di-
cuntur ciuiles, quæ aguntur in foro ciuili, vt
ſcribit Ioan. Andr. in cap. in cauſis, de teſti. ſu-
per verſ. eccleſiaſticis. in nouel. Aliquādo cau
ſæ ſpirituales vocantur eccleſiaſticæ, vt ſunt
criminales ciuiles de rebus temporalibus ſu-
pra, vt ibi ſubdit idem Io. And. in glo. j. ord. in
c. literas, de iura. ca. dicit, quòd ſunt quædam
cauſę ſpirituales, vt cauſa decimalis, vt in d. c.
literas. Quædam annexæ ſpiritualibus, vt cau
ſa iuris patronatus de iud. al. de re iu. c. quan-
to. Quædam ſunt merè ciuiles cauſæ, vt cum
agitur rei vendicatione. vel cauſa pecu. de li-
bel. oblatione. cap. vlti. & pe. Quædam ſunt
criminales, vt cum agitur directè de crimine,
de accu. c. veniens, & c. ſuper literis. Aliæ ſunt
mixtæ, vt cum agitur de crimine ciuiliter. de
procur. tuæ, & in iur. alleg. in d. glo. Ioā. And.
poſt glo. Spec. in Spec. de accu. §. 1. verſ. por-
ro. dicit, quòd in cauſis eccleſiaſticis non tene
e tur quis exprimere actionē, [e] ſed in ciuilibus,
f ſic, [f] etiam in foro eccleſiaſtico, & ſic patet,
quod etiam in foro eccleſiaſtico diſtinguntur
4 cauſæ ciuiles ab eccleſiaſticis. † Modo ad pro-
poſitum dico, quòd mandatum ad cauſas ciui
les, & criminales non includit vſurariam cau
ſam, quia cauſa ciuilis, & criminalis, propriè
dicuntur de rebus temporalibus, & quæ corā
ſeculari iudice ſunt tractandæ, vt ſupra dictū
eſt, & decre. in cauſis præalleg. ponit cauſas
eccleſiaſticas, & ciuiles pro diuerſic; ergo
vna reliquam nō includit, ſed bene puto ſuffi
cere mandatum ad cauſas eccleſiaſticas, quia
5 omnes cauſæ eccleſiaſticæ † ſunt quaſi ſpiritua
les, ſic & res eccleſiaſticæ dicuntur ſpiritua-
let, vt no. glo. ſuper ver. apponatur, de reſtitu.
ſpol. c. 1. lib. 6. vel annexæ, vt dicit d. gl. in cap.
ex literis, de iureiuran. ille enim qui dat man-
datum ad cauſas eccleſiaſticas concedit, quòd
omnes cauſæ quaſi ſpirituales, vel annexæ ſpi
ritualibus, quæ coram eccleſiaſtico iudice tra
ctari poſſunt, experiri poſſit; vt eſt cauſa vſu-
rarum, quæ quaſi ſpiritualis eſt, vel annexa
ſpiritualibus. Puto tamen quod tale man-
datum ſcilicet ad eccleſiaſticas cauſas non eſ-
ſet ſufficiens ad mere ſpirituales, vt eſſet cau
g ſa fidei, [g] ſacramentorum, & huiuſmodi.
quia licet verbū eccleſiaſticas includat quaſi
ſpirituales, & annexas ſpiritualibus, non ta-
men merè ſpirituales, quæ requirunt ſpecia-
le mandatum. Sed oppono immo videtur,
quòd prædictæ formæ non ſufficiant, nam
non videtur iure cautum quod cauſa ſpiritua
lis requirat ſpeciale mandatum, vt not. gloſſ.
ord. in cap. qui ad agendum, de procur. lib. 6.
quæ enumerat cauſas, quæ requirunt ſpeciale
mandatum, de cauſa ſpirituali nil dicit, &
Spec. eod. tit. ſcilicet de procur. §. 1. verſ. item
opponitur, ad quem remittit dicta glo. in cap.
qui ad agendum, nil de hoc dicit; ſolutio: imò
non ſufficiunt dictæ formæ, vt ſupra dictum
eſt; Tum quia mādata ſunt ſtricti iuris; & vna
ſpecies non includit reliquam. de reſcriptis ſu
ſceptū, lib. 6. vnde cū alia ſit cā ſpiritualis, alia
ciuilis, alia criminalis; reſtat ꝙ datus ad ſpiri-
tuales, diuerſę ſpeciei. ad hoc de proc. ſi procu
rat. & in Spe. de procuratori. §. 1. ver. itē quod

6 certa.† Tum etiam quia ſpirituales ipſæ [h] re-
h quirunt ſpeciale mandatum vnde Specul. de
coniuncta perſona, §.1.verſic.Item quòd. di-
i cit,quòd coniuncta perſona [i] non admittitur
ad ea,quæ requirunt ſpeciale mandatum, per
quæ ſatis videtur innuere, ꝙ cauſa beneficia-
K lis, [k] & ſpiritualis requirit ſpeciale mandatũ,
& ad hoc facit dicta decre. ſi annum, de iudi.
lib.6.item hoc ipſum videtur probare text. in
d.c.ſi annum,§.ſi vero, vbi procurator ad eas,
ſcilicet cauſas ſpirituales cõſtituitur, & quòd
cauſa ſpiritualis requirat ſpeciale mãdatum,
patet ex eo,quia diſcurrendo per ſingulas cau
ſas ſpirituales eſt reperire,ꝙ requirunt ſpecia
le mãdatum,& ex ſingularibus, & indiuiduis
l infertur genus, [l] vnde eſt videre, ꝙ abſolutio
m ab excõmunicatione [m] requirit ſpeciale man
n datum,immo nec ſpeciale [n] ſufficit niſi habeat
ſpeciale ad præſtandum iuramentum ſecun-
dum not.in c.cum deſideres,de ſent.excomm.
Item iuramentum quod animam ligat requi-
rit ſpeciale mandatum,ff.de iura.calum.c.fin.
o [o] in clem.non poteſt,de procu.& not.Spec.de
iuram.calum.§. reſtat. verſ. quid ergo fiet. &
verſ.quid ergo.& de procur. §.ratione autem
formæ verſ.pen.in cauſa matrimonij, qui ma-
tri. accuſa. poſ. ex literis [p] parte deciſa. Nec
p obſt.decre.accedens.de procur.quia ibi paren
tibus agentibus de matrimonio filiorum ac-
ceſſit conſenſus eorum,vt ibi no.Item in voto
q vltra marino. de vo. ex multa. [q] Item in con-
trahenda excommunicatione. 24.q.3.ſi habes,
r in princ. [r] Item ad impetrandum diſpenſa-
ſ tionem, vt no.Spec. de elec.ver.item not. [ſ] &
idem in alijs ſpiritualibus; & poteſt eſſe ratio:
7 quia in cauſa ſpirituali propriè † tangitur ani
ma, quæ eſt omnibus temporalibus pretio-
ſior. Vnde nil prodeſt homini ſi totum mun-
dum lucretur,anima vero ſua ſalua non ſit: &
circa eã maius periculum imminet. Vnde ſi-
cut expreſſo caſu ſpeciali, & ſubſecuta clauſu
t la generali [t] non veniunt ſpecialia maiora,vt
d.clem.non poteſt:ita per generalia verba pro
curatoris ad cauſas nõ includitur ſpiritualis,
quæ propter ſui nobilitatem, & magnitudinẽ
eſt ſpeciali nota digna. Et quæ ſpeciali nota di
gna ſunt, ſi non exprimantur neglecta viden-
tur,ff.de iniurijs, item apud labeonem, §. hoc
edictum.aliàs ait prætor.de conceſ.præben. di
lectus,& hoc videtur ſentire glo. vlt. in clem.
non poteſt, quæ arguens contra text. dicit, ꝙ
expreſſo iuramento quod ligat animam, quæ
eſt pretioſior corpore, videtur includere, ꝙ
poſſit obijcere crimina,quæ ligant corpus,tol
lit per interpretationem, quia iuramentum
procuratoris non ligat animam domini:quaſi
fateatur glo. ꝙ ſi ligaret procederet obiectio,
& nõ dico, ꝙ omnis cauſa ſpiritualis requirat
ſpeciale mandatũ ſingulariter. Sed dico, ꝙ niſi
detur procurator ſaltem in genere ad ſpiritua
les cauſas, ꝙ illas tractare non poterit tanquã
diuerſæ ſpeciei. vnde etiam idem dicimus in
modo reſcripti, ꝙ expreſſa temporali non ve
nit in aliquo ſpiritualis, & expreſſo laico im-
potenti non venit clericus ſecundum lec. &
no.in c.ſedes,& in c.Rodulphus,de reſcrip.&
in Spec.de reſcripti præſenta.§.ratione autem
cauſæ.verſic.Item ꝙ in eo, & ſuper dicto ver.
per Ioan.Andr.in addit. Ita in propoſito pro-
pter expreſſionem cauſarum ciuilium, vel cri
minalium non veniet cauſa ſpiritualis, quæ
nobilior tanto differt ab alijs, quanto anima
eſt pretioſior corpore, & ſecundum hoc etiã
cauſa vſurarum, quia continet crimen inclu-
deretur de vi verborum in mandato dato ad
omnes cauſas criminales,tamen videtur iuris
diſpoſitione,vel de mente iuris, nõ poſſe vſu-
rariã cauſam tractare, quæ eſt ſpiritualis pro-
pter rationes prædictas: & maximè vbi non
ageretur criminaliter,ſed ciuiliter ad reſt.exa
ctorum, quia tunc etiam non includitur ſub
criminalibus,quæ intelliguntur quando dire-
ctè agitur de crimine,vt no.in d.glo.in d.c. li-
teras,de iuramen.calum.quia verbum ſimpli-
citer prolatum, in ſui potiori ſignificato de-
bet intelligi.de ſent.excom.ſi quem. Vnde di-
cendo ad cauſas criminales intellige de illis,
vbi directè agitur de crimine. Itẽ ſi in manda-
to dicatur ad cauſas criminales, & ad omnes
alias cauſas,adhuc non venit ſpiritualis,vigo
re clauſulæ generalis, quia clauſula generalis
adiecta ſpeciali caſui non includit maiores ca
u ſus,vt in clemen.non poteſt,cum ſua glo. [u] Er
go dicta clauſula generalis, ſcilicet ad omnes
alias cauſas adiecta cauſis criminalibus, vel
ciuilibus ſine ſpeciebus criminalium, vel ciui
lium,non includit ſpiritualem,quia eſt multo
maior ſpecies,vt eſt dictum. Nec obſt. ſi dica-
tur cauſa vſurarum poteſt criminaliter tracta
ri, ergo venit in mandato dato ad criminales,
9 quia non puto hoc verum, † quia criminaliũ
alia eſt ſimplex, & ſine mixtura ſpiritualita-
tis,alia habet mixtam ſpiritualitatem,cuius ra-
tione defertur ad eccleſiaſticum iudicem, vt
eſt



eſt vſuraria, & tunc dico ꝙ ad iſtas generale
mandatum ad cauſas criminales non extendi
tur per rationes ſuperius alleg. immo plus vi-
detur, ꝙ ſi dicatur ad omnes cauſas crimina-
les,nõ tamen ad eccleſiaſticas criminales, nec
in foro eccleſiaſtico. Iſta enim differunt ni-
mium,& ſunt ſpeciali nota digna,& ideo ſi ta
ceantur non videntur includi, vt ſupra dixi.
Quid ergo ſi expreſſo aliquo adijciatur clau-
ſula generalis, & inſuper addatur,etiam ſi ma
iora,& magis ſpecialia eſſent, quam expreſſa,
nunquid poterit obijcere crimina?puto,quòd
x non, niſi vnum de ipſis maioribus [x] fuerit ex-
preſſum,ſecuta clauſula generali:ad hoc,eod.
tit.qui ad agendum, lib.6.& videtur hoc ſen-
tire glo.ord.ſuper verbo mandamus, in d.de-
cre.qui ad agendum,quæ dicit, ꝙ licet tex.ibi.
in §. procurator,dicat ꝙ ſine ſpeciali manda-
to non poteſt procurator iuramentum defer-
re, &c. Tamen ſi contineatur in mandatis id
quod æquipollet ſpeciali mandato,ſufficit, &
alleg.proximum reſponſum ipſius decr.quod
dicit, quòd expreſſo vno ſpeciali ſubſecuta
10 clauſula generali veniãt alia ſpecialia,† quaſi
hæc clauſula generalis adiecta ſpecialitate ha
beat vim ſpecialis mandati quo ad alia ſpecia
lia,ſcilicet paria,& non maiora.per clem.non
poteſt, ita in propoſito, expreſſo vno ſpeciali
altioris gradus,& hoc placet D.Ioan. de San-
cto Geor.Bono.& Domino meo,D.Lapo Ab-
bati monaſterij S. Miniati ad montem prope
Florentiam,facit ad hoc quia ſpeciale manda
tum datum intelligitur vbi nominatim quid
mandatur,ff.de procura.non ſolum, §. vltim.
& l.Pompo.in princ.ff.de mino. illud. §. ſi ta-
lis.Nominatim autem fit,quod fit expreſſo no
mine proprio,vel eo, quod habet vim proprij
nominis,de teſti.licet ex quadam,ff.de libe. &
poſthum.nominatim,ff.ſi cert.pet.l.certum,ff.
de verbo.oblig.ſtipulatio.& l.vbi autem. Vn-
de ſi exprimo in mandato gradum altiorem,
& adijcio,& ad alia,ſatis videor velle alia al-
tiora venire, & hoc habet vim proprij nomi-
nis per iura prædicta. Sed obſtare videtur, ꝙ
ſecundum hoc expreſſo in mandato ad oppo-
nendum crimina,vel defectus ſubſecuta clau-
ſula generali poſſet procurator matrimoniũ
contrahere,quod eſt falſum,vt dicit gl. in d.c.
qui ad agendum,ſed non eſt contra.quia con-
trahere matrimonium eſt longe maius, ſed
clauſula generalis nõ includit longè maiora,
11 vt no.glo.in d.c.procurator.† Item licet clau
ſula generalis adiecta caſui ſpeciali includat
alia ſpecialia paria, non tamen illa ſpecialia,
quę iuris diſpoſitione requirunt ſpeciale man
y datum, vt in matrimonio, [y] vnde in quæſtio-
ne prædicta;non intelligo quòd expreſſo vno
de longè maioribus,veniant alia longè maio-
ra, quæ iuris diſpoſitione requirunt ſpeciale
mandatum, & propter eorum magnitudinem
non venirent, niſi vnum de longè maioribus
fuiſſet expreſſum: vnde ſicut non venit in di-
cta decre. qui ad agendum aliquod de poſiti-
uis ſpeciale mandatum exigentibus, niſi eorũ
aliquod exprimatur; ita non veniet etiam vi-
gore generalis clauſulæ aliquod de contentis
in maiore, & alterius generis altioris manda-
tum ſpeciale exigentis, niſi eorum aliquod ex
primatur propter paritatem rationis, & vide
ad intellectum prædictorum ſupra allegat.
proxi.

### Addit. Quint.Mandoſij.

a ¶ Supra alleg.] *Videlicet 10.quę incipit diſputat hic plura.& etiam alleg.55. incipien.Reueren.hanc alleg.citant, & comprobant D.meus Phil.Dec.conſ.170.viſo,ante num.3. Ludo.Roma.in l.Titia, poſt num.7. uerſic.ſecunda eſt opin.ff.ſolu. matr. Alex. in Apoſtil.ad Bar.in l.omni, in ver.in fi.legis,poſt medium,C.de ſacro.eccle.vide etiã Gemin.in c.1.num.5.de vſur.lib.6.Card.in clem.vni.queſt.18.num.19.& Boni. de vita.num.117.eodem tit.*

b ¶ Ratione peccati.] *Lapũ ſequitur Mar. Sozzi. in c.licet, poſt num.14. in 36. caſu. de for. compet. Et hanc alleg.citare uoluit idem in c.cum ſit,poſt num 19. eod.tit.*

c ¶ Lib.6.] *Et ibi Phil. Franc. qui Lap. hic ſequitur, §. qui uerò ante num.6. & facit tex.in c.cum tu.de vſur.glo.fi. in ca.cum ſit generale,verſ. Item crimen vſurarum, & ibidem Abba.& alij.de fo.comp.Card. conſil.120.Titius obligauit,num.2. uerſ. item de tali. vide etiam alios quos refero ſupra alleg.55.in 1. Apoſtil.*

d ¶ Species cauſarum.] *Pulchrè Lap. hic oſtendit cauſarum genera plura eſſe, & inter ſe differre, ad quem ſe remittit Felyn.*

in c.in cauſis,poſt princ.de teſti. Vide etiã Rober.Maran.in 4.par.prin.11.& 13 diſt. iudiciorum, & Franc.cum hoc tenentem in cap.fin ad fin. de arbit. lib.6.

e ¶ Exprimere actionem. ] Prout cle. diſpendioſam, de iudi.iun. cle. ſæpè de verbo. ſign.& ibi per omnes,glo. magna in cap.1. vbi etiam Gemin.col.4.verſ.ſequitur in gl. diſtin.7. & hoc dictum Lapi ſequitur Fel. in c.dilecti.verſus fi.de iudi.

f ¶ Sed in ciuilibus ſic.] Et tunc an ſit neceſſe exprimere in libello,an quis agat directa,vel vtili actione videatur per Bar.in l. ſi duo rei,num.2.ff.de donatio.per Anto.de Butr.Fely.& alios in d.c.dilecto.de iudi.& & per Iaſo.in l.ædita, poſt num.5. verſic. An autem neceſſe,& ibi Apoſtil.in ver. neceſſe ad Lap.hic ſe remittit, C. de edend.

g ¶ Cauſa fidei ] Hoc dictum Lapi refert, & ſequitur Franc.in c.qui ad agendum poſt num.5.verſic.31.in cauſis vſurarijs.de procur.lib.6.

h ¶ Spirituales ipſæ.] Aliàs ſpirituales cauſæ.Lap.hic ſequitur Prob.in Addi. ad Glo. pragma.de Collatio.§.item quod,in uer.nominatorum,verſ.no.Lap.& Fel. in c.ſedes, antè nu.4.uerſ Et dicit Lap. de reſcr. An autẽ cauſæ ſpirituales,ſeu beneficiariæ mandatũ requirant ſpeciale vide Rot.375.fuit dubitatum,in no.Tracto in 4.quæſt.31.Reg. Cancel. num.5. & 18. vide etiam infra in Apoſtil.in ver.beneficialis.

i ¶ Coniuncta perſona.] Vide Rot.142 in cauſa bene.Inno.& Bellam.682. in cauſis. Abb.Fely.& alios in c.nonnulli.de reſcrip. Rom.ſing.613.tu audiuiſti.& ibi Apoſtil. voluit citare Lap.hic.Abb.& Fel.in c.corã vbi poſt num.6.citat Lap.hic.de off.deleg.

K ¶ Beneficialis.] Vide omnino Bellam.Dec. 5.generale procuratorium,& Mil.in Repe. in uer.procurator poteſt eſſe laicus. Rot in no.375. alias 27.ſub titu.de procur.ubi in Addit. quæ aſcribitur Papazono citatur Lap.hic, & ibidem ſubditur in Decretum Rotæ quòd mandatum in cauſas motas, & mouendas comprehendat etiam cauſas beneficiarias, quod & ego ſeruari vidi.

l ¶ Infertur genus.] Vel potius ſpecies, vt docet porphy. in prædicabi. dum de ſpecie tractat dicens ſpecies eſt,quæ de multis numero differentibus dicitur cum rei vis, ac natura exquiritur, & poſt, & omne quodcunque ante indiuidua proximè dicitur ſpecies erit, atque ita vt genus eſſe nunquam poſſit, &c.& vtrobique Ammo. Herm.

m ¶ Abſolutio ab excommunicatione.] Contra quòd non requiratur ſpeciale mandatum colligitur ex Rotę Dec.426.ſi decanus.in no. ubi etiam nu. 2. quòd canonicus non excommunicatus poteſt pro concanonico abſolutionem à ſententia excommunicationis etiam abſque mandato petere.Pro opi.Lapi eſt glo. penul.in terminis in alleg. c.qui ad agendum,verſ.Item in abſolutione petenda ab excommunicatione. de procur. lib.6.idem etiam uoluit Spec.de procu.§1. num.5.verſ.16.in petenda abſolutione.vide Franc.in d c.qui ad agendum,§.procurator.poſt num.4.verſ.ſecundo vult.

n ¶ Nec ſpeciale.] Mihi magis placet opi.Phil.Franc.in alleg. c qui ad agendum, § procurator,poſt nu.4.vbi citans Lap.hic ſubdit ſufficere generalem clauſulam facta expreſſione,ꝙ poſſit petere abſolutionẽ, de iuramento mentione non facta,immo quòd ſufficeret ſimplex mandatum ad petendam abſolutionem,licet non fuiſſet dictum,quòd iurare poſſet, ex quo mandatum trahatur ad omnia ſine quibus abſolutio obtineri nõ poteſt,vulg.l.ad rem mobilem. & l.ad legatum,ff.de procu.& facit in ſimi.Rot.Bellamer.20.procurator in prophanis, verſus fin Nec illud cap. quod de ijs mihi probat illud ad quod hic adducitur.

o ¶ Cap.fin.] Supple tu,lib.6.vbi,quòd cũ ſpeciali mandato procurator ad iurandum de calumnia admittitur.Et ꝙ abſque ſpeciali mandato non admittatur procurator ad iurandum de calumnia voluerunt Aegid. Bellamer. Dec. 20. incipien. procurator in

pro-



prophanis, Bar.in l.qui bona, §. ſi alieno, nu.2.ff.de dam.infec.De quo tamen, & circa alia iuramenta an requirãt ſpeciale mandatum videatur Bar.in d.§.ſi alieno.et ibidem Roman Alex. & alij,& latè per Mar. Anto.Bauer.in tract.de iureiu.poſt nu.95. verſic.54.

p ¶ Ex literis.] Hoc ca. quod etiam ad rem noſtram citatur per glo.penult.in alleg. ca. qui ad agendum, verſ.item in cauſa matrimoniali.de proc.lib.6.non inuenies, vt annuit ibidem glo.ibi in parte deciſa. & Lap. hic quaſi dicant in parte reciſa, ſeu in libro illo non poſita, quod expreſſius, & clarius cognoſces ex verbis Card.in clem.1. de procur.ante nu. 12. uerſ. Allegabatur autem ad hoc,qui matri.accuſ.poſ.ex literis in antiqua contemplatione,quod c.hodie non habemus.Pro dicto Lapi hic adducitur etiam Azzo.in ſum eod. num.5. qui loquitur per verbum fortè,facit ratio tex.in l.generali, in princ.ff. de ritu nup. Idem etiam uoluit Innoc.in c.coram,verſus fin. vbi legendum eſt.Quidam aſſignãt caſum in matrimonio. de in inte.reſti.Spec.de procu.§.1.poſt nu. 4.verſ.9.ſecundum Vin.in cauſa matrimoniali.& Bar.in l.filiusfa.ante num.10.uer. item fallit in cauſa matrimoniali,ff.de don.

q ¶ Ex multa.] Videlicet poſt princ.uerſic. illis autem ſolummodo.Sed de alio mandato loquitur tex.ille ab hoc de quo hic tractamus,idem etiam quod Lap.hic dicit præalleg.glo.penult. in c.qui ad agendum, verſ. item ſecundum quoſdam in uoto tranſmarino.& Specu.in alleg, §.1. de procur. poſt num.4.verſ.10.ſecundum D. meum.

r ¶ In prin.] Idem voluit glo.penult.in alleg.c.qui ad agendum.uerſ. item in contrahenda excõmunicatione,& Spec.in d. §. 1. de procur.ante num.6.verſic.18.in contrahenda excommunicatione.

ſ ¶ Verſ item no.] Supple in §.ſuperius, nu.4.ibi licet autem procurator. idem etiã uoluit Spec.in præalleg.§.1.de procur.ante numer. 6. verſ.21.in petenda diſpenſatione.facit tex.& ibi Ant.de Butr. & Abb. in c. innotuit de electio. idem etiam uoluit Corſet.in ſuis ſingu.in uerſic.mandatum in impetranda diſpenſatione, & Lap. hic ſequitur inferens ad omnem diſpenſationem obtinendam,vt requiratur ſpeciale mandatum,Franc.in alleg.c.qui ad agendum,§.fi. colum. antepenult. verſicu.32. eſt quando vellet.de procu.lib.6.

t ¶ Clauſula generali. ] Idem dixit ſupra alleg. proximè præcedenti ad fi.ubi aliqua addidi in uer. ſedes. idem etiam voluit hac eadem alleg.uerſus fi. uerſ. Item licet clauſula generalis.pro hac,& ſimilibus clauſulis generalibus videatur Abb.in c. ſedes, num.6. de reſcrip. & ibi latius in quadam Apoſtil.in uer.clauſula generalis, vbi prope fin.citat Lap.hic.

u ¶ Cum ſua gloſ.] Per Ant.de But.Abb. & alios in alleg.c. ſedes, de reſcr. Gemin.in c.qui ad agendum,§.ſed ſi aliquis,prope fi. de procu.lib.6 & Franc.ibi ad fin.ſequitur Lap.hic.& Sozzi.conſ.194.quoniam præſens,num.1.lib.3.

x ¶ De ipſis maioribus. ] Vide Alexand. conſi.22.uiſo, colum.fin.lib.1.videri etiam poterunt quæ ſcripſi in 6. quæſtio.24. Reg. Cancel.num.14.

y ¶ Vt in matrimonio ] Supple tu contrahendo,pro quo ſpeciale mandatum requiritur.prout in c.ſi.in princ.de procur.lib.6.& per glo.penult.ſupra adductam,in cap. qui ad agendum, uerſic. item in contrahendo matrimonio, eod. titu. & lib. & per Mil. in Reper.in uerſic. procurator ad matrimonium. idem etiam in cauſa matrimoniali, vt ſupra probatum eſt.

SVMMARIVM.

1 Vadens ad furandum rem alicuius ſi ante furtum præueniatur, & illi res donetur,an dicatur fur.

ALLE-

## ALLEGATIO LXXI.

a MArtinus,[a] & Petrus ſunt duo fidei-
commiſſarij Ioannis, pro quo de-
bent diſpenſare prout voluerint
pro anima ſua centum: & iterum
Martinus ſcriptus eſt ſolus fideicommiſſarius
Andreæ, pro quo debet diſpenſare ſimili mo-
do alia centum. Accidit per inaduertentiã, ꝙ
Petrus ſcriptus nomine ſuo, & ſocij ſui Marti
ni commiſſariorum dicti Ioan. pro anima.
D.Io.centum.20.diſpẽſauit non credens plus
dare pro eo quam diſpenſare deberet. Nunc
dictus Martinus de conſenſu Petri vellet di-
cta. 20. plus data applicare dicto Andreæ de
quo nec ante dictam dationem, neque in da-
tione illa neque per Martinum, neque per Pe-
trum, quo ad illa. 20. aliqua præceſſit, vel fuit
intentio dandi pro anima Andreæ, quia crede
bat ſolum diſpenſaſſe partem Ioan. ſed cum
ad eorum notitiam peruenit error, nõ conſen-
ſerunt dediſſe illa. 20. pro Ioanne, ſed velle
applicare Andreæ, vt dictum eſt. Modo quæ-
ritur omiſſo foro iudiciali, ſi in foro conſcien
tiæ ipſe Martinus poteſt applicare illa viginti
ipſi Andreæ. Item ſi facta diſpenſatione flor.
80. pro anima dicti Andreæ per ipſum Marti-
num, ſi ipſe Martinus eſt liber ſecundum con-
ſcientiam à diſpenſatione totali illorum cen-
tum flo. quos pro dicto Andrea debuit diſpen
ſare. Ad prædictam quæſtionem ſic reſponde-
tur; & primo pro declaratione, aut dicta cen-
tum viginti fuerunt data certæ perſonæ per er
rorem, & ignorantiam, aut fuerunt per minu-
tias hincinde diſperſa. Primo caſu aut eſt per-
ſona, quæ ſit potens reſtituere quod per erro-
rem recepit, & tunc poſſunt dicta. 20. ab eo re-
peti, & ipſe reſtituere tenetur, & reſtitutione
facta ceſſat quæſtio. Item dicto caſu poteſt
abſque reſtitutione actuali dictus Petrus no-
tificare dicto tali, qui recipit, dictum errorem,
& poſſunt adinuicem conueniri dictus reci-
piens, & prædicti Petrus & Martinus, quòd il
lam pecuniam de cętero ipſe recipiens dicat
ſe recepiſſe pro anima dicti Andreæ, & ipſe
Martinus de conſenſu dicti Petri ipſam pecu-
niam de nouo ipſi eidem, qui recepit pro ani-
ma dicti Ioannis concedat, ſeu conſentiat, ꝙ
licitè tunc retineat pro anima dicti Andreæ:
b quia remittere[b] idem eſt, quòd dare; & dictus
recipiens ab inde omnes preces, & quæcunq;
ſuffragia, quæ facturus erat pro anima dicti
Ioannis pro dictis. 20. faciet pro anima dicti
Andreæ. Si autem non eſt potens reſtituere, &
tunc eſt idem quòd in caſu ſeq. ſcilicet quan-
do hincinde per minutias fuerunt diſperſa ita
quòd in facto repeti non poſſunt, quibus caſi-
bus dico, quòd ſi Petrus & Martinus concor-
dant ad inuicẽ ita quòd dictus Petrus, & Mar
tinus conſentiant, quòd 20. quæ per errorem
ſoluit, & de quibus competit ſibi de iure rece-
ptio: Martinus diſponat prout vult: quia di-
ctus Martinus poteſt illa de nouo concedere
pro anima dicti Andreæ eiſdem quibus per er
rorem conceſſa fuerunt, ſeu remanere, vel con
ſentire, quòd ipſi qui ſic per errorem recepe-
runt pro anima Ioan. & per errorem illicitè
retinent, quòd preces, & ſuffragia de cętero
pro anima dicti Andreæ effundant, & licet nõ
reperirentur illi, qui dicta. 20. receperunt, ta-
men ſufficit quòd eis donentur, ſeu concedan
tur, quòd licitè retineant pro anima dicti An-
dreæ, & pro anima prædicti Andreæ erunt, nõ
à die primo datæ, ſed à die donationis, & no-
1 uæ conceſſionis, ſeu remiſſionis. † Vnde ille
qui vadit, vt furetur rem meam, ſi ante fur-
c tum [c] præuenio, & illam illi dono licet ipſe
ignoret, non dicitur furtum committere, licet
poſtea rem ipſam ille auferat animo furandi.
Et ſi dicatur dicta. 20. non fuerunt data pro
anima Andreæ, fateor. Item dicta. 20. non fue
runt data de pecunia Andreæ, ſed Ioannis,
fateor. Item illi pauperes recipientes non
receperunt pro anima Andreæ, ſed Ioannis,
ergo pro anima Andreæ operari non poſſunt
negando iſtam concluſionem, quia poſſunt
obſeruari, quæ ſupra dicta ſunt, nam ſi fiat re-
ſtitutio ab eo, qui recepit ceſſat quæſtio, vt
prædixi, ſi non poſſit fieri reſtitutio, quia non
habet vnde, vel quia minutatim fuerũt diſper
ſa, & ſi non reperiuntur, vel ignorantur reci-
pientes, tunc ſufficit remiſſio, vel noua con-
ceſſio. nec obſt. quòd dicta pecunia non fuit
de pecunia Andreæ, ſed Ioan. quia Petrus per
errorem ſoluit cui competit repetitio conſen-
tit, quòd Martinus ipſe facere poterat, & ſi-
cut ipſe de nouo concedere, vel remittere po-
terat; ita & Martinus hoc poterit; procedunt
maximè prædicta in foro animæ ubi de apici-
bus iuris, & formulis verborum non eſt diſpu
tandum, ſed ſecundum intentionem, & veri-
tatem geſtorum.

Addit.



Addit. Quint. Mandoſij.

a ¶ Martinus.] *Hanc alleg. citat, & ad il-
lam ſe remittit Apoſtil. 1. magna ad Abb.
in c. Ioannes, colum fin. verſic. Titius, &
Marti. de teſta.*

b ¶ Remittere.] *Remiſſio, datio, ſeu dona-
tio æquipollent, ſeu a pari procedunt, l. quin
etiam. ff. de calumnia. Fede. de Sen. conſ. 18.
quæſtio talis, conſ. 22. an vſurario, & con-
ſil. 177. quidam habet, verſ. in contrarium
videtur. & dicta con. 18. & 22. Fed. ſequi-
tur Phil. Franc. in c. peccatum, ante num. 5.
de reg. iur. lib 6. licet illud conſ. 22. ſub alio
numero citet.*

c ¶ Si ante furtum.] *Pro quo, & quid ſi
poſt furtum uide conſ. Fede. ſupra adductũ,
18. in princ. Dyn. in reg. peccatum, num. 5.
lib. 6. vbi etiam Apoſtil. ſuper verſ. remit
titur peccatum. Videri etiam poterunt, quæ
ſcripſi in 9. quęſt. Reg. Cancel. de Impe. be-
ne. viuen. num. 3. & 6. ac ſequen.*

### *SVMMARIVM.*

1 *Res empta de pecunijs eccleſię an efficia-
tur ipſius eccleſię vel ementis.*
2 *Actor debet ſequi forum rei.*
3 *Impediens res eccleſiaſticas ſacras ſacri-
legus dicitur.*
4 *Poſſeſſori inquietato datur vti poſſidetis.*

## ALLEGATIO LXXII.

1 IN † quæſtione præmiſſa multa ca-
pitula continente eſt perdiſcutien
dum an res empta de pecunia ec-
a cleſię[a] ſit effecta eccleſiæ ſic, quòd
eccleſiæ vendicare poſſit; hoc enim eſt funda-
mentum agentis hic, & attendendum, quòd
glo. dicunt aſſertiuè, quòd ſic; ita not. glo. de
pecu. cle. inquirendum, & Io. 12. q. 2. apoſtoli-
cæ, alleg. 12. q. 4. ſacerdotes, & c. fixum, & c. 2.
q. fi. facit c. res eccleſiæ. 12. q. 1. Ego nunquam
vidi tex. hoc probantem, immo regula habet
contrarium, C. de rei vendi. l. ſi ex ca. C. de do
nat. inter vi. & vxo. l. ſi de tua. & l. ſi patruus,
C. communia vtriuſque iudicij, quæ regula
fallit in caſibus pluribus à iure expreſſis, ſ. in
milite. C. de rei vend. l. ſi vt proponis, & pupil
lo. C. de arbit. tu. l. 3. & in re empta à marito
de pecunia vxoris, ff. de dona. inter vi. & vxor.
& in re empta à liberto de pecunia data à pa-
trono, quæ reuocatur ſola obſequij ratione
non præſtiti. C. de reuocan. do. l. 11. addunt ali
qui de re empta de pecunijs funeribus de vſu-
ris cum tu. de illo ſcilicet de re empta de pecu
b nijs funeribus eſt dubium, ſed de eccleſia [b] nõ
inuenietur tex. in mundo. Ad tex. allegatum
incontrarium ſi tex. videatur bene nõ probat,
& facilè eſt reſpondere in quibus non inſiſto.
Sed ſuppoſito pro vero quod ita ſit, eſt viden-
dum, an coram iudice eccleſiaſtico procedat
libellus formatus, vt ſit hic attendẽdum, quia
libellus figuratiuè fundari videtur ſuper not.
Innoc. in c. cum ſit. de for. comp. quæ habent,
c quod ſi allegetur rapina [c] vel dolus, & fraus
contractus, vel nullitas, ſiue etiam petatur re-
ſciſſio; quòd iudex eccleſiaſticus cognoſcet:
hic ante omnia pondero quod verba Innocẽ.
non amplè ſunt intelligenda, non enim eſt de
mente Innoc. quod integratio, vel aliàs con-
tractus reſciſſio, vel nullitatis declaratio, ſic
abſolutè proponatur contra laicum in foro ec
cleſiaſtico, nam ſtandum eſt regulæ, quæ ha-
d bet quod actor [d] ſequitur † forum rei, vt in c.
2 cum ſit, & in c. ſi clericus, niſi inquantum re-
periatur regula violata expreſsè in caſu, c. cũ
ſic, exprimuntur in quibus offenditur illa re-
gula, nec ſit extenſio, cum illa diſpoſitio exor-
bitet, vt in regula, quæ à iure, niſi fortè ad ſimi
lia vbi ſubeſſet omnimoda rationis idempti-
tas. no. idem Innoc. debet ſic concludi. Nam
aliquando conſtat res impeditas à laico fore
eccleſiaſticas ex natura rei, vt quia ſacræ, &
tunc coram eccleſiaſtico, cum ſit crimen ſacri-
legij, 17. q. 3. ſicut, & c. 3. & hoc non ex debito
ſpeciali eccleſiæ, immo etiam ex debito gene-
rali quo eccleſia defendit miſerabiles perſo-
nas, 14. q. 3. ſi quis de potentibus, & c. licet, &
c. ex tenore, de fo. comp. ubi legitur de eorum
oppreſſione; Aut non allegatur oppreſſio, ſiue
violentia, & tunc ſi conſtat rem fore eccleſiæ,
ſed dicitur illam perueniſſe, ſine cauſa ad lai-
cum, & ſic allegatur nullitas tituli, vel metus,
vt fiat receſſio: tunc quia cõſtat ipſam fore ec-
cleſiæ iudex eccleſiaſticus exequetur, vt in ca.
apoſtolicos, & c. quicunque militum, 12. q. 2.

&. ſic

& ſic intelligantur tota not.Innoc. Vbi autem
non conſtat eſſe, vel fuiſſe eccleſiæ,ſed in du-
bium reuocatur, quia eccleſia vendicat allega
to dominio; & poſſidens negat niſi allegetur
oppreſſio,vel violentia; ſtabitur regulæ quan
tuncunque allegetur fraus, vel dolus, nec in
e hoc receditur a regula nunc apoſtolica,[e] dum
in libello hic narratur, ꝙ de pecunijs eccleſiæ
fraudulenter, vel doloſè iſti emerunt ad in-
ſtantiam fratris Ioannis, & ꝙ tenuerunt per
violentiam contra voluntatem Abbatis, & ꝙ
turbauerunt, & turbãt ne Abbas pacificè poſ-
ſideat, petitur declarari ſi ſit factum contra-
ctum ſic, recognoſci,bona reſtitui;iſta eſt vna
mixtura malè appoſita. Iſte videtur intentare
vti poſſidetis ex capite quo aſſerit ſe turbari,
iſte vendicat ex capite quo aſſerit bona eccle-
ſiæ,& petit ſibi reſtitui. Iſte agit de dolo con-
tractus, ſiue implorat officium iudicis allega-
to dolo,& fraude:Primum probant, l. vnica,
f C.vti poſſide.& l.1.& l.ſi duo,ff.eo.tit.[f]Secun
dum probat. l. ex diuerſo.ff.de rei vendi. Ter-
3 tium probat ſeries libelli. † Primum non po-
teſt procedere, quia vti poſſide.datur poſſeſ-
ſori,qui inquietatur,vt l.vnica præalleg. cum
ibi no.& l.1.& l.ſi duo, ff. eo.tit. & agens non
aſſerit abbatem poſſidere, immo aſſerit con-
trarium,ex quo vendicat, quia rei vendicatio
datur domino contra poſſidentem, vel deten-
torem,vt l.vna,C.de aliena. iudi.mu.cau.fac.
l.in rem,& l.officium de rei vendi. ergo defi-
cit ex illo capite. Item aperta eſt ignorantia,
cum concurrant vti poſſidetis,& rei vendi. in
tentata contra eundem,ad eaſdem res, non va
riata qualitate poſſeſſionis,vt l.naturaliter, §.
nihil.ff.de acquir.poſſ.ſecundum vnam lectu-
ram & ibi plenè probat, & hæc exceptio cum
ſit declinatoria iuriſdictionis, & proceſſus de
bet ante lit.conteſt.expediri,de or.cog. tuam,
de iudi.exhibita.licet miles agens explicet ta-
le quid in libello quo iuſtificato foret articu-
lus præiudicialis proceſſui, vt probant ſtatim
inducta, alias dilatoriæ forent dicendæ poſt
lit.conteſt.& l.ſi quidem,& l.exceptiones, C.
de prob. & except. fieret mixtura peruertens
ordinem proceſſus contra caſum exhibit. de
iudi.& no.de offic.deleg.cum contingat.Item
ſi miles procederet tamen quia allegatur do-
lus,debet inquietatio narrata ſpecificari loca-
liter,& temporaliter,& quælibet circunſtan-
tia deſcribi ac ſi ageretur de crimine crimina-
g liter, vt l. libellorum, ff. de accuſa.[g] Secus ſi
non allegetur dolus aduerſarij, ff.de iniurijs,
l.prætor edixit.ff.de dolo. l. itaque. probatur.
ff.de vi,& vi ar.l.1.§.rectiſſimè,& §.ibi autem,
& eſt caſus de procu.c.tuæ. facit quod no.In-
noc.de accuſ.qualiter:no.Bar.in l.j.ff.vti poſſi
de. hic autẽ nulla ſit ſpecificatio turbationis,
& hoc ſolum ſufficere debet ad repulſam. Itẽ
in capite quo petit pronunciari illos recepiſſe
fructus, & tenuiſſe bona, illud non procedit:
nam illa concluſio non continet aliquid dari,
vel fieri parti,nec ius partis declarari. Cum ta
men actio ſit ius proſequendi, &c. inſtitut.de
actio.in princ. Iſtud enim cadebat, & cadere
poterat ſub narratione, vt infertur, non ſub
conditione,cum libellus ſit ſyllogiſmus legi-
ſtæ, C. de eden. l. edita. & ibi no. ſic nec ex ea
parte,qua petit ſic recognoſci, vt ex prædictis
infertur; ꝙ ſi non procedit rei vendicatio, ꝙ
res non ſit effecta litigioſa, cũ vitium litigioſi
ſurgat de dominio rei; legitimè agitur iuxta
formam Authen.litigioſam,C.de litigioſis,ex
ijs concluditur iudicem eccleſiaſticum pro-
poſitis except.& probat.procedere non poſſe,
& probatio patet ex ſerie propoſita,item libel
lum non procedere,& ſic rem litigioſam effe-
ctam non eſſe,hęc allegatio fuit domini Ioan.
de Ligna.vide per me ſuper hoc eodem anno,
& eadem quæſtione, quam de facto habui, &
h obtinui alleg.58.ſupra.[h]

## Addit.Quint. Mandoſij.

a ¶ De pecunia eccleſiæ.] *Pro hac quæſt. & alijs ſimi.vide Bald.in l.etiam, num.4. & ſeq.verſ.quæro ſi prælatus mutuat,C.de fideicom.Ioan.Firma. de epiſc. lib.4.par.4. num.137.& ſeq.& And. Tiraq.qui more ſuo in finita cumulat, & ad partes diſcutit gl.vni.§.32.nu.10.cum pluribus ſeq.de vt. retra.vbi num.16.citat Lap. hic, verſ.nec res empta de pecunia. titu.1.*

b ¶ De eccleſia.] *Aliter ſentire videtur ſupra alleg.58.prælatus,num.10.& infra 74.quæro an res,poſt nu.1.uerſ.licet ſecus.*

c ¶ Rapina.] *De qua, & omni oppreſſione cognoſcit eccleſiaſticus prout ſupra alleg. 58.num.4.& alleg.54.num.3. Rapina autem propriè dicitur furtum improbiſſimũ cum violentia contractum, l.2.ff. de priua. deli.l.duobus, §.ſi quis curauerit ſe non rapuiſſe,ff. de iureiur. inſti. vi bono. rapto. in princ. pulchrè Ludo.Roman. conſ.144. inquiſitio.num.2.*

d ¶ Quod actor.] *Idem dicit ſupra alleg. 58.num.2.*

e ¶ Nunc apoſtolica.] *Triplex lectura hic cadere poteſt, vna quòd non recedatur à regula apoſtolica.1. canonica, ſeu pontificia,prout etiam nuncupamus cameram apoſtolicam,ideſt papalem ſeu pontificiam ad ea,quæ adduco in Glo.Facul.§.ſanè, in uer. Apoſtolicæ, & in 10.quæſt.1. Reg.nu.14. Altera erit nec in hoc receditur a regula, c.apoſtolicos videlicet. 12. quæſt.2. quod proximè adduxit Tertia erit nunc applico. Cogita non enim ſum Oedipus.*

f ¶ Eod.tit.] *Et allegat.64.nunquid,ac alleg.ſeq.*

g ¶ De accu.] *Idem dicit ſupra allegat.58. prælatus eccleſiæ, num.12. Vide D.meum Phil.Dec.qui alios adducit conſ.83.in cauſa accuſationis,num.2. & toto con.*

h ¶ Alleg.58 ſupra.] *Prælatus, vbi in fin. remittit ſe ad alleg.77. exiſtimo ibi legendum 72. pro materia huius alleg. quæ fuit Ioan.a Ligna. ſupra 94. nunquid & alleg. 65.proponit.*



### SVMMARIVM.

1 *Prælatus uocans ad ſe monachum ſuum cui mandatum facit ſtatim reſpondere ſibi veritatem ſub pęna excommunicationis. qua pœna teneatur.*

2 *Monitio an ſemper debeat excommunicationem præcedere.*

3 *Sententia excommunicationis poteſt pro manifeſta offenſa in præſentem proferri nulla monitione præmiſſa.*

4 *Sententia lata in diem, vel ſub conditione ſuſpenditur per appellationem medio tempore interpoſitam: ſic & pœna quæ prouenire habet ex prolatione ipſius ſententiæ.*

5 *Clauſtrales an pro manuum iniectione cũ violentia in clericos poſſint à ſuo prælato abſolui.*

6 *Ignorantia iuris, an in aliquibus excuſet clauſtrales.*

7 *Statutum & ſententia in quo differant.*

## ALLEGATIO LXXIII.

a PRælatus regularis [a] vocauit ad ſe
1 monachum ſuum clauſtralem,† &
illi in ſua pſentia conſtituto man
dauit, vt ſtatim reſponderet ſibi
veritatem de certa re, & hoc mandatum fecit
ſub pęna excom.quam in eum intulit ex tunc,
niſi ſuis dictis pareret; qui ſtatim paruit, &
hoc ſine ſcriptis,& nulla alia monitione præ-
miſſa.quæritur nunquid talis prælatus incide
rit in pęnam ſuſpenſionis ab ingreſſu eccleſiæ
per menſem, & videtur hæc quæſtio indubi-
tata & expedita, per caſus expreſſos de ſent.
excommu.ſacro.& c.cum medicinalis, eo.tit.
b lib.6.[b] Sed contrarium videtur, ꝙ talis præ-
latus dictam pęnam non incurrit propter mo
2 nitionem non præmiſſam,nam ꝙ monitio† de
bet præcedere ſententiam excommu. habet lo
cum cum fertur pro præteritis culpis, ita not.
Inno. & Ioan. And. poſt eum de ſent. excom.
ſacro.& idem no.25. q.3. ecce. & c.de illicita.
c [c] ſecus ſi pro futuris culpis [d] feratur dicta ſen
d tentia ſecundum eum, quia in futurum tem-
pus monet.6.q.5.quidam. Vnde ipſe idẽ Inn.
ibi dicit quod illa decre.ſacro, non habet lo-
cum in eo,qui fuit excommunicatus, quia nõ
parebat rei iudicatæ, quia excommunicatus
eſt pro manifeſta offenſa, vnde ſi feratur ſen-
tentia excom. contra aliquem niſi infra ter-
minum ſoluat elapſo termino excommunica-
e tus eſt, [e] ſi non ſoluit:de re iudi. quod ad con-
ſultationem de app. præterea.2. ita not. Ioan.
And.poſt alleg.de offic. deleg. P. & G. in no-
uella ſuper ver.excommunicationis. Vnde ip
ſe idem poſt Hoſt.dicit,ꝙ ſi in debitorem con
ſentientem feratur ſententia excommunica-
tionis, niſi in termino ſatisfaciat, tunc nulla
monitione præmiſſa excommunicatus erit,
quia dies interpellat pro homine de loca.cap.
3 ſi.in ſi.item ſententia excommunicationis† po
f teſt proferri pro manifeſta offenſa [f] in præ-
g ſentem [g] nulla monitione præmiſſa, vt not.
Innoc.

h Innoc.de ſent.excom. in c.dilecto.[h] lib. 1. itē
quando ſententia excommunicationis fertur
ad defenſam nō eſt neceſſaria monitio, vt not.
Io.And. in d. c. dilecto. ſuper ver. defendere,
& de hoc plenius per Inno. in c. veniens alias
i venerabilis,[i] de cenſi. Sed de ſecundo videli-
cet. An ex eo, ꝙ ſine ſcriptis fuerit lata, idem
prælatus inciderit in dictam pœnam, de hoc
noua lex eſt, nec memini vidiſſe contra dictos
tex. aliquid dictum, vel expoſitum, tamen idē
videtur dici poſſe videlicet, ꝙ non, in dicto
caſu. Ratio quia prædictæ decre. ſacro. & cum
medicinalis; ſunt pœnales, & ideo reſtringen
dæ. Vnde pęna quæ imponitur proferentibus
ſententiam excommunicationis, ſine ſcriptis
intelligitur imponi pro ſententia excommu-
nicationis actuali, ita ꝙ effectum habeat, vn-
de ſi nunquam ſententia lata habuit effectum
K ſententiæ, quia nunquam ligauit, [k] nunquam
4 debet habere locum pœna. † Vnde ſicut ipſa
ſententia lata in diem, vel ſub conditione ſu-
l ſpenditur per appellationem [l] medio tempo-
re interpoſitam, ita quoque debet ſuſpendi pę
na quæ prouenire habet ex prolatione ipſius
ſententiæ excommunicationis: quia talis pę-
na eſt acceſſoria ad eam ſentētiam excommu-
nicationis; donec ergo talis ſententia excom-
municationis principaliter firma ſit, non de-
bet habere locum pęna acceſſoria, vel occaſio
nalis. de reg. iur. acceſſorium, præterea decre.
ſacro. de ſenten. excom. quæ infert pęnam ex-
communicanti monitione non præmiſſa, &
non ſeruatis alijs de quibus ibi; habet locum
in iudicio, ideſt quando is qui excommunicat
procedit, vt iudex, ſecus ſi vt pars ſuum offi-
cium exercendo, vt no. Io. And. poſt Inno. in
d.c. ſacro. ſuper ver. præſumpſerit, & plenius
in decre. venerabili, aliàs veniens, de cen. Eo-
dem modo dici poteſt, ꝙ decre. cum medici-
nalis, quæ ab inde cauſata fuit locum habeat,
quando proceditur à iudice, & in iudicio. Se-
cus ſi a parte ſuum officium exercente, vt ſu-
pra: modò dici poteſt, quod prælatus contra
ſubditum ſuum ad correctionem regularem
procedendo, non procedit, vt iudex iudiciali-
ter, nec formulas iuris vſquequaque ſeruare
m debet de accuſa. qualiter, & quando. 2. [m] du-
rum enim eſſet, & incommodum prælato re-
gulari qui ſæpè in die modo pro iſta re, mo-
do pro illa habet increpare, monere, & præci-
pere ſuis ſubditis clauſtralibus, ſemper habe-
re pennam, & folium & ante ſcribere, quam
ſub pœna excommunicationis mādaret, hinc
eſt, quod talem pœnam non incurrit, qui ideo
non tulit in ſcriptis ſententiam excommuni-
cationis, quia non erat præſtò neceſſaria ad
ſcribendum, vel periculū erat in mora ſi pen-
na, papirus vel inclauſtrum, expectaretur, no.
gl. ſuper ver. temerarius in d.c. cum medicina-
lis, de ſenten. excommu. lib. 6.[n] Hinc eſt, quòd n
pro talibus clauſtralibus conceditur, ꝙ pro 5
iniectione violenta manuum in clericos non
attenditur [o] ire ad curiam, immo a ſuo præla- o
to poſſunt abſolui. de ſenten. excom. cum il-
lorum. Item huiuſmodi prelati regulares ſuas
ſententias quas proferunt in clauſtrales ſecun
dum diſciplinam regularem nō ferunt in ſcri
ptis, ad quod alij iudices tenentur, de re iud.
& ſi ſententia, lib. 6. [p] vnde pro culpis ipſorū p
clauſtralium aliquando mandant prælati, ꝙ
certis vicibus comedant in terra, ieiunent in
pane, & aqua, quòd non intrent eccleſiam, nō
exeant clauſtrum, & ſimilia, nulla exinde con
fecta ſcriptura, nec pro tribunali ſedēdo, quæ
tamen in alijs iudicibus nulla eſſet ipſo iure:
expertus ſum aliquando quòd totum unum
proceſſum ordinarium expediunt ſine nota-
rio, vel teſte, vbi enim de bona fide agitur, de
apicibus iuris non eſt diſputandum, nec decet
eos forenſium decertationum fore peritos, de
ſyndi. al. de ſimo. c. 1. † Et aliquando etiam ip- 6
ſos clauſtrales ignorantia iuris excuſat, vt mi
lites, ruſticos, mulieres, & huiuſmodi perſo-
nas publicæ conuerſationis ignaras. Item cau
ſa quare fuit prouiſum, vt in ſcriptis ferretur
talis ſententia; fuit vt copia daretur excommu
nicato, vt poſſit fidem facere de illa ſuperiori
in cauſa appellationis, vt poſſit grauamen ſuū
releuari facere, & non poſſet contra eum va-
gari in incerto. Sed in iſtis regularibus in qui-
bus relaxatur ordo iuris, quando procedunt
ſecundum diſciplinam regularem & ad cor-
rectionem hoc non expedit: quia à correctio-
ne non appellatur, [q] de appellationibus cap. q
reprehenſibilis.

Poſt hoc quæſitum fuit à me Lapo de Ca-
ſtiglionchio decretorum doctore de tali caſu.
Prouincialis Carmelitarum volens aliqua im
ponere omnibus ſuis fratribus: videlicet ꝙ
non deberent in futurum propalare, ſeu ex-
traneis manifeſtare ſeu pandere aliqua geſta
expreſſa; ſic præcepit. Ego præcipio vobis om
nibus preſentibus, & abſentibus in virtute ſan
ctæ obedientiæ, & ſub pœna excommunica-
tionis



tionis latæ ſententiæ ipſo facto, ne aliquis ve-
ſtrum tale quid cuiquam, vel quibuſcunque
extraneis, habeat manifeſtare: & hoc præ-
ceptum non fecit in ſcriptis, nec præmiſit
aliam cauſam, & præmonitionem; impoſuit
tamen ante dictam prolationē ſocio ſuo, qui
ſolitus erat ſcribere acta per eū, ꝙ in ſcriptis
deberet acta redigere. Quæritur nunquid di-
ctus prouincialis incurrit pœnam decre. ſa-
cro. de ſen. excom. & c. cum medicinalis, eod.
tit. lib. 6. Et ad hanc quæſtionem econtra fa-
ciunt, alleg. in præcedenti quæſtione dicta, &
videtur poſſe dici, & reſponderi de iure, ꝙ ex
eo quòd non pręmiſerit dictam monitionem,
pęnam non incurrerit dictæ decret. ſacro, per
ea quæ ſupra circa hoc plene dicta ſunt, & ex
cauſa alia quam inferius tangam. Item vide-
tur de iure dici poſſe, quòd pro eo: quia dictā
ſententiam nō protulit in ſcriptis, non incide
rit in pęnam dictæ decre. cum medicinalis,
quæ non vendicat ſibi locum, niſi quando ſen
tentia excommunicationis fertur in certam
perſonam, quod probat litera in d. c. ſacro.
ibi, ne quis in aliquem, & litera in d.c. cū me-
dicinalis, ibi exemplum ſcripturæ teneatur
excommunicato tradere, &c. quòd dicta decr.
cum medicinalis, hoc caſu tantum habet lo-
cum. Videtur voluiſſe glo. ſuper verbo tamen
r [r] in d.c. cum medicinalis, allegans de hoc, de-
cret. qui contra certam, de elect. lib. 6. licet di-
cat tutius tene contrarium; quòd ante factum
dicendum eſt, ſed poſt factum defendi poteſt,
eſt ſimile, quòd dicit Ioan. And. in c. verum, de
iureiur. præſens tamen dictum abſolutè pla-
cet Ioan. Mo. & Arch. vt refert Ioan. And. ſu-
7 per dicta glo. † in nouel. Item aliud eſt ſtatu-
tum, & aliud ſententia, & licet ſententia ex-
communicationis non poſſit fieri pro futuris
culpis, de ſent. excommu. Romana, §. caueant,
lib. 6. tamen ſtatutum bene poteſt fieri per ꝙ
quis pro futura culpa excommunicetur; de
ſent. excom. à nobis. primo, & de conſtit. c. 2.
lib. 6. & no. glo, ſuper verbo futuris in d. c. ca-
ſ ueant, [s] ita quoque licet non poſſit fieri ſen-
tentia excommunica. ſine ſcriptis, vt d.c. cum
medicinalis, tamen ſtatutum bene poteſt fieri
ſine ſcriptis, per quòd excommunicetur con-
tra faciens: quia ſcriptura non eſt de ſubſtan-
tia legis, vt notari ſolet de renuncia. cap. vni-
t co. [t] lib. 6. Sed patet quòd dictus prouincia-
lis emiſit mandatum, quaſi edictum generale,
ſiue ordinauit, ſiue quaſi ſtatuit generaliter,
ne fratres prædicti panderent extraneis geſta,
non nominatim in aliquem, quo caſu, vt præ-
fertur non habet locum, c. cum medicinalis, &
ſic nec eius pęna. Item ſi diceremus prædictū
mandatum factum per prouincialem non ha-
u bere vim quaſi ſtatutum [u] ordinis ſiue conſti-
tutionis, ſed fuiſſet ſimpliciter ſententia ex-
communicationis, & cum pro futuris culpis
lata fuerit non tenuerit de iure. vt in d. §. ca-
ueant, ſecundum quoſdam, ſed alij contra: nec
pœna dictæ decre. cum medicinalis, quæ re-
quirit ſententiam. Ex quibus cōcluditur aper-
tè, & manifeſtè dictū prouincialem non inci-
diſſe in prædictas pęnas decre. ſacro. & decre.
cum medicinalis, ſed liberè poſſe agere, & ce-
lebrare in ſuo officio ſicut prius.

### Addit. Quint. Mandoſij.

a ¶ Prælatus regularis.] *Omnia principalia dicta Lapi hic refert, & reaſſumit Gemin. in alleg hic cap. 1. de ſent. excommun. lib 6. in §. caueant, num. 6. ſuper glo. fin. vſque ad fin. §. &c.*

b ¶ Lib. 6.] *Et per hunc ſupra alleg. 15. hic concludit, in princ. Amplio etiam ad ſuſpenſionem, & interdictum, vt monitio præcedere debeat, c. ſtatutum. de ſent. excomm. eo. lib. 6. c. reprehenſibilis, in princ. de appellat. quod qualiter procedat vide per Innoc. in c. 1. num. 3. de exceſ. prælat. per Abb. in d.c. reprehenſibilis, & per Fely. in cap. cum ſit Romana, num. 18. in 5. no. de appel. Amplio vt monitio non ſufficiat facta domi, ſed debeat eſſe perſonalis, prout uolunt Docto. de ſententia Innoc. Hoſtien. Imol. & But. in c. fin. de eo qui mit. in poſ. Rot. 313. no. quòd lite. in anti. & per alia quæ adduco in Glo. facul. dum de monitorijs tracto, q 8. vbi hęc latè ad partes diſcutio. Amplio tertio, vt nec etiam in vim pacti, ſeu pacto interueniente quis abſque monitione excommunicari poſſit, Innoc. in c. P. & G. & Abb. ibidem, num. 7. ac Fely. num. 2. de offic. deleg. Quod tamen accipiendum, & declarandū eſt, ut per Glo. Pragma. de Pigno. culi. Diui. in uer. abolentes. An ex communicatio moniti*

nitione non præcedente ſit ipſo iure nulla
aliqui diſtinguunt, aut loquimur in ordina
rio, & negatiuè reſpondendum ſit, aut in de
legato & affirmatiua ſit verior, prout etiã
ſenſit Rot. 3. de ſent. excom. vtrum ex com-
municatio delegati, Biſigne. in antiquis.
quæ eſt eadem in antiqu. 558. & clarius
Dec. 138. no. excommunicatio, etiam in an-
tiq. & per Felyn. in alleg. c. ſacro, ſuper glo.
2. num. 2 iunc. fallen. quam ibi ſubijcit, de
ſentent. excommu.

c ¶ De illicita.] *Et c. Romana, §. ſed nec in
ſpecie. de ſent. excom. lib. 6. & per Abb. in
c. P. & G. num. 10 de offic. deleg.*

d ¶ Pro futuris culpis.] *Hanc limi. & hoc
dictum Lapi communiter ſequuntur Doct.
inter quos Hoſtien. in c. P. & G. de offic. de-
leg. & ibidem Ioan. Andr. in ver. excom-
municationis, & Imol. colum. 5. Fel. in alle.
c. ſacro. num. 5. in 3. limi. & alij de ſentent.
excommu. Idem Fely. in c. cum ſit Romana,
num. 22. in 14. not. de appel. Et has limita-
tiones, ſeu fallen. Lapi pro nota. ſequitur
Phil. Franc. in c. ſtatutum, poſt nu. 4. ſuper
glo. in uer. monitionem, eod. tit. lib. 6.*

e ¶ Excommunicatus eſt.] *Communis eſt
hæc opin. Lapi, vt per D. meum Phil. Dec.
conſ. 145. quæritur, num. 2. vbi Lap. hic ci-
tat. quem etiam hic citare voluit, conſ. 2 4.
in cauſa, num. 5. & in c. 1. colum. 4. cir. prin.
in noua lectu. de iudi. idem uoluit Abb. in
alleg. hic, c. preterea. 2. in 1. no. de appel. vbi
Apoſtil. in uer. ſententia, & ibidem Domi-
nus meus, in 2. no. Lap. hic ſequuntur, quem
etiam citat, & ſequitur Franc. in c. Roma-
na, §. caueat, in fi. de ſenten. excommu. lib. 6.
Pro declaratione corũ, quę tractat hic Lap.
& pro cognitione praxis Romanę ſuper mo
do excommunicandi hoc modo, niſi hoc fa-
cias, vel niſi infra tres dies ſolueris, uel ſa-
tis feceris. videre poteris, quę ſcripſi dum
de monitorijs tractaui, vbi plura hactenus à
nemine plene diſcuſſa inuenies, & quę ple-
riſque pragmaticis Romanis, ac pluribus
cauſarum patronis incognita ſunt.*

f ¶ Offenſa.] *Refert, & ſequitur Phil. Franc.
in alleg. c. Romana, §. caueant, in vlt. nota.
num. 3. de ſenten. excom. lib 6 Et de excom
municatione pro manifeſta offenſa, et quòd
ab ea quis non abſoluatur ante ſatisfactio-
nem vide Nic. Mil. in Reper. in ver. ex-
communicatus pro manifeſta offenſa.*

g ¶ In præſentem.] *Sequitur Mil. in Reper.
qui hanc alleg. citare voluit in ver. ſenten-
tia lata ſine cauſa in fi.*

h ¶ Dilecto.] *Idem voluerunt Abb. in c. 1.
poſt num. 28. de iudi. & ibidem præceptor
meus in 1. lectu. num. 25. idem Abb. in c.
fi num. 12. de iura. calum.*

i ¶ Venerabilis.] *Lege tu venerabili, col. 2.
ante num. 4. ibi & ſpiritualibus armis, &
melius poſtea verſ. nec ob. huic oppo. iura
prealleg. vbi concludit, quòd ſine cognitio-
ne, & ſine monitione defendit iura ſua mu
crone ſuo ſpirituali. Idem etiam voluit Ge-
min. in alleg. hic c. dilecto, nu. 7. verſi. Quæ-
ro an requiratur monitio, & ibi Apoſtil. ad
Lap. hic ſe remittit, quem etiam ſequitur
ibi Franc. in 2. no. ante num. 3. & idem vo
luit etiam ante num. 7. ſuper glo. fi. in fi. Et
Lap. etiam hic refert, & ſequitur Fely. in c.
1. num. 9. in iudi. idem etiam uoluit idem
Fely. in præalleg. c. ſacro, num. 6. in 4. limi.
& D. meus in c. reprehenſibilis, num 4. de
appel. ſine monitione etiam excommunica-
tio ferri poteſt quando iudex excommuni-
cat, quaſi nil noui iudex excommunicans
facere videatur, Abb. in alleg. c. reprehen-
ſibilis, poſt num. 6.*

K ¶ Quia nunquam litigauit.] *Vt reſpon-
ſio & illatio Lapi hic procedat, & conclu-
dat ad declarationem Gemin. in alleg. c. cũ
medicinalis ad fi. recurrendum eſt, vbi men
tem, & verba Lapi ſubtilia ſubtiliter reaſ-
ſumit, & declarat per hæc verba, quantum
ad primum dictum poſſet forſan defendi
ex eo, quia excommunicatio nõ habuit ef-
fectum, quia ille paruit mandato, & text.
hic videtur loqui de excõmunicatione, quę
habuit effectum, & quia iuſtè, uel iniuſtè
ligatus*





*ligatus fuit, &c. Defenditur igitur opin. La
pi hoc modo videlicet. Non eſt locus diſpo-
ſitioni, cap. cum medicinalis, quod procedit
quando quis excommunicatus fuit moni-
tione non præcedente, ſine ſcriptis, &c. At
hic nulla excommunicatio ſupponitur, ex
quo non monachus paruit, ergo diſpoſitioni
illius text. locus eſſe non poteſt cum ſuppo-
ſita in eo locum habere nõ poſſint, ad Theo.
Iaco. Butri. Fulg. & Saly. in l. mancipia, C.
de ſeru. fugit. Roman. Singu. 489. ſtatutum
puniens, & Dominus meus, conſ 466. nu-
me. 8. Et ſi non habet locum diſpoſitio illius
text. ergo nec pœna.*

l ¶ Per appellationem.] *Idem voluit ſu-
pra alleg. 48. magiſter, poſt num. 3.*

m ¶ Qualiter, & quando 2.] *Videlicet in
fi. vbi quòd quando proceditur contra regu
lares non ſeruatur ordo iuris, & relaxatur
rigoroſa iuris ſubtilitas, vt etiam notat ibi
Fely. in §. ad corrigendos, num. 21. in 3 not.
& idem Fely. in alleg. c. ſacro, num. 7. verſ.
quinto fallit in prælato regulari, vbi citat,
& ſequitur hoc dictum Lapi. Idem etiam
voluit Pariſ. conſ. 11. iuſtiſſimam, nume. 2.
volum. 4. & conſ. 28. ad reſolutionem, num.
16. vbi ſequitur Lap. hic eod. uolum. Et de
ſimili modo procedendi contra monachum
vide per Abb. in c. cum contingat, num. 26.
& ibi Apoſtil. in ver. quam formã ad Lap.
hic ſe remittit, de foro compet.*

n ¶ Lib. 6.] *Hoc modo etiam limitat Felyn.
in alleg. c. ſacro, num. 4. in 2. limit.*

o ¶ Non attenditur] *Legerem non com-
pellantur, ſeu non cogantur, & ille text. in
c. cum illorum hic adductus ad rem facit in
§. quod ſi clauſtrales, & melius poſtea uer.
Nos tamen in religionis fauorem. Amplia
procedere in omnibus religioſis, vt poſt Ho
ſtien. in ſum. per Fely. in c. 2. de ſent. excom.
& per Pariſ. conſ. 28. ad reſolutionem, nu-
me. 40. uolum. 4. Ampliat idem Lap. ſu-
pra alleg. 48. magiſter, nume. 6. diſpoſitio-
nem dicti c. cum illorum etiam ad excom-
municatos ab homine.*

p ¶ Et ſi ſententia lib. 6.] *Et l. 2. C. de ſen-
ten. ex breui. latè per Cor. conſ. 243. in hac,
volum. 4. per glo in ver. ſententiam, Iaſ. &
alios in §. curare inſtitut. de actio. vbi quòd
regula eſt ſententiam in ſcriptis ferre, &
ibi de hac fallen.*

q ¶ A correctione non appellatur] *Pro-
ut in c. licet, de offic. ord. Cald. conſ. 3. appel-
latur in parte ſub titu. de appellat. & Lap.
hic refert, & ſequitur Pariſ. conſ. 9. quòd
iſta, num. 3. & conſil. 28. ad reſolutionem,
num. 15. & ſeq. volum. 4.*

r ¶ Super verſ. tamen.] *Lege tu ſuper uer-
ſic. cauſam, ubi tractatur materia de qua
hic, & declara hoc dictum Lapi, vt per Ge-
min. in alleg. hic c. cũ medicinali, § caueant
ad fi. verſ. iſtud ſecundum dictum, & com-
munior, & verior opin. videtur, quòd tex. il
le procedat etiam quando excommunica-
tio fertur contra incertam perſonam, ut ex-
preſsè concludit Franc. ibidem ante nu. 7.*

ſ ¶ In d. c. caueant.] *Dic tu in d. §. caueãt,
& illam glo. in verſ. tutus ſequuntur Gem.
et Fran. ibi, ſubdentes vndecim differentias
inter ſententiam, & ſtatutum.*

t ¶ Cap. vni.] *Lego ca. 1. ad fin. vbi rationes
redduntur quare ſtatutum illud inter alias
conſtitutiones redigi mandatur, & ſic ſup-
ponitur, quòd abſque illa reductione, ſeu ſcri
ptura valuiſſet. idem etiam ſupponit gl. ma
gna in l. 1. C. de legi. verſic item poteſt poni
eodem modo. Et quòd ſcriptura non ſit de
ſubſtantia legis, ſeu ſtatuti cõcludit Abb.
dicens hanc ſibi videri communem in c. 1.
num. 19. de poſtul prælat. & hanc commu-
nem dicit Paui. in prælu. extra verſic. Nec
eſt de ſubſtãtia, quòd redigãtur in ſcriptis.
Hanc etiam communem dicit Felyn. ſuper
rub. de conſtit, num. 3. & licet D. meus ſub-
tiliter vtranque opin. comprobet, & impu-
gnet, & diſtinguens concordet, tamen ex
Doct. quos ipſe, & Reipub. ibi recenſent
hæc opinio. communior apparet, & verior,
& tenenda. Et in terminis noſtris, quòd
ſtatutum prælati excommunicantis non*

*requirat ſcripturam voluerunt Gemin. & Franc.in cap.Romana,§.cauſam,in 8.differen.de ſenten.excom.lib.6. & Fely. vbi ſupra in rub.de conſtit. col. 2. in fin. verſicu. Idem dicas de ſtatuto epiſcopi excommunicante ſine ſcriptis.Et Lap. hic refert, & ſequitur Phil. Franc. in d.c.cum medicinalis, §.quiſquis, ante num.2.*

u ¶ Vim quaſi ſtatutum.] *Legerem non habere vim ſtatuti, ſiue conſtitutionis. Hic ſenſus colligitur etiam ex verbis Gemin. in alleg.c.cum medicinalis, ad fin.verſ. Item ſi teneremus, quòd iſtud mandatum.*

*SVMMARIVM.*

1 *Res empta de pecunia fenebri,an poſſit fieri illius, qui ſoluit vſuras, ita quòd rem ipſam poſſit pro vſuris ſolutis retinere.*

2 *Rem emens ex pecunia fenebri,an ſemper reſtituere eam teneatur.*

3 *Is ad quem perueniunt bona vſurarij ſemper tenetur ad reſtitutionem.*

4 *Bona vſurarij an ſint hypotecatæ pro vſuris extortis debenti vſuras recipere.*

5 *Vſuræ à quibus repeti poſſint.*

6 *Bona vſurarij non ſunt pauperibus diſtribuenda quouſque fieri poſſit reſtitutio illis, qui ſoluerunt vſuras.*

7 *Reſtitutio vſurarum in teſtamento pluribus non expreſſis, & pluribus expreſſis qualiter ſit facienda.*

ALLEGATIO LXXIIII.

1 a QVæro an † res empta de pecunia fenebri [a] ſit illius, qui ſoluit vſuras,ita quòd rem ipſam poſſit vendicare, ſeu ſibi pro vſuris reſtitui. Reſpondeo aut talis res reperitur penes ipſum vſurarium extorquentem, qui emit talem rem. Aut penes alium cui ipſe vſurarius poſtea vendidit. Primo caſu videtur,quòd talis res poſſit vendicari ab eo qui ſoluit vſuras, & ipſa res ſic empta debeat reſtitui ei,qui vſuras ſoluit: & hoc videtur expreſſum de vſuris cum tu.& ibi glo.vltim.dicit,quòd eſt ſpeciale in re empta de pecunia fenebri,ſed certè,vt ibi ſcribit Io. And. in illa decre. hoc non probat: quia non dicit, quòd talis res poſſit vendicari, ſeu reſtitui debeat pro vſuris ei,qui ſoluit vſuras:ſed dicit quòd debeat vendi,& pretium erogari; & ſic patet quod talis res non efficitur illius, qui ſoluit vſuras de quibus empta fuit: licet ſecus dicamus in milite, b pupillo, vel eccleſia, [b] vt in iuribus alleg. in dicta glo.vltim. in decre. cum tu. Secundo caſu quando talis res reperitur penes alium,& tũc etiam fuerunt opiniones, & dicta gloſſ.vltim. in dicto capitulo, cum tu. videtur dicere, 2 quòd † ad quemcunque talis res deueniat ex cauſa lucratiua tenetur reſtituere, ſecus ſi ex cauſa non lucratiua, Ioan.And. poſt Hoſtien. ſupra dicta gloſſ.vltim. refert Goffr. dicere ſe non credere, quòd dicit dicta gloſſ. vltim.in capitulo. cum tu. vt ſoluenti vſuras competat actio in rem ad poſſeſſiones emptas,quam ſoluit, ſed dicit quòd agente perſonaliter debitore, vel eius hærede per officium iudicis creditor, vel ipſius hæres compelletur ad id, quod dicitur in capitulo. cum tu.quod videtur velle, quòd ad quemcunque talis res deueniat ex cauſa lucratiua tenetur reſtituere, ſecus ſi ex cauſa non lucratiua; putat etiam quòd ſi poſſeſſiones prius emptæ vendantur, & iterum de ipſorum pretio emantur aliæ, idem erit in illis:quia ſuccedunt loco primarum,vt li.pen. capitulo. eccleſia, & dicit etiam ipſe Goffred. quòd id quòd dicit dicta gloſſ. quòd is ad quem peruenit res ex cauſa lucratiua tenetur ad vſurarum reſtitutionem eſt verum; quando creditor vel eius hæres non habet vnde ſol3 uat. † Item gloſſ.in capitulo.tua nos, de vſur. videtur etiam diceru, quòd ille ad quem peruenerunt bona vſurarij teneatur ad reſtitutionem vſurarum, Hoſtien. & Ioan. Andr. poſt eum ſuper dicta gloſſ. dicit, quòd hoc nimis eſſet durum, & licet videatur multis fauorabile, & ideo communiter approbetur ibi, tamen Hoſtien.videtur velle, quòd licet hæres, qui non fecit inuentarium teneatur inſolidũ, c tamen hæres [c] etiam ſi res ad eum perueniat ex lucratiua cauſa non tenetur,alleg.C.de dod lo,l.æris alieni, [d] cum ſi. niſi eſſet ſaltem empta de pecunia fenebri, remittit etiam ad not. in d.c.cum tu.in glo.fi. & maximè hoc verum poſt præſcriptionem, quod autem ſupra dixi ſecundum Ioan. And. quòd communiter ſeruabatur opinio, quòd teneretur is ad quem





res vſurarij peruenit, eſt intelligenda ſecundum dominum meum Do. Ioan. de Cald.facta excuſſione bonorum hæredis, & ipſo hærede inuento non ſoluendo ſecundum Goffr. & Hoſtien.in ſumma de vſuris,§.fi. verſ. quid ſi poſſeſſio.alleg.inſtit.de leg. §. ſi res aliena.ff. per quem fac.& l. ex hoc edicto. 3. reſponſo. Spec.in tit.de vſuris, in verſ. pone vſurarius, tangit iſtam quæſtionem,& arg.quòd non teneatur, & recitat opin.Alani,& videtur quòd ſic, quia ſuccedit res loco pretij, Ioan.Andr. ſuper dicto verſi.dicit fuiſſe quæſtionem ven. 77.& dicit ibi Bar. Ala. Tancre. hoc tenuiſſe vbi res peruenit ex cauſa lucratiua, & remittit ad ea, quæ dixit in decre.cum tu. ſuper vlt. glo. quæ fuit Alani, & ad ſummam Hoſtien. eod.tit.§.fin.verſic.ne dum autem & verſi.ſeq. poteſt ergo colligi, quòd ante omnia exacti debent repetere vſuras ab ijs, qui exegerunt vſuras, vel eorum hæredibus, & excuſſis bonis ſuis ſi non extat vnde ſolui poſſit eiſdem, recurri debet ad eos ad quos res ipſorum vſurariorum peruenerunt, ſaltem emptæ de pecunia fenebri, & ex cauſa lucratiua, ſecus ſi ex alia cauſa, & etiam ſecundum alios ſi talia bona non fuerunt empta de pecunia fenebri.

4 † Sed huius occaſione eſt quæſtio an bona vſu e ſarij ſint hypothecata pro vſuris [e] extortis debenti vſuras repetere.Reſpondit gloſ.in verb. pauptertas de vſuris quanquam lib.6. & videtur dicere, quòd ſic, & videtur not. eod.titu. tua nos, in prima glo.Ioan.Andr. ſuper dicta glo.in nouel.dicit,quòd de hac hypoteca non habemus tex.expreſſum;& quòd non ſint hypotecata facit ſecundum eum, quòd ipſe ſcribit ſuper prima glo.& dicit,quòd ſi vera eſſet opinio,quòd ſint hypotecata eſſet ſopita quęſtio,qua quærunt an ſufficiat vſurarium dediſſe hypotecam ſuorum bonorum,& diceretur,quòd non:quia tunc talis cautio nil adderet,vel efficeret. Si autem dicantur non hypotecata,tunc videtur ſufficere iudici,& legi conſilium redditum per Dom. Ioan. Andr. ſuper quodam teſtimonio cuiuſdam Domini Ben. recordati de prato, per quod conſuluit non ſufficere dediſſe hypotecam cum bona vſurarij eſſent alias reſtitutioni obligata, & ſic etiã conſultum fuit per multos Docto. Bon. & ſic obtinuit Dominus Benciuen.aduocatus Flor. obtentum fuit;propter hoc quæro, Pone quidam vſurarius deceſſit mãdat vſuras reſtitui; in ſuis facultatibus reperiuntur centum,& nõ plus, & reperiuntur multi creditores debẽtes recipere pro vſuris extortis; & miſſis edictis publicis, & ſolennibus. 20. creditores reperiuntur quorum comparent decem debentes recipere centum: alij decem debentes recipere alia centum non comparent nec per alium vſuras repetunt:infra terminum edicti præfati.10.comparentes petunt ſibi vſuras integraliter reſtitui & ſatisfieri de illis centum repertis. Epiſcopus pro pauperibus, vel pauperes ipſi aſſerentes ſibi dicta debita,non comparentibus illis.10.tanquam incerta debita,contradicunt,& petunt inter ipſos pauperes erogari quãtitatem repertam pro rata.Quæritur quid iuris? & videtur quòd dicta quantitas reperta inter ipſos qui comparuerunt,& repetunt, & prædictos pauperes pro prædictis non comparentibus debeat pro rata diſtribui, & hoc ideo,nam ſi bona dicti vſurarij erant creditoribus hypotecata ſecundum ea, quæ ſupra dicta ſunt patet, quòd dicti præſentes, & dicti abſentes erant in pari cauſa, & ſic ſimul concurrentes debet diſtribui pro rata, ſed pauperes ſuccedunt loco abſentium pro incertis:ergo ipſi pro rata debent concurrere,& pro anima abſentium recipere ratam ſuã, quaſi enim præſentes reciperent portionem abſentium: hoc ſaluo, quòd ſi bona eſſent hypotecata, vt ſupra retuli, ſi præſentes eſſent priores temf pore [f] ex quo ſunt in pari cauſa debent præferri,& eis ſolui deberet ſecũdum ea, quę no. d.glo.paupertas in decre.quanquam præalle. hoc videtur ſentire glo. ord. in decre. cum tu. quæ dicit quòd non extantibus ijs quibus debet reſtitutio fieri, debet pauperibus erogari. 5 In † contrarium videtur quòd prædictis venientibus ſolui debeat integrè,& non pro rata cum dictis pauperibus concurrere, nam ſi bona vſurarij ſecundum aliam opinionẽ non ſunt hypotecata,non eſt, quòd poſſit impedire prædictos comparentes quominus debeat eis ſolui, nam ipſi habtẽ actionem ad repetendum vſuras; ſed licet pauperibus debeant erogari incerta, non tamen habent actionem ad repetendum vſuras, quæ incertæ declaratæ non ſunt, nec declarari poſſunt pro incertis extãtibus viuis creditoribus, qui poſſunt pro ſuo certo totum occupare.Item gloſſ.1.in cap. quanquam, de vſuris dicit quòd debent poni edicta quòd omnes veniant,& ſi aliqui apparent potius reſtituetur illis quam pauperibus erogetur.alleg.decre.ſicut dignum, §. eos, de

homici.quæ dicit id non eſſe dandum paupe-
ribus quod debetur certis perſonis,ſed d.cen-
tum reperta in facultatibus teſtatoris deben-
tur prædictis comparentibus : igitur diſtribui
non debent pauperibus, & eſt ponderanda,d.
glo.quæ dicit,quòd citentur omnes,& poſtea
dicit ſi aliqui appareant , non dicit omnes : &
tamen dicit illis fieri debere reſtitutionem, &
6 non pauperibus erogari . † Item in dicto ca-
pitulo,cũ tu.ſuper verſicu. ſuperſtitibus dicit
quòd nunquam debet fieri erogatio pauperi-
bus quouſque poteſt fieri reſtitutio ei, qui ſol
uiſſet ; in caſu noſtro poteſt fieri reſtitutio ei,
qui ſoluit vſque ad dictam quantitatem,ergo
pauperibus non debet fieri erogatio . Ad
iſtam quæſtionem pro , & contra facit quod
g ſcribit Ioan. And.in decret.quanquam [g] præ-
alleg. ſuper verſ. exprimi in nouel. vbi refert
quæſtionem fuiſſe diſputatam per dominum
7 ſuum iu ijs terminis . † Teſtator in teſtamen-
to ſolẽniter expreſſit ſe recepiſſe de vſuris ab
A.B.C.& ab alijs innominatis,iubens illas re
ſtitui; & exinde executorem fecit, nec de illis
tribus nominatis apparere poteſt , quòd ali-
quid ſoluerint, diſputando tenuit , quòd non
obſtante,quòd legatum videatur incertum,ta
men fauore vltimæ voluntatis exequetur hoc
modo : quia ſigillatim per iuramentum ab il-
lis tribus requiratur quantũ ſoluerint, poſtea
per edictum vocabuntur omnes illi , qui vſu-
ras ſoluiſſent, vt de illis doceant, & venienti-
bus dabit quantum ſe ſoluiſſe docebunt ; &
illi tres habebunt reſiduum in quantum iu-
rauerint ſe ſoluiſſe,& reſiduum detur paupe-
ribus eodem titulo. capitulo. cum tu . Si ve-
rò venientes totum habuerint illis tribus ad
quantitatem iuratam ſatisfaciat hæres , de ſe-
pulturis, c.vlt. Si autem nullus alius veniret ,
dicebat ꝙ quilibet illorum triũ habeat quar-
tam partem illius ſummæ,& alleg.l.ſi quis Ti
tio.ff.de vſufruct.accreſcendo,& aliam quar-
tam partem det pauperibus , quia vno modo
faciunt hæc ad vnam partem dictæ quæſtio-
nis,& alio modo faciunt ad aliam partem , ꝙ
non poſſunt impedire pauperes præfatos præ
ſentes ; facit quia in iſta quæſtione diſputata
ponit diſputans , ꝙ ſi venientes impleant to-
tum quod illi tres petant ab hærede , quia de
illa quantitate nil poſſent habere,quæ compu
tata eſt in venientibus , & ſic venientibus di-
cunt integre ſatisfieri pro alia parte ; quia ha-
bet in ipſa queſtione quod nullis venientibus
h dictis tribus non debetur totum , ſed pro rata
parte cum pauperibus diuiditur . In hoc autẽ
non facit ad propoſitum noſtrum : quia poni-
tur quòd non poteſt conſtare , quod dicti tres
aliquid ſoluerint . Quid ergo dicetur in hoc
articulo? poſſet diſtingui ſic, [h] aut conſtat ab-
ſentes non venire per contumaciam,vel negli
gentiam,cum extant . vel non conſtat non ex-
tare,aut conſtat non venire ; quia non extant,
ſeu ex probabilibus coniecturis præſumũtur
non extare;aut non cõparent,quia volunt vſu
ras remittere, Primo caſu non videntur incer
ta,& ſic pauperibus erogari non debent , ſed
expectari, vel ad eos tranſmitti ſecundum ea,
quæ no.in c.cum tu.prælle.Secundo caſu ap-
paret ea incerta eſſe deberi pauperibus,& tũc
ſi bona ſunt hypotecata, nec eſt , qui præfera-
tur ratione temporis in hypoteca , tunc pau-
peres concurrant pro rata. Tertio caſu quãdo
volunt remittere tunc referuentur hęredibus,
& non dẽtur pauperibus:nec præſentibus iux
ta ea quæ no. Io.An. in d.glo. de vſuris quan-
quam. ipſe tamen ibi comparat non extantes,
& non comparentes & ibi non deberet iudex
feſtinare in erogando pauperibus propter ab-
ſentiam aliquorum:quia fortè non poſſent ve
nire iuſto impedimento detenti . veritas mihi
videtur in caſu pręmiſſi thematis,ꝙ debeat in
tegrè ſatisfieri præſentibus,qui verè probant
ſe ſoluiſſe,nec poſſint per pauperes impediri,
cum re vera bona vſurarij non eſſent hypote-
cata licet haberent actionem ad petendum, &
abſentes qui non repetunt debent ſibi, & non
alteri imputare,vt in regula damnum,paupe-
res autem pro eis,vel eorum loco non debent
admitti cum pro ipſis abſentibus nõ erant bo
na affecta,quin in alium potuiſſent per vſura-
rium transferri , & ſic nec pro incertis adeo
affecta, ꝙ poſſint impedire mouentes debitas
actiones,& maximè vbi abſentes extãt, & nõ
comparent: quia non poſſunt propriè dici in-
certa , ſed neglecta : quo caſu aut præſumitur
velle remittere, & non debentur pauperibus,
vt no. Io. An.ſuper d. gl.3 . & idem ſi nõ extẽt;
quia eo caſu licet bona vſurarij ſint incerta re
ſpectu eorum quę habẽt diem legitimũ ad pe
tendum totam dictam quantitatẽ : quia certũ
eſt cui tota dicta quantitas debeatur, & obno
xia ſit:illud enim attendendũ eſt, vt ſupra di-
ctum eſt per me, poſt Io. An. ꝙ non debet eps.
feſtinare erogare pauperibus , donec ſit ſpes,
quòd poſſint extare debentes recipere , quia
ſi fo-



ſi forent impediti in termino poſt terminum
i [i] venire poterunt, Lapus de Caſtiglionchio.

Addit.Quint. Mandoſij.

a ¶ De pecunia fenebri. ] *Vide ſupra al-
legat.72.in quæſtione,& omnino Tiraq.de
vt.Retra.par.1.§.32.glo.vni.num.14.ver.
porrò auctoritate, & ante. & poſt,vbi ple
nè pro deciſione pręſentis , & infinitarum
aliarum ſimilium quæſtionum , & pro di-
ſtinctionibus de quibus infra,& citat Lap.
hic.*
b ¶ Vel eccleſia.] *Idẽ ſentit ſupra alleg.59.
prælatus , nu.10.vbi quòd bona empta de
bonis eccleſiæ ſunt ipſius eccleſiæ . Con-
trarium velle videtur in eccleſia,ſupra al-
leg.72 col.1.verſ.Sed de eccleſia non inue-
nitur tex.in mundo : puto quòd hic optimè
ſentiat: videantur etiam quæ adduco in di-
cta alleg 59. in ver.de pecu. cleri.*
c ¶ Tamen hæres. ] *Lege is tamen qui hæ-
res non eſt , & hæc ſunt verba clara Ho-
ſtien.hic citati , in c. tua nos , verſus fin. de
vſur. & Laur. de Rodul. in Tractu. vſura.
quæſt.72. num.20.*
d ¶ C.de dolo,l hæres alieni. ] *Legendum
eſt,C.de donatio.Ad idem eſt tex.in l.ſi pa
tri , C.eo. & per D. meum conſ.237. poſt
num.5.& conſ.387.num.2.poſt opin.Hoſt.
in d.c.tua nos, & Lapi hic videatur Abba.
in d.c.num 9.& ſeq.*
e ¶ Hypotecata pro vſuris.] *Idem conclu-
dit Fed.de Sen.conſ.63.quidam,nu.3. hanc
quæſtio.ponit Cald.conſ.1.incipien.an bona
vſurariorum tacitè ſint hypotecata,ſub ti-
tulo de vſur.vbi diſtinguit, remittens, ſe ad
ea , quæ ſcripſit ſuper c. cum tu.eo. & Lau.
de Rodul.in tracta.vſura. quæſt.76. nu 27.
verſ.tota vis,ſubdit Laur. æquum fortè eſſe
diſtinguere inter rem emptam pecunia fu-
nebri, vt illa ſit hypotecata, aut ex non fu-
nebri aliter dicendum ſit , tamen dicit iure
apertè non probari . Idem videtur ſentire
Abb.in c.cum tu,num.12. de vſur. & ibi
Apoſtil.in verſic.tacitè,remittit ſe ad Lap.
hic, quem etiam citat idem concludens Ge-
min.in dicto c.2.poſt num.13.verſic. videa
mus ergo de ſecundo, & Franc.ante nu.16.
vbi hanc alleg.citare voluit., & ad Lap.ſe
remittit eo. lib. 6. Et cum Lapo hic ipſum
referens concludit Pariſ. conſil. 75. omnis,
num.39. volum.4. & Io. Firma. de epiſco.
lib.4.par.4.poſt num.137.uerſic.facit etiã
quia res mota de vſuris eſt hypotecata,&c.
vbi hanc alleg citare uoluit .*
f ¶ Priores tempore.] *Vt l.ſi.ff. qui potio.
in pign.habe.& l.ſi fundum,C.eo. & uulg.
e.qui prior.de reg.iur. lib.6.*
g ¶ Decre.quanquam. ] *Et ibidem Franc.
nume.6. & ſeq.vbi remittit ſe ad Lap. hic,
& per alios , & per glo. & omnes in alleg.
cap.cum tu.de vſur.*
h ¶ Diſtingui ſic. ] *Ad hanc diſtin. vide-
tur ſe remittere Phil.Franc.in alleg.c.c.an-
te nume. 8. vbi tractat quando pauperibus
reſtitutio,ſeu diſtributio vſurarum extorta
rum fieri debeat,uel non,de vſur. lib. 6. Et
quòd vſurarius illas diſtribuere poſſit , vel
epiſcopus , quòd tam pauperibus loci ubi
vſuræ extortæ ſunt , quam in patria vſura-
rij diſtribui poſſint concludi Feder.de Sen.
reſpondens ad contraria conſ.33 nunquid il
le,Fed.refert,& ſequitur Lauren.de Rodul.
in tracta.Vſura.quæſt.113.num.14.& ſeq.
pro quibus,& quæ dicantur vſuræ incertæ,
& inter pauperes diſtribuendæ videatur,
Ancha.conſ.306.efficax num. 1.& ſequen.
& de incertis , diuerſarum ſpecierum vide
infra alleg. 106. quidam poſt num.5.*
i ¶ Poſt terminum.] *Vide Pet.de Ancha.
pręalleg. conſ.306. nume.3.& ſeq.& Lap.
hic citat & ſequitur Phil.Franc. in dicto c.
quanquam,num.6.de vſur.lib.6.*

*S V M M A R I V M.*

1 *Nominans præſentandum in abſentia ſu-
perioris , an dicatur legitime præſen-
tare.*

2 *Superiori ſecundum iura ſemper fieri debet preſentatio.*
3 *Patronus eccleſiæ licet habeat ad preſentandum tempus determinatum non ſuffi cit, quod eligat niſi infra tempus actualiter preſentet.*
4 *Patronus preſentare uolẽs, an debeat certam formam obſeruare.*
5 *Patronis in præſentationibus non conuenientibus debet epiſcopus rectorem ponere.*
6 *Practica Florentię in preſentationibus.*
7 *Preſentatio an poſſit fieri per literas.*

## ALLEGATIO LXXV.

1 CAſus talis eſt. † Titius patronus cu
iuſdam eccleſiæ vacantis volens
facere pręſentationem rectoris ad
eam habuit notarium, & presbyte
rum quem volebat præſentare coram eo in ec
cleſia in abſentia ſuperioris, prout apparet ex
tenore inſtrumenti præſentati; ſic dixit Titius
patronus talis eccleſiæ nominauit in præſen-
tandum, & elegit, B. presbyterum præſentem
& acceptantem in rectorẽ dictæ eccleſiæ, hoc
facto de ſe. B. ſic nominatus electus ſeu præ-
ſentatus vadit ad confirmatorem, vel inſtitu-
torem, & producit dictam præſentationem,
electionem, ſeu nominationem, & petit ſe
confirmari, & inſtitui in rectorem dictæ ec-
cleſiæ. Modo quæritur an patronus dicatur
præſentaſſe legitimè ita quod confirmator,
vel inſtitutor debeat ipſum, B. inſtituere, &
confirmare. Et ſi tempus ſit lapſum non no-
ceat patrono, vel præſentato ita quòd videa-
tur verè, & legitimè præſentatus & poſſit pe-
tere huiuſmodi confirmationem, & inſtitu-
tionem, ita quòd tanquam ambitioſus non ve
niat repellendus. cum nunquam patronus, vel
alius pro eo comparuerit coram dicto ſupe-
riore ad præſentandum, vel inſtituendum, vel
confirmationem petendam & cætera. Et vi-
detur quòd Titius non præſentauit legitimè,
quod apparet, quia ipſe nominauit, B. in præ
ſentandum, ergo non præſentauit: quia qui
a nominat in præſentandum [a] non præſentat:
ſic qui eligit in poſtulandum, vel econtra non
eligit, vt capitulo. vno. de poſtul. prælat. lib. 6.
non obſt. quod in capitulo primo eod. lib. not.
b [b] Archidiac. quòd patronus poteſt eligere in
præſentandum hoc verum: quia per hoc non
vitiatur præſentatio, quæ poſtea debet fieri
coram ſuperiore, nam in præſentatione non
reperitur certa forma in iure, niſi quòd pa-
tronus debet ſuperiori præſentare, non ergo
vitiatur præſentatio ſi coram ſuperiore dicit
ſic patronus, Domine epiſcope, Ego vt patro-
nus eligo, & nomino. A. in præſentandum
quem vobis præſento: ſed ſi in abſentia ſupe-
rioris aliquem nominet in præſentandum, &
præſentat, vt fuit in propoſito, dum dicit no-
minauit in præſentandum, & eligit, ſeu præ-
ſentauit non dicitur præſentare legitimè, niſi
poſtea ipſe patronus per ſe, vel per alium va-
dat ad ſuperiorem, & præſentet dictum ele-
ctum, vel quem petat inſtitui, & confirmari, &
hoc vult Fede. de Senis in quodam cõſilio ſuo
poſito de iurepatronatus, vbi ponuntur qua-
tuor quæſtiones, & hoc vult in vltima quæ-
ſtione in fin. nec dicit Archid. quòd licet poſ-
ſit eligere in præſentandum, ergo aliter non
præſentando dicatur præſentaſſe. Nec obſ. ſi
dicatur, quòd prædictus Titius elegit, & præ
ſentauit, vt patet ex tenore inſtrumenti, ergo
legitimè præſentauit, quia in eodem inſtanti
nominauit in præſentandum, & præſentauit
in abſentia ſuperioris, ergo non ſuperiori pre
2 ſentauit, ſed vento † nam omnia iura, quæ de
præſentatione loquuntur innuunt, quòd ſu-
periori debet fieri præſentatio, & maximè
hoc probat capitulo. nobis de iurepatronat.
ibi dum dicit, & pro inſtitutione habenda lo-
c ci epiſcopo præſentatur [c] at hic non fuit facta
ſuperiori, ergo non legitimè pręſentauit. Nec
obſt. ſi dicatur quòd prædictus. B. ſuam præ-
ſentationem præſentauit, quia non potuit, nã
inter præſentantem, & præſentatum & cęte-
ra. Immo cum ſibi non ſit quæſitum aliquod
ius tanquam ambitioſus fuit repellendus ſi-
cut dicitur, de poſtulato. quia poſtulatio non
pendet a gratia quam poſſunt petere poſtulan
tes, & non poſtulatus. Item hoc probatur tali
ratione videlicet quòd dictus Titius non di-
catur legitimè præſentaſſe. nam in præſenta-
d tione requiruntur tres perſonæ, [d] ſcilicet præ
ſentans, præſentatus, & is cui fit præſentatio
quicunque igitur deficiat non dicitur præſen-
tare, quod patet ad oculum, nam præſentare
eſt cum effectu pręſentare: quia verba ſunt in-
telligenda cum effectu. Vnde ſi patronus di-
e cat præſento Titium, & non dicat cui [e] certè
non



non video, quòd ſit pręſentatio. Eodem modo
ſi dicat. Domine epiſcope ego præſento vobis
ad talem eccleſiam, & non dicat quem, non eſt
facta præſentatio. & hoc videtur tenere, Guil.
de Monte Lau. in clem. 1. de iurepatro. ſicut di
citur de poſtulatione, quia debet eſſe poſtu-
lans, & is à quo poſtuletur, vt patet de poſtul.
per totum. Sicut in donatione patet de dona-
tio. per totum, & multa ſimilia poſſunt indu-
ci. & multæ rationes, quæ propter breuitatem
temporis, & nimias occupationes abijcio, ſed
ſuppleat prudentia conſultoris. Et vltra præ-
dicta bene, & ſubtiliter allegata, poteſt ad iſtã
partem etiam allegari, quòd not Ioan. Andr.
de iurepatronatus. capil. fin. ſuper verbo præ-
3 ſentatio, videlicet quòd licet † patronus ad
præſentandum habeat tempus quadrimeſtre,
non ſufficit, quòd eligat, vel præeligat, niſi
infra tempus actualiter præſentet, ad hoc de
iurepatrona. capitulo. vno. lib. 6. & facit, quòd
ſcribit Ioan. Andr. de reſcript. cap. capitulum
poſt gloſſ. verſic. quærit Compo. no. & Archi-
diacon. de præben. cap. 1. lib. 6. Sed prædictis
omnibus non obſtantibus dico, quòd ſufficit
in caſu præmiſſo, quòd Titius patronus præ-
ſentauerit. B. presbyterum præſentem, & ac-
ceptantem in rectorem dictę eccleſię, & quòd
ipſe. B. ſic præſentatus infra tempus quadri-
meſtre ierit ad confirmatorem, vel inſtituto-
rem, & produxerit coram eo dictam præſen-
tationem, ſeu electionem, & petierit ſe con-
firmari, vel inſtitui in rectorem dictæ eccle-
4 ſiæ. † Pro cuius declaratione & euidentia eſt
ſciendum, ꝙ vt ſupra ad partem contrariam
allegatum eſt in huiuſmodi præſentationibus
non requiritur certa forma. Vnde poteſt fieri
f talis præſentatio per literas, [f] vt in cle. vni. de
excep. prælat. §. præſentatos, & ibi not. in glo.
ordi. ſuper verſ. literarum, probatur etiam in
c. ea cognoſcitur, de ijs, quæ fi. a præla. & ibi
no. glo. 1. & facit de conceſ. præben. poſt ele-
ctionem: ex hoc ſequitur, quòd ſi poſſint præ-
ſentare per literas, ſufficiat quomodocunque
voluntas patroni circa præficiendum presby-
terum vacanti eccleſiæ innoteſcat ſuperiori,
quia literæ nil aliud ſunt quam abſenti volun
tatem alterius abſentis deferre, nec mirũ, quia
hæc præſentatio in qua de gratia maximè pa-
troni laici abſentis agitur conſiſtit in hoc, vt
ipſe habeat presbyterum ei gratum, & quomo
docunque ſit, ſatisfactum eſt illis, & ideo, vt
præfertur in huiuſmodi præſentationibus for
g ma aliqua [g] non requiritur, ſed ſufficit ſolus
conſenſus patroni, & hinc dicit text. ꝙ plus
habet in inſtitutione prælatus, quam in præ-
ſentatione patronus. de offic. delegat. dilectus
hinc eſt, ꝙ inter talem præſentatum, & eccle-
h ſiam non cõtrahitur matrimonium, [h] ſicut in-
ter eccleſiam, & electum, de elec. cum inter. vt
lit. nõ conteſt. quoniam. Hinc eſt, quod ſepten
i nis, [i] qui ſponſalia contrahit poteſt præſenta-
re, ſed non eligere ſecundum no. in c. ex eo, de
elec. lib. 6. Hinc eſt, quod poſſunt præſentare
plures, in clem. plures. alias enim de iurepat.
poſt unum ſucceſſiuè alium accumulare, iux-
ta no. in c. cum nos, de offic. or. Vnde hoc ius
facilius labitur, & aufertur de manu patro-
5 ni, † quam electoris, vnde ſi nequeant concor-
dare patroni, immo etiam ſi præſentatus à ma
iori parte non poteſt præfici ſine ſcandalo, epi
ſcopus debet ponere rectorem, vt in decret. 3.
K de iurepat. [k] Modo ad quæſtionem noſtrã ſic
infero, ſi ſufficit præſentatio patroni abſentis
per literas ſufficit, ꝙ ſuperiori quomodocun-
que innoteſcat voluntas patroni ſolenniter fa
cta, & coram ſuperiore producta, vt melius in
noteſcat voluntas ipſius patroni, quã per ſim-
plices literas, & ipſa inſtrumẽta ſuper ijs con
fecta loco literarum habentur, & haberi de-
bent, quando ſuperiori præſentantur, quia ſi-
cut per ſimplices literas innoteſceret volun-
tas patroni, & huius ſufficeret, ita quoque, &
fortius per publica documenta; & abhinc lon
6 gęua practica habuit, & habet † Flor. ꝙ hu-
iuſmodi præſentationes verbales fiunt in ab-
ſentia ſuperioris ſolenniter ad inſtar electio-
num. Super talibus præſentationibus verbali-
bus in abſentia ſuperioris factis requiritur aſ-
l ſenſus presbyteri, [l] & cũ deliberatione pręſta-
tur ſicut in elec. & cũ ſuper hoc olim orta eſſet
ſimilis queſtio Florent. D. meus D. Lapus Ab-
bas S. Miniati conſuluit Io. And. qui reſpõdit,
ꝙ ſufficiebat repreſentatio talium inſtrumen-
torum facta per ipſum præſentatum ſuo ſupe
riori ſi fiat infra qnatuor menſes, & hoc ponit,
& ſcribit ipſe D. meus Abbas in cle. 1. de exce.
7 præla. ſuper dicta gl. quæ dicit, † ꝙ præſenta-
tio poteſt fieri per literas, & hoc idem not. in
cle. dudum, de ſepul. ſuper ver. præſentari, vbi
dicit, ꝙ licet patronus abſentem presbyterum
præſentare non poſſit, ipſe tamen præſentans
abſens per literas poteſt presbyterum præſen-
tare, & per dictas rationes ſi bene aduertatur
tolluntur omnia argumenta in contrariũ ſub-

 tillter,

tiliter, & exquiſitè facta, nã in caſu noſtro fuit perſona præſentata. Item fuit perſona præſentans, vel ſaltem per literas repreſentata. Item fuit perſona ſuperioris cui facta fuit præſentatio per productionem dictorum inſtrumentorum, & per petitionem inſtitutionis faciendæ factã per presbyterum, & ſic omnia dubia tollentur ſi presbyter fuit præſentatus per literas patroni: vt ſupra probatum eſt, & ſic omnia dubia tolluntur in dicta præſentatione facta per inſtrumenta [m] quæ loco literarum habentur: vt ſupra dixi & per prædicta ceſſat etiam ratio ambitionis de qua in themate fit mentio. Nam ſic is qui præſentatur per literas euitat vitium ambitioſis, vt ſupra dixi, & ſic quoque idem vitium euitat is, qui præſentatur per inſtrumenta, quæ habentur loco literarum. Et fortius, nam in caſu noſtro Nominatio, Electio, & Præſentatio verbales factæ fuerunt ignorante presbytero, & poſtea ſibi præſentatæ cum deliberatione acceptauit, & demum ipſas literas detulit ad ſuperiorem, & inſtitui petijt, & in hoc nulla ambitio: immo ſicut ſine ambitione poteſt ſupplicare pro beneficio obtinendo per viam collationis, ſic & per viam inſtitutionis, à paritate rationis. Talis enim ambitio plus additur, & notatur in modo electionis, quam in alijs modis. Et licet poſſet vlterius argui, conſulendo puto ſufficere prædictam veram concluſionem cui authoritatem præſtitit ſcriptum præfati Domini mei, Domini Lapi Abbatis, & reſponſio præfati Domini Ioann. Andr. & practica diutius in ciuitate Florentiæ obſeruata.

### Addit. Quint. Mandoſij.

a ¶ Nominat in præſentandum.] *Hæc opin. Lapi eſt communis, & verba, hoc modo intellecta, vt non ſufficiat patrono infra quadrimeſtre nominare præſentandum, ſed requiratur etiam preſentatio infra illud tempus, quam concluſionem probat text. in c. vni. de iur. patr. lib. 6. vbi patronus laicus habet quadrimeſtre, eccleſiaſticus verò ſemeſtre ad præſentandum, non autem ad nominandum tantum. Idem voluit Rot. 211. non ſufficit. in no. & Mil. in Repe. in verſi. patronus debet infra tẽpus ſtatutum, idem tenent Ioan. Andr. Card. & Abb. num. 4. in c. ſin. de iur. patro. & Gemin. in c. vni. §. verum, num. 4. & Franc. in 1. no. qui citat, & ſequitur Lap. hic, eo. tit. lib. 6.*

b ¶ In c. 1. eo lib. no.] *Lege tu non obſtante quod in dicto c. uni. notat Arch. videlicet colum. 2. poſt medium, uerſ. ſed quid ſi dicat patronus talem eligo præſentandum nunquid valeat? dico quòd ſic, &c. Lapus hic declarat, & docet qualiter accipienda ſint verba Archid. vbi ſupra, & quòd ſic citare uoluerit Archid. ultra quòd hoc clarè pateat colligitur etiam ex verbis eiuſdem Lapi infra alleg. 78. vacauerat, ante num. 5. vbi quòd patroni eligunt aliquem in præſentandum (ſubdit) vt not. Archid. de poſtul. cap. 1. lib. 6. An Lapus ibi contrarium teneat eius quod hic, ibi tangam.*

c ¶ Præſentatur.] *Idem probat cap. cum laici, ibi epiſcopis repreſenta. de iu. patro. c. ea noſcitur, in prin. ibi epiſcopis diœceſanis præſentent, vbi Panor. in 3. not. & alij de ijs quæ fiunt à prelat. Mil. in Reper. in ver. patronus debet infra tempus ſtatutum realiter, & cum effectu ſuperiori præſentare perſonam, & Lambert. in Tracta. iur. patr. quæſt. 4. par. 2. lib. 2. artic. 1. num. 1. num. 1. vbi etiam citat Lap. hic.*

d ¶ Tres perſonæ] *Hæc eſt clariſſima concluſio, quam etiam firmat Card. in clem. 1. poſt nu. 1. verſ. & in hoc requiruntur tres perſone, de iur. patr. idem uoluerunt Abb. & alij in c. fi. eo. & Lamber. de iur. patrona. qui Lap. hic citat, & ſequitur art. 2. queſt. 2. par. 2. lib. poſt num. 5. & artic. 1. queſt 4. eiuſdem par. & lib. num. 2.*

e ¶ Non dicat cui.] *Contra hanc concl. Lapi facit in ſimi. & in ratione ſui tex. in l. 1. ff. de here. inſtit. uer. Qui potuit etiam tribus uerbis, cum ijs que ſequuntur, vbi fit ſubauditio dictionis, mihi omiße, idem dictionis fundi, rurſus verbi eſto, amplius dictionis heres, demum ſub intelliguntur plura verba ſimul, unde idẽ dicendũ erit in caſu Lapi, vt ſubauditiones congrue, & neceſſariæ fieri debeant. & uoluit Bar. in l. filiũ, §. ſed ſi portio, poſt num. 2. uer. item ſi dico. ff. de lega. præſtan. quòd ſi dico inſtituo, ſufficit, licet non dicam hæredes. Et de quadruplici ſubauditione, et quòd ſubauditionibus ſit locus ne diſpoſitio corruat videantur Bald. in l. errore, in princ. & Iaſo. etiam in princ. ubi quòd ſi poſt omnia legata inuenitur ſcriptum, in omnibus autem bonis, &c. Titius, debet ſuppleri, hæres eſto, ſeu heres ſit, C. de teſta. & Bald. ſequitur Fely. in cap. ad audientiam, num. 6. in 6. limit. de reſcri. Et quaſi in terminis noſtris idem concludit Ioan. de Firmo de epiſco. par. 1. lib. 3. queſt. 26. num. 57. quòd electio facta per verbum eligo valeat, licet non dicatur in epiſcopũ, propter ſubauditionem, quæ fieri debet, ſubauditur enim nomen dignitatis ad quã fit electio: ſic in caſu Lapi: ſi patronus dicat præſento Titium, & non dicat cui, vel ad quod beneficium, intelligi debet quòd præſentet ad beneficium iuris patronatus ſui tunc vacans, & illi, qui inſtituere habet. Quid tenendum? Poßemus defendendo Lapum reſpondere, quòd ipſe hæc, & alia dixerit pro ratione dubitandi, cũ autem pro alia opin. concludat videtur recedere tam ab opinione ſuper principali, quam ſuper acceſſorijs, præſertim ex illis uerbis infra poſt num. 3. ſed prædictis omnibus non obſtantibus, unde ab omnibus que præmiſerat recedere videtur. Vel ſupponendo, quòd Lap. non recedat ab ijs fundamentis, quæ pro prima opin. principali fecerat, quod etiam probari videtur, infra nume. 4. vbi comprobat id quod ſupra premiſerat in huiuſmodi præſentationibus non requiri certam formam, limitanda ſunt dicta hic per Lap. iuxta ſubiectam materiam, vt hec procedant tantum quando præſentatio fit abſente epiſcopo, ſeu alio inſtituere habente, vel aliàs ſupponamus, quòd nõ facilè ſubauditionibus locus ſit. Et hec Lapi defenſio, & diſtinctio, videlicet aut preſente eo cui preſentatio fieri debet, aut abſente (ne alienos labores ſubticeam) fuit Lambert. in Tracta. iur. patr. & ex eius verbis colligitur, art. 3. quæſtio. 3. par. 2. lib. 2.*



f ¶ Per literas.] *Hec opin. Lapi. quòd per literas patroni præſentatio fieri poſſit eſt communis, & uera, & Lap. hic citant, & ſequuntur Abb. conſio. 76. plura ſunt, numero 2. in 3. dub. lib. 2. Roc. de Cur. in Tracta. iu. patro. in uerſ. honorificum, quæſt. 6. num. 32. Pau. de Citadi. par. 6. quæſt. 32. in fin. poſt num. 57. & Lamber. artic. 16. q. 4. par. 1. lib. 2.*

g ¶ Forma aliqua.] *Idem uoluit ſupra alleg. 8. præſentatus. poſt num. 3. uerſic. item patroni laici, Card. in clem fin. §. fi. in 2. not. de iu. patro. & Lambert. art. 11. q. 3. par. 2. lib. 2. ante num. 2. uerſ. in preſentatione vero nulla eſt data forma, vbi citat, & ſequitur Lap. hic.*

h ¶ Non contrahitur matrimonium.] *Idem uoluit ſupra alleg. 8. preſentatus, poſt nu. 2. ubi alias cito in mea Apoſtil. in uerſ. preſentationem, & Lap. ibi, & hic refert, & ſequitur Lambert. de iu. patro. 9. art. 5. q. 2. par. 2. lib. num. 1.*

i ¶ Septennis.] *Idem voluit Lap. in dicta alleg. 8. poſt numerum 2. uerſic. Et pupillus licet non eligat, & ibi in Apoſtil. in uerſ. preſentare, & Apoſtil. ſequen. oſtendo opi. Lapi ibi, & hic eſſe ueram, & communem, & ultra eos quos ibi pro opin. Lapi citaui, addo idem tenuiſſe Ioan. de Sylua de benefi. par. ſecunda, quæſt. 7. & Lamber. de iu. patrona. artic. 14. queſtio. 7. par. 1. lib primo, poſt princ. qui referunt, & ſequuntur Lap. in utraque alleg.*

K ¶ Decre. 3. de iu. patro.] *Que in illo uer. Si autem hac ſine ſcandalo, intelligenda eſt ut non ſufficiat ſcandalum ipſius litis tantum, ut docet Lap. infra alleg. 78. uacauerat, num 10. uerſ. ad quintam quæſtionem.*

l ¶ Aſſenſus presbyteri.] *Aßenſus patroni preſentantis, & præſentati requiritur pro ſubſtantia, & validitate preſentationis, vt per Lamber. de iur. patron. qui Lap. hic*

*hic ſequitur art.ix.quæſt.4.par.2.lib.1.nu-
mero 4. Et ante acceptationem præſenta-
tus nullum ius habet in beneficio ad quod
pręſentatus fuit,ſed poſt acceptationem ha
bet ius ad rem,prout per Calder. conſil.17.* a
*præſentato vno.cir.medium,de iu. patro.la
te Lamber.art.8.quæſt.5.par.2.lib.2. Sar-
nen.in 1.q.Reg.de non tol.in quæſit.nu.13.
& ſeq. Ioan.Franc. Rip. ſuper rubr.de iud.
nume. 72. Roc. de Cur. in tract. de iu.patr.
in ver.ius.quæſt.4.& Rebuff. in tract. No-
mina,q.4.num.6.*

m ¶ Per inſtrumenta.] *Tota uis huius alle.
in hoc conſiſtit ad oſtendendum quòd ſi in-
fra quatuor mēſes ab ipſo præſentato præ-
ſentetur inſtrumentum præſentationis or-
dinario inſtituere habenti hoc ſufficiat. Et
concordatur opin.omnium, diſtinguendo ꝙ
aut loquimur,an literæ patroni,vel inſtru-
mentum præſentationis præſentatæ quan-
docunque ſuperiori inſtituere habenti ſuffi-
ciant,& procedat opin.negatiua. An verò
præſentatæ infra quatuor mēſes ſi a patro-
no laico,vel infra ſex ſi ab eccleſiaſtico, &
vera ſit opin.affirmatiua.Et in hoc in effe-
ctu,voluerunt Rot. 311. non ſufficit in not.
Mil.in reper.in ver. patronus debet infra
tempus,Gemin.in c.fina. §.verum, num.4.
verſ. quæro quid ſi patroni,de iu.patr.lib.6.
Card.in c.fin.ad fi.ubi cum Lap.hic reſidet,
dicens etiam Lap.de Caſtel. & Lap. Abb.
& Ioan.And.idem concluſiſſe de iu. patro.
Et idem Card.in cle.vni.uerſ. præſentatos,
in 1.oppoſ.de exceſſ.prælat.Abb. conſ.76.
plurà ſunt,num.2.lib.2.vbi citat, & ſequi-
tur Lap.hic,Rocc.de iu.patro. in uer. hono-
rificum,quæſt.6.num.32.qui ſequitur Lap.
hic,quem etiam ſequitur Lambert. art. 16.
q.4.parte 1.lib.2.& artic.22.quæſt.1.par
te 2.libro 2. ac quæſt.4. eiuſdem partis,&
lib.art.2.*

*S V M M A R I V M.*

1 *Diæceſanus,an poſſit abſoluere ab excom
municatione propter manuum iniectio-
nem temerariam in clericum.*

## ALLEGATIO LXXVI.

IN Dei nomine amen. Factum ſuper quo [a] conſilium petitur tale eſſe proponitur videlicet. Quidā presbiter Iulianus Fabri de Aretio. plebanus Sancti Quirici ſupra Arnum, Aretin.diœceſ.nec non capellanus perpetuus in eccleſia Aretin.vbi moram trahit continuā, cum manu vacua ſemel vna percuſſione percuſſit dominum Andream Thunatunelli can. Aretin.in maxilla dextera ipſius domini Andreę ſine ſanguinis effuſione apud cathedralē eccleſiam Aretin.propter quam percuſſionem ipſe presbiter Iulianus ſententiam excommu
1 nicationis incurrit a iure prolatam. † Quæritur nunquid dominus epiſcopus Aretin. vel eius vicarius habens ad hoc ſufficiens mandatum ab ipſo domino epiſcopo, poſſit dictum presbiterum abſoluere a caſu excommunicationis ſententiæ,& dr̄ quod ſic, nam nō eſt dubium ꝙ diœc.poteſt abſoluere eos qui temerarias,& violentas manus in clericum iniecerunt,dummodo percuſſio, ſiue iniuria fuerit leuis de ſent.excommun.peruenit, & eod.tit. cum illorum.Sed dicta percuſſio facta vacua manu & vnica,& ſine ſāguinis effuſione leuis dici poteſt,quæ nec circūſtantiis aggrauatur, quia idem dominus Andreas nō eſt ſuperior, nec alias perſona notabilis,immo etiam forſitan poſſet dici quod etiā ſi iniuria fuiſſet mediocris, & non enormis dicta abſolutio fieri poteſt,vel poſſet, nam ipſe percuſſor, & ipſe percuſſus erant in eadem eccleſia ſocii, & vnus canonicus,& alter capellanus perpetuus, & qui diebus ſingulis in eadem eccleſia Aret. ad officia,& alios actus ſeruiebant, & in ipſa eccleſia venerunt ad verba, de verbis ad verbera,& cōmunio parit diſcordiam,& priuilegium videtur eſſe nō ſolum religioſorum,ſed etiam ſecularium clericorum communiter viuētium,vt abſolui poſſint a diœceſano dummodo iniuria non ſit grauis,vel enormis, qualis non fuit iſta de vita & hon.cler. coniug.

### Addit. Quint.Mandoſij.

a ¶ Factum ſuper quo.] *Cōcludit hic Lap. quod epiſcopus abſoluere poſſit ab excommunicatione propter manuum iniectionem temerariam in clericum,ſi percuſſio,ſeu in-
iuria non ſit enormis, ſed leuis idem quod
Lap.hic concludit Rom.ſing.702.incidens,
de quo dicit eſſe tex.ſing.in alleg.hic,c.per-
uenit,de ſenten.excommun. iuxta commu-
nem intellectum. Idem etiam voluit Card.
per dictum tex.conſ 42 quidam d.Iacobus,
num.3.verſ.ſecundo quo ad abſolutionem,
& Mil.in reper. in ver. excommunicatus
propter iniectionem,& Lap. hic ſequuntur
Apoſtil.1.ad Abb.in d.c.peruenit, & Fel.
ibidem,in princ.Idem etiam uoluit Hoſtiē.
in ſum.de ui.& honeſt.cler.colum.1.uerſic.
Habent tamen priuilegium,& ibi Apoſtit.
ſequitur Lap.hic.Et in caſu Lapi idem con
cludere uidetur D.meus Phil.Dec. in c.per-
uenit,col.2.uerſ.& quod,de appellat.Et ſic
patet quod hæc concluſio Lapi eſt uera, &
ab omnibus comprobata.*



*S V M M A R I V M.*

1 *Notarius qui confecerat primum teſta-
mentum ſi exemplauit aliud a primo de
authoritate iudicis ordinarij, an probat
ſicut primum originale.*
2 *Partis uocatio, an ſit neceſſaria quando
notarius aſſumit inſtrumentum ex ſuo
prothocollo*
3 *Inſtrumentum facit fidem de omnibus ſo-
lemnitatibus quæ in eo enuntiantur quę
potuerunt incurrere tempore celebrati
contractus.*
4 *Priuata ſcriptura non probat in præiudi-
cium alterius quam ipſius ſcribentis.*
5 *Author originalis ſcripturæ præſumitur
plene inſtructus de ueritate, ideo ſtatur
eius atteſtationi.*
6 *Officiali de ſuo actu plene credendum eſt.*
7 *Charta aut inclauſtrū nō eſt in inſtrumen
tis attendenda, ſed tenor & ueritas re-
rum, præterquam in priuilegijs Impe-
ratoris.*
8 *Tabellio exemplificans non probat, niſi
ſcripturam non autem ueram rei eſſen-
tiam.*
9 *Teſtamenti factio, probatio, authentica-
tio, & publicatio de prothocollis regi-
ſtris & abbreuiaturis in libro notarij &
tabellionis non ſunt idem.*

## ALLEGATIO LXXVII.

1 TAbellio publicus † ſolemniter fe-
cit inſtrumentum teſtamenti, con
diti per S.& in publicam formam
reduxit, poſtea vero ad inſtātiam
a eius cuius intererat [a] authoritate iudicis ordi
b narij [b] idem notarius primum inſtrumentum
reductum in publicam formam per eum de
verbo ad uerbū exemplauit, & ſe ſubſcripſit,
& atteſtatus eſt ſe prędictum publicum inſtru
mentum confeciſſe. Quæritur nunquid talis
ſcriptura fidem faciat, ſicut primū originale,
& dico quod ſic. nam notarius ſe ſubſcripſit
inſtrumento publico atteſtato propter religio
nem iuramenti præſtiti per eū ad hoc de præ-
ſcrip.c.ad audientiam,de præſumptio. illud,
2 † vbi de hoc, & non eſt vis quacunque forma
verborum utatur,dummodo ſint talia verba,
quæ aſſerant ſic facta eſſe,ſiue loquatur in pri
ma,ſiue in ſecunda,ſiue in tertia perſona, ex-
tra de conuer.coniug. dudum, ſiue loquatur
per verba præteriti temporis,vel præſentis,vt
not. de iurepat. quòd autem, in fine, & po-
teſt exinde ſępius ex ſuis notis notarius reaſ-
ſumere, & in publicam formam redigere, vt
not.in d.decre. dudum.fortius ego ſumere po
teſt ex originali ſuo, nec refert, an plura, vel
alia uerba apponat in vno,quam in alio, dū-
modo non ſint adinuicem contraria, vt not.in
d.c.dudum,ſecundum Vincen.alleg.1.q.7.ma
ximum,de qua Spec.de inſtrum.editio, §. in-
ſtrumentum,verſ.item opponit,& dummodo
quo ad ſententiam non ſit differentia, vt not.
Spec.de ſent.prola.§.inſtrumenta,verſ.non va
let etiam,in fine,ad hoc ꝙ not. glo. ſuper ver.
manifeſtum,de ver.ſign. cap.2. lib.6. Sufficit
enim per quæcunque verba exprimat idē im-
portantia,ad hoc,l.ſi procu.de nou. oper.nun.
& no.Bar.in fine,eodem tit.non ſolum, §. ſed
3 vt probari. † Sed in caſu noſtro patet ꝙ idem
notarius qui publicum confecit inſtrumentū
exemplauit cum omnibus ſubſtantialibus, &
c per ſuam ſubſcriptionem fidem facit [c] ſe in-
terfuiſſe

interfuiſſe teſtamento, & rogatus inſtrumen-
tum confeciſſe; hoc igitur ſufficit non obſtan
tibus quibuſcunque verbis, ſiue quacunque
forma verborum vſus fuerit dummodo veri-
tatis ſubſtantia non mutetur, vt dicit tex. in c.
dudum, de conuerſi. coniugato. & hoc expreſ-
sè ſcribit D. Bartolus de Saxoferrato in Auth.
ſi quis in aliquo, C. de eden. nec ob. iura, quæ
videntur contraria, quæ loquuntur de exem-
d plato a tertia perſona non ab illo [d] eodem,
qui confecit inſtrumentum: quia hoc caſu nõ
ſolum exemplũ, ſed originale dici debet pro-
pter rationes ſuper quo, conſultus D. Fran. de
Aret. reſcripſit & conſuluit: vt infra ſequitur.
In Dei nomine amen. Super eo, quòd reuoca-
tur in dubium vtrum ſtandum ſit inſtrumen-
tis teſtamenti, & codicillorum Ioannis cuiuſ-
dam Bartholomæi de Pulſ. ſumptis ex regi-
ſtris, ſeu actis Nicolai de Meſſina notarij per
ipſum confectis: interueniente authoritate
iudicis Philippi de Meſſina prout de ipſis, &
eorum tenore plenius conſtat per ipſa inſtru-
menta, quorum tenorem inſerere cauſa breui-
tatis omitto. Conſultus ego Frãciſcus de Are.
reſpondeo, vt inferius continetur. Et primo vi
detur, quòd hoc documentum non faciat ido
neam fidem: quia non habet formam origina-
lis ſcripturæ, ſed exempli, & quia author eius
uoluit hoc eſſe exemplum, ergo inſufficiens
ad probandum, ff. de fide inſtrum. l. 2. & vide-
tur expreſſus caſus, ff. de bon. poſ. ſecundum
tabulas, l. 1. §. ſi quis in duobus, vltimo reſpon
ſo, ſed quia teſtes videntur ſubſcripti in origi
nali manu priuata, non publica, vt oſtendit te-
nor huius ſumpti, quia in prima perſona con-
ſertur atteſtatio ipſorum; ergo per ſemetipſos
ſubſcripſiſſe intelliguntur: quia qui in prima
loquitur de ipſa pronunciat, & ecõuerſo, qui
in tertia perſona loquitur de alio prędicat, C.
de conſtit. pecu. aut. ſi quando. inſti. de inuti.
4 ſtip. §. ſi quis alium. † Priuata autem ſcriptu-
e ra [e] non probat in præiudicium alterius quam
ipſius ſcribentis, C. de proba. l. iubemus, & l.
exemplo. ergo de interuentu neceſſarij nume-
ri teſtium non conſtat, quia non ſunt authen-
tice deſcripti, nec ipſi teſtes proprijs ſubſcri-
ptionibus atteſtarentur iudici, ff. quemadmo.
teſtam. aperi. l. cum ab initio, cum pluribus ſe-
quen. & no. C. eo. l. 1. in fi. In oppoſitum quod
ex hoc documento fiat legitima fides prædi-
ctis non obſtantibus oſtenditur efficacius ex
pluribus. Primo quia eſt ſcriptura publicæ

perſonæ, quæ fuit principalis eius author, &
qui fuit rogatus à teſtatore ſcribere, ergo ſtan
dum eſt ſibi quomodocunque aperit propria
manu tenorem huiuſmodi documenti, ſiue
per modum exempli primæ collationis lite-
rarum, ſiue per modum originalis ſcripturæ,
quia creditur ſibi ſcilicet de ſcriptura ſua, &
de tenore ipſius, C. de fal. l. ſi quis decurio. in
fi. & in corpore de fide inſtrum. §. is vero. Se-
cus ſi faceret mentionem ſcripturæ alterius
ſcribentis, ita loquitur authen. ſi quis in ali-
quo documento, & l. 2. ff. de fide inſtrum. vel
ſi id quod oſtenditur per modum exempli nõ
habeat formam publici documenti, nec ſit ma
nu publica ſcriptum quamuis ſit manu eius
cuius eſt ipſum originale documentum, ita
loquitur, l. 1. §. ſi quis in duobus. de ſecun.
f tabul. [f] probat hoc per ſimile, non minus
ſtandum eſt ſcripturæ notarij publici, quam
olim ſtaretur ſcripturæ argentarij cum vter-
que ſcribat authoritate publica, ff. de edendo,
l. argentarius, in prin. & §. ideo, & ibi notatur,
& l. quædam, §. numularios, ſed ſtatur ſcriptu
ræ editæ ab argentario non tantum ſi edat ori
ginalem, & primæuam ſcripturam, ſed etiam
ſi edat exemplum eius cum teſtimonio ſuo,
eodem titulo, l. ſi quis ex argentarijs, §. edend.
5 vel tradere libellum, &c. † & ratio quia ipſe
author originalis ſcripturæ prę ſumitur plenè
inſtructus de veritate eius: ideo ſtatur atteſta-
tioni eius: vt d. l. ſi quis ex argentarijs, §. fin. &
ar. d. l. ſi quis decurio. in fin. & hanc partem te-
net D. Bart. in d. l. ſi quis ex argentarijs, §. vlti.
& in d. authen. ſi quis in aliquo documento.
Probatur etiam tertia ratione ſimili ſic videli-
cet, quando ſcriptura tuuatur teſtimonio ſcri
pturæ non ſuſpectæ purgatur ſuſpicio, & ſta-
tur ei propter concurſum alterius non ſuſpe-
ctæ, vt d. l. ſi quis ex argentarijs, §. coguntur,
& arg. C. qui po. in pi. ha. l. ſcripturas, ibi ipſo-
rum cum habeat ſubſcriptiones: ſed ſcripturę
editæ in modum exempli, ideo non creditur,
qa ſuſpecta eſt ne ſumpta ſit ex originali ſuo
non integra fide: ut d. l. 2. de fide inſtrumento-
rum, & dicta authen. ſi quis in aliquo docu-
mento, & ibi not. glo. iſta ſuſpicio remouetur
quando ſubſcribit, & atteſtatur integritati
eius ille cui credendum eſt, & ſtandum eſt de
ea, puta ipſe author eius, qui publica authori
tate fungitur, & id cuius officium ſpectat ſci-
re, vt d. l. ſi quis decurio. in fi. & d. §. ijs. in cor.
de fide inſtrumentorũ. Scriptura enim de qua
loqui-



loquitur non eſt exinde nuda, ſed adminicu-
lata ſubſcriptione ipſius authoris originalis
ſcripturæ, qui atteſtatur ei, ergo ſtandum eſt,
ſibi tanquam ſolenniter ſumptæ, & tam ſo-
lemniter, quam ſi eſſet ſumpta manu alterius
ex ſuo authentico originali iudiciali autho-
6 ritate, & citato aduerſario, quia creditur † of-
ficiali plenè de actu ſuo, vt d. l. ſi quis decu-
g rio. [g] & de exact. tributo. l. apperitores, [h] &
h non de actu alieno. C. de accu. l. ea quidem, ff.
de cuſt. reo. diuus, & C. de decurio. l. 1. lib. 12.
quia actus alieni, iuris præſum. quiſque eſt
ignarus, ff. de probat. l. verius, ff. pro ſocio, l.
vltim. C. de quæſtio. l. interrogari, & ideo vt
teſtis probet ſemper debet atteſtari de facto
proprio, ſeu de eo, quòd ſuo ſenſu percipit, C.
de teſt. teſtium. & no. in corpore de fide inſtru
mentorum, §. oportet, in 1. glo. & notarius de
geſtis coram ſe, vt d. authen. ſi quis in aliquo,
& per Innocent. in cap. quoniam contra fal-
ſam, nec eſt neceſſaria cognitio iudicis, & per
conſequens citatio partis quando tabellio ſu-
mit ex originali proprio, quia nõ eſt iure cau-
tum, nec alias, ſeu vlteriores ſolennitates ſer-
uare arctamur, quam quę ſunt a iure inductę,
C. de formulis per totum, & de arbitris, l. ne
in arbitris, in fin. ff. de dolo. l. verba ſuperflua,
C. de bonorum poſſeſ. l. coram delegato. & l.
omne verbum, cum ſimi. Quarta inſuper ra-
tione oſtenditur, ꝙ dicto inſtrumento nõ ob-
ſtat, ꝙ ſit ſumptum ex alia ſcriptura, quia non
tantum habet formam ſumpti, quam origina-
lis, & authentici documenti, quia non tantum
atteſtatur notarius integritati ſcripturæ ex
qua ſumptum eſt, quam etiã ipſi actui in ſcri-
pluris contento, & vtroque modo, & forma
intelligit voluiſſe poſſe valere, ergo ſecundũ
vtrunque ſaltem electiuè poteſt operari ar. C.
de codicillis, l. 1. in fin. & ſcribit, Cyn. in ſua
quæſtione, C. de teſtam. hac conſultiſſima in
fi. Et colligitur hoc ex tenore dicti inſtrumen
ti in principio ex narratis petentis ibi in for-
ma publica tranſcribi, & redigi, quæ verba
vtrique ſenſui conueniunt, & maximè effica-
ciori, ff. de legi. l. benignius, & l. ambigua, &
ſubſcriptione ipſius notarij dum dicit prædi-
cta ſcripſi conteſtor: quia non dicit exempla-
ui ſimpliciter, ſed ſcripſi; ꝙ intelligitur, ſ. ori-
ginaliter. cum inde dixerit ſe rogatum in ini-
tio inſtrumenti, & maximè quia ſubdit conte
ſtor, non enim poteſt aliter teſtari de conten-
tis in dictis inſtrumentis, niſi tãquam ille, qui i

interfuit actui, & fuit inde rogatus, vt in au-
then. de tabel. §. nos autem, nec fuit neceſſe,
quòd adijceret publicum, ex quo ante dixe-
rat ſe rogatum, quia non eſt aliud publicare,
niſi rogatus ſcribere, vt dictis iuribus, vt ſcri-
bit Bar. in l. ſciendum, de verbo. oblig. & per
iſtas rationes indubitanter tenendum puto
hoc inſtrumentum facere plenam fidem, non
obſtante, quòd teſtes videntur ſe manu pro-
pria ſubſcripſiſſe, quia ſatis eſt, quòd nota-
rius in principio dixit actum coram ſubſcri-
ptis teſtibus, & poſtea in præſens publicum
inſtrumentum, nomina eorum, & ſuſcriptio-
nes eorum in ſcriptis redegerit manu propria
quia perinde eſt ac ſi originaliter ſcripſiſſet,
quia quando publica ſcriptura atteſtatur idẽ,
quod priuata, tunc conſtat ſaltem ex publicis,
ar. ff. de iur. dot. ſi ego, §. fin. ff. de fal. l. diuus,
l. 1. in ver. plene. de eden. l. ſi quis ex argenta-
rijs, §. 1. & C. qui potio. in pigno. ha. l. ſcriptu-
tas, ibi ipſorum tantum habet ſubſcriptionẽ
cum ſi. & ar. de hære. inſtit. l. aſſe toto. & l. illa
inſtitutio.

Ego Franciſcus D. Bici de Aretio conſulo,
vt ſuperius ſcriptum eſt ſalua ſemper ſenten-
tia cuiuslibet melius ſentientis.

Super quo poſt ea conſultus Dominus Ri-
cardus de Sali. legum Doctor ſic reſcri-
pſit.

IN Chriſti nomine & Sanctiſſimę Matris
eius, beatorum Ioannis Baptiſtæ, & Euange-
liſtæ, & totius cęleſtis curiæ Amen. Quæſtio
ex parte dictorum quæritur de probatione,
non efficacia rei coram arbitris iuris, & facti
cognitionem, & deciſionem habentibus, vbi
probatur, quòd ſic probet teſtamentum ſupra
poſitum quantum ad fratres Seruorum beatæ
7 Mariæ ipſum producentes. † Præmiſſo pro
euidentia primo, quia nec charta, nec inclau-
ſtrum, ſed tenor, & veritas rerum attenditur
præter, & ſolum quam in priuilegijs Imperia
libus, vt C. de diuer. reſcr. l. pen. & arg. de act.
& oblig. l. non figura. Modo per caſum, & tex.
in ſenſu contrario, vt in auth. ſi quis in aliquo
documento fecerit mentionem alterius, &c.
In caſu autem noſtro alterius documenti non
ſit mentio, ſed eiuſdem ergo: bona eſt illatio,
& probatio a ſenſu contrario, qui debet ha-
beri pro expreſſo, ut, ff. de teſti. l. ex eo. & de
teſt. qui teſtamenta. §. mulier. & in authen. ſi
procuratorẽ, §. ſi ignorãtes. minor patet, quia
idem eſt [i] in quo non mutatur res, perſona,
vel

vel cauſa,licet aliqua qualitas, vel accidentia
alteretur,vt de iudi.l.proponebatur de excep.
rei iudi.l.cum quæritur, & ibi de hoc, & l.an
eadem,§.idem corpus,& de noxa.l.in delictis
§.ſi detracta. Hic autem non mutatur perſo-
na.Nam idem eſt teſtator,idem tabellio, ſcri-
ptor idem,idem teſtis,eadem res legata,vel in
ſtitutio eadem,ſcilicet pia, eadem authoritas,
& fides,quinimò maior propter iudicis autho
ritatem,in hac authenticatione,& publicatio-
ne.ergo &c. & hanc dictionem alterius poſitã
in authen. quia hic non facit mentionem alte-
rius,ſed ſui ipſius.Secundo,& ratione,& men
te eiuſdem authenticę, & ex glo.ſua, & Iaco.
de Butr. & Doctorum, qui omnes videntur
ibi ſentire, ꝙ publicum inſtrumentũ faciens
mentionem alterius inſtrumenti illa ratione
non probat,quia non atteſtatur tabellio exem
plificans, nec tabellione alij ſubſcribente, ne-
que teſtes,ꝙ res verè ſic fuerit,ſed quod ſcri-
ptum inuenerint, vel inuenit, vnde non pro-
8 bant,niſi ſcripturam, † non autem veram rei
eſſentiam,vt C.de teſti.l.teſtium, in fi. ſed hic
iſte tabellio, non alius, & ijdem teſtes teſta-
K menti atteſtantur ſubeſſe rei, [k] quod ſic fuit,
ſcilicet quod talis ſic teſtatus ſic legauit,ſic in-
ſtituit, non autem ſolum ꝙ ſic ſcriptum inue-
nerunt,vel inuenit,ergo inſtrumẽtum ſubſtan
tiam teſtamenti probat,non ſcripturam tantũ
& ſic non poteſt opponi de alijs rationibus,&
cancellationibus,quam iſtis,de quibus loqui-
tur glo.in d.auth.de fide inſtrum.l.2.niſi fortè
in illa parte, in qua illud inſtrumentum fecit
mentionem de quodam procuratorio manu
alterius notarij facto Florentię, niſi enim pro
baretur illud aliter legitimum, vel produce-
l retur,procuratio illa non probaretur.[l] Tertio
quia glo.bona,& optima ſecundum Iac.Butr.
C.de fide inſtrum. de iure haſtæ,l.1. lib.10. in
glo.magna iuxta finem, ꝙ in facto propoſito
de ſolemnitatibus, quæ fiunt, & poſſunt fieri
ſecundum tempus de præſenti ſtatur inſtru-
mento,niſi contra probetur, vt C. de proba.l.
cum precibus,& de contrahen.& committen.
m ſtipu.l.optimam, [m] & cum dicitur in ſenten-
tia.Nos iudex pro tribunali ſeden.quę eſt vna
ſolennitas;in ijs ſcriptis,quæ eſt alia: optimè
ſtatur ei,non in alijs,quæ fuerunt facti de præ
terito,& eſſe debuerũt,ꝙ Cyn. in auth.ſi quis
in aliquo in quadam noua additione dicit ſa
9 tis eſſe probabiles, †[n] ſed cum teſtamenti fa-
n ctio ſit vnum,probatio vero,authenticatio, &
publicatio de protocollis, regiſtris, & abbre-
uiaturis in libro notarij,& tabelliõis ſit aliud
vt C. de proba. l. cum res,&.ff.de teſta.t ite.l.
duo ſunt Titij,& de fide inſtrum.l.contractus
ei,& authen.de tabel.per totum.quis dubita-
ret quin iſte tabellio potuiſſet cõplere in mo-
dum,& publicam formam,& authenticam re
digere,& dare cuicunque cuius intereſſit, lega-
tario,vel hæredi,& ſine aliquo iudice,quanto
o ergo magis cum authoritate iudicis [o] authen
ticãtis. Teſtamentum enim ſaltem de conſue-
tudine probatur etiam nuncupatum per in-
ſtrumentum,& ſecundum quoſdam etiam de
iure. Teſtamentum autem publica manu ſcri-
ptum,& authenticatum probat in poſſeſſorio,
& petitorio. Notarij publici verò manu ſcri-
ptum ante publicationem probat in poſſeſſo-
rio,poſt in vtroque,vt not.Cyn.& Dyn. Iaco.
Butr.ff.de fideicom. l. fi. & de teſt.l.publicati,
ſicut in caſu noſtro,quòd hoc per fratres pro-
ductum eſt teſtamentum publica manu ſcri-
ptum,& authenticatum, & ſic probat in vtro-
que, non teſtamenti exemplum, quod patet,
quia ſcribens,& quod ipſum teſtamentum pu
blicaret,& in publicam formam redigeret, &
tranſcriberet. Et quia ad iudicis officium ſi ſi-
bi denegaſſet,ſpectaſſet ipſum cogere, & com
pellere, & quia notarius ex vi officij poterat
etiam ſine iudice vrbanius, & pro maiori au-
thoritate fecit, cum ipſe non debet nec poteſt
nocere,vt l.quidam hiberus, ff. de ſerui.vrba.
prædi.& inſtit. de liberis. §. ſed verò.in gloſſ.
ſignata ſuper verſic. in tranſitu. Quarto facit
ad prædictam.C.quemadmodum teſtam.ape-
ri.inſpiciantur,& deſcribãtur,l.1.2.& 3.quod
not.glo.C.de teſta.l. 1. & quod no. Butrig.ibi
in l.publicati.in q.fi.cum paria ſint vel proto-
collum habere nõ poſſe, vel incommodè poſ-
ſe habere,vt l.nepos proculo.de verbo. ſignif.
ſicut nec hic commodè. Vnde tenet ibi Butr.
etiam non citatis aduerſarijs probet publica-
tis iudicis authoritate, præterea vt iam dixi
non loquimur de publicato, ſed de ipſo ſo-
lummodo publico,&c.Quinto & vltimo quis
dubitaret coram arbitris, & arbitratoribus de
facto,& de iure cognoſcentibus, qui in ore iu
ris apices, & ſubtilitates non habent ſeruare;
ſed puram eorum conſcientiã attendere, pro-
ut eſt veritas eis quomodo libet nota,vt no.in
authen.vt differen.iudices,§. Si vero contige-
rit,& no. Iaco.But. ff. pro ſocio.l.ſi ſocietatẽ,
§.arbitratorem, maximè cũ ad piam cauſam,
& pie-



& pietatis opus ſit inſtitutio facta certe me-
lius,vt C.de ſacroſan.eccleſ.l.1.& de reg. iur.
in teſtamẽtis,& ſine præiudicio. Si inſtrumen
tum,vel teſtamentum non eſſet bene probatũ,
quod eſt,vt ſupra dixi, cum taliter & tantum
p probat: quod res deberet iuramento [p] decidi,
& deferri religioſis,vt dignioribus. vt l.admo
nendi, & l. in bonæfidei, & ita videtur mihi,
& credo iuridicum eſſe ego Ricardus de Sa-
lic.legum Doctor de Bononia. In quorum te-
ſtimonium meum ſigillum mandaui.

## Addit.Quint.Mandoſij.

a ¶ Cuius intererat.] *Vt notarius de aliquo inſtrumento rogatus illud exhibere, ac alicui dare teneatur, debet ille oſtendere quod ſua interſit argumen. text. in l.prætor, §. 1.& in l.argentarius, poſt princ. iun. gloſ. in verſ.ideo abſimilis,ff. de eden.Specu. de inſtrum.edi.§. poſtquam de inſtrumentorũ, poſt princ.Bar.in l.fi.num.4.ff.de tabu. exhi.Bal.in l.fi.num.17. & ſeq.C.de eden.*

b ¶ Iudicis ordinarij.] *Nullius iudicis authoritas requirebatur in exemplo per eundem notarium cum ſolemnitatibus ſumpto. Specu.de inſtrum.editio. §.poſtquam de inſtrumentorum,num.1.Bar.in l.ſi quis ex argentarijs,§.prætor ait, nume.1.ff.de eden. idem Bart.in auth.ſi quis in aliquo in 2. oppo.num.3 ac Bal.& Salyc.C. eo. Card.conſil.72.Titius,in 3.dub num.16. Ludo Rom conſ.105. viſo themate. in 3.dub. Rot.10. fuit dubitatum vtrũ inſtrumenta. in pric. in no.Fely.in c.fi.in 2.fallen. de fi.inſtrum. Et hanc dicit communem Cur.iun. in dicta authen.ſi quis in aliquo,num.12. verſ. circa ſecundam.*

c ¶ Fidem facit.] *Idem concludunt Cardin. conſ.72.Titius,num.39.alios referens, & Dominus meus Phil.Dec.in alleg.cap.quoniam contra,poſt num.40. licet poſtea opponat,diſtinguens, vt ibi.*

d ¶ Non ab illo.] *Idem uoluerunt Innoc. Card.& Abb.in c. Albericus, & ibidem, Fely.qui alios citat,num.2.de teſti.D.meus in alleg.auth.ſi quis in aliquo, num.15. & alij adducti in proximè præceden Apoſtil. & idem concluditur infra hanc alleg. poſt num 6. verſ. hæc eſt neceſſaria cognitio iudicis.*

e ¶ Priuata autem ſcriptura.] *An, & quando priuata ſcriptura probet,& an contra tertium videantur latè Abb.Fely. & D.meus, Phil.Dec. in c.2.de fi. inſtrum. & Grat.reſpon 66.viſis,num.22. lib.1.*

f ¶ De ſecund.tabu.] *Lege tu §. ſi quis in duobus ff.de bon.poſ.ſecun.tabu.& ibi glo. & Bar. videatur glo. in §. nihil autem, & ibidem Ang. Aret. num. 3. inſtit. de teſta. & D. meus in alleg. authen. ſi quis in aliquo.poſt num. 15.uerſic.Aut iſta limitatio intelligitur de exemplo ſimpliciter ſumpto,& ante.& conſ.467.bene, num.8. & Lap.hic citat, & ſequitur Nico.Boer.Dec. 281.præſuppono.ante num.4.vbi alios adducit.*

g ¶ Dicta l ſi quis decurio.] *Videlicet, C. de falſ.& ibi glo.fin.in verſic.authorem,ac ibidem Bar. in 1. not.*

h ¶ L.Apparitores.] *Supple. C.lib.10. & quòd credatur officiali publico, & pro eo præſumendum ſit,probo in 20.quæſt. Reg. de non iudi.iux.for.ſup.num.9.*

i ¶ Ide[illegible] eſt.] *Lapum hic citant,& ſequuntur Roman.conſ.198.non eſt,num.1.& Paris de Put.de re mili.lib.6.in quæſt.an ratione inſigniorum,vel armorum poſſit procedi ad pugnam, poſt num. 7. Et ex uerbis Lapi hic,& infra Io.Firma. in uer. identitas factorum,aſſerit identitatem factorum præſumi ex interuentu earundem perſonarum eodem loco, & tempore, & teſtibus. Qualiter autem accipiamus idem genere, idem ſpecie, idem numero declaro ſuper Reg.8.Cancel.rationi congruit.q 4.nu.10.*

K ¶ Subeſſe rei.] *Lego eſſe rei,uel eſſentiã, ſeu ſubſtantiam rei. Et dum infra ſubdit in dicta authen.de fi inſtrum.l 2. Legerem in dicta authen. ſi quis in aliquo, & in l.2.ff. de fid.inſtrum.quæ glo. pulchrè diſtinguit, & declarat.*

Non

l ¶ Non probaretur.] *Communis eſt opin. hæc, pro ut per Innoc. quem alij ſequuntur, in c. de fi. inſtrum. vbi Card. poſt num. 3. ver. quæro tabellio pulchrè infert ad caſum noſtrum, & ibidem Fely. poſt numerum 13. in 2. limit. colum. penult. ante fi. pro hoc citat Lap. hic, & alios. idem voluerũt Alb. Pau. Caſtr. Ang. Alex. Sozzi. Iaſ. Iaco. de San. Geor. & alij in authen. ſi quis in aliquo. ubi Cur. iun. nu. 43. hanc communem teſtatur, C. de eden. idem etiam voluit Nic. Boc. præalleg. dec 281. nu 4 vbi plenè tractat, ſubdens aliquas limit. quæ ibi videri poterunt.*

m ¶ L. optimam.] *Et l. ſciendum, vbi Bart. & alij, ff. de verbo. oblig. Sozzi. qui Lap. ſequitur conſ. 120. in præſentia, colum. 2. poſt num. 2. lib. 1.*

n ¶ Probabile ] *Ita etiam diſtinguit Bald. in l. iuſiurandi, poſt num. 2. C. de teſti. & Hoſtien. Butr. Imol. Abb. & Fely. qui Lap. hic ſequitur in c. quoniam, contra. ante. nu. 36. de probat.*

o ¶ Cum authoritate iudicis.] *Idem dixit ſupra alleg. ante num. 8. ibi, quin immo maior propter iudicis authoritatem, &c. idem etiam voluit Io. Fabri. in §. fin. nu. 3. inſtit. de fideiuſ. & Ruy. qui Lap. hic citat, & ſequitur, alios etiam referens conſ. 189. circa primum, ante num. 12. lib. 1.*

p ¶ Iuramento.] *Arbitri iuramentum neceſſarium, ſeu in ſupplementum, vel defectum probationis, an deferre poſſint dubiũ eſt, vt per Caccialu. in l. admonendi, in uer. ſed vtrum arbitri poſſint hoc iuramentum, & per alios ibidem, ff. de iureiur. & verior opin. exceptis quibuſdam caſibus videtur eſſe pro negatiua. In arbitratore verò communis eſt opin. cum Lapo hic, quòd deferre poſſit, vt per Bapt. de S. Blaſio de Arbitro, & arbitratore in 66. quæſt. num. 20. & ſeq. vbi Lap. hic, & alios citat.*

*SVMMARIVM.*

1 *Patronis præſentantibus aliquem Plebano habenti poteſtatem inſtituendi, & poſtea alium Epiſcopo, quis eorum præferatur.*

2 *Parochiani poſſunt tanquam vniuerſi, & tanquam ſinguli præſentare.*

3 *Electiones, vel præſentationes à diuerſis factas valere ſimul in eadem vacatione non poſſunt.*

4 *Singulares non habent ius in ijs, quæ ad vniuerſitatem ſpectant.*

5 *Compromiſſum licet vno de collegio inuito non fiat factum tamen a ſingularibus non reuocatur.*

6 *Præſentatio canonice facta acquirit ius præſentato, nec eo inuito auferri poteſt.*

7 *Patroni laici præſentantes vnum poſtea verò eorum maior pars variet accumulando, quis eorum præferatur.*

8 *Patroni laici non arctantur ad Decret. quia propter.*

9 *Electo vel præſentato ſatis eſt, quod eligens, vel præſentans ſit in poſſeſſione.*

10 *Vna & eadem cauſa coram diuerſis iudicibus agi non debet.*

11 *Epiſcopus imponens pœnam non producenti titulum infra terminum an producens titulum non in forma publica incidat in pœnam.*

12 *Patronis præſentare habentibus a quo tempore currat tempus.*

13 *Negligens in eligendo quis dicatur.*

14 *Electio facta per patronos ad eccleſiam tanquam vacantem per obitum, an teneat cum vacauerit per priuationem.*

15 *Epiſcopus an poſſit ponere rectorem ad Eccleſiam orta lite inter coelectos, & præſentatos a patronis, & num. 17.*

16 *Decretalis quoniam, de iur. patron. intellectus.*

17 *Eccleſiæ de qua ſit lis cuius ſit cuſtodia.*

ALLE-



## ALLEGATIO LXXVIII.

IN Dei nomine amen. Vacauerat
eccleſia Sancti Laurentij de Vi-
chio. Pleban. Sancti Petri de Ri-
pulis Florent. diœc. Per obitum
presbyteri Franciſci vltimi rectoris eiuſdem,
qui apud dictam eccleſiam eſt in poſſeſſione
pacifica, & notoria rector, & rectoratus dictæ
eccleſiæ diem clauſit extremum, & tanquam
eiuſdem eccleſiæ rector publicè apud ipſam
eccleſiam ſepultus eſt, poſt cuius ſolennem, &
notoriam ſepulturam factam, vt prædicitur,
parochiani, & patroni dictæ eccleſiæ ad quos
ſpectabat ius præſentandi ad dictam eccleſiã,
conuenerunt in ipſa eccleſia, de iure, & de fa-
a cto [a] vacante; ad faciendam electionem, nomi
nationem, ſeu præſentationem noui rectoris
ad ipſam eccleſiam. Et poſt tractatum, & col-
loquia inter ſe ſuper prædictis habitis delibe-
rauerunt, & firmauerunt inter ſe ad inuicem,
& communi concordia promiſerunt ad inui-
cem, quòd ad reformationem dictæ eccleſiæ,
b vt ut præfertur in aliquouiſmodo [b] vacante
procederetur per eos hac vice videlicet, quòd
per ipſos omnes parochianos, & patronos no
minarentur quinque presbyteri præſentandi
ad regimen dictæ eccleſiæ, & quòd poſtea per
plebanum loci exquirerentur voluntates, &
voces ſingulorum dictorum patronorum cir-
ca quinque presbyteros, vt præfertur nomina
tos ſigillatim, & de per ſe in præſentia dicti
plebani, & notarij publici; & quòd ille intel-
ligeretur, & eſſet electus, nominatus, ſeu præ
ſentatus ab omnibus prædictis patronis, inſti-
tuendum poſtmodum per ſuperiorem legiti-
mum ad petitionem ipſius presbyteri ſic ele-
cti, ſeu alterius ipſorum patronorum, in quẽ
maior pars dictorum patronorum partium
comparatione alterius reperta fuerit conſen-
ſiſſe cum ſolemni promiſſione, quòd illum ha
berent, & tenerent, & non alium pro præſen-
tato legitimo. Poſtquę nominati fuerunt per
prædictos patronos quinque presbyteri, vt
præfertur; ac demum voluntatibus, & voci-
bus omnium ipſorum, vt præfertur exquiſitis,
compertum eſt, quòd à parte maiori partium
aliarum comparatione nominatus & electus
fuit, & præſentatus presbyter Matthæus, & ip
ſę voces, & voluntates nominato, & electo,
& præſentato publicatę fuerunt in præſentia
omnium patronorum non contradicentium.
Et poſt hæc idem presbyter Matthæus prædi-
c ctus legitimè conſenſit; [c] & demum vnus ex
dictis per ſe, & nomine aliorum, & prædictus
presbyter Matthæus omnia prædicta, & di-
ctam nominationem, & electionem actuali-
ter præſentauerunt dicto plebano, ad quem
de antiqua, pacifica, & notoria conſuetudine
ſpectabat inſtituere rectorem in dicta eccleſia
ad præſentationem dictorum patronorum, &
qui erat in poſſeſſione pacifica, & notoria di-
cti iuris, & petierunt ipſum presbyterum Mat
thæum inſtitui in rectorem dictæ eccleſiæ, &
dictus plebanus prædictis receptis publicè
euocatum edictum emiſit, & poni fecit apud
dictam eccleſiam, & citari fecit omnes, & ſin-
gulos, qui ſua putarent intereſſe, ſeu ſe vel-
lent opponere contra prædicta, ſeu contra
perſonas dictorum præſentantium, & præſen
tatum nec non nominatim, & perſonaliter in-
terim profeſſum electum ad regimen dictæ
eccleſiæ per ipſos parochianos, quòd certo
termino peremptorio compareret coram di-
cto plebano in dicta plebe, &c. vt eſt iuris. Ac
deinde pars maior dictorum parochianorum
iterum adinuicem conuenerunt in dicta eccle
ſia, & prædictis non obſtantibus quendam mo
nachum profeſſum ordinis cruciferorum ad
regimen dictæ eccleſiæ Sancti Laurentij præ-
ſentauerunt domino epiſcopo Florent. & pe-
tierunt eum inſtitui in rectorem dictæ eccle-
ſiæ, & dominus Vicarius dicti Domini epiſco
pi recepta dicta præſentatione citare fecit in
ſpecie dictum presbyterum Matthæum ad
contradicendũ, &c. presbyter Matthæus com-
paruit in termino, & excepit de præuentione
facta coram dicto plebano ſuper dicta ſua prę
ſentatione. Ex prædictis eliciuntur aliquæ
quæſtiones. Primo quis prædictorum duo-
rum præſentatorum præferri debeat, & po-
tius inſtitui in rectorem dictæ eccleſiæ præ-
textu ſuarum præſentationum prædictarum
ponderato dumtaxat numero vocum, & mo-
do præſentandi. Et quantum ad hoc præſup-
poſito, quòd ad epiſcopum, & plebanum, &
eorum quemlibet inſolidum ſpectet dicta in-
ſtitutio ad præſentationem dictorum patro-
norum. Secundo ad quem ſpectat rebus ſic
ſe habentibus inſtitutio dicti rectoris, an ad
epiſcopum Florentinum, an ad dictum pleba-
num. Tertio an vigore dicti edicti epiſcopalis
presbyter Franciſcus fuerit ab epiſcopo iu-

Q re

re priuatus, quia ſuum canonicum titulum quem habebat in dicta eccleſia non produxit in publicam formam: licet produxerit verum, & canonicum titulum in papiro, & ſine forma publica. Quarto poſito, quòd priuatus fuiſſet ex dicta cauſa, tamen vſque ad exitum vitæ ſuæ retinuerit ſibi dictum rectoratum, & in dicta eccleſia publicè, & notoriè tanquam rector adminiſtrauerit, & pro tali fuerit habitus, & reputatus, & dicta eius priuatio notificata ipſis parochianis non fuerit, quia quòd non produxit titulum ignorabant, an tempus preſentandi lapſum fuerit ipſis patronis ante mortem ipſius presbyteri Franciſci. Quinto nunquid præfatus Epiſcopus Florentinus ex eo, quòd dicti patroni diſcordes ſunt & adinuicem litigant ſuper dictis diuerſis præſentatis poſſit pro hac vice ipſam eccleſiam ordinare, & ibi rectorem inſtituere. Sexto ad quem ſpectat cuſtodia dictæ eccleſiæ vacantis durante vacatione. Et redeundo per ordinem ad quæſita, & omiſſa multitudine alleg. pro & contra, quæ fieri poſſent ſolum veras iuris cõcluſiones practice in alio ſub meo
1 patrocinio repercuſſas eliciendo. † Dico ad primam quæſtionem, quòd præferendus, & inſtituendus eſt in rectorem dictæ eccleſiæ dictus presbyter Mattheus ſecundum præſuppoſi. ſiue dicta præſentatio ſpectet ad dictos
2 parochianos tanquam ad vniuerſitatem, † ſiue tanquam ad ſingulares, quod eſſe poteſt: quod tamen modo non examino, ſed pro vero firmo: & ſæpius Florentiæ obtentum fuit. Nam ſi tanquam ad vniuerſitatem tunc debuerunt ſaltem duæ partes vniuerſitatis eſſe præſen-
d tes, & ſaltem à maiori parte [d] præſentium præſentari, vt l. nulli, & l. plane, ff. quòd cuiuſque vniuer. & C. de decu. l. nominationũ, lib. 10. & ff. ar. fur. ce. l. 3. & etiam quod tunc fit à maiori parte, & ſic intelligit Hoſtien. in glo. decre. cum nobis olim, vbi de materia per Innoc. & in c. 2. de noui ope. nunt. quod quia factum non fuit in præſentatione dicti religioſi non valuit actus, vt in prædictis iuribus, præſentatio verò facta de dicto Mattheo presbytero facta fuit nõ ſolum à duabus partibus, ſed ab omnibus: vt infra probabitur, ergo va-
3 luit prima, † & nõ ſecunda, nam duas electiones, ſiue præſentationes, ſiue collationes à diuerſis factas in eadem vacatione ſimul ualere impoſſibile eſt. Item ſi vt præfertur tanquam ad vniuerſitatem ſpectat, contra primam præſentationem veniri non potuit à ſingularibus de vniuerſitate: quia quod fit à collegio,
e à ſingularibus [c] deſtrui † non poteſt, quia ſin-
4 gulares [f] non repreſentant vniuerſitatem, nec
f in eis cõſiſtebat ius vniuerſitatis, vel collegij, de poſtul. præla. gratum, & no. per Docto. de
5 procur. cap. fin. † Item licet compromiſſum
g fieri non poſſit vno de collegio inuito, tamen ex poſtfacto non poteſt à ſingularibus reuocari, vt notari ſolet de elect. in cauſis. no. de po. præla. bona. 2. & no. D. meus Ioan. Cal. de conſtit. cum omnes, ſi autem ſpectabat ad eos tanquam ad ſingulos, vt eſſe poteſt, & ſicut tanquam ſingulares conſueuerunt præſentare dicti patroni S. Laurentij, & tũc eſt planũ quod valet dicta præſentatio dicti Matthei, & non ſecunda dicti religioſi. Nam ſecundum præ-
h ſuppoſita facta fuit à maiori [h] parte, nedum parte comparatione maioris, verum etiã comparatione omnium, & præualuit, vt in c. quoniam, de iure patro. Item non valuit ſecunda, quia licet patroni poſſint accumulare, & duos ſimul præſentare, vt in clem. 1. de iure patron.
6 non tamen variare, † quia per præſentationẽ canonicè factam acquiritur ius præſentato, quod ab ipſo inuito auferri non poteſt, de re iudi. cum Bertoldus, §. fi. vt no. Ioan. And. poſt Hoſtien. de iure patro. quoniam, ſuper verſic. aliquos, & no. de poſtul. cap. 3. & de offic. ord. cum uos, & ſcribit Ioan. Andr. in q. poſita in regula in re communi. in fi. quæſtionum. vnde quia præſentantes dictum religioſum; primo præſentauerunt d. Dom. Mattheum & non ac-
i cumulando, [i] ſed narrando, variando non tenuit præſentatio. Item quia ſecundum præſuppoſita ij, qui primo præſentauerunt presbyterum Matthæum variare, ac accumulare potuerunt obſtante conuentione compromiſſi ſibi adinuicem facta ante reliquam præſentationem de habendo, & repreſentando illum ex dictis quinque presbyteris nominatis in rectorem dictæ eccleſiæ, & non alium quem exquiſitis, vt præfertur vocibus ſingulorum appareret a maiori parte partium, comparatione minoris nominatum, prout fuit dictus Matthæus presbyter contra quam promiſſionem, & declarationem per eos poſtea veniri non
K potuit [k] quia talis conuentio, & promiſſio in huiuſmodi præſentatione non reprobatur, vt in cle. plures. de iure patr. Item poſito ꝙ licuiſſet accumulatio, oportebat fieri ab eiſdem omnibus, qui primo præſentauerunt dictũ preſ-

byterum



byterum Matthæum, vt not. Ioan. And. in d. c. quoniam, ſuper verſ. aliquos, aliàs accumulatio facta à maiori parte non tenuit, ſicut nec principalis præſentatio facta à maiori parte, vt in d. c. quoniam, hinc eſt, quod ſi plures pa-
7 troni laici † concorditer præſentant vnum, licet poſtea aliqui etiam maior pars variet accumulando inſtitui debet primus, ita ſcribit Io. And. in d. q. in fi. poſita ſuper regula in re
l communi [l] de reg. iur. lib. 6. Quod autem dictus presbyter Matthæus non ſolum à maiori parte, ſed etiam ab omnibus fuerit præſentatus, patet ex præſuppoſitis, quia omnes parochiani coadunati deliberauerunt inter ſe, ꝙ is intelligeretur, & eſſet præſentatus ab omnib. qui vt præfert in themate plures voces haberet ex dictis quinque nominatis aliarum partium in comparatione, qui modus licet in electione reprobetur, non tamen in præſentatione, vel collatione in quibus forma decre. quia propter. locum non habet. ita not. glo. ord. & doct. in cap. ſicut & c. ſi cui. de electio. lib 6.
8 † nec mirum, quia patroni non arctantur ad
m formam dictæ decre. quia propter, [m] vnde eli-
n gunt in præſentandum, [n] vt not. Archid. de poſtul. c. 1. lib. 6. Eligunt alternatiuè, licet in electione hoc non liceat, vt in clem. 1. de iurepat. & ibi gloſ. Conſtituunt procuratorem ad præſentandum, & ſi præſentes ſint, vel non ſint impediti, vt not. Feder. de Sen. in opere ſuo.
o [o] 198. Item compromittunt [p] aliqui aliquibus
p contradicentibus, vt no. Fede. in præalleg. loco, & facit quod not. de elect. in cauſis ſuper ver. a ſingulis tranſmittunt, & committunt voces ſingulariter, & ſi ad eos tanquam ad collegium pertineret. Item pars poteſt compromittere, & per illum preſentare, & alias pars per ſe, ut no. pa. in decre. nobis de iurepatro. in 5. contrario quamuis in electione etiam compromiſſum, translatio vocum per ſingulos, vt not. in dicta decretal. quia propter.

Ad ſecundam quæſtionem dico, ꝙ ſpectat
q ad plebanum [q] cum in themate præſupponatur ad eum ſpectaſſe, attento tempore citra, ꝙ eius initij, ſeu contrarij memoria nõ habetur. Item præſupponitur eum fore in poſſeſſio-
9 ne dicti iuris † quod ſolum ſufficit, nam ſufficit electo, ꝙ tempore electionis eligens eſſet in poſſeſſione; ſufficit preſentato, ꝙ præſentãs tempore præſentationis eſſet in poſſeſſione, ſufficit collato, ꝙ conferens tempore collationis poſſideat; probantur iſta in c. querelam, de elect. in c. ex literis, de iurepat. in c. cum olim, de cau. poſ. hoc igitur idem pari ratione ſufficere debet inſtituto, vel inſtituendo, ꝙ cum inſtituens ſit in poſſeſſione. Et ſi ponamus, ꝙ plebanus potuerit ita præſcribere hoc ius, ꝙ pro epiſcopo non remaneret, quòd modo nõ examino clarum reſtat. Si autem præſcripſit plebanus, vt ſe accumularet epiſcopo in poteſtate inſtituendi, & ſic ſint duo habentes dictam poteſtatem cum eſſet unus. Tamen etiam rebus ſic ſe habentibus, vt in themate præſuppontitur fuit inter eos, & eſt locus præuentio-
10 ni, † quia vna, & eadem cauſa coram diuer-
r ſis iudicibus [r] agi non debet, nec continentia cauſæ diuidi, nec electi per diuerſa iudicia diſtrahi, not. in capit. fin. probant. de ſequen. cap. primo, de iudi. capitu. fin. & not. in cap. ſuper ijs, de accuſa. ſed in themate præſuppponitur, quòd tam dictus epiſcopus, quam etiam dictus ſecundus præſentatus præuenti fuerunt à dicto plebano, & ibi incipit iudicium, & partes cœperunt adinuicem litigare; pati ergo debet eius negocium ibi finem ſumere, vbi incepit, & ſufficit quòd ad eum poteſt dicta cauſa poſtea per appellationem deuolui.

11 † Ad tertiam [s] quæſtionem dico, quòd
ſ licet epiſcopus de iure dictam pœnam imponere poſſit non producentibus titulum infra terminum ſecundum ea, quæ plenè not. in quæſtione poſita per Ioan. Andr. ſuper regula mora. de reg. iur. libro ſexto, tamen puto, quòd ex productione veri tituli quamuis non in forma publica; ſatisfactum fuit edicto: nam non habuit edictum, quod ſub dicta pœna deberet iuſtus titulus produci; ſed titulus. Vnde ſicut ſufficiebat ad euitandam pœnam producere titulum iniuſtum, ſic fortius debuit ſufficere producere iuſtum licet in forma priuata, nam vtroque modo ſufficit intentioni epiſcopi, ad hoc enim quærit epiſcopus titulos, vt examinet an ſubditi canonicè inſtituti ſint, vt ſciant quomodo poſſeſſioni incumbãt per dictum titulum ſic productum, & cui ſtare habet idem producens, & alio vti non poteſt, quia eligendo vnum videtur tacitè alteri renunciare; tamen quia a iure ſibi competenti, & non producto vigore dicti edicti cecidit, poteſt epiſcopus examinare an ſit canonica, ſi dubitat in facto, an

 ſint

ſint vera contenta in ſcriptura producta aſſi-
gnabit alium terminum ad certiſicandum ſcri
pturam, nam etiam ſi dictum titulum in pu-
blicam formam reduxiſſet, reſtabat dubium
in facto, an qui eum dicebant præſentaſſe
eſſent patroni, vel in poſſeſſione, quod re-
quiritur ad canonicam inſtitutionem, & ta-
men ſi epiſcopus hoc voluerit ſcire, & ple-
nius examinare poſt talemproductionem aliũ
terminum aſſignabit. Satis ſit igitur edicto
cum prima facie producitur tale quid quod
oſtendat modum poſſeſſionis, & ius quo poſ-
ſeſſor innititur: non autem cogitur cuncta,
quæ ad præfatum titulum faciant, exhibere.
Abſurdum enim eſſet dicere, quod ex quo
produxit verum titulum de cuius veritate ho-
die conſtat, quòd tanquam contumax, & re-
bellis pœnam priuationis pateretur. facit
etiam ad prædicta, quia non agebatur conten
tioſo iudicio inter partes, ſed ad inſtructio-
nem ſuperioris, & quia ipſe ſuperior recepit,
& admiſit dictum titulum ſic productum, nec
quæſtionem refricauit, & in iſtis pœnalibus
benigna eſt interpretatio facienda de pœnit.
diſt.1. pęnę.
t Ad quartam [t] quæſtionem dico, quòd ſi-
ne dubio tempus non currit dictis parochia-
nis, niſi à tempore mortis dicti rectoris: nam
12 tale tempus currit ſolum a tempore † ſcien-
tiæ vacantis, ſeu vacationis, & non ante. vt
in cap. quia diuerſitatem: de conceſ. præbend.
& ita intelligitur, capit. ſecundo, eod. titu. &
ita no. ibi gloſ. & intelligitur hoc de ſcientia
certa, & non interpretatiua, vt not. Pau. in d.
2. cap. Nec obſt. Clemen. vni. de conceſſ. præ-
bend. quia illa loquitur in literis gratioſis, iſta
ſunt odioſa ſecundum ipſum Pau. Item di-
cta tempora currunt ſolum negligentibus, vt
legitur, & no. de elect. ne pro defectu. de con-
ceſſ. præbend. capit. ſecundo, & capit. quia di-
13 uerſitatem. † Sed negligens dici non poteſt
in eligendo is qui rationem electionis igno-
rat: facit quod not. in ſimili de iurepatr. quo-
niam. ſuper verſic. de iure. Innoc. Sed ſecun-
dum præſuppoſita apparet dictos parochia-
nos ignoraſſe dictam priuationem, quia re-
manſit dictus presbyter Franciſcus in eccle-
ſia tanquam rector, & pro tali reputatus: & li-
cet edictum epiſcopi fuerit notorium, tamen
inobedientia dicti presbyteri ſeu quod non
paruerit non fuit notorium, nec eſſe potuit, &
maximè cum aliqualis titulus fuerit produ-
ctus, nec reprobatus. Et quia mandatum fuit
de non faciendo, facta patent, non facta la-
tent, vt notari ſolet in decret. licet canon. de
elect. lib. 6. & not. in dicta regula mora. ad hoc
optimè, quòd not. glo. in c. quanto de tranſac.
ſuper verſic. notorium, vbi licet tranſitus epi-
ſcopi de vna ad aliam ſit notorius, non tamen
eſt notorium, quòd ſine Papæ licentia hoc fa-
ctum fuerit, vt ibi no. immo etiam ſi ſciuiſſent
non poterant eligere, niſi poſtquam fuiſſet de
claratum incidiſſe in dictam pęnam priuatio-
nis, ad hoc quod not. Ioan. Andr. pro huma-
ni, ſuper verſic. requiratur in nouel. & Spec.
de ſen. prola. §. eſt autem illa, in fi. & ple-
nius in libello allegat. mearum allegat. 6. &
maximè ex quo priuatus non erat per ſenten-
tiam ſpecialem promulgatam contra eum, ſed
per generalem. Vnde dicto caſu ante decla-
rationem tenebant geſta per eum tanquam à
rectore ſecundum ea quæ plenè ſcribit Ioan.
And. in dicta quæſtio. ſuper regula mora, in
14 ſolutione quæſtionis. † Sed maior [u] quæ-
u ſtio eſſet an electio facta per ipſos patronos
ad ipſam eccleſiam tanquam vacantẽ per obi-
tum teneat, cum verè vacauerit per priuatio-
nem: pro qua remitto ad ea, quæ not. in d. de-
cret. ſi. de præſump. & ad ea quæ plenius ſcri-
pſi in opere meo. cap. dudum, quæ tamen quę-
ſtio quantum ad dictum presbyterum Mat-
thæum non attinet, quia fuit præſentatus ad
ipſam eccleſiam tanquam ad vacantẽ per obi-
tum, & alio quouiſmodo ita, quòd quomodo-
cunque vacauerit, dummodo tempora non
ſunt decurſa, quæ decurſa non ſunt; porri-
gitur dicta præſentatio Matthæi per dictam
clauſulam vel alio quouiſmodo, de quo not.
de conceſſione præbenda. ex parte aſten-
ſis.
15 † Ad quintam [x] quæſtionem dico, quòd
x dicto caſu epiſcopus hoc facere non poteſt.
Nec obſt. decre. quoniam de iurepatron. verſ.
ſi autem, quia illud non intelligitur de ſcan-
dalo ſolum litis penden. aliàs ſequeretur,
quòd vbicunque eſſet lis inter coelectos, epi-
ſcopus poſſet ponere rectorem, quod eſt fal-
ſum: aliàs fruſtra loquerentur iura de modo
procedendi inter collectos, idem patet, quòd
in talibus diſcordijs iura adhibent aliud re-
medium. & d. decre. 1. & 2. de iurepatro. quæ
16 ſuperflua requiruntur. † Item non debet in-
telligi



telligi dicta decre. quoniam, quando eſt quę-
ſtio inter duos electos: ſed quando eſt inter ip
ſos patronos, argum. eius, quod no. Io. Andr.
in ſimili in dicta decre. quoniam, ſuper verſic.
de iure. verſ. quicquid prædixerim. Item non
debet intelligi dicta decre. quoniam de ſcan-
dalo iuris, i. ꝙ ius, vel factum explicari non
poſſit ſine longa diſceptatione, vel expenſarũ
cumulatione, ſed facti: & non de omni ſcan-
dalo facti, ſed de maximo, [y] & atroci, & cui
reſiſti non poſſit per iudicem. puta vtraque
pars potens eſt, & dicit, quòd ſi alius inſtitua-
tur, ꝙ ſuus gladius erit vltor, nec poteſt refre
nari, vt no. Ioan. And. poſt Hoſt. in d. c. quoniã
ſuper verbo ſcandalo, hic autem tale ſcanda-
z lum Floren. vbi nemo minari [z] auderet non
eſt dubitandum, & maximè inter partes præ-
dictas vbi non eſt talis potentia, vel audacia,
& etiam in caſu quo fieri poſſet, ſpectaret hoc
ad dictum plebanum, ad quem ſpectat, inſtitu
tio, & qui ponderare habet dictum ſcandalũ.
Nec obſt. quòd litera loquatur de antiſtite:
quia antiſtes erit iſto caſu plebanus, & decret.
vſa fuit verbo antiſtes, quia de iure commu-
ni ad eum ſpectat, ſed cum ad alium non ſpe-
ctat de conſuetudine, argum. eius quod not. in
a gloſſ. cap. quamquam de vſu. lib. 6. [a] Nam li-
cet cautio vſurarij debeat præſentari epiſco-
po loci. Item ſi ad alium ſpectat in loco iuriſ-
dictionis ordin. Item alia ratione ne propter
diſcordiam patronorum plebanus ius ſuum
inſtituẽdi perderet. Pro qua ratione dicimus,
quòd ſi patroni negligant eligere infra tem-
pus, quòd plebanus ad quem ſpectabat ius in-
ſtituendi non amittit ius ſuum, ſed ius præſen
tandi deuolueretur ad epiſcopum, & epiſco-
pus præſentabit plebano, & plebanus inſti-
tuet, ita diſputando terminauit, d. Azo. de Ra-
nunchis de conſilio Domini mei, Io. de Cald.
Ita à paritate rationis dicto caſu plebanus re-
formet eccleſiam ne ius ſuum ſine cauſa amit-
tat. Item ſicut propter ſcandalum non ponitur
electus à maiori parte, ita nec epiſcopus po-
teſt ponere rectorem ſi de hoc ſcandalum eſ-
ſet; vt not. Ioan. And. poſt Hoſtien. in dicta de-
cre. quoniam. ſuper ver. antiſtes. Sed conſtat,
quòd longè maius ſcandalum foret ſi Epiſco-
pus poneret rectorem in dicta eccleſia, quam
ſi poneret præſentatum à maiori parte patro-
17 norum. † Item hoc ius ꝙ epiſcopus ponat ip
ſum rectorem receſſit ab aula, nec vnquam in
in hac ciuitate, in qua tot grandes lites ortæ
ſunt inter patronos, & vbi tanta peritorum co
pia ſemper fuit auditum eſt, quod epiſcopus
poneret rectorem, & minimè ſunt mutanda,
quæ ſemper certam interpretationem habue-
b runt: vt l. minimè. ff. de legi. [b]
18 Ad ſextam, † & vltimam quæſtionem dico
quod ſecundum præſuppoſita ſpectat ad di-
ctum plebanum, nam ſi ita ad eum ſpectat in-
ſtitutio ita quod non ad epiſcopũ, hoc eſt pla
num, idem ſi ad vtrumque, quia ſicut eſt præ-
c uentus [c] à plebano inſtitutione principali, ita
in cuſtodia acceſſoria; nec prodeſt dicere ꝙ li-
cet plebanus poſuerit cuſtodem, etiam epiſco
pus poteſt ponere, quia vt prædicitur præuen
tus inſtitutione principali, & in cuſtodia ac-
ceſſoria; & quia ſuperflua ſunt reſecanda, vt
in cap. 2. de probat. & maximè quia hoc pro-
duceret grauamen eccleſijs propter onera ex-
penſarum quibus parcendum eſt. de dolo, &
contu. ad finẽ. Nam nõ eſt dubium quod duo-
bus cuſtodibus duæ prouiſiones deberentur,
& ſi lis foret longa grande grauamen exinde
proueniret, & maximè in iſtis inferioribus
eccleſijs, quæ ſunt tenues in facultatibus, &
quod cuſtodia ſpectet ad plebanum ſi ad eum
d ſpectat inſtitutio. not. gloſſ. [d] ord. pe. in cap.
cum nos, de offic. ord. quæ gloſſ. approbatur
per Dom. Ioan. And. & Dom. Ioan. Calder. &
hoc idem videtur ſentire glo. ordin. in cap. ad
aures, de exceſſ. prælat. facit ad hoc quod not.
in clem. vnica. de ſupplen. negligen. prælat. in
e princ. ſuper ver. [e] diſponit, quæ dicit, quod re-
formatio eccleſiæ per negligentiam eorum ad
quos ſpectat electio deuoluitur ad epiſcopũ.
vel alium prælatum ad quem ſpectat inſtitu-
tio: pari ratione ad eum debet ſpectare cuſto-
f dia, facit ad hoc, quia ipſi plebani [f] viciniores
ſunt ipſis eccleſijs, & commodius poſſunt ip-
ſis vacantibus eccleſijs, & earum cuſtodijs oc
currere, extra de præſum. quoſdam, & quod
ibi no. in glo. 1.

## Addit. Quint. Mandoſij.

a ¶ De iure, & de facto.] *Quando beneſi-
cium dicatur vacare de iure tantum, quan-
do de facto tantum, & quando de iure, &
de facto declaro in quæſt. Reg. de veriſi. poſt
nu. 4. Et an valeat collatio beneficij uacãtis
de iure, licet nõ de facto tractat ſupra alleg.
16. an ualeat, ubi plura addo in 1. Apoſtil.*

b ¶ In aliquouiſmodo ] Lege tu, vel alio quo vis modo vacante. De qua clauſula, & alijs ſimilibus tracto in 17. quæſt. Reg. de infir num. 4. cum alijs ſeq.

c ¶ Conſenſit. ] Ante conſenſum non acquiſiuiſſet ius in re, vel ad rem, poſt conſenſum verò ius ad rem, prout ſupra alleg. 75. caſus talis, ante num. 6. & per eos quos ibi adduco in Apoſtil. in ver. presbyteri.

d ¶ A maiori parte. ] Ad tex. in l. quod maior, vbi etiam glo. & Bar. ff. ad munici. per Felyn. in c. cum omnes, ante num. 30. de conſtit. & Lamber. de iur. patro. art. 8. quæſt. 2. par. 2. lib. 2. ante num. 17. verſ. & in 16. qui Lap. hic citant, & ſequi videntur.

e ¶ A ſingularibus. ] Vide Felyn. in c. cum omnes, poſt num. 18. in 2. fallen. de conſtit. vbi plura ad rem noſtram, & Lambert. de iur. patro. vbi ſequitur Lap. hic art. 16. q. 2. par. 2 lib. 2. num. 7. verſ. & iſta.

f ¶ Singulares ] Iuxta tex. in l. 2. & in l. ſicut, §. ſi quid. ff. quod cuius. vniuer. & per eundem Lap. ſupra allegat. 21. an ſufficiat, num. 5. vbi alios adde.

g ¶ Compromiſſum. ] Vide ſupra alleg. 8. præſentatus, poſt num. 3. & quæ ibi addo in ver. contradicentibus.

h ¶ A maiori. ] Lap. hic citat, & ad eum ſe remittit Franc. in c. 1. nu. 2. de arbit. lib. 6.

i ¶ Accumulando. ] Hoc dictum Lapi impugnat & poſtea limitare videtur Rocc. Curt. de iur. patro. in ver. honorificum, q. 13. poteſt tamen defendi, & declarari, vt per Lamber. art. 8. q. 5. par. 2 lib. 2. num. 3. & melius artic. 22. quæſt. 7. dictæ par. lib. Lapum etiam citat, & ſequitur Ripa, in c. inter cæteras, num. 33. de reſcr.

K ¶ Non potuit. ] Vide Rocc. de iur. patr. in verſ. honorificum, quæſt. 11. & quæſt. 12. ad fi. ubi ſequitur Lap. hic. Etiam ſi promiſſio ſit abſque iuramento. Vide etiam Lamber. art. 15. quæſt. 17. par. 2. lib. 2. & artic. ſeq. poſt num. 2. verſic. D. Roc. Aduertendũ eſt, quòd Lapus hic non explicat an interuenerit iuramentum, an non. Immo a communiter accidentibus hodie in quolibet contractu, ſeu inſtrumento iuramentum interuenire conſueuit, vnde non ab re eſſet ſupponere, quòd Lapus etiã intellexerit quando iuramentum interuenerit, arguendo, a ſolitis, ſeu conſuetis. Et hoc modo hoc dictum Lapi intellexit etiam Ripa ſuper rub. de iudi poſt num. 68. verſ. item patrono laico iuranti in prima præſentatione, &c.

l ¶ In re communi. ] Io. And. ibi, & Lap. hic citant, & ſequuntur D. meus, conſ. 542. retenta, num. 12. quod eſt repetitum, conſ. 696. retenta, num. 21. idem Dec. in cap. cum omnes, in 2. lectu. de conſtitu colum. penul. in 2. limit. Rocc. in dicto tracta. de iur. patr. in verſ. honorificum, quæſt. 14. vbi hoc dictum Lapi magni facit, & Lamber. ar. 13. quæſt. 7. par. 2. lib. 2. poſt princ. & poſt nume. 7. ad fi. dicti art.

m ¶ Quia propter. ] Idem dixit ſupra alle. 8. præſentatus, poſt num. 3. item patroni laici non arctantur ad formam decre. quia propter, ad hæc opin. Lapi eſt vera, & communis, quam etiam tenuit Card. in clem. fi. §. fi. in 2. not. quem alij ſequuntur, de iur. patro. & Lap. hic ſequitur Lamber. in dicto tract. artic. 8. num. 1. quæſt. 2. par. 2. lib. 2.

n ¶ In præſentandum. ] Contrarium concludere videtur Rota. 211. nõ ſufficit, in no. & Rocc. de Cur. de iur. patr. in ver. honorificum, quæſt. 8. poſt medium, & clarius q. 41. nu. 72. vbi dicit contra hanc alleg. Lapi 78. eſſe veritatem, ſubdens quòd nullo iure, vel ratione monetur, immo ipſemet Lap. ſupra 75. caſus talis. in princ. aliud quam hic ſentire videtur, videlicet quod non ſufficiat patronis nominare, vel eligere aliquem in præſentandum, videantur quæ ibi addidi in 1. & 2. Apoſtil. & omnino Lamber. in tract. iuriſpatronat. in 1. art. 3. quæſt. 2. par. 2. lib. poſt num. 4 qui declarat ac defendit, & limitat opin. Lapi hic, & firmat veram eſſe opin. non ſufficere patronis nominare, vel eligere in præſentandum infra tempus datum ad præſentandum, niſi infra illud tempus ſequatur actualis præſentatio. & ſic procedant alleg. 75. & Rot. 211. de quibus ſupra. iuxta thema autem quod Rocc. Curt. dicta quæſt. 61. præmittit (vt ſupponit Lambert. vbi ſupra) ſi patronus actualiter corã inſtituere habente præſentandum præſentem exiſtentem ſub dictis verbis præſentauit dicens eligo præſentandum intelligetur de præſenti præſentare, & tenebit præſentatio, quia apparet ipſum voluiſſe præſentare, licet impropria verba protulerit.



o ¶ In opere ſuo. ] Idẽ voluit Lap. alleg. 8. præſentatus, poſt num. 3. & pro hac concl. & quòd con. Fede. citare voluerit vide ibi in mea Apoſtil. in uer. de Sen. & quòd Lap. adducere voluerit, con. Fede. 104. colligitur etiam ex Apoſtil. ad Abb. in c. quia propter, §. illud, in verſ. ſit ſpeciale, qui ad Lap. hic ſe remittit. de electio. & Lap. hic citat etiam, & ſequitur Rocc. de iur. patro. in uer. honorificum poſt num. 28. q 5. poſt princ. uerſ. ita etiam concludit Lap.

p ¶ Compromittunt. ] Idem dicit ſupra in dicta alleg. 8. ante num. 4. verſ. compromittunt aliqui, & Lap. ibi, & hic citat, & ſequitur Lambert. art. 7. poſt princ. quæſt. 3. par. 2. lib. 2. An autem in Laicum compromitti poſſit poteſtas præſentandi latè ibidem diſcutit Lamber.

q ¶ Ad plebanum. ] De ſimili contentione inter epiſcopum, & plebanum vide conſil. Abba. 106. prius iuxta, præſertim, num. 3. lib. 2. & in proprijs terminis noſtris vide Rocc. de iur. patro. queſt. 61. nu. 96. qui Lap. hic citat, & ad eum ſe remittit, & omnino Lamber. art. 7. quæſt. 4. par. 2. vbi quærit, quæ inſtitutio teneat an facta a plebano, an ab epiſcopo, & reaſſumit omnia tractata hic per Lap. in hoc 2. quæſito pulchrè diſtinguens, & declarans, vt ibi.

r ¶ Diuerſis iudicibus. ] Vide quæ ſcripſi ſuper x. com. dum quæro ſuper quo fundetur illa commiſſio audiat, qui præuenit.

ſ ¶ Ad tertiam. ] Vide Bar. in l. 2. poſt nu. 8. verſ. porrò illi C quom. & quan. iud. & Fel. in c. licet heli, poſt num. 17. de Simo. qui ad hunc ſe remittit, & in proprijs terminis Lapi reaſſumit & pro parte Lapi colorat, & corroborat Gemin. in c. ordinarij. §. quòd ſi fortè, num. 5. verſ. ſed pone, quòd epiſcopus, de offic. ord. lib 6. & hęc opin. Lapi pręſertim ad euitandam pœnam mihi æquior videtur, pro quo etiam adduci poteſt quod voluit in ſimi. Nic. Mil. in ſuo Repert. in uer. pęna decre. auaritiæ cęcitas de electio. lib. 6. vbi quòd confirmatio licet inualida ab illa pœna excuſat. Ipſe tamen Gemin. verſ. in contrarium tamen, in contraria opi. reſidet, in qua ſecum etiam Phil. Franc. in d. c. ordinarij poſt num. 4. ſuper glo. in uerſ. nullam, plura pro vtraq; parte adduci poſſent. Videre etiã poteris, quæ ſcripſi in 9. q. Regu. de Subro. & q. 12. Regu. quòd commiſ. cau. in terminis Lapi ego ipſius opin. ſequerer.

t ¶ Ad quartam. ] Quæſtio illa generaliter ſumpta, an tempus præſentandi currat à die notitiæ, an a die vacationis eſt ualde diſputabilis, de qua per Rot. 565. vtrum vacante. in anti. & 3. de iu. patr. a quo tempore Biſigne. in antiquio. per Ioan. Andr. & Abb. in c. fi. eo. tit. & latè per Lamber. ar. 8. q. 1. par. 2. lib. 2. vbi aliôs citat fimbrias nimis dilatans, & concludens, quòd a die vacationis. Hoc dictum Lapi tenendum eſt pro vero, & communi, prout etiam cum Lapo eum citantes concludunt idem Lamb. ar. 9. q. 6. par. 1. lib. 2. colum. fin. uerſ. eſt bene, & idem Lamber. qui reaſſumit dicta Lapi hic art. 20. dicta quæſt. 1. par. 2. lib. 2. & ſubdit tamen in caſu formato per ipſum Lap. cum priuatio fuiſſet tacita, & ignorata per patronos, nullo modo eſt, quid eis imputetur, Rocc. de Cur. in uerſi. honorificum, num. 58. q. 27. vbi in fi. ad Lap. hic pulchrè declarantem ſe remittit, licet ſub falſo numero hanc alleg. citet. & Pariſ. conſ. 41. de ijs, num. 8. & num. 11. uerſic. nec dicta Lapi, uolum. 4. in caſu ſuo iuſtiſſima fuit ignorantia patronorũ, & nouiſſimè Tiraq. de vt. retra. §. 35. glo. 4.

Q 4

gloſſ.4.in uerſ. ignorans. poſt numerum 7. verſicu.nec tempus, & ante, & poſt infinita adducit pro illa generali quæſtione de qua ſupra.

u ¶ Sed maior.] Lapum hic citant, & ad eum ſe remittunt Rocc.de iu. patr. q.51. ad fi.poſt nu.83.Lamber.art.5.q.5.lib.3.poſt num.3 verſic.ſequitur, item Pariſ.allegat. conſil.41.num.11.volum.4.

x ¶ Ad quintam.] Supra allegat.85. caſus talis, num.5. Lapus videtur cōtrarium concludere eius quod hic, voluit enim ibi iuxta tex.in c.3. de iur.patron. ꝙ ad remouendum ſcandalum epiſcopus rectorem ponere poſſit. Et pro ibi dictis facit, quòd ratione ſcandali infinita concluduntur, vel denegantur contra iuris regulas, & contra communem curſum prout videre eſt, in cap.nihil cum ſcandalo, vbi Felyn. more ſuo cumulat, nu.2. cum alijs ſequen. triginta tria ſpecialia ad ſcandalum vitandum inducta. de præſcrip. Et quòd ad euitandum ſcandalum epiſcopus poſſit abſque præſentatione inſtituere quem vult firmat Rocc. de iu. patron.in uer.honorificum, quæſt.1.num.2. verſic. limita igitur ſeptimo. Idem etiam voluit Pau.de Cita.in eo.tract. par.6. ar.3. quæſt.12 in fin.poſt num.7.q.19 num.29. & ſeq.& quæſt.27.nu46. ver. limita prædictam conclu. Breuiter dicta Lapi.in dicta alleg.75. num.5. interpretanda ſunt iuxta hanc alleg.78. vbi Lap. diſtinctè, maturè, & altius tractat, & diſtinguit. Et cum Lapus non habeat contradictorem, & ſit maximæ authoritatis, ab hac eius opin. recedi non debet, prout in proprijs terminis noſtris ipſum citans ſequitur, & concludit Lambert.de iur. patro. artic. 9. q.1. par.2. lib.2. poſt num.14. ibi. & hoc expreſſè tenet Lap.& poſt num. 26. verſic. ita in terminis. Vide etiam quæ ante, & per totum dictum articulum cumulat, & diſtinguit idem Lambert. Nullibi enim hanc materiam ita rectè, & ordinatè tractatam repe ries. Aduerte tamen dum in plerisque locis in eodem artic. citatam inuenies alleg. 28. lege tu. 78. Vide etiā aliqua per Abb. in c.cum uos, num.7.& ibi Apoſtil. in uer. ponere, ad Lap. hic ſe remittit, ad quem etiam ſe remittit Cur.de iu.patro.in ver.honorificum q.24.num.55. hanc alleg. citare etiam uoluit Lamber.ar.6.q.6.par.2.lib.2.

y ¶ De maximo.] Idem uolunt omnes in alleg.c.3.de iu.patr.& Pau.de Cita.præalleg.tracta.6.par. artic.3.q.27.num.26.& Lamber.art.31.quæſt.1.par.2. lib.2. nu.9. licet hanc alleg. corruptè citet.

z ¶ Minari audet.] Non autē mutare prout in antiquis codicibus legitur. Vel mutire audet, prout etiam ad idem hoc uer. mutire vtitur infra allegat 94 quidam presbyter. ad fi.& ſic Lap. arguit ab vſu regionis, ſeu more, & conſuetudine loci. ad l.cum delanionis.§. aſinam molendinariam, ff.de fun. inſtru cum vulga. Arguit igitur ſic, ſi nemo Florentiæ alicui minari, vel verbum proferre audet, quomodo ſcandalam conſiderari poteſt? vnde cum ſcandalum aliquod ſubeſſe non poſſit ceſſant contraria. Et quòd ſcandalum maximum iuxta exemplum Io.And.hic relatum, immo nec etiam minimum Florentiæ tempore Lapi conſiderari potuiſſet, conſtat etiam ex ijs, quæ illis temporibus ſcripſerunt Cyn.in l.1.C. vnde vi & Bart. in l.vt vim, in fin.ff.de iuſt.& iur. vbi diſcutientes, an quis inſultatus, ſeu aggreſſus fugere teneatur, diſtinguunt, aut eſt Peruſinus, & concludunt pro negatiua, ea ratione, quia Peruſini magni faciebant honorem. At Florentini fugere tenebantur. Videmus in ſacra pagina diuerſiſſimos fuiſſe mores, ritus, & conſuetudines Aegypti, ac regionis Canaam, ab illis Hebræorum, Leuit. 18. in princ. Populos item ab Aquilone Hieremias, cap.50.verſus fin. crudeles, immiſericordes, ac uocem eorum quaſi mare ſonans deſcribit. Varios etiam ritus & vſus Galliæ, Hiſpaniarum, & Germaniæ videre poteris apud Cęſarē in princ. lib.1.Belli Galli.ac lib.3. ubi inquit. Nam

vt ad



vt ad bella ſuſcipienda gallorum alacer, ac promptus eſt animus, ſic mollis, ac minimè reſiſtens ad calamitates perferendas mens eorum eſt, & lib.4. Germanos neque priores populo Romano bellum inferre, neque tamen refutare ſi laceſſantur, quia armis contendant, quòd Germanorum conſuetudo hæc ſit à maioribus tradita, quicunque bellum inferunt reſiſtere, neque deprecari. Mores item Britannorum recenſet idem Cæſar.lib.5.eiuſdem Belli Galli. Hominum eſt infinita multitudo, &c. Mores Græcorum in proferendis teſtimonijs optimè deſcribit M.Tullius in oratione pro L.Flacco inquiens teſtimoniorum religionem, & fidem nunquam iſta natio coluit, &c. Diuerſitatis morum nonnullarum prouinciarum cauſas, & rationes iuxta opin. Claudij Ptolomei, ac Victruuij refero in 41. q. Reg.Cancel. num.5 & ſeq. Hodie hæc conſideratio Lapi non tam vera redderetur, eo quòd Florentiæ nemo minari alteri auderet propter rationem Bart.de qua ſupra, quam ex alia fortiori, quæ eſt, quòd Florentiæ iuſtiſſimus ille Maximus Dux Coſmus Medices neminem patitur alteri iniurias, etiā verbales inferre. potenteſque, & humiles æquat, æquaque lance cuncta perpendens, neminem iuſtitiæ, modeſtiæ, concedentiæ fines tranſgredi impunè permittit. Quantum verò attinet ad id quod dicebamus circa diſtin.Bar.inter Florentinum, & Peruſinum, vt ille fugere teneretur, hic non. Breuiter communis opin. prout per Iaſ. Dominum meum Phil. Dec. & Seyſel. in dicta l. vt vim ad fi.eſt, quòd nemo fugere teneatur. Hoc idem pulcherrimè oſtendit Cice.in Oratione pro C.Rabirio dum inquit. Quid tandem, C.Rabirium facere cōueniret? vtrū incluſum, atque abditum latere in occulto, atque ignauiam ſuam tenebrarum, ac parietum ſtudijs tegere.& poſt, tu denique Labiene quid faceres tali in re, ac tempore? cum ignauiæ ratio te in fugam, atque in latebras impelleret &c. Nec etiam hodie illa diſt.Bart. inter Florentinos, & Peruſinos, quòd illi honorem parum curent uera eſt. Videmus enim Florentinos domi, foriſque non minus armis, quam mercatura, & literis præſtare. Florentini igitur naturam in dies in melius mutarunt, ac Peruſini antiquam, & inſitam à natura fortitudinis virtutem non perdidere: imo in dies auxerunt: vtque cęteros inuictos, ac præclaros equites, & Duces Peruſinos recenſere omittam unum ſubticere non poſſum noſtræ ætatis Martem, in quem omnes rei militaris ſectatores oculos conuertant, ipſumque admirentur, & imitentur Aſcanium dico Corneum, qui non minus armis, & rei militaris peritia valet, quam eius germanus ampliſſimus Cardinalis Corneus vera religione, ac ſingulari prudentia refulget.

a ¶ Lib.6.] Et c.ordinarij, iun.glo.1.de offic. ord.lib. eo. vbi Gemin. & Franc. ſuper illa glo. not. ordinariorum appellatione etiam inferiores epiſcopis comprehendi in materia etiam inferioribus proportionabili. Idē uoluit Gloſſ.pragma. de colla. §. item quod omnia, in uer.ordinarios, & de paci.poſſeſſ. §. ordinarij, & hoc dictum Lapi citat, & ſequitur Lambert de iurepatronatus. articulo.9.quæſtione.1.par.2.lib.2. nume.25. in 3. decla.

b ¶ De legib.] Et l.qui aſſidua, ff. de edili. edi. Hinc etiam dicimus res nouas conſtitui non debere niſi euidens concurrat vtilitas, l.penult.ff.de conſtit.princ. Et reprehendendus eſt, qui nouitates inducit, cap fin.in fi. 11.diſtin.c.hæc autem ſcripſimus, 30.diſt. ſic dicimus mutanda non eſſe, quæ in praxi legem certam habent. Abba. in c.cum ad ſedem, poſt nu.26. de reſtit.ſpol.& Barthol.Caſſan.conſ.1. in 3.quæſi. num.27. Et hoc dictum principale Lapi, quòd hoc ius, quòd epiſcopus ponat rectorē receſſerit ab aula, & non attendatur ſtante conſuetudine contraria pro nota adducit, & ſequitur, dicens Lap.in hoc nullum habere contradictorem Lamber.in dicto tracta. de iur.patr. artic.9.

*artic.9.quæſt.1.par.2.lib.2.poſt nume.26. verſ.ita in terminis, qui uoluit citare hanc alleg.78.licet ibi litera ſit corrupta,& verba Lapi poſtea declarat, & limitat.*

c ¶ Præuentus.] *Ex hoc dicto Lapi Fely.in c.ex tenore,col.fi.de reſcr.ampliat regulam l.ubi ceptum,ff.de iudi.procedere etiã in ijs quæ ſunt voluntariæ iuriſdictionis.*

d Glo.] *In fin.quam ibi communiter ſequuntur Card. Abb.& alij, & illam glo. dicit communiter teneri Lamber. de iu.patrona. art.29.q.1.par.2.lib.2.num.11.in prin.& in fi.ubi etiam,& prius num.4. poſuit regulam de qua hic,illum habere cuſtodiam eccleſiæ,qui habet ius inſtituendi,etiam ſi inſtitutio ſpectet ad inferiorem prælatum,idẽ etiam uoluerunt Io.And.Card Abb.Phi. Franc.& prępoſi.in c.bonæ.de appel.& Dominus meus,conſil.420.quæritur,nume.3. Lap.etiam hic citat,& ſequitur Rocc. in dicto tracta.iuriſpatro in uer. honorificum numero 55.quæſtione 24.*

e ¶ Super ver.] *Glo. illam ſingularem dicit ibi Card in 1.oppo.& illam tandem ſequitur poſt alios in 6.quæſt.ac glo. illam ad rẽ noſtram nota.dicit Abb.in cap.illud,nu.8. de iu.patron.Imol.& idem Abb. in cap.2. num.14. de conceſ. præben. & ibi Apoſtil. vltim.ad Abb.citare uoluit Lap.hic,quem ſequitur,idem etiam uoluit Lamber.de iur. patro.art.2.q.2.par.3 lib.2 nume.28.*

f ¶ Plebani.] *Hic colligitur,quòd plebanus ad quem in aliqua eccleſia ſpectat inſtitutio, & deſtitutio poſſit in tali eccleſia vacante œconomum ponere,ut etiã per Franc. in c præſenti, ante num.5. qui ad Lap.hic ſe remittit,de offic.ordin. lib.6.*

*SVMMARIVM.*

1 *Duobus in eadem eccleſia impetrantibus quorum primus in forma gratiæ, alius in forma pauperum cum clauſula anteferri quorum executores utrique concurrunt quis ſit de iure potior in præbenda vacante.*

2 *Formæ pauperum qualitates.*

3 *Literæ imperatoriæ in forma pauperum quare continent quod beneficium etiam minoris valoris conferre poſſit uolenti.*

4 *Pauperes clerici beneficiandi ſuper quibus ſint examinandi.*

5 *Executor datus ad prouidendum alicui de beneficio an debeat vocare quorum intereſt.*

6 *Collatio de aliquo beneficio facta per ordinarium ante inſinuationem ſibi factã ab executore deputato ad ipſiuſmet beneficij collationem an ualeat.*

7 *Et quid de alio executore.*

## ALLEGATIO LXXIX.

a INnocentius [a] Papa VI. donationi ſuæ reſeruauit beneficium eccleſiaſticum ſine cura, cuius fructus quadraginta Florenorum auri ſecũdum taxationem decimę valorem annuum non excedant, ad collationem, prouiſionem, electionem,prꝗſentationem,ſeu quamuis aliã diſpoſitionem communiter pertinens ad priorem, & Capitulum Sancti Laurentij Florent. ſi quod in ciuitate,vel diœceſi Florent.vacabat tunc,vel quam primum vacaret: quod infra vnius menſis ſpatium poſtquam eiſdem de ipſius vacatione conſtiterit, duxerit acceptandum, conferendum Perozo clerico Flor. poſt accep.huiuſmodi cum omnibus iuribus, & pertinentijs ſuis,cum inhibitione, & decreto,& alijs clauſulis cõſuetis, certis ſuper hoc executoribus ſibi faciendis huiuſmodi deputatis cum clauſulis conſuetis; quia executor præfata omnia prædictis priori, & capitulo inſinuauit.cũ inhibitione,& decreto, & alijs conſuetis:poſtea vero Dominus Vrbanus Papa V. per apoſtolicas literas in forma pauperum mandaut epiſcopo Florent. quatenus
b de vita, [b] & conuerſatione [c] Petri clerici Flo
c rent.ſolenniter inquirat,& ſi eum vitæ laudabilis, & conuerſationis honeſtæ reperiret, &
d aliud beneficium [d] eccleſiaſticum non obtine
e ret,& aliud ei canonicum [e] non obſtaret, eidẽ Petro de aliquo eccleſiaſtico beneficio ſecun-
f dum ſuæ probitatis merita [f] competenti cum cura,vel ſine,ſpectante communiter ad collationem, vel præſentationem, ſeu electionum prædi-



ctorum prioris, & capituli Sancti Laurentij ſi quod in ciuitate, vel diœceſi Florent.
g vacabit tunc, vel quod primum [g] ad id obtulerit ſe facultas prouidere procuraret,&c. nõ obſtante ſi aliqua ſua,vel prędeceſſorum ſuorum Romanorum Pontificum authoritate,huiuſmodi beneficia ad dictorum prioris, & capituli collationem, vel præſentationem ſpectantia tam in huiuſmodi pauperum,quam in alijs quacunque forma verborum prouiſionibus ſpectent,quibus omnibus præterquam in
h alijs authoritate ipſius Vrbani [h] beneficia huiuſmodi ſpectantibus, dictum Petrum in aſſecutione huiuſmodi beneficij voluit idem Vrbanus anteferri: ſed nullum per hoc,&c.inhibens ne eidem Petro in cathedrali eccleſia vigore huiuſmodi prouiſionis prouideretur,vel de cuiuslibet eccleſiæ collegiatæ præbenda, vel alio beneficio,ſine cura cuius redditus annui triginta Florenorum, auri quantitatis valorem annuum excedant ſecundum taxationẽ decimæ, vel alias pro decima eſt amplius per ſolut.addens ſuæ intentionis exiſtere quòd de huiuſmodi beneficio etiam ſi minoris, quam prædicti valoris extiterit, poſſit eidem Petro illud infra vnius menſis ſpaciũ poſtquam ſibi de ipſius beneficij vacatione conſtiterit,& acceptare voluerit,prouideri.præfato priori, & capitulo poſt inſinuationem præſentium, & proceſſuum per eos habitorum eis factam, quòd de ipſo beneficio interim etiam ante acceptationem huiuſmodi diſponere quoquomodo non præſumant, diſtrictius inhibendo decernens irritum, & inane ſi ſecus ſuper præmiſſis a quoquam quauis authoritate contigerit attentari, qui executor prædicta inſinuauit dicto priori,& capitulo ante vacationem, interim inhibuit; & de vita meritis ac conuerſatione legitimè perquiſiuit,& purificauit, & prædictus Petrus ſuam voluntatem declarauit, quòd beneficium minoris valoris velle intendebat, videlicet canonicatum, & præbendam in dicta eccleſia S. Laurentij, cuius fructus ſecundum taxationem decimæ ad dictã ſummam.30.Floren.non aſcendunt,poſt prędicta vacauit præbenda in dicta eccleſia Sancti Laurentij,quæ collegiata eſt,in qua ad dictum priorem, & capitulum ſpectat collatio canonicatus,& præben.cuius canonicatus, & præbendæ fructus annui ſecundum taxationem decimæ aſcendunt ad quantitatem.xxx. Floren. auri: executor Pieroz. clerici Florentini, qui impetràuit ab Innoc. Papa in forma gratiæ; eadem die vacationis canonicatus, & præbendæ, in dicta eccleſia Sancti Laurentij canonicatum ipſum contulit præfato Pierozo,illos etiam acceptanti,& eum in poſſeſſione dicti canonicatus induxit, ponens eum in choro,& capitulo ipſius eccleſiæ, & per pan-
i nos altaris, [i] & firmando oſtia &c. Dictus verò executor dicti Petri in forma pauperum eadem die vacationis,dictos canonicatum, & præben.vacan.eidem Petro acceptanti contulit & eum induxit in poſſeſſionem præbendæ ſpectantis ad dictum canonicatum. Ex prædictis modo quæritur quis ſit potior, & ad quẽ prædictorum ſpectent dicti canonicatus, & præben.ſecundum præmiſſa.Item quid ſi omnia prædicta facta fuerunt per impetrantem in forma pauperum videlicet. Inquiſitio, declaratio,voluntas,& Purificatio,cum nulla facta fuit inſinuatio priori,& capitulo, & præbenda fuit collata poſt prædicta primo impetranti in forma gratiæ.Item quid ſi omnia prędicta fuerunt, ſed inſinuatio fuit facta alijs, quam prædicto executori in forma gratię,qui ante collationem factam dicto pauperi contulit dictum canonicatum,& præbendam. Itẽ quid iuris ſi dictus executor in forma pauperum ante dictam vacationem, & collationem factam de dicto Petro non inſinuauerat prædicto priori,& capitulo,& prædicta per eum, vel impetrantem facta nõ fuiſſent. Item quid iuris ſi bene inſinuauit,ſed non requiſiuit, ſed non requiſiuit, nec purificauit legitimè ante vacationem,& collationem prędictam de meritis impetrantis prædicti. Item quid iuris ſi inſinuauit,& requiſiuit legitimè; tamen impetrans non declarauit voluntatem ſuam ſuper beneficio minoris valoris,quando vacatio, & collatio facta fuit dicto Petro.Item quid ſi appareat de inquiſitione vitæ,&c. cum executor aſſerens ſe inquiſiuiſſe, & recepiſſe, &c. conferret.Item quid ſi prædictus executor in forma pauperum ante vacationem,& collationẽ prædictam inſinuauit, inhibuit, inquiſiuit legitimè, & recepit, &c.tamen alius impetrans in ſimili forma pauperum, & prior in data erat,cuius tamen conditio non erat purificata nec inſinuatio facta, nec voluntas declarata, tamen pro eo poſt omnia prædicta legitimè facta fuerint. Ad prædicta per ordinem bre-
1 uiſſime ſic dicitur. Ad primam † quæſtionem videtur dicendum, quòd ex quo ſecundus impetrans

petrans in forma pauperum habebat clauſu-
K lam anteferri; [k] & ante vacationem & colla-
tionem factam primo impetrāti in forma gra-
tiæ fuit facta inſinuatio, & inquiſitio, & pur-
gatio conditionis, & declaratio voluntatis,
quòd ipſe impetrans in forma pauperum ius
habet, quia iſtis caſibus decretum ligauit, &
fuit nullum quicquid in contrarium factum
fuit, hoc probatur in cle.vnica.de conceſſ.pr̨e
bend. cum ſua gloſſ. & per ea, quæ not.Ioan.
And.in decret.ſi pauper, ſuper ver. merita. li-
bro ſexto, in nouella.& in Spec.de conceſ.pr̨e
bend.ſuper Rubri.& in additio.Ioan.Andr.&
de cler.non reſi.§.1. in additionibus ipſius Io.
And.& per ea, quæ comprehenduntur, & not.
de clauſula anteferri in decret. [l] authoritate de
conceſ.præbend.lib.6.& in decre.ſi.eod.tit. &
lib.in nouella. ſuper ver.in rem. & per Com-
poſtel. in decret. cauſamq́;, de præben. lib.6.
l [l] & in decret.ſi apoſtolicæ, & in decret.2. qui.
cum ſua gloſſ.& cum remiſſ.ad Spec.& in de-
creta.quia ſ̨epè.& in capitulo.eum qui.de pr̨e
ben.cum ſimi.& prædicta vera ſunt, & proce-
dunt vbi non fuiſſet alius collator quam præ-
dicti prior, & capitulum ordinarij, ſed quia
in præmiſſo caſu erat alius executor collator
cui nulla intimatio facta fuit: ideo vide, quòd
2 dicetur in 4.quæſt.† Pro declaratione præce-
dentium quæſtionum eſt ſciendum quòd iſta
forma pauperum quando habet clauſulam,
etiam ſi animarum cura ſit annexa, &c. proui-
deatur eiſdem licet non ſint in ſacris: eſto ꝙ
de defectu ordinum in literis mentio non fiat
m caſus eſt de præben. ſi pro clericis, [m] libro 6.
Item ſi habeat annexum ſacerdotium etiam ſi
per ſtatutum conferri non debeat, ſi ergo ſta-
tuta non tollantur ex tali forma, non poſſet
prouideri in tali eccleſia, ſecus ſi conſtitutio,
vel ſtatutum non prohibet conferri, ſed iubet
infra certum tempus promoueri, ſecundum
ea, quæ not.Io.And.de præbend.ei cui. lib.6.
in nouella. ſuper glo. 2. aditio nec ſacerdoti,
n dummodo in reſcripto ſtatuta [n] tollantur ſe-
cundum Ioan.Mo.ibidem pro hoc articulo re
mittit ad id quod not. eo. tit. & lib. cum illis,
& in glo.& cap. ei cui. ſuper prima glo. Item
pro iſta forma non arctatur habens vnicum
o beneficium, vt refert Archid. [o] Bonifacium
declaraſſe in decret.ſi pro clericis. Item ſi im-
petrans in hac forma antequam ſibi per eam
ſit prouiſum aliud adipiſcatur beneficium per
eam ſibi nō poterit prouideri, caſus eſt eo.tit.

p & lib.ſi pauper. [p] Item in hac forma non pro-
uidetur de hoſpitali, vt not.gloſſ. in dicta de-
q cret.ſi pauper. per cle.literas. [q] eod.tit. Item
ſcias quòd iſta forma pauperum conſueuit
r ſecundum diuerſitatem regionum taxari, [r] ꝙ
non excedat certam ſummam. Ioan.Andr. de
conceſſ.præben.ſuper rubrica, dicit quòd for-
ma pauperum non habet certam ſummā præ-
ciſe taxatam, ſcilicet 30.floren. in non curato,
& quinquaginta in curato, & hoc in Italis cō-
muniter exprimitur in ipſa forma.& declara-
tur, ꝙ ſibi volenti poſſit prouideri de minori:
& datur de facto tunc terminus vnius menſis
ad acceptandum, vt hoc no.Io.And.in nouel.
3 in dicta decre.ſi pauper.de præben.lib.6.† Sed
quare ſit hæc declaratio, quòd poſſit ſibi vo-
lenti conferri beneficium minoris valoris, cū
hoc non videatur habere dubium, quòd per ta
lem formam poteſt prouideri de minori: quia
aliud eſt dicere prouideas vſq; ad talem ſum-
mam, quo caſu de minori etiam poteſt proui-
deri, vt no.glo.eod.titu.& lib. aliud eſt dicere
prouideas de præbenda certi valoris, quo ca-
ſu de minori prouideri non poteſt, vt in d.ca.
ſ cui de non [s] ſi.reſponſo ſecundum Io.And.in
d.c.cui de hoc, hanc clauſulam ideo apponā,
quia ſæpè per literas ipſius decre. cui de non.
opponebatur contra impetrantem in dicta
forma. Vel dicas ſecundum eum illam clauſu
lam apponi: quia mandabatur illi prouideri
de beneficio ſecundum ſuæ probitatis merita,
& competentiam infra dictam ſummam, in
d. cap. ſi pauper.per quod videbatur decerni,
quando eſſet incompetens prouideri nō poſ-
ſe, & hæc placent ipſi, & Ioan.And.nam dicit
periculoſius fore impetrantibus habere certā
ſummam ſimpliciter, & determinatè taxatā,
quia cum de pluri, vel minori prouideri non
poſſet, raro tale beneficium inueniret, & ideo
dicit ſe nunquam talem formam vidiſſe, ſed
ponitur ibi vſque, in d.c.quamuis, vel dicitur,
quòd nō excedat ſummam: hoc etiam repetit
in Spec.de conceſ. præbend.ſuper rubrica, &
ibidem dicit Io. And. ꝙ aliter neſciret ſalua-
re dictam clauſulam noſtræ enim intentionis,
&c. nam alias incongruè apponeretur, etiam
ſi minoris, quam prædicitur: quia hæc uerba
caderent quando eſſet certa quantitas taxata,
& expreſſa, vt in clem.vnica. de conceſ.præb.
vbi etiam dicit, ꝙ hodie per illam clauſulam
trium menſ. eſt optio ipſius cuius quantitatis
beneficium ſibi conferri uoluit in ſumma, ꝙ
ſine



ſine illa eſſet in arbitrio executoris. Item an-
4 tequam † concedatur pauperi gratia in præ-
dicta forma ſubijciatur examini per examina-
tores ad hoc deputatos, examinantes enim
t de tribus [t] ſi bene legit bene conſtruit, & be-
ne cantat & volunt, quòd ſaltem duo concur-
rant, ſed quo ad partes gallicanas plus ponde
rant cantum quam conſtructum. Ex quo au-
tem per ipſos examinatores approbatus eſt, da
tur foris ad executores, vt inquirant ſi eſt vi-
tæ laudabilis, & conuerſationis honeſtæ: vt
in Clemen.de conceſ.præben.cap.vno, & tunc
prouideat ſibi de beneficio ſecundum ſųe pro
bitatis merita, vt hæc omnia no. Ioan. And. in
nouel.in decreta, dicta ſi pauper. de præbend.
5 lib. 6. An autem iſte † executor vocare debeat
quorum intereſt ad inquiſitionem, recurre ad
ea, quæ not.in clem.vni.de offic. deleg. & per
Paulum Bonon.in d.clem.vni.de conceſ. præ-
ben.& per Innoc.in decret.fin.de præſum. Sed
quia hodie ante decretum ponitur inhibitio,
ne is contra quem ſcribitur poſt factam ſibi li
terarum inſinuationem, inhibitionem, & pro-
ceſſus habi. per eos ante acceptationem, ali-
6 quid de beneficio interim diſponāt. Solet † du-
bitari an eo caſu valeat collatio facta per or-
dinarium ante inſinuationem prædictam, &
dicit Ioan.And.in d.decre. ſi pauper in nouel-
la, quòd credit valere collationem factam per
ordinarium de beneficio minoris valoris, quia
illud requirit voluntatem declaratam, vel ac-
ceptatam, quòd alias non eſſet competens me
ritis probitatis propter eius tenuitatem, & ſic
non cadebat in gratia; vt ſupra eo.cui de non.
Circa iſtud beneficium minoris valoris Papa
fecit gratiam limitatam: gratia fuit in hoc,
quia decretum non ligabat de iure manus or-
dinarij, niſi poſt acceptationem, vel volunta-
tatis declarationem, vt in Clemen.prædicta.
u Nunc vero per appoſitionem menſis [u] ligat,
tamen in forma prædicta poſt dictam inſinua
tionem, & non prius; & in hoc fauet collato-
ri, quia alias appoſitio menſis cū decreto ſuffi
ceret, vt in d.clem.§.ſ̨euus. Si autem eſſet be-
neficium, quòd includeretur ſub principali
gratia, & non requireret voluntatem declara-
tam, & tunc facta pronunciatione per execu-
torem ſuper voluntate impetrantis ſtatur de-
creto, vt in prædicta clem.in primo reſpon. vt
prædicta omnia no.Ioan.And.in dicta decret.
ſi pauper in nouel. Sed adhuc dubito in prædi
cta forma hodierna, quod dicatur beneficium

incluſum in principali gratia, quod non requi
rat voluntatem declaratam, cum dicta forma
habeat, quòd prouideatur de beneficio non
excedente ſummam certi valoris, hic enim nō
magis certa ſumma vna, quam alia eſt incluſa;
poſſet dici, quòd quia apponitur dicta clauſu
la; noſtræ enim intentionis exiſtit, &c. quòd
beneficiū incluſum iſto caſu eſſet illud quod
impleret ſummam literarum, quia illud non
eſt incongruum meritis probitatis, ex quo Pa
pa ſic taxauit, quòd ſibi de maiori non proui-
deatur: ſed omnis alia ſumma inferior dicatur
non incluſa, ex quo deliberatam, & declaratā
voluntatem requirat, & ponitur in optione
pauperis. Secus eſſet ſi clauſula illa non appo
neretur, quia tunc eſſet in optione executo-
7 ris.† Et id quod ſupra dicitur, quòd ante inſi-
nuationem ordinarij coloris collatio videtur
locum habere etiā in alio collatore, puta exe-
cutore dato ad prouidendum in eodem loco:
quia etiam ille ante inſinuationem huiuſmo-
di manus ligatas non habebit, vt in dicta clē.
vnica, de conceſ.præben. cum ſua glo. ſit ergo
cautus habens talem formam, vt non ſolum
ordinarijs collat. verum etiam omnibus alijs
x hanc inſinuationem [x] fieri faciat.

## Addit.Quint. Mandoſij.

a ¶ Innocen.] *Hæc eſt pulcherrima, & ſo-
lemnis allegat. in materia gratiæ in forma
pauperū ponens ſpecialia ipſius formæ pau
perum, quam pro not.citant, & ad Lap.hic
ſe remittunt Gem.in c.ſi pauper, ante nu.7.
verſ.non autem ſic.& Fran.poſt nu.2.ſuper
glo.2.de præb.lib.6. & Hiero.Gig. in tract.
penſio.quæſt.67.ante num.9.*
b ¶ Vita.] *Licet quilibet præſumatur bonus,
l.meritò, ff.pro ſocio.c.fin.in ſi de præſump.
cum vulga. Tamen quia omnis ætas ab ado
leſcentia prona eſt ad malum, Geneſ.cap.8.
ad fi.Iob.cap.13.& 20.cap.2. 12.quæſt.1.
Et quia hic agitur de ſalute, & periculo
animæ via ſaluti animæ conſulens eligen-
da eſt, cap. fin. 14. diſtin. c.conſilium poſt
medium de obſeru.ieiu.c.iuuenis. de ſponſa.
Innoc.in c.ad audientiam. de homici. Abb.
in c.fin in 2.nota. de ijs qui fil. Anch.conſ.
411.& primo.num.4. & per Domi. meum
in c.*

in c.in præſentia,num.15. de proba. Et notauit Luc.de Pen.in l.quoties.colum 9.C.de digni.lib.12. quod animæ periculum facit ceſſare conſuetudinem, & plura alia dicit, quæ ibi videri poſſunt.

c ¶ Conuerſatione.] *Ad hoc mandatur inquiri de conuerſatione, quia ex illa pro aliquo, vel contra aliquem præſumitur iuxta illud cum ſancto ſanctus eris cum improbo improbus, c.inter & c. cum iuuentute. de purga.cano.de hac clauſula vide Staphi. ſuper ſigna.in ver. Ex prædictis patet,f.24. in princ.iuxta primam impreſ. & per Sarnen. qui eiuſdem dicta tranſcribit nulla de eo facta mentione in tracta. Expecta. in 9. for.num 80.*

d ¶ Et aliud beneficium.] *De hac clauſula, & quid ſi obtineat penſionem an idem ſit ac ſi obtineret beneficium vide latè per Sarnen.in dicta.9 forma. Expecta. nu.72. & ante.*

e ¶ Aliud canonicum.] *Pro hac clauſula, & quòd includat, quòd expectans debeat eſſe legitimæ ætatis.legitimus,non criminoſus, & aliàs ad beneficium habilis. vide per Staphi.ſuper ſigna. vbi ſupra fol.24. verſ. Sed ſaluando formas. & per Sarnen.de expecta.poſt nu.84. verſ. parti. incipien. ſed ſaluando, vbi etiam more ſuo tranſcribit verba Staphi.*

f ¶ Probitatis merita.] *In literis pauperis non exprimebatur olim certa taxa, ſed dicebatur, vt hic, de beneficio ſecundum ſuæ probitatis merita, & expectanti prouideri debebat per executorem arbitrio ſuo de beneficio iuxta qualitatem perſonæ. ad text. in c.pro illorum in princ.de præb.per Ant. de But.in c.cum dilectus.colum.2.de iu.patron.& per Abb.in c.fi.ante nu.7. de præb. & declarat Sarnen.in tracta.expecta. verſus fi.9.for.num.103. citans Lap.hic, vbi ſubdit, quòd hodie taxantur, & declarantur beneficia, quæ cuilibet pauperi competant iuxta diuerſitatem regionum. Vide infra hac eadem alleg.nu.2.verſic. item ſcias quòd iſta. Tempore Pau. III. habebamus regulam inter alias ſuper Gratijs expectatiuis rub.de Taxis in beneficijs.*

g ¶ Quod primum.] *Alias legi poſſet quam primum, prout ſupra iuxta ſtilum Rom.cur. Hæc clauſula in gratijs huiuſmodi poni cõſueuit hoc modo. Beneficium, &c. ſi quod vacat, ſeu quam primum vacauerit, &c. de quo ſtilo loquitur glo. Ioan. And. in c.ſi poſt quam.de præb. lib.6. Et an gratia ad beneficia vacatura, comprehendat tunc vacantia, & quid contra, tracto in 3. quæſt.32. Reg.*

h ¶ Vrbani.] *Papa per hanc clauſulam preſeruat gratias per ſe ipſum alijs factas, ad quos non vult extendi clauſulam anteferri, ſed ad alios a ſe non prouiſos, & ſic omnes a ſe prouiſos relinquit in diſpoſitione iuris communis. prout declarat Staphi. ſuper ſigna. de hac clauſula tractans, verſ. Deinde ſequitur, & verſ. ex quibus fol.102. ad fin. & fol.ſeq. & Sarnen.de Manda.de proui. colum.2. ante num.112.*

i ¶ Per pannos altaris.] *De hac poſſeſſionis traditione, & ſimilibus vide tex.in c.cũ olim.poſt princ.de re iud.per Ioan.And.in c.tranſmiſſam, colum.penult. verſ. quandoque de beneficio iam collato quis inueſtitur per pannos altaris. funes campanarũ, &c. & poſtea ibi. Quia quando poſt collationem per anulum, vel biretum, &c. de electio.per Rot.301 no.per traditionem anuli. & 716.dic quòd ſi aliquis.in anti.videri poterunt, quæ ſcripſi in 22.quæſ.16.Reg. & in 19.quæſt.de Anna. dum declaro, quæ ſit poſſeſſio inſtrumẽtalis, & cuius ſit effectus.*

K ¶ Anteferri.] *De hac clauſula anteferri, & eius effectu tracto ſuper ſigna. dum de prouiſio.loquor, uer. clauſula etiã anteferri.*

l ¶ De præb.lib 6.] *Legerem de reſcr. & tollerem illa verba lib.6. verba autem Compoſtel.in d.c.cauſam, quæ ſunt hæc. Item & cum dicitur in literis, quòd præferatur omnibus alijs impetrantibus, reſtringimus, ut præferatur ijs quibus nõ dum erat ius quæſitum,*



*ſitum, & ſic ſententiam ego de mandato papæ protuli apud Mediolanum, &c poſtea ſubdit veruntamen iam plures in curia ſeruant literam gratioſam prout ſonat, ut per eam impetrans præferatur prioribus, etiã ijs quibus ius eſt per præſentationem, vel receptionem quæſitum. Demum ſubdit. Hoc autem eſt certum, quòd illis, qui collationẽ, vel inueſtituram habent nunquam præferatur quis propter dictas, vel alias. Ex obſeruantia igitur curiæ propter illam clauſulam anteferri ante beneficij vacationẽ per Papam conceſſam non ſolum diligentia pro ceſſus, ſed omne ius ad rem aliorum expectantium tollitur. Et illud dictum Compoſt. recitant etiam, & ſequuntur Ioan. And. in d.c.cauſam quæ ad fin. uerſ. item clauſula, Anto.de But. Imol. Barb. & Fel.ibi, nu.26. in uerſic. clauſula anteferri. Ita etiam quòd prouiſo ab Vrbano, & pro habente clauſulam anteferri concluſit maior pars Dominorum Rotę prout Dec.8.incipien.unus Innocen.poſt princ. Biſig.in antiquio.licet ipſe Biſig.illarum Dec.collector, & duo alij contrarium tenuerint. Idem etiam voluit Sarnen.in tracta.man.de proui. ver. circa hanc formam num.110.*

m ¶ Si Pro clericis] *Hoc dictum Lapi, & Rotæ in anti.465. not. quòd ſtatuta, & in no.3.ſi ſtatutum, & con.Roma.325. quoddam primum.con.And.Barba.33.ſcripſit, colum.fi.num.20. & ſeq.lib.2. & omnia tradi per Docto.in alleg.hic, c. ſi pro clericis, & alibi ſæpè intelligenda, & interpretanda ſunt hoc modo, videlicet quòd aut loquimur in annexione reſpectu aptitudinis, & tunc procedat opi. Lapi.ut tunc non requirantur ordines: Aut loquimur de annexione reſpectu actus, puta ſi dicat ſtatutum, quòd quis non recipiatur ad beneficium.*

n ¶ Statuta.] *Hodie ſtatuta in gratijs expectatiuis tolluntur, vel ſuſpenduntur, ita vt non obſtent. Et quòd ſtatuta tollantur etiã ex forma literarum colligitur ex dec. 2. ſi ſtatutum, & 247.habens, num.2.in no. per Staphi.ſuper ſigna. fol.99. in princ. verſic. poſt prædictas clauſulas.*

o ¶ Archid.] *Cum Archid. & conſequenter cum Lapo hic concludit Rot.216. uoluerunt, ubi etiam ampliat, vt ibi not. Mil. in Reper. in uee. Gratia per quam mandatur alicui prouideri de aliquo beneficio in aliqua eccleſia, & Caſſa. Dec.11.nn.3.de præb. cum Archid. etiam concludunt Geminia. Fran. & alij in d.c.ſi pro clericis, & Gemin. conſ.36.quod collatio, num.1. verſ.ſecundo probatur. Et hæc communis, & uera concluſio eſt, quam etiam tenent alij quos refero in 5.quæſt.3.Reg. Cancel. iuxta ſecundã editio. vbi etiam num.4. & ſeq. declaro quę dicatur dignitas monocularis, & quod beneficium monoculare.*

p ¶ Si pauper.] *Vbi tex.clarus eſt, & in eo ratio vrgens adducitur, quia tunc ceſſat ratio paupertatis, ad text.in ſimi.in c.ſignificantibus, ibi cum nobilis eſſet, & diues pauperem ſe dixit, & per Staphi. ſuper ſigna. fol.22.verſ. Ex prædictis etiam, & per Sarnen.de expecta.in 9.form.ante num.74. & uoluit idem Staphi.ſuper ſigna.fol.106.ad fi.uerſ.ſi uero expectantes, quòd in impetratione beneficij pauperis expectantis poni debeat clauſula, quòd literæ ſuper gratia expectatiua conceſſæ poſt aſſecutionem beneficij ſint caſſæ, & irritæ propter d.c.ſi pauper clericus. Vltra Lap. hic aduertendum eſt, ꝙ Papa, qui expectatiuas concedit, edere ſolet regulã Cãcel. prout edidit Pau.III. ſub rub. Qui poſſint acceptare in forma pauperum, per quam declarant, & decernunt quemlibet obtinentem beneficium valoris annui.24. librarum, vel penſionem annuã ſimilis ſummæ, & habentem ius in beneficio cuiuſcunque valoris non poſſeſſorem in forma pauperum impetrare poſſe. Pro proximè dictis videatur omnino Staphi. ſuper ſigna. fol.22. ad fin. & fol.ſequen. verſiculo. tamen propter prædictas opin.*

q ¶ Per literas.] *Et Rot.583.quidam in anti. & per Sarnen. de expecta. nume.92. & ſeq.*

ſeq. Tempore Pau. III. habebamus regulã Cancel.inter alias ſuper expectatiuis in hęc verba.Item hoſpitalia, domus leproſorum, aliaque pia loca, nec non laicis aſſignari ſolita, & clauſtralia officia ſub expectatiuis gratijs minimè comprehendantur, an autẽ, & quando beneficiorum appellatione veniant hoſpitalia tractaui in 9.quæſt. 1.Reg. Cancel.in 4.quæſt. Reg. 12. & in 5.quæſtio. Regu. 26.

r ¶ Taxari.] *Idem dicit Gemin. in alleg. c. ſi pauper.num.6.de præb.lib.6. Quando conceduntur expectatiuæ conſueuit promulgari inter alia Reg.Cancel.de Taxis beneficiorum, prout oſtendi ſupra hac alleg.in Apoſtil.in verb.probitatis merita,& ponit Staphi.ſuper ſigna.fol.29. verſic.hodie autem iſta competentia taxata eſt*

ſ ¶ Cap. cui de non.] *Et ibi Franc. in glo. ſi.citat,& ſequitur Lap.hic,& Lap. etiam citat ad eum ſe remittens idem Franc. in alleg.hic,c.quamuis,num.3.de præb.lib.6. vide omnino Staphi.ſuper ſigna.fol.29.verſ. hodie autem iſta,& in fi.ſubdit quòd hodie non apponuntur illa verba, & bene. Eadẽ verba Staphi.more ſuo tacito authore trãſcribit Sarnen.in tract.expect.poſt nu.103. uerſ.Dicit tamen Io.And. in cuius Sarnen. confuſionem aduertendum eſt, quòd ita furto intentus erat, vt non conſideraret, an citati per Staphi.dicerent ea,ad quæ adducebantur, prout videre eſt in loco proximè adducto,ubi Staphi. citat ad hęc Dom.con. 133.in 6.colum.quod con.nec aliud circunuicinum tot columnas habet,nec aliquid ad rem facit, idem tamen Sarnen. aliud non diſcernens idem con.ſub eodem numero incautè adduxit.*

t ¶ De tribus.] *Idem dicit Gemin.num.6. & Fran.colum.2. verſ.in tali forma, in d.c. ſi propter de prœb.in 6.Staphi.ſuper ſigna. fol.23 uerſ.Ex prædictis patet, & Sarnen. more ſuo eiuſdem ſcripta trauſcribens de expecta.num.79 uerſ.circa iſtam particulam. videri poterit Reg.Cancel.Pau.III. de expectatiuis, ſeu de expedi. literarum pro pauperibus cap.1.verſic Et ſi ipſi iuxta eorum ſufficientiam.*

u ¶ Menſis.] *Vide Rot.vlt. cum ad collationem, de præb. Biſigni. in antiquio. & 135. infra menſem in antiq.Caſſa.Dec.1.& 2.de Decr.in reſerua.Et quid ſi ſint plures expectantes ad beneficiũ, quod quiſq; eorum duxerit acceptandum, an quilibet habeat menſem, & quando menſis cuiuslibet incipiat videatur Oldrad.conſ.137. plures ſunt. Et ad rem noſtram,num.4.ſubdit quòd pendente menſe primi impetrantis nõ poteſt ſecundus impetrans dicere beneficium liberum vacans,& alteri non debitum, & licet ante illud uerbum dicere paſſim,ibi legatur dictionem,ego tamen abſque illa negatiua legendum eſſe affirmo. Concludo quòd verior, & communior opin. eſt quòd decretum irritans cum menſis appoſitione liget ordinarios,& etiam nuncios apoſtolicos habentes facultatem conferendi cum clauſula non obſtan.reſeruationibus,&c. etiam ſi expectans infra menſem non acceptet Rot.116. no.ſecundum,ver. Alij contra.239.no.quòd ubi ordinarius.394.no.ſi impetrãs,& 833. cum ad collationem in ant. & Rot.17.fuit dubitatum vtrum acceptatio. in not. Idem concludit Card. conſ. 105. A. & B. quod etiam fuit Collegij Patauini, vt ibi præmittitur,& ipſe Card.aſſerit in dicta clem.uni. §.ſecus.in 1. quæſt. verſ. oppono ad hoc. de conceſſ. præbend. idem etiam uoluit Sozzi. conſ.260.in cauſa Nannecten. colum.penul. ante num. 20. uerſ. ſecundo principaliter, lib.2.Ioan.Bapt. Ferret. conſ.1. num.6. & ſeq. & hoc etiam clare concludit Caſſad. Dec.5.incipien.nuncius,de conceſſ præben. & ibi dicit hanc partem ſeruare palatium, idem etiam concludit Sarnen.in 17. quæſt. Regu.de Publican.num.7.*

x ¶ Inſinuationem.] *De inſinuatione, & publicatione per expectantẽ facienda promulgari conſueuit Regu Cancel.prout tempore Pauli III.promulgata fuit ſub rub.de inſinuatione, & public. quæ eſt inter alias ſuper expectatiuis fol. 32. iuxta ultimam impreſſionem,& altera ſimilis, quæ ab eodem emanauit eſt ſub eadem rubr.folio 72. quæ uideri poterunt pro faciliori intelligẽtia eorum quæ Lap.hic circa inſinuationem tractat. Pro huiuſmodi inſinuatione,& publicatione, & an noua prouiſio æquipolleat diligentijs,uide per Caſſa. ſuper Regu. Inſinua.& publi.Dec.21. cum pluribus ſequen.& Pariſ.conſil.118.circa materiam, uolum.4.Et de hac materia inſinuationis, & publicationis nos alibi latius tractabimus.*



## SVMMARIVM.

1 *Locatio ad longum tempus an ſit alienatio, & qualiter in hoc caſu accipiatur lõgum tempus.*
2 *Locatio rei eccleſiaſticæ facta ultra tempus a iure,uel conſtitutione permiſſum an ualeat, & ſi non tenet an ſit nulla ꝓ toto tempore,an pro tdmpore exceſſiuo.*
3 *Contractus eccleſiæ ipſam eccleſiam grauantes an poſſint reuocari.*
4 *Vtile non debet per inutile uitiari.*
5 *Donationibus pluribus inofficioſe factis, quæ illarum poſſit reuocari.*

## ALLEGATIO LXXX.

1 QVæris † cum locatio ad longum tempus ſit alienatio, de reb.eccl.non alie. nulli. & ideo prohibita, ut ibidem.& 12.q.1.ſine except. & ſine iuris ſolennitate fieri nequeat.10.q.2.ius. Qđ
2 dicatur longum tempus. 2 Reſpondeo diuerſi diuerſa in hoc ſenſerunt glo.ord.in clem.1. de reb.eccle. ſuper uer.ad tempus recitat opiniones de ſeptennio, & quinquennio.& decennio,& videtur ſentire licet nõ clare quòd ſit tempus quinque annorum, & Dom.meus
b Ioan.Cald.[b] in decret.querelam communiter tenet hoc eſſe arbitrarium ſecundum eum;ſolet tamen ſecundum eum hoc tempus limitari per cõſtitutiones ordinariorum:& vlterius
2 quoties ſynodali † conſtitutione cauetur ꝙ nullus prælatus,vel rector eccleſiæ pręſumat vltra quinquennium locare bona eccleſiæ ſub pœna nullitatis contractus:vel pone ſecundũ opinionem quæ habet quòd de iure communi ſeptennium ſit longum tempus, & vltra illud facta locatio ſit alienatio, & ſic ſine ſolennitate facta non teneat per iura prædicta; contra prædicta rector eccleſiæ locauit bona eccleſiæ pro octo nouem, vel decem annis, uel vltra ſine ſolennitate; nunquid dicta locatio; quæ ultra ſeptẽnium a iure communi,& quinquennium a iure prædicto, ſeu conſtitutione non tenuit,ſit nulla pro toto tempore locationis,an vero tempore exceſſiuo: Reſpondeo licet quæſtio per argumenta poſſit dubia fieri,tamen iuridica veritate videtur eſſe nulla, non ſolum pro tempore exceſſiuo de iure cõmuni ſecundum conſtit.prædictam,ſed etiam pro toto tempore. Examinemus igitur vtranque partem,vt & veritas ipſa repercuſſa clareſcat: Et ꝙ ſit nulla ſolum pro tempore exceſſiuo videtur ſentire gloſ.ſuper ver.graues, in c.2.de dona.quæ dicit ꝙ ſi per minutas donationes eccleſiæ lædantur id quod vltra licitũ
c eſt,reuocatur, [c] per l.ſi quis argentum. C.de dona.idem no.glo.ſuper verſ. reuocari. in ca. Apoſtolicæ,de don.per l.ſi libertus. §.1.de iure patr.detrahetur ꝙ plus eſt:vt no. d.gl.in fi. per c.ſi quos,de ſeruis,12.q.2. vbi gl. uidetur etiam hoc ſentire,& hoc idem in ſimili ſcribit Io.And.de fideiuſſor.quod quibuſdam, in no
3 uel.uidelicet,ꝙ† ſi ex frequentibus,& ſingulis minutis contractibus ſimul collectis eccleſiam grauari contingeret, quòd in eo in quo grauatur reuocandum eſt, hoc idem uidetur ſentire Goffred.& Innoc.de dona.cap.3.& de hoc etiam per Goffr. de js,quæ fi:a prælat.paſtoralis,ut ibi refert Ioan.Andr.in d.cap.Apoſtolicæ,de donat.in nouel.qui refert idem ibi ſentire Vinc.& Goffred.in ſum.de ijs, quæ fi. a præla.in fi.& Bar.Brix.in vene.66. Damaſc. qui hanc quæſtionem proſequitur in d.capit. Apoſtolicæ, de donationibus. cuius gloſſam poſuit Phy.eod.tit.2.arg. pro & contra. Pro iſta parte alleg. ꝙ prima donatio quandocunque per illam eccleſia non fuerit læſa tenuit; non debet per ſequentem quæ grauauit infringi.alleg.de donat.cap.2.& facit regula factum legitime,li.6. cum materia ſua,& quòd dici-

dicitur in diuerſis, idem in vna quæ grauat; quia quod excedit reuocabitur, per dictum c. ſi quos, de ſeruis, 12. q°.2. & per l.ſancimus. §.1.C.de dona.& ff.de vſur.l.placuit, & inducitur.ff.qui & a quibus, l.ſi quis habens, ita refert Ioan.And.in d.cap.Apoſtolicæ, de dona. in nouel.vbi concludendo dicit tenendum cũ glo.dicto cap.alle.ſupra. quæ fuit Laurent. & Hoſt. in d.cap. Apoſtolicæ, vt etiam ibi refert Ioan.And.dicens, ꝙ ſiue ſit vna ſola, ſiue plures ſint, illud tantum, & illud totum in quo, & per quod grauata fuit eccleſia, reuocabitur. Idem a ſimili, & per omnia videtur poſſe dici de locatione prædicta facta ad longum tempus, quòd ſolum id reuocari debeat, quod excedit.i.reuocetur locatio pro tempore prohibito de iure communi, vel ſecundum dictam conſtitutionem, ſed pro tempore conceſſo de iure communi, vel ex conſtitutione non reuocetur rationibus prædictis, facit ad hoc quia tempora dictæ locationis ſunt ſeparabilia in quibus vtile per inutile non vitiatur, vt in regula iuris non debet, de regul.iuris, libro 6. [d] Pro parte altera poteſt dici, quòd dicta locatio debeat pro toto tempore reuocari, immo ſit pro omni tempore nulla, vnde Damaſc. ibi in dicta ſimili quæſtione de diuerſis donationibus, per quas ſimul iunctas eccleſia grauatur: pro iſta parte arguens tenet quòd de ſingulis detrahitur per l.ſi totas, de inoffic. don. Ad iſtam.l.reſpondet Ioann. Andr. in decret. propter.de donat.ſuper gloſ.1. in nouell. ubi dicit quòd ſi ſunt plures donationes inofficioſæ factæ, reuocatur poſterior, per quam apparet inofficioſitas, & ſic loquitur ſecundum eum.l.ſi Titius. & l.ſi alteri. C. de inoffic. dona.quod eſt intelligendum quando præcedentes donationes, per quas non apparet inofficioſitas a principio tenuerunt, tunc enim ſecundum eum vltima donatio per ſe conſiderata non grauat eccleſiam, ſic nec prima, ſed grauatur ex omnibus ſimul conſideratis: ergo de omnibus detrahetur, ad idem inducit. ff.de iurepatro.ſi libertus, §.vlti. hoc tamen in quæſtione præſenti non caderet quòd poſſet detrahi de ſingulis locatis. quia non congruit iure locationis, quæ quemlibet annum requirit integrum, & ideo totum debet iure reuocari. Item licet dicta locatio facta ſit pro octo, uel nouem, vel decem annis, & penſio ſit diſtributa pro quolibet dictorum annorum, tamen propter connexitatem [e] ſi in tempore exceſſiuo vitiatur locatio, debet ſuper toto vitiari. Nam poteſt eſſe quòd in quinquennio colligit certos fructus, quòd non recolligeret poſtea in toto reſiduo temporis, puta ſi eſſet ſilua cędua in dictis bonis locatis. Itē poteſt eſſe, quòd certi fructus recolliguntur infra octo annos, qui non recolliguntur infra quinquennium. Item patet exemplum in ſiluis, & vineis de nouo plantatis. Item ſecundum conſuetudinem Italiæ terræ vno anno ſeminantur, & fructus faciunt alio anno, vnde expedit poſſeſſiones habere locatas magis diſpari numero annorum quam pari, & ſic propter pluralitatem annorum, vel minorum ſit penſio quolibet anno: propter iſtam ergo connexitatem ſi in parte temporis vitiatur, & in totum: vt l.cum eidem.in fi.de edil.edicto, nam conductor non accepiſſet pro tanto, vel fortè locator non conceſſiſſet niſi pro tanto tempore: vt d.l.cum eidem.& ff.de ſolutio.l.ſi quis aliam: nam non accepiſſet integra creditor, niſi pro ſolido eccleſijs fieret, quod etiam apertius declaratur ibi quando duo fundi fuerunt dati in ſolutione, quia vno euicto totum reſoluitur.ff.de in diem adiec.l.ꝙ autem.§.fi. & l.quod ſi vno. Nec obſt.prædictis, C.de trāſact.l.ſi expulſ.quia ibi loquitur quando tranſactio fuit facta ſuper diuerſis capitulis ſeparatis, hic autem fructus, & cultura omnium annorum dicuntur eſſe connexa. ergo &cæt. vt.ff.de minor.l.etiam. §. ex cauſa, & ſic non obſt.regula iuris, quæ ſupra allega.in contrarium, nec obſt.prædictis, dicta l.ſancimus. [f] C.de donation.nam licet non valeat donatio, niſi in eo, quòd eſt intra legitimam ſummam, eſt ex hoc, quia non læditur nec donans, nec donatarius, donans non, quia id iuris eſt [g] donatarius non quia ſemper ſibi acquirit, licet minus. iſtam rationem facit gloſſ.l. ſi decem.loca.de verbor:obliga.l.1.§.ſi ſtipulanti. Ex prædictis apparet dictum contractum fore pro omni tempore nullum, & ita conſuluit Dom.Barthol.de Saxoferrato vt reperitur inter conſilia ſua, [h] quòd viſa quadam conſtitut.epiſcopi Florent.hoc idem diſputando terminauit Dom.Nico.Alexandr. de Peruſio legum doctor in ſua quæſtione, quæ incip. Epiſcopali conſtitutione cauetur, nec obſt.prædictis ſecundum eum de arbitris cum tempore, & de præben.dilectus, & cap. niſi, quia ibi fuerunt plura capitula ſeparata; ſecus in quæſtio. propoſita, alia contraria haberent locum ubi non



non conſtat, quę fuerit prima donatio. Sed certe in q.noſtra non apparet quis fuerit primus annus, vel ſecundus quia totum ſimul, & connexum vt prædixi.

## Addit. Quint. Mandoſij.

a ¶Longum tempus.] *Quod ſit longum tempus, & quod modicum ad effectum, de quo hic. Idem Lap.ſupra Alle.30.an clericus, ad ſi. dicit ꝙ magnum tempus videtur eſſe decennium. Hanc opinion.dicit communiorem Rot.Bellamer.748.ſuppoſito, poſt prin.verſ.Et dicitur non modicum tempus. Idem etiam voluit Alexand.conſi.17.viſo inſtrumento.in princ.volum.4. vbi poſtea, num.2.ſubdit ꝙ licet gloſſæ quas adduxit voluerint quòd tempus magnum, ſeu longum intelligatur arbitrio iudicis, tamē Doctores communiter tenent quòd in dubio, & regulariter iudex arbitrari habet quod tempus decem annorum, uel ab inde ſupra ſit tēpus magnum, vel longum. Hanc etiam dicit communem citans Lap. hic, & ad eum ſe remittens Pariſ.conſil.98. præſupponendum, nu.5.volum.4. Ad Lap. etiam hic ſe remittit Nico. Boer.Dec.234. quæritur an ex locatione, poſt num.4. Videantur etiam quæ ſcripſi ſuper ſignat.de Indul.Locan.reddi.bene.verſ.ex conſtitutione. Cle.5.*

b ¶Ioan.Cald.] *Quem, & Lap.hic citat, & ſequitur Calcan.conſ.125.in cauſa R. D.nume.12.ver.Igitur & talis.*

c ¶Reuocatur.] *Sic & donatio facta ultra modum legitimum quo ad præfinitam taxam, licet corruat in eo quod excedit.l.ſancimus.reſpon.1. C.de donatio.glo.in cap. ſi quos, de ſeruis.in ver.amplius.12.quæſt.2. Et dixit gl.not.in l.Pedius. in ver.nullam, generale, eſſe vt inutilis adiectio vitietur, & non vitiet.ff.de arb.*

d ¶Lib.vj.] *Et l.1.§.Trebatius. ubi probatur ſententia Marcelli, ff.de aqua quoti l. fin.C.famil.erciſcun. Hinc dicimus quòd ſi quis ſe ad decem, & Stichum conſtituat ſi decem debeat, licet conſtitutum quo ad Stichum ſit validum, non tamen quo ad decē. l.ſed et ſi.ff.de conſtitu.pecu. ſententia item contra plures quo ad præſentes, ſeu legitimè citatos valet, licet quo ad abſentes, ſeu non legitimè citatos nulla ſit. l.de unoquoque.ff.de re iud. & ita obtinui in Rota corā R.P.D.Oradino pro nobili D.Iacobo Aemiliano in cauſa Roman. Bonorum de Zambeccarijs.*

e ¶Connexitatem.] *Propter quàm ſæpè a regulis iuris, & vijs ordinarijs recedimus, ad tex.in l.eum, verſ. planè ſi quid connexum.ff. negot.geſtor. & l.quid ergo.§. penult.& ibi Bal.de contra. tut. & uti.actio. Et ultra iura hic adducta ſatis ad rem facit tex.in l.fundi partem.ff.de contrahenda emptio. Et hæc motiua & ponderationes Lapi refert, & ſequitur Lau.Calcan.conſil. 125.in cauſa, colum.fin.verſic.item quia ratione connexitatis. De connexis, vide quæ poſui ſuper 2.commiſ.in uerſ. annexis.*

f ¶L.ſancimus.] *Ex quo tex.ſumitur concluſio, quòd donatio non inſinuata non vitiatur in totum, ſed quatenus excedit legitimam ſummam, vt per D.meum Philipp. Dec.qui alios citat conſil.239. primo non dubitandum, colum.2. verſiculo ſecundo prædictæ.*

g ¶Quia id iuris eſt.] *Si ita legas hæc ratio bona videtur, cum non dicatur quis lædi à legis diſpoſitione, & conſtitutione generali. Nec priuatus facere poteſt, quòd in ſua diſpoſitione lex locum non habeat. l.fin.ff.de ſuis, & legit. l nemo poteſt. cum alijs.ff.de legat.1. ſi legas iuxta literam antiquam quia iniurijs, vel iniurius eſt, ex illis verbis ſenſum non percipies, niſi exponas iniurius eſt, i. nulla iniuria donatori fit, ſi donatio facta in ea parte in qua poteſt ſuſtinetur. Poteſt etiam ſic legi donās non quia voluit, quaſi dicat ex quo ſponte, & nullo iure cogente donauit, iuxta tex. in l.1.& l.donari, ff.de donatio. non poteſt ex poſt facto conqueri, ſeu pœnitere.ex vulg.*

regula quòd contractus a principio ſunt vo
luntarij,ex poſt neceſſarij.
h ¶ Cont.ſua.] Dic tu conſ.129.incipient.
viſa quadam conſtitut. præſertim num.4.
verſi.Quarto eſt videndum. Ideo in ſimili
caſu voluit Bart.in authen.qui rem,num.7.
C.de ſacro ſanc.eccle. Et dictum conſ. Bart.
& hanc Alleg.Lapi citat,& pro ſolidis,&
veris ſequitur Calcan.præalleg.conſil.125.
in cauſa R.D.ante num.23.verſ. In contra-
rium eſt veritas. Idem etiam uoluit Alex.
qui Bartol.citat,ſed non Lap. conſil.17. ui-
ſo inſtrumento,num.10.uol.4. Bart.etiam,
& Lap.refert,& ſequitur Ruin.conſi.86.ui
deretur,num.8. lib. 1. Eoſdem etiam Bart.
& Lap.citat,& ſequitur Felin.in cap. cum
ſuper,num.6.de offic.delega. Cum Bartol.
etiam, & Lapo reſidet Sigiſmund. Loffre.
conſi.3.in dubio, nume.35. diſtinguens ex
mente Bart.& Lapi,ut ibi. uideantur tamẽ
Ludou.Roman.in l.1.§.ſi ſtipulanti,nu.37.
& 47.ubi reaſſumit dicta Bart.in dicto cen
ſil.& Lapi hic. Alexand. Aretin. & Soz-
zi.in §.ſed etſi mihi.ff.de uerb.oblig. Iaſ.in
authen.qui rem, num.19.& 23.& Domi-
nus meus, colum.finali, C.de ſacroſanctis
eccleſiis.

## SVMMARIVM.

1 Minus legitime facere, & non facere æquiparantur.
2 Lex municipalis in cauſa eccleſiæ quando ſit ſeruanda.
3 Inſtrumento ſine teſtibus quando ſit ſtandum.
4 Delegatio, & ſubdelegatio non ſunt acta iudicialia.
5 Actibus ſine teſtibus quando ſit ſtandum.
6 Delegatus iudex ante præſentationem literarum non recipit iuriſdictionem.
7 Vicarius epiſcopi an poſſit dare œconomũ.
8 Oeconomi partes quæ ſunt, & nu.9.10.

## ALLEGATIO LXXXI.

NON valuit actus factus ꝑ
Matthæũ procuratorio no
mine œconomi tam in pro
ponenda exceptione cõtra
a petitionem [a] poſſeſſorij,q̃
in exhibenda petitione ſu
per petitorio, & poſſeſſo-
rio: quia non produxit mandatum ſuum per
1 œconomatum,& fuit in tẽpore oppoſitũ. † Ex
b hoc ſequitur ꝙ poſitiones [b] habentur pro nõ
factis,& petitio ſua habetur pro non exhibi-
ta,quia non facere, & minus legitimè facere
æquiparantur in iure, de cle.non reſi. ex tuæ.
& facit ad hoc ꝙ non produxit mandatum vi
carij cuius vigore fecerat œconomiũ. Item
non produxit deteſtationem literarum,vel re
ceptionem,quæ omnia erant de ſubſtãtia mã
dati,vt de ſe patet. Item apparet ex actis & in
iure probat.per legem municipalem quæ irri
c tat actum factum ſine productione mandati.[c]
& lex municipalis etiã in cauſa eccleſiæ, quæ
tractatur in foro ſeculari quo ad ordinem li-
tis eſt ſeruanda, nec prodeſt productio facta
per alium procuratorem in alio actu in quo
erat procurator ſecundus Matthæus. nam ad
aliã finem, & in alia parte produxit,& actus
unius non operatur vltra finem ſuum,de ord.
cog. c.2. nam etiam in foro eccleſiaſtico ſunt
ſeruanda iura municipalia laicorum, etiã per
clericos ſi non ſunt inhoneſta,& ſunt ſimplici
d ter facta Bar.[d] in l.cunctos populos,in 5.q.in
8.col.nec facit fidem inſtrumentum œconoma
tus productum,quia ſine teſtibus,& ſolennita
3 tibus debitis,& inſtrumentis publicis: † non
probatur,quia regula eſt ꝙ non ſtatur inſtru-
mento ſine teſtibus in auth. de fide inſtru. §.ſi
quis igitur.§. ſed& ſi quis.§.ſi uero. Speciale
e eſt in actis iudicialibus,de prob.qm̃ contra,[e]
& no.Inn. de præſcr.ad audientiam,ſed depu
tare œconomum eccleſiæ non eſt iudiciariũ,ſi-
cut nec conferre beneficium, quia non habet
fieri in iudicio contentioſo,ſed ex ſuo officio,
de offi.ord.cum nos, vnde ea quæ fiunt parti-
4 bus abſentibus nõ ſunt † de proceſſu, vnde de
f legatio & ſubdelegatio [f] non dicuntur acta
iudicij,vnde non probarentur ſine teſtibus.vi
de per Inn.in c.quoniam contra. de proba. &
c.ad audientiam,de reſcrip. unde in ſententia
diffinitiua in lit.conteſt.& interlocutoriis cõ-
munit



muniter apponuntur teſtes:vt no.Ioan.Andr.
in capit.quoniam contra,de probat.ſuper gl.
5 in nouel. † Item actis ſine teſtibus non credi
tur,niſi ſint ſumpta per notarium deputatum
ad hoc. vt not.in dicto cap. quoniam contra.
quòd non apparet in caſu noſtro. Item ſolum
in forenſibus negotijs ſtatur actis ſine teſti-
g bus, & tamen ſi faciam procuratorem [g] apud
acta requiruntur teſtes, vt probatur de pro-
bat.quoniam contra.nec obſt.l.in dona.C.de
donat.nam vt ibi not. gloſ.illud intelligitur,
quòd teſtes ſe non ſubſcribant. Tabellio au-
tem eorum nomina debet ſubſcribere. Item
text.in dicto caſu videtur requirere ſubſcri-
ptionem principalis, de cuius præiudicio agi
tur: donatio enim eſt ſcriptura forenſis pro-
pter inſinuationem,quæ neceſſe ſit in iudicio,
ideo non mirum ſi ſine teſtibus non valet, in
iudicio etiam illa quæ inſinuationem non re-
quirit quia prout poteſt, inſinuari habet, igi-
tur &c. Non fuerunt delatæ literæ œconoma-
tus ad œconomum, vnde ante non potuit offi-
cium exercere, hoc probatur a ſimili, quia
6 † iudex delegatus ante præſentationem lite-
rarum non recipit iuriſdictionem, de appell.
h ſuper eo.ij. [h] nec procura.ante receptionem
mandati: vt not.Compoſt.de electio.cap.1.&
i Archid.de proc.cap.3.lib.6.& Spec. eod.tit. [i]
§.1.verſ.quid ſi procu.& glo.ord.in cle.1. eo.
tit.& cum procurator: & cum literæ per nun-
tium explicentur non ſufficit aliter ſcire. l.1.
in fi. & ibi not.de contrahen. empt. ff. quia in
nuntio requiritur mandatum præcedere, nec
poteſt actus nuntij ratus haberi.l.vl.& ibi Pe.
& Cyn. Item literæ nondum deſtinatæ non
videntur conſumatæ,& re integra non viden-
tur habere effectum: nam commiſſio facta
per delegatum alteri ſi reintegra moriatur ex
K pirat,de offic.deleg.quamuis,lib.6. [k] Secus
7 ſi ad eum peruenerit,& uti cœperit,vt ibi. † Itẽ
l vicarius epiſcopi non dat œconomum, [l] quia
iſte actus non ſpectat ad iuriſdictionem con
tentioſam,quæ proprie tranſit in vicarium,de
offic.vicar.cap.1.& 2.lib.6. nec prodeſt præ-
ſentia, vel conſenſus partium quia iſte actus
non habet fieri cum partibus,immo partes,ſci
licet electæ, quæ petunt ſe inſtitui nihil ha-
bent ſe intromittere de poſſeſſione, & nõ ſpe-
ctat ad eos,immo prohibentur a iure.de elec.
auaritiæ,lib.6. nec prodeſt inſtrumentum pro
ductum vicariatus vbi eſt expreſſum, quod
poſſit dare œconomum in quacunque eccleſia,
nam aut intelligitur de eccleſia non vacante,
aut de vacante, de non vacante, non po-
teſt intelligi, nam in illis ſpectat adminiſtra-
tio primo loco ad prælatum ſuum eo vi-
uente. Si de vacante: & tunc intelligendum
ſecundum naturam ſuam, videlicet ad cuſto-
diendum fructus: vt in d.decret.cum nos. de
offic.ord. non agendum, vt ibi gloſ.ergo non
ad poſſeſſionem eccleſiæ repetendam.nec pro
deſt, quòd vicarius dedit maiorem poteſtatẽ
dicto œconomo,quia non poterat,cum ſolum
haberet in mandatis dandi œconomum, quod
intelligitur ſecundum ſui naturam, quod eſt
vt cuſtodiat fructus,non vt agat,quia manda-
8 ta ſunt ſtricti iuris. † Item œconomus datus ec
cleſiæ vacanti non habet poſſeſſionem eccle-
m ſiæ: quia bonorum ſolum factus eſt cuſtos,[m]
nec poteſt agere,vel rem eccleſiæ, vel cauſam
deducere in iudicium: ſicut iacentem hæredi-
tatem nõ poſſidet ipſa,nec alius pro ea:vt l.1.
§.Sceuola.ſi quis teſtamento liber eſſe ius.fue.
not.glo.de offic.ordin.cum nos, & facit 76.di
ſtinc.quia ibi ſimpliciter dicitur de reſeruatio
ne fructus.12.quæſt.2.illud. nec mirum cum
vacante ſede non poſſit agi, uel litigari ne ſe.
uac.cap.1.& vltra, & vtrobique not. Item li-
cet aliquis detineat eccleſiam vacantem,non
tamen dicitur poſſidere prælaturam eccle-
ſiæ: vt no.Ioan.de arbit. ex parte. ſuper verſi.
9 ſublato. † Item œconomus datus ad cuſto-
diam fructuum non habet adminiſtrare ſpi-
ritualia,nec poſſidet, nec gubernat eccleſiam;
& ideo de poſſeſſione eccleſiæ ſe intromitte-
re non poteſt, aliud eſt enim cuſtodire fru-
ctus, aliud regere, vel poſſidere eccleſiam
Item non potuit facere procuratorem ante li-
tis conteſtationem,quia nomine officij, & no
mine alieno agit: & ita dixit in mandato, ſci
licet œconomatus nomine, hoc autem de iure
fieri non poteſt, & maximè cum ſit eius indu
ſtria electa,de offic.delega.cap.fin.& l.neque,
de procurato. & ſic dicitur in executore, qui
non poteſt ante lit.conteſta. ad iudicia facere
procuratorem:vt no. Cyn.in l.id quod paupe
ribus.in 13.quæſt.C.de epiſc.& cler.hoc eſt re
gulare in ijs qui nomine alieno agunt: vt pa-
tet in ijs quę not.Specu.de procura. §.ratione
quoque,verſic. item, quod fuit conſtitu.facit.
10 l.iubemus,de ſacr.ſanc.eccleſ. † Item œcono-
mus, qui habet nudam detentionem, & cu-
ſtodiam fructuum, & qui nomine alieno
non ſuo adminiſtrat, etiam ſi poſſeſſionem

 perderet,

perderet, non aliter repetit præſente domino niſi ſicut colonus, qui deiectus præſente domino non repetit poſſeſſionem. ita not. gl. 1. q. 1. in ſua alleg. ff. de vi, & vi ar. l. cum fundum. ff. ſi poſſeſſio eccleſię eſt turbata epiſcopus præſens agat.

## Addit. Quint. Mandoſij.

a ¶[Contra petitionem.] *Vel forſan poſitiones, vt videtur elici ex verſ. ſeq. ibi. Ex hoc ſequitur quòd poſitiones. Ex verbis ſequentibus colligi etiam poteſt legendum eſſe propoſitionem. Vel ſi nil immutando iuxta lectu. antiquam legere vis tam in proponenda exceptione contra poſſeſſionem poſſeßorij addes omnino poſt verba poſſeſſionem, in cauſa, & ſic legas. Tam in proponēda exceptione contra poſſeſſionem in cauſa poſſeßorij &c.*

b ¶[Poſitiones.] *Legerem exceptiones, alioqui inductio, ſeu illatio quæ hic nō eſſet præcedentibus conformis, imò abſonus intellectus, & contrarius inſurgeret. Iuxta autem lecturam meam omnia plana apparent: ſupponebatur enim ſupra quòd Matthæus propoſuerit exceptiones, item quòd petitionem exhibuerit, hic dicitur iuxta hanc lecturam quòd tam exceptiones præmißæ, quam dicta petitio haberi debent pro non factis, & non exhibitis. Pro hoc dicto Lapi, & regula de qua hic eſt tex. in l. quoties, ff. qui ſatiſd. cogan. in l. 1. §. condemnatum. ff. de re iudi. in l. §. condemnatum. ff. de re iudi. in l. §. & quidem non eſſe. ff. quod cuiuſ. vniuer. & in ca. corporalia. §. ſed neque. de translat. pręla. Et dum Lap. ad hoc adduxit. c. ex tuę, dic quòd text. ille non facit ad rem, ſed voluit citare. ca. tuę fraternitatis, vbi etiam bona glo. in ver. ſtudiorum. de cleri. non reſi. Hinc etiam dicimus, quòd per citationem minus legitimam, ſeu nulliter factam, vel executam non perpetuatur iuriſdictio. Rot. Bellame. 699. ſuppoſito. Biſigne. vlt. de offic. vicar. in antiquio. & 438. no. vtrum. in anti. De quo tamen videatur inter nouiſſimas Dec. Putei 2. ſub tit. de offi. deleg. quæ Dec. incipit iuriſdictio non perpetuatur per citationem nulliter factam.*

c ¶[Mandati.] *Et quòd de iure procurator falſus dicatur is de cuius mandato non conſtat probat. l. procuratore falſo. ff. de coadi. ob cau. l. licet. C. de procur. cap. 1. eo. de quo per Ioan. de Ana. conſ. 96. viſo dubio. nu. 1. & conſ. 104. viſis. & vtrobique in Addi. Lud. Bolog. & per Boe. de. 274. an valeat. ante num. 6.*

d ¶[Bar.] *Qui tamen in dicta 5. q. communiter reprobatur vt infra alleg. 100. in quæſt. poſt num. 4. verſ. Nec ob. dictum Bart. per Gemin. in c. 1. nu. 8. de iureiur. lib. 6. Alex. conſ. 210. ponderatis. poſt nu. 6. lib. 2. Contra Bart. etiam tenent Ant. de But. Imol. & Abb. in c. eccleſia. de conſtitu. Feli. ibidem nu. 81. & D. meus poſt nu. 53. verſ. ſed breuiter opin. Bart. communiter reprobatur, & prius citauerat Lap. hic pro opin. Bart. Et quòd Statuta laicorum clericos non ligent, etiam ſi ſint in fauorem eccleſiæ, voluit etiā Tho. Gramma. Dec. 29. magnificus. num. 8. idem D. meus Phil. Dec. conſi. 83. in cauſa, num. 4. Qui tamen inhærere vellet opinioni Bart. & Lapi hic, illam communem, & in iudicijs receptam aßerere poſſet teſte Corn. conſ. 113. quamuis, nu. 4. lib. 2. Plura etiam adducit Barb. conſ. 14. clementiſſime. col. 4. num. 12. cum pluribus ſequen. lib. 2. Cum Bart. etiam, & Lapo hic reſidere videtur Tiraq. de vt. retra. glo. 13. §. 1. nu. 4. Et opi. Bart. & Lapi pro communi, & vera ſequitur alios referens Grat. reſpon. 162. Reueren. nu. 6. & ſeq. lib. 2. At qui contra Bart. & Lap. hic tenere volunt ipſam ſaltem ſequi debebunt in illis quinq; caſibus, de quibus per Felin. in alle. c. eccleſia, poſt nu. 81. cum aliquibus ſeq. de conſti.*

e ¶[Quoniam contra.] *Et ibi Ant. de But. & Abb. nu. 8. Lapum hic ſequi videntur, licet Abb. corruptè hanc Alleg. citet. Eandem etiam citant ibidem Felin. poſt nu. 12. verſicu. vtrum autem procedant, & poſt num.*



*num. 13. verſic. ſed conſidera quia Imol. & ibidem D. meus poſt verſ. 19. verſ. retenta tamen communi. Lapum etiam hic citat licet ſub alio numero, & ſequitur Barth. Sozzi. Reg. 384. in 5. fallen. Refert, etiam, & ſequitur Caro. Rui. conſ. 73. uiſis, nu. 2. & conſil. 149. uiſo, num. 22. uol. 5. Hanc Alleg. citare debebat Anto. de Cana. de inſinuatio par. 1. q. 19. poſt num. 37. Et uera, & communis concluſio in hac materia uidetur eſſe ꝙ in ijs quę de ſui natura ſunt de actis, quæ in iudicio ſunt facienda non requirantur teſtes, ſecus in actibus extra iudicium, prout etiam per Amanel. de clar. aqu. Syngu. 98. incipit tex. eſt quòd in actibus qui fiunt in iudicijs. Cautius tamen eſt in actis qui de ſui natura in iudicijs exercentur, ſeu fiunt, præſertim alicuius momenti teſtes apponere prout Romæ ut plurimum fieri conſueuit, maximè in mandatis in prolationibus ſententiarum, & in appellationum interpoſitionibus. Et Rota aliàs in Vlixpon. Emphiteutici contractus coram Thoma. de Tanis, prout Dec. Ptolo. 114. concluſit iuxta hanc alleg. quòd mandatum in partibus factum apud acta ſine appoſitione teſtium fidem non faceret niſi aliter de ſtylo in illis partibus probaretur. Poſtea uerò in ſequenti audientia fuit dictum quòd mandatum apud acta fuit factum præſente iudice, qui mandauit ſcribi in actis. Et Domini fuerunt pro opin. Aretin. in d. c. quoniam contra, de qua etiam per Felin. & iuxta etiam diſtin. D. Phil. Dec. concordantis opinio. ante, num. 20. uerſ. concludendo tamen pro reſolutione conſidero duos caſus. Et ſic caſus in Rota propoſitus erat iuxta ſecundum caſum D. mei. Philip. Dec. quia notarius ſcripſerat de commiſſione iudicis, & tunc procedat opin. Aret.*

f ¶[Subdelegatio:] *Et quòd ſubdelegatio non ſit de actis uoluerunt etiam Archidia. Io. And. & Gemin. in cap. ſi, a, ſubdelegato. nu. 5. & ibi Apoſtil. remittit ſe ad Lap. hic, hanc autem alleg. corruptè citat Ant. de Cana. in alleg. trac. de inſinuat. par. 1. q. 19. ante num. 38. Idem etiam uoluit Felin. in alleg. hic cap. quoniam contra. poſt nu. 9. uerſ. Quid autem de ſubdelegatione. & plenè pro præmißis, & nonnullis alijs concluſionibus Lapi hic Ioann. Bapt. Ferret. conſil. penult.*

g ¶[Procuratorem.] *Hoc dictum Lapi communiter tenetur prout ꝓbaui ſupra in uer. quoniam contra. Idem etiam uoluit Bal. ſuper rub C. de fi. inſtru. col. 2. Et Lap. hic refert, & ſequitur ſubdens hanc opin. eſſe magis communem Rui. conſ. 126. ſuper dubio, col. 2. nu. 3. ubi alios adducit uol. 4.*

h ¶[Super eo. 2.] *Idem uoluit Ioan. Andr. in c. eam te, in fi. de reſcrip. Bar. in l. multū, num. 2. ff. de cond. & demonſt. Bald. in l. falſus, num. 17. uer. ſed pone quòd cauſa, C. de fur. & in l. mandatum, col. penult. poſt nu. 19. C. manda. Roman. conſ. 353. quo ad primum, nu. 8. Aret. conſ. 68. Excellen. nu. 2. Et hanc dicit communem Sozzi. in d. l. multum, ante num. 6. Idem etiam uoluit Rota. 459. circa tertium, num. 5. & ſeq. in no. & Guid. Papæ Dec. 286. iudex delegatus.*

i ¶[Eodem titul.] *In uerr receptis. Et Bart. conſ. 73. quæritur utrum procurator. & Rota. 145. ſi procurator in addit. in no. ſuper hoc tamen, & an geſta per procuratorem ante acceptationem mandati ſint ualida uidere poteris quæ ſcripſi in 1. q. Reg. 31. nu. 6.*

K ¶[Lib. vj.] *Et cap. fi. de offic. leg. & c. licet, de offic. deleg.*

l ¶[Oeconomum.] *Idem uoluerunt Ant. de Butr. in c. Imperatorum. de iura. calumn. & Felin. in c. quoniam, ad fi. ubi Lap. hic citat, de offic. ord.*

m ¶[Cuſtos.] *Ad æconomum ſpectat bona eccleſiæ uacantis cuſtodire. c. 2. 75. diſtinc. c. illud. ubi glo. in uer. æconomi. 12. q. 2. Hoſtien. in c. ut pręteritæ, col. fin. uerſ. ſed per quem cuſtodietur, & ibidem Abb. num. 8. in ult. q. & utrobique Apoſtillæ ad Lap. hic ſe remittunt. de electio. *Et ad quid, & per quos æconomus conſtituatur, uideatur*

*per Abb.& Mar.Sozz.in c.Imperatorum.*
*de iuram.calum.*

a ¶ Procuratorem.] *Quod ęconomus an-*
*te litem conteſtatam non poſſit conſtituere*
*procuratorem, voluit etiam Franc.in ca.1.*
*§.1.nume.2.citans, & ſequens Lap.hic,de*
*procurat. lib.6. Et dum hic dicit ante li-*
*tem conteſtatam ſupple tu, ab eodem ęco-*
*nomo,prout in ſi. habemus text.in capit.1.*
*ibi conteſtatam ab eo,vbi etiam ad hoc no.*
*gloſ.in ver.ab eo. & gloſ.in capit.2.in ver.*
*poſtea. Et ex dictis iuribus elici poteſt ra-*
*tio differentiæ ante litis conteſtationem,&*
*poſt, quæ eſt quòd per litis conteſtationem*
*quis dominus litis efficitur. de procurato.*
*eodem,libro 6.pro quibus etiam videatur*
*Rota Biſigner.9. vtrum procurator.eodem*
*titu. in antiquiorib.& 146. An ſubſtitu-*
*tus.in no.*

## *SVMMARIVM.*

1 *Dilatio quarta,an & quando detur ad pro*
*bandum in incidenti, & numero ſe-*
*cundo.*
3 *Decretalis vltra tertiam,& decre.In cau*
*ſis de teſti.intellectus.*
4 *Forma Purgationis.*
5 *Canonici volentes procedere ad electionē*
*per formam ſcrutinij, debent aſſumere*
*tres qui vota inquirant,quid ſi in capit.*
*non ſint niſi duo.*
6 *Officium Iudicis pendente dilatione quie*
*ſcere quomodo intelligatur.*
7 *Appellatione ſequuta a diffinitiua cum*
*iuriſdictio trāsfundatur in ſuperiorem,*
*an expenſæ poſſint per eundem iudicem*
*taxari.*
8 *Dilatio quarta, an in ſummarijs conceda-*
*tur,& quid in exceptionibus.*
9 *Exceptio reprobatoria teſtium an ſit pe-*
*remptoria.*
10 *Dilatio milleſima quando concedatur.*
11 *Actori non licet,quod non licet reo.*

## ALLEGATIO LXXXII.

IN † cauſa [a] matrimonia- 1 a
li,& de fędere matrimonij
lite conteſtata,& data dila
tione ad probandum par-
tibus:& productis, & exa-
minatis, & publicatis teſti
bus hincinde; reus contra
teſtes actoris in termino ſtatuto ad opponen-
dum hincinde obijcit crimina, & defectus ad
repellendum eos à teſtimonio, i. vt fides illis
in ſuis depoſitionibus non adhibeatur, & ad
probandum ipſa crimina, & defectus; teſtes
produxit,iurare,& examinare fecit: ante quo
rum publicationem actor petit à iudice ſibi
ſtatui terminum ad probandum teſtes ſuos
fuiſſe,& eſſe bonæ famæ, & immunes à dictis
criminibus,& defectibus obiectis: iudex pro
prima,ſecunda, & tertia dilatione ſtatuit ter-
minum ad prædicta: infra quas dilationes a-
ctor produxit, & iurare facit duos teſtes, &
decurſis dictis dilationibus, & teſtibus non
examinatis, petit ipſe actor à iudice cum ſo-
lennitate legali ſibi ſtatui quartam dilationē
ad prædicta probandum, reus contradicit di-
cens hæc fieri non debere; fuit hic poſitum
per iudicem in alleg. Pro parte actoris,quòd
dicta dilatio dari deberet, allegabantur decr.
ultra tertiam,& decre. in cauſis, de teſti. quæ
diſponūt talem dilationem dandam, petitam
cum dicta ſolennitate legali. Pro parte dicti
rei reſpondebant per illas decre. non probari
hoc fieri debere,nam ſecundum illas tunc de-
mum debet talis dilatio dari, quando teſtes
producti in alijs dilationibus ſunt examina-
ti,& non prius, nam text. dicit de ſolennitate
legali, quòd iuretur, quòd dicta teſtium non
fuerint percunctata: ergo præſupponitur exa
minatio, quia aliàs percunctari non poſſunt:
vbi ergo non ſunt examinati non habet locū
forma dicti iuramenti, ergo nec quarta dila-
tio. Item aſſignabant, quòd ratione huiuſmo
di, talis iudex non debet dare quartam dila-
tionem; immò nec tertiam,nec ſecundam, ſi
videatur in præcedenti dilatione eſſe ſuffi-
cienter probatum,nam eſſet ſuperflua, quæ ſu
perfluitas reſecanda eſt,vt in proœmio decre.
& decret.2:de probation. & ob hanc cauſam
debet refrenare multitudinem teſtium: vt in
cap.ſignificauerunt, de teſtib.& hoc bene po-
teſt



teſt iudex diſcernere ante publicationem, cū
ſemper teſtes iudici publici ſint,quia eos exa-
minat,& pœnes ſe dicta retinet. Idem alle-
gat,quòd iudex ſtatuat terminum ipſi actori
ad faciendum deponere teſtes productos in-
b fra tertiam dilationem, & pendente lite [b] iu-
dicis officium conquieſcit,de appella.ſignifi-
c cante. [c] Vnde ſaltem tali dilatione durante
non poteſt peti,vel dari dilatio prædicta. Itē
dicebant hoc eſſe expeditum, per clem. ſæpè,
de verbor.ſignificat. quæ vult, quòd in cauſis
ſummarijs qualis eſt matrimonialis,vt in cle.
diſpendioſa de iudic. iudex amputet dilatio-
nem;ſed ſi concederetur prima, ſecunda, ter-
tia,& quarta dilatio,non eſſet, quid amputari
poſſet, cum vltra illas etiam in non ſumma-
rijs non indulgeatur dilatio, vt dicta decret.
vltra tertiam. & meritò vt ſit litium certus fi-
nis,vt in decre.dilectus, de teſti. ubi moderan
tur reprobationes teſtium hinc inde. Item alle
gat. quòd licet quarta dilatio petita cum ſo-
lennitate legali cōcedi debeat in negotio prin
cipali. & ita loquuntur dictæ decre.vltra ter-
tiam,& in cauſis.tamen ad probandum exce-
d ptiones,vel defenſiones emergentes [d] quæ fa
ctum principale non reſpiciunt,non datur ta-
lis dilatio, aliàs vix eſſet litium finis ſi ſuper
quolibet articulo probando; prima,ſecunda,
2 tertia, & quarta præberentur. † Item dice-
bant, quòd ſola ſolennitas legalis non ſuffi-
cit ad quartam dilationem, niſi concurrant
etiam ea quæ concurrere debent vt ſecunda,
trrtia dilatio,& vltra ea dicta ſolennitas lega
lis. Item allegat. quòd quando datur quarta
dilatio non poſſunt nominari noui teſtes, ſed
produci de nominatis, quare omnes debent à
principio nominari, vt not.Hoſtien. in dicto
cap.in cauſis,de teſti. Item alleg. quòd dicta
dilatio dari non debeat:nam in termino dato
actori ad probandum dicta crimina contra
teſtes rei: reus poterat probare eos eſſe bonę
famæ,vt no.ſolet in cap. cum oportet, de ac-
cuſ.& ſic ſibi ſua defenſio non auferebatur.
Vnde hoc non facto poſtea petere non poteſt
dilationem de per ſe ad probandum eos bo-
næ eſſe famæ, quia iſtud non eſt de iure cau-
tum,ſed bene eſt cautum iure, quòd poſſunt
reprobare depoſitionē teſtis actoris, vt in d.
cap.dilectus,uel reprobare dicta de falſo per
indirectum,ut in c.ſeries, & cap.ex tenore,de
teſt. Et licet iudex talem dilationem aſſigna-
uerit in cauſa matrimoniali pro prima, ſecun
da,& tertia,fecit iniuſtitiam, & grauauit par-
tem,& non ſequitur grauauit in vno, ergo &
in alio debet grauare: vt no.ſolet in cap.fin.de
reſcri. Replicabatur pro parte actoris ad prę
dicta per ordinem. Ad primum dicebatur,
quòd dicta decre. † vltra tertiam. & c.in cau 3
ſis.non recipiunt dictum intellectum. Nec eſt
glo.uel doctor, qui illas ſic exponat, & talis
intellectus foret abſurdus, & ſequeretur ꝙ
iura concederent quartam dilationem in ca-
ſu magis odioſo,& periculoſo,& denegarent
in caſu magis fauorabili,& facili. Nam odiū
& periculum iſto caſu emergunt per ſubor-
nationem teſtium: nam examinatis teſtibus
eſt verendum ne pars quæ petit quartam di-
lationem hoc petat, quia percunctatis teſti-
bus ſit probatum, vel non probatum, & ve-
lit ſubordinatione nouorum teſtium ſuam
cauſam reparare. Nec obſt. quod dicitur de
forma iuramenti &c. Nam ille tex.ſic fuit lo-
cutus quia veriſimile erat,quòd in prima, ſe-
cunda, & tertia aliqui teſtes forent examina-
ti: non tamen excluſit quartam dilationem
vbi examinati non eſſent; quia iſtud eſſet ab-
ſurdum, vt dictum eſt, vnde tali caſu quan-
do non fuerunt examinati dabitur quarta di-
latio ſine dicto iuramento, & eſt ſimile quod
legitur, & notatur in capit. accedens, de pur.
4 canon. † Licet enim forma purgationis ſit,
vt infamatus de crimine, iuret ſe non com-
miſiſſe, & purgatores iurent ſe credere ipſum
innocentem, tamen ſi defectus natalium ue-
niat in purgatione, reus iurabit ſe credere
e fore legitimum, & peruertetur [e] forma
iſto caſu; & tradunt Doctores in dicta decre.
propter naturam materiæ. Nam iurando ſe
verè eſſe filium talis, uerè ſubiret anceps
periurium: quia hoc uerè ſciri non poteſt.
5 Idem eſt in ſimilibus multis, † nam licet ca-
nonici procedentes ad electionem per for-
mam ſcrutinij debeant aſſumere tres de col-
legio fide dignos, qui uota cunctorum di-
ligenter inquirant, & eſt hoc de ſubſtantia-
libus formæ: tamen ſi in capitulo non ſint
niſi duo canonici, non ſeruabitur propter
defectum materiæ: vt notat. in capitulo quia
f propter, [f] de electione eodem modo licet
deficiens in probatione obiectorum in per-
ſonam electi ſit ſuſpenſus triennio beneficijs
eccleſiaſticis: tamen ſi obijciens non habet
beneficia aliter punietur: vt not.de electione
capit.primo,lib.6. vel poſſet dici,quòd etiam
poſsit

poſſit dicto caſu præſtari iuramentum prædi
ctum; quia teſtibus non examinatis tale iura
mentum continet veritatem: quia iſta ſtant
ſimul non fore teſtes examinatos, & non per-
cunctaſſe eorum dicta, vt de ſe patet. Præte-
rea illud iuramentum quod non fuerunt di-
cta teſtium percunctata, ſecundum Innoc. in
d.decret.vltra tertiam; intelligitur tam de te-
ſtibus actoris, quam rei: licet in hoc caſu the-
matis non fuerint examinati teſtes actoris, &
ſic iurari poteſt dicta teſtium non fuiſſe per-
cunctata.

Ad rationem quæ aſſignabatur pro intelle-
ctu dictarum decret. reſpondi ꝙ in caſu the-
matis non apparebat probatum: ergo denega
rei non poteſt quartam dilationem prædictã,
& cum dicebatur, debet ergo primo examina
re productos, & videre ſi probent: & tunc de-
neget, ſi non probent, & tunc concedat. Re-
ſpondetur hoc non eſſe iure cautum, & ſeque
retur ex hoc, ꝙ ſi in prima dilatione produxi
duos teſtes, quod Iudex non deberet recipere
alios donec illi examinarentur, quia nec iu-
dex debet plures teſtes recipere ſi producti
ſufficienter probent: & tamen hoc nemo di-
cit; niſi effrenata multitudo produceretur, qđ
non eſt in caſu noſtro; quia ſolum duo ſunt
producti: facit ad iſta quod not.Spec.in §.re-
ſtat.de teſtib. verſ. ſed quomodo, vbi apparet
non de facili fieri refrenationem teſtium: &
tũc demum cum numerus noſter eſt magnus.
Item cum plures ſint articuli in cauſa forma-
ti, & fortè per duos teſtes productos in caſu,
volo probare ſolum vnum capitulum, quia
capitula patet, quòd non poteſt mihi denega-
re quartam eo prætextu quia illi duo poſſent
probare. Item quia non eſt tutum parti duos
ſolum producere, qui fortè non concorda-
bunt, vel fortè vnus repellitur aliqua exce-
ptione. Item cum actor produxerit, & exami-
nari fecerit ſex teſtes, & reus producat ſuos
ſuper directo contrario, ſi iudex vidit, ꝙ illi
ſex teſtes actoris probauerũt debet dare quar
tam dilationem prædictam, non obſtante ꝙ
duo ſint producti in tertio: quia probatio di-
ctorum pro parte rei non ſufficeret, nec tolle-
ret probationes actoris, ſed debent eſſe toti-
dem, vel plures ſecundum lecta. & not.de te-
6 ſti.in præſentia cum ſua materia. † Ad id qđ
dicebatur, quòd dilatione pendente iudicis
g officium conquieſcit &c. Reſpondebatur [g] ꝙ
verum eſt circa ea quæ impedirent, turbarent,
vel implicarent, actum comprehenſum in di-
latione, ſed non alia extranea, vnde ſi iudex
aſſignet terminum ad probandum partibus
in cauſa, & dilatione pendẽte altera partium
aliquid attentauerit in præiudicium litis,
vel partis alterius, nulli dubium quòd iudex
poterit officium ſuum impendere circa reuo-
tionem attentatorum, non obſtante dilatio-
ne aſſignata ratione prædicta, ſed in caſu præ
h dicto noua dilatio [h] vt producantur alij te-
ſtes, & receptio aliorum teſtium non turbat,
vel impedit effectum dilationis ſtatutæ ad fa-
ciendum examinari: imò tendit ad idem, & eſt
acceleratio litis, vt illis examinatis præſtò
ſint alij, & ad id quòd dicebatur, ſicut penden
te vna dilatione non debet dari alia, ſic nec
pendente examinatione teſtium productorũ
infra vnam dilationem non debet dari alia di
latio, vt idem iuris ſit in principali, quod in
acceſſorio, cum examinatio ſit acceſſoria ad
ipſam dilationem. Reſpondebam hoc malum
eſſe argumentum, & diſſimile; nam pendente
vna dilatione poſſunt teſtes produci: & ideo
non eſt danda alia, quia omnino ſuperflua,
ſed alia tranſcurſa, licet teſtes examinentur
non poſſunt alij teſtes produci ſine noua di-
latione. Item ſi ſit ſtatutus terminus ad facien
dum examinari teſtes, tamen iſta dilatio ha-
bet plus facti quam iuris: nam huiuſmodi di-
i latio ſolum factum reſpicit, [i] & in die feria
ta poſſunt examinari, vt intelligantur facta iu
ris diſpoſitione, ex dilatione, nam per ſolum
iuramentum eorum ſatisfactum eſt dilationi
datæ ad probandum, & ſic non impediet cur-
ſum cauſæ in alijs, quæ ſunt iuris; ſicut non
7 impedientur ea quæ ſunt facti. † vnde licet de
iure poſt appellationem à diffinitiua ſint liga
tæ manus iudicis, & iuriſdictio in ſuperiorẽ
transfuſa, tamen hoc non obſtante poſſunt ta
K xari expenſæ: [k] quia hoc eſt facti, & eſt decla-
ratio condemnationis præcedentis, ſecundum
ea quæ no.in decre.ſæpè de appella. Ad decre.
ſæpè.de verb.ſignific. in cle. Reſpondebatur
primò, ꝙ non dicitur quòd amputetur de nu
mero dilationum conceſſarum a iure. ſ. pri-
ma, ſecunda, tertia, quarta, ſed ſtatuat pro dila
tione pauciores dies quam in ijs, vel intelligi-
tur vbi abbreuiatio de iure conceditur. de re
iudi.quod ad conſultationem, de appell.cum
ſi. aliàs beneficium iuris iudex auferre non
poteſt.28.diſt.de ijs.de re iu. indultum. lib.6.
aliàs tollerentur defenſiones neceſſariæ quia
ſi non



ſi non potui habere teſtes in tertia dilatione,
& denegaretur quarta quæ ſolum iſto caſu cõ
cluditur, patet quòd tolleretur defenſio, &
probatio quod illa cler. prohibet ibi, non ſic
tamen iudex litem abbreuiet: quin & repro-
bationes neceſſariæ, & defenſiones legitimæ
8 admittantur. † Nec eſſet ſanus intellectus ſi
l intelligeretur ꝙ in ſummarijs [l] non haberet
locum quarta dilatio, cum ita in ſummarijs,
ſicut in alijs obuenire poſſit impedimentum;
propter quod in prima, ſecunda, & tertia dila
tione non potui habere teſtes neceſſarios ad
probandum, quos modo in quarta habere poſ
ſum: & ita in illis ſuccurrendum eſt proba-
tionibus, ſicut in alijs, immò magis quia ſunt
fauorabiles, præſertim in cauſa matrimonia-
li, qualis eſt prædicta, in qua etiam publicatis
atteſtationibus, & imò lata ſententia poſſunt
teſtes produci, vt veritas probetur: fortius er-
go, & facilius dari debet ad id quarta dilatio,
& minus lædit hoc regulas iurium. Item ſi di
ceretur dilationem huiuſmodi eſſe amputan-
dam in ſummarijs, debuiſſet iudex amputare
dilationem datam ad probandum odioſam
exceptionem contra teſtes: ſed ex quo illa nõ
fuit amputata, abſurdum eſſet quod amputa-
retur dilatio ad ſe defendendum ab obiectio-
nibus contra illam; Ad id quod dicebatur
quod quarta dilatio habet locum in negotio
principali, & non in excep. reſpondebatur ꝙ
ille decr. loquuntur generaliter, & ſunt gene-
raliter intelligendæ. Item dicebatur ꝙ erat
quæſtio Spe.de teſti.§.qualiter autem. verſic.
ſed cum ſuper. ubi arguit pro & contra ſecun
dum Guil.& ibi Ioan.And.ſuper dicto ver. di
cit quòd quarta dilatio habet locum in exce-
ptionibus peremptorijs ab identitate ratio-
9 nis; ſecus in dilatorijs. † Iſta autem exceptio
m reprobatoria teſtium eſt peremptoria [m] ſal-
tem per obliquum: quia illa probata aufertur
probatio, & admittitur contra eam, & ſorti-
tur eandem naturam, quia actoris & rei ęqua
debet eſſe conditio, & ſic ſe habet except. con
tra teſtes. Ad id quod dicit ꝙ ſola ſolennitas
legalis non ſufficit &c. reſpondebatur quòd
quicquid requiritur in 1.2.3. & 4. hoc non eſt
quærendum in quarta in qua ſpeciale eſt vt
ſeruata ſolennitate legali illa concedatur, vn-
de iſtud iuramentum excludit omnem præ-
ſumptionem, ſeu ſuſpitionem contrariam, &
probat me fuiſſe impeditum in habendo illos
teſtes quos modo volo producere, vnde & be
ne inſpiciendo in iſta quarta dilatione ſic cõ-
ceſſa interueniunt omnia quæ in prima, ſe-
cunda, & tertia. Sed probatur iſto caſu per
iuramentum delatum a iure: & ita habet com
munis practica in iudicijs, & intelligo me nõ
potuiſſe habere, non quia fuerim impeditus
ex facto meo ſeu ex contumacia ipſorum te-
10 ſtium: † quia illo caſu ne dum quarta, ſed
milleſima daretur: vt no.in d.c. vltra. & Iaco.
n Butr.in l.1.C.de dila. [n] Sed intelligo habere
me non potuiſſe, quia fortè erant abſentes, vel
excommunicati, vel criminoſi, & perſeueran-
tes in crimine, vel huiuſmodi; & modo ſunt
præſentes, liberi, & idonei, vt ſit differentia
inter impedimentum per quod datur tertia,
vel milleſima, & impedimentum per quod
datur quarta cum ſolennitate legali: alias ab-
ſurdum videretur dari milleſimam impedi-
to ſine ſolennitate legali. Ad id quod diceba
tur quòd in quarta dilatione nõ poterant pro
duci non nominati ante; reſpondebatur hoc
non eſſe verum, nec iure canonico nec in com
muni vſu, ſeu practica receptum, vel poſſet
eſſe verum vbi plures fuerint nominati in
pręcedenti dilatione quam examinati, ſed vbi
nulli fuerunt nominati in præcedenti dilatio
ne, iſtud non poteſt habere locum. Item non
eſſet æquum ſic dicere, nam fortè ideo non
nominauit, quia erant abſentes, & non puta-
bat illos redituros, ſed ſi a caſu redirent, re-
ſpondebatur ꝙ imò ſi vis me probare malæ
famæ; licet me probare bonæ famæ idem in
ſimili, vt no.glo.in decre.qualiter, de accuſ.&
ibi & in c.cum oporteat, eod.titu. no. vnde li-
cet potuerim probare pendente dilatione tua
11 ad probandum contra me: † De bono iure,
quia non licet actori, quòd reo non liceat
cum nil obſtat quominus debeam habere di-
lationem meam ad probandum, quæſtionem
ante teſtium publicationem, quia poſt fieri nõ
poſſet niſi per indirectum, vt in clem.2. de te-
ſti.& licet ſint alia remedia, reprobare de fal-
ſo: hoc eſt durum, & difficile, & aliquando im
o poſſibile, cum via & facilis & ꝓbata [o] auferri
non debet; quia nulla ſpes defenſionis auferẽ
da eſt, & maximè cõtra exceptiones odioſas,
quia odia reſtringi, & fauores conuenit am-
pliari.

### Addit. Quint. Mandoſij.

a ¶ In cauſa.] *Hanc Lapi Alle. pro nota. re
ſert, & reaſſumit, ac ſequitur Ludou. Rom.
conſil.*

conſil.225.quo ad primum, & conſ.ſeq.repetens pluries huic Allega. ſtari debere ex quo Lap.non habet contradictorem. Hanc etiam Alleg. elegantem dicit Felin.in c. in cauſis,col.2.de teſti. Aduertendum tamen, ꝙ in princ.illius conſ.225.dum dicitur.Conſequens eſt vt in ea debeat quarta dilatio dari,deeſſe videtur negatiua, vnde legi deberet. Conſequens eſt vt in ea non debeat quarta dilatio dari. Et quòd legendum ſit cum illa negatiua apparet poſtea ex verbis eiuſdem conſ.poſt num.1.ibi quod in cauſis ſummarijs non eſt concedenda dilatio quarta,& conſ.ſequ.poſt num.7. verſ.reſpondetur,quòd ſi rectè, & aliter legendo Ludo.ſibijpſi contrarius eſſet.Et dicta conſ. Roma. ſequitur alios referens Nico.Boe.dec.352. viſo num.1. Stante igitur authoritate Lapi,& Lud.Rom.à quibus alij diſſentire non videntur,duæ concluſiones eliciuntur. Altera eſt quod in cauſis ſummarijs quarta dilatio concedenda non eſt. Altera vero, quod tunc demum quarta dilatio conceditur quando examen aliquorum teſtium interuenit in tertia dilatione. Hæc ſunt verba clara.Roman.dicto conſ.225.poſt nu.1. ver.præmiſſa ergo alle.& conſ.ſequ.ad fin. verſ. Ex ijs igitur. Poſſem igitur ijs præmiſſis ad alias Alleg. tranſire, præſertim quia Romæ vbi ferè cauſæ omnes,uel de iure ſummariæ ſunt,vel ſummariæ ex principis reſcripto efficiuntur,uel potius ut ſummariæ cognoſcuntur, & deciduntur, prout oſtendo in commiſſionum declarationibus. Et raro diſputari vidi an tertia, an quarta dilatio concedenda ſit. Pro arbitrio enim Dominorum de Rota, & aliorum iudicum delegatorum dilationes concedi,prorogari, denuo dari,breuiari, uel denegari conſueuere diuerſis rationibus, & cauſis quas recenſere longum eſſet. Ne tamen illud mihi eueniat, quod pleriſque doctis iuris in dies contingit,qui ouium more,quarum una ſaltante ſaltant omnes, dum inueniunt aliquem Doct.aſſerentem opin.aliquam eſſe ueram, communem,uel tenendam,ve non aliter diſcuſſa in eandem opinio. facilè ueniunt,illamq; qualiſcunque ſit omnino amplectendam exiſtimant,præſertim ſi ab aliquo magnæ authoritatis comprobatam cognouerint. Ergo iuxta carmen Horatianum nullius addictus iurare in uerba magiſtri, non facilè in alicuius opin.uenire conſueui, quãdo præſertim aliquid ſeſe offert quod animum turbet, prout mihi accidit ſuperijs duobus conſ.Ludou. Roman.in quibus pluries (ut præmiſi) aſſerit quæſitum ſuum ab hac Lapi. Alle.in proprijs terminis decidi, ſuper eo, uidelicet,quòd in cauſis ſummarijs quarta dilatio concedi non debeat. Rurſus quòd tunc demum quarta dilatio concedenda ſit quando examen aliquorum teſtium interuenit in tertia dilatione, demum teſtatur ſuper iis Lapum habere contradictorem. Ego licet Lud. Roman. authoritas maxima ſit,& inter clariores Docto. numeretur, ut per Sozzi. conſ.74.in præſenti,num.8.lib.1.& Barba.conſ.67.illud, colum.2.poſt medium libro 3. ſatis miror quo modo Roma.aſſeruerit Lapum idem tenuiſſe quod ipſe. Rurſus quomodo ſupponat in illa opin.quàm ipſe Roma.tenet Lapum non habere contradictorem, cum vnico fundamento utrunque ſuppoſitum Lud.Rom. facilè ſubuerti poſſit: licet enim Lap. præmiſerit hanc opin.in qua Rom.reſidet, pro illaque plura adduxerit, ſi tamen tota lege perſpecta iudicabimus, cognoſcemus Lapũ in ea opin.non remanſiſſe, immo ad contrariam tranſiſſe,contraria argumenta adduxiſſe, ad prioraque omnia obiecta congruè reſpondiſſe, & cum ultima opin. Doctoris in dubio ſequenda ſit,tanquam firmior, & ex mente eius qui plures opin.poſuit.ad gl. in l.qui filium. §. Sabinus, in uer. & aliæ. verſus fin.ff.ad Trebell. per Bart. in l.bona fides,num.2.ff.depoſi. & per Bald.in auth. ex teſtamento,col.2. uer.ex quo vltimo. C. de colla.& facit tex.in c.appellamus.verſ. poſteriori ſententia. de feriis.ſequitur ꝙ in dubio



dubio ſecunda opin.Lapi de qua hic tenenda videtur,& ſic contra Rom. Amplius ꝙ non ſit verum quod non habeat contradictorem,patet cum contradictorem illius opin. habeat ipſum Lap. Et quod Lap. hic reſideat in opin.cotra Rom.quod immo in cauſis ſummarijs habeat locum quarta productio,teſtantur etiam Felin.in alleg.c.in cauſis,colum.3 in princ.ante num.3.de teſtib. verſic.Et ibi poſtea plenè probat quod in cauſis ſummarijs habet locum quarta productio,& in alijs quos citabo infra, in ver. in ſummarijs.Pro defenſione Lud. Rom.mihi in mentem venit quòd non eſſet forſan abſonum credere,quòd tẽpore ſuo hæc alle. Lapi trũcata eſſet,& non integra vt hodie, & ſic allegat huiuſmodi penes Roma. tunc exiſtẽs duraret vſque ibi replicabatur pro parte actoris excluſiuè.Et ſolum contineret fundamenta illarum opi. de quibus per Roman.in dictis conſil. Vel contra quod tempore Roman.eſſet eadem allega. quæ nunc, & aliquid vltra contineret per quod appareret primas opin.validiores iudicatas fuiſſe, ſeu aliud ex quo eliceretur Lap.reſediſſe in prioribus opin.quod hodie nos non habemus.Et licet hæc diuinatiua videri poſſint,tamen ante Ludouic. Roman. atteſtationes,& conſiderato quod Allegat.huiuſmodi quæ circunferuntur corruptæ, mancæ truncatæ,& aliàs defectiuę.in pleriſq; apparent,non eſſet abſonum ad ſimiles reſponſiones confugere.Altero modo excuſari poſſe videtur Rom.ſi ſupponamus ipſum exiſtimaſſe priores opin. Lapi in hac alleg. prioraq; fundamenta,& illationes validiores eſſe.Hæc mihi nũc occurrũt, cogitẽt oẽs.

b ¶ Pendente lite.] *Lege tu pendente dilatione,vt etiam ꝙ ſic legi debeat colligitur, infra num.6.dum ad hoc argumentum reſpondet.Et quòd dilatione hominis, vel iuris pendente nihil fieri poſſit, uoluit idem Lap.ſupra alleg.2.diſputat hic, num.7.*

c ¶ Significante.] *Et l.ſiue pars, C.de dilat. gl.magna,ad fi.in c.præterea,extra eod.*

d ¶ Emergentes ] *Emergentium appellatione quid veniat, vide ſuper 2. commiſ.in in ver.emergen.*

e ¶ Peruertetur.] *Idem voluit ſupra alleg. 29.diſputat hic, num.6.verſic.tamen ſi iudicatur purgatio ſuper defectu natalium.*

f ¶ De electio.] *Hoc dictum Lapi referunt, & ſequuntur plura alia ad rem adducentes Felin.in cap.nonnulli,poſt num.34. in ver. verba legis,verſ.ſimiliter Lap de reſcript. & Dom.meus Philip.Dec.in cap.1.nu.21. de electio.*

g ¶ Reſpondebatur.] *Pro hac, & ſimilibus limita.vide quæ ſcripſi ſupra allega.2. diſputat hic.poſt num.7. in mea Apoſt. in ver.diſponat.*

h ¶ Noua dilatio.] *Dilatione pendente alia dari poteſt vt incipiat alia finita, Bar.in l. quandiu,3.de acquir.hæred.Soc. Regu.93. fallen.14.qui Lap.ſequitur.*

i ¶ Factum reſpicit.] *Idem notauit Rot.73. licet in remiſſione, in no. vbi propter hanc rationem vult teſtes infra terminum iuratos poſt illum examinari poſſe,limitat niſi terminus ad perfectam probationem aſſignatus fuerit, pro quo videatur alia Dec. etiam in not.465.quæ eſt quaſi eadem cum illa Bellamer.715.vbi ad partes ſimile dubium diſcutitur. Videantur etiã Rot.Biſig. ideſt de teſt.in antiquio.Cald. conſil.1. eod. tit.de teſtib.Alberic.ſuper rubric. C. de dilation. & Guid. Papæ Deciſio. 125. præcticatur.*

K ¶ Taxari expenſæ.] *Contratrium voluit Anton.de Butr.in capitulo paſtoralis, §. verum de appellat.Pro concluſ. vero Lapi adduci poteſt Rot. 13. ſi iudex in no. Et Lap.hic citat,& ſequitur Maran.qui hãc allegat. adducere voluit in ſuo Specu.in penul.actu princip.numero 186.limita 17.& Ioan.de Amic.de venaf.conſ.55. in cauſa, num.12.videatur D. meus Philip. Dec.in d. §.verum, num.14. vbi reaſſumit hoc dictum Lapi, & defendit,& impugnat.*

l ¶ In ſummarijs.] *Quòd in ſummarijs habeat*

*habeat locum quarta dilatio probo ſupra*
*in Apoſtil. magna, & voluerunt Lap.*
*ſequen. quem corruptè allegant Abb. in c.*
*tertio loco, col. 4. in fi. de teſtibus, Alexan.*
*in l. fi. poſt numer. 18. & Iaſ. nu. 3. ff. de fer.*
*ac Ioan. Bap. Ferret. conſ. 140. ſed quia, poſt*
*princ. Et ſcias tu quòd omnes hanc allega.*
*citare voluerunt.*
m ¶ Peremptoria.] *Idem voluit gl. in c. 1.*
*in ver. præſentiam, poſt medium, verſ. ſed*
*hæc exceptio quaſi peremptoria eſt, & glo.*
*fi. in fi. c. de teſtibus, verſ. ſicut vides in te-*
*ſte, de teſtib. & Abb. in c. cum l. poſt nume*
*rum 13. verſ. ſed tu aduerte, vbi Apoſtil.*
*ad Lap. hic ſe remittit, de re iud. Et quod*
*exceptio quæ opponitur in perſonis teſtium*
*magis accedat ad naturam exceptionis pe-*
*remptoriæ, quam dilatoriæ voluerũt Ant.*
*de But. in c. vltra tertiam, col. 4. de teſtibus,*
*Abb. in d. cap. ex parte, colum. 8. verſicu.*
*Nec exceptio contra perſonas teſtium, &*
*colum. 9. ver. Dicitur peremptoria per obli*
*quum, de teſtibus, & vtrobique Apoſtillæ*
*remittũt ſe ad Lap. hic. Idẽ Abb. in c. præ-*
*ſentium, ante num. 2. vbi etiam Apoſtil.*
*Lap. hic ſequitur, eod. & Abb. in alleg. c. 1.*
*de excep. colum. 2. poſt num. 7. verſ. Et licet*
*non ſit propriè peremptoria, & ibidem Fe-*
*lyn. num. 2. verſ. Dum dicit glo. qui etiam*
*citat, & ſequitur Lap. hic.*
n ¶ De dilatio.] *Videlicet, colum. 2. verſic.*
*Sed vult petere quartam. Idẽ voluit Nico.*
*Boer. Dec. 294. & iſtam, col. penul. in fine,*
*vbi citat, & ſequitur Lap. hic, licet ſubdat*
*id non ſeruari ſecundum ordinationẽ regiã.*
o ¶ Pro vita.] *Legerem propitia, ideſt ſauo-*
*rabilis, & expediens. Et pro eo quo ſubdit*
*quod nulla ſpes defenſionis auferenda ſit,*
*adduci poteſt tex. in c. clerici, 81. diſtinct.*
*cum glo. quæ vult præponendos eſſe teſtes*
*laicos deponentes pro defenſione teſtibus*
*clericis deponentibus contra reum. Idem*
*voluit Corſet. in ſing. in uer. teſtis. 9. & illam*
*gloß. dicit ſing. & no. Rom. in l. 1 §. fi. col. 3.*
*& in l. in illa, in fi. ff. de verb. oblig. & Cur.*
*Iun. conſ. 17. licet, num. 5. facit tex. in l. fa-*
*uorabiliores, ff. de reg. iur. Et infinita ad*
*hæc cumulat nouiſſimè Aegid. Boſſ. Me-*
*diolanenſ. in tract. crimin. ſub tit. de fauo.*
*Defenſio.*

### *SVMMARIVM.*

1 *Eccleſia vbi ſepulta ſunt corpora infide-*
*lium, vel paganorum, an poſſit conſe-*
*crari.*
2 *Cadauera, an poſſint ſepeliri in eccleſia*
*conſecrata.*
3 *Mulier prægnans cum fetu, an poſſit in*
*eccleſia ſepeliri.*
4 *Corpora infidelium in eccleſia ſepulta ſunt*
*exhumanda.*
5 *Corpora infantium non baptizatorum in*
*cimiterio ſepulta, an ſit exhumanda.*
6 *Multa poſt factum tolerantur, quæ an-*
*te factum prohibentur.*
7 *Cimiteria in quibus corpora paganorum*
*ſunt ſepulta, an debeant conſecrari.*

## ALLEGATIO LXXXIII.

1 ECcleſia † vbi eſt ſepultus paganus
a non [a] poteſt conſecrari, neq; ibi-
dem miſſa celebrari, ſed iactari
foras, & mundari, de conſecr. di-
ſtin. 2. eccleſia. Item non poteſt conſecrari ec-
cleſia vbi cadauera infideliũ ſunt ſepulta, niſi
primo euulſis, vel raſis corporibus, vel parie-
tibus, ea. diſtin. cap. ſequen. Sed quid ſi chri-
ſtiani erant ante, quàm ſepulti fuerunt nun-
poteſt eccleſia conſecrari? videtur ꝙ ſic quia
dicti tex. videntur loqui de cadaueribus infi-
delium, & eſt ratio quia illis non communica
b mus viuis, ergo, nec mortuis, [b] quæ ratio ceſ-
ſat in Chriſtianis. Et licet tamen Chriſtiani in
eccleſia ſepeliri non debeant: vt in cap. nullus,
13. q. 2. hoc non eſt ex dicta cauſa, ſed propter
immunditatem eccleſiæ, ideſt puritatem, & re
uerentiam: vnde ex quo ante conſecrationem
fuerunt ſepulti ceſſat ratio, & ideo exhumari
nõ debent, & vr̃ probari in c. eccleſia 2. de con
ſec. diſt. 1. ubi dr̃ ꝙ vbi poſt conſec. fuerunt ſe-
2 pulti chriſtiani poſsũt miſſæ celebrari. † Nun-
quid



quid autem cadeuera poſſint ſepeliri in eccle-
ſia conſecrata vr̃ ꝙ non, quia prohibetur ec-
cleſia conſecrari, ubi ſepulta ſunt talia cada-
uera. de conſe. diſtin. 1. eccleſia, & c. ſeq. ergo
poſt conſecrationem non debent ibi ſepeliri a
paritate rationis, ſed illa capitula videntur lo
qui de cadaueribus infideliũ, non de chriſtia-
nis, & quod de vno prohibetur de alio conce-
di vr̃, immo vr̃ ſentire gl. in d. c. eccleſia, ꝙ ca-
dauera Chriſtianorum poſſint ibi ſepeliri, in
3 eo ꝙ dicit mulierem † prægnantem ſepelien-
dam in eccleſia, ſecundum aliquos, & ideo di-
cit ꝙ conſueuit venter aperiri, & fętus extra
cimiterium ſepeliri. ſ. vt mulier poſſit in eccle
ſia ſepeliri, & Hoſt. in ſum. de conſec. eccleſ. §.
an ſit, verſ. quid ſi mulier, dicit ꝙ ſi cõſtat fętũ
mortuum poteſt mulier prægnans in eccleſia
ſepeliri, aliàs aperiri debet, & baptizari, & ſe-
peliri in cimiterio, facit pro hoc tex. in d. cap.
eccleſia, in ſimili, vbi dicit ꝙ ſi poſt conſecra-
tionem cadauera fuerũt ſepulta, poſſunt miſ-
ſæ celebrari ſi fuerint chriſtiani q̃ ſepulti fue-
runt, quia ceſſat ratio prohibitionis, quia qui-
bus non communicamus viuis, nec mortuis.
In contrarium poſſet ſumi argumentum, quia
ex quo permittit miſſas celebrari, ſi poſt con-
ſecrationẽ fuerunt ſepulti, ergo vr̃ ſi ante con
ſecrationem fuerunt ſepulti non liceat. Item
aduertendum quod ſicut non licet conſecrare
eccleſiam vbi infidelium corpora ſunt ſepul-
4 ta, ſic nec miſſas celebrare. † Sed quid ſi poſt
conſecrationẽ ſepeliãtur dicta cadauera nun-
quid ſint exhumãda? vr̃ ꝙ ſic a paritate ratio-
nis, quia ſicut ante conſecrationẽ debẽt euelli
corpora vt poſſit conſecrari. Ita & poſtquam
conſecrata eſt ſi ſepeliantur debent exhumari
a paritate rationis. Nam ratio quare non po-
teſt conſecrari eccleſia tali caſu eſt: vt not. glo.
in d. c. eccleſia, quia quibus eccleſia viuis cõi-
care non poteſt, nec mortuis, quę ratio eſt etiã
in ſepultis poſt cõſecrationem, & videtur hoc
ſentire tex. in d. ca. eccleſiam, in eo quod dicit
ꝙ miſſas celebrare nõ licet, vbi cadauera poſt
conſecrationem fuerunt ſepulta, pari ergo ra-
tione ergo & exhumari, vt poſſint officia cele
brari. Sed quid de cadaueribus chriſtianorũ?
5 videtur quod non. † Quid igitur ſi ſepulta sũt
cadauera infantium nõ baptizatorum, dic idẽ
quod de infidelibus dictum eſt. Quid ſi diſcer
ni non poſſint talium oſſa infantium ab alijs
& ſic non poſſunt exhumari de ſepult. ſacris;
reſpondeo, aut fuerunt ſepulti poſt conſecra-
tionem, aut ante. Si poſt, non debent exhuma-
ri, vt ſup. vel potius eſſet eccleſia reconcilian-
da, ſi ante, non dẽt ibi eccleſia conſecrari; quia
licet corpora non debeant exhumari, vbi ſunt
permixta, quia pure conſtat ꝙ ibi ſunt infide-
les, & licet in eccleſia conſecrata toleretur ꝑꝑ
mixturam, in non conſecrata ſunt exhumãda,
aliàs in eccleſia non poſſet celebrari, & ſic ad
euitandum quandam abſurditatem toleratur
tamen vt nulla abſurditas ſequatur nõ conſe
cretur eccleſia vbi ſunt talia corpora ſepulta,
& ideo non fiat, & multa poſt factum toleran
6 tur quæ ante facta prohibentur, &c. † Quod
corpora etiam infidelium non debeant ſepeli
ri in eccleſia videatur no. Hoſt. in ſum. de im-
mun. eccl. §. in quibus, & ad quos verſ. ſed nec
infra eccleſiam, vbi etiã dicit ꝙ in eccleſia ſe-
peliri non debent aliqui niſi ſint epiſcopi, aut
abbates, aut digni presbyteri, aut fideles laici.
alleg. xiij. q. 2. nullus vbi eſt text. Intelligunt
quidam de laico fideli, & in dignitate cõſtitu-
to per quem. ſ. miracula fiunt a fide. i. virtute.
Alij intelligunt de quolibet laico fideli & in
dignitate conſtituto: ſicut Comite Rege, Im-
peratore, & ſic de facto ſeruatur glo. tamen in
d. cap. nullus vr̃ intelligere de quolibet Chri-
c ſtiano [c] niſi in mortali peccato deceſſerit. Hoſ.
in ſum. de conſecr. eccl. §. & an ſit, verſ. quid ſi
mulier prægnans, &c. videtur ſentire ꝙ ſi cor
pora ſepulta ſunt chiſtiana non exhumanda,
ſed poſſet eccleſia conſecrari ſine exhumatio-
ne in eo ꝙ faciat dubium ſolum quando eſt
prægnans, & dr̃ quod etiam ſi pręgnans ſepul
ta ſit poteſt conſecrari ſine exhumatione: ergo
videtur innuere ꝙ poſſint exhumari corpora
7 tali caſu. † Item cimiteria in quibus corpora
paganorum ſepulta ſunt non debẽt conſecra-
ri. de conſe. diſtin. 4. eccleſiarum, & c. eccleſiã,
not. Hoſt. de conſec. eccle. §. an ſit iteranda. A-
liud in oſſibus infidelium quæ expelluntur, ra
tio differentiæ, quia ab eccleſia eijciuntur. Ho-
ſtien. vide ſummam in d. §. & an ſit. Archid. in
cap. eccleſiam, de conſecr. diſtin. 1. ſuper ver.
fideles, dicit Doctores intelligere quod quan
do eccleſia eſt conſecranda prius pauimentũ
eſt purgandum, & ſi ſunt ibi corpora infide-
lium euellantur ſecundum Hugo.

### Addit. Quint. Mandoſij.

a ¶ Paganus.] *Idem voluit Hoſt. in ſumm.*
*de conſecr. eccleſ. §. an ſit, num. 7. verſ. Item*
*cimi-*

*cimiteria in quibus corpora paganorum, ampliat, vbi etiam ſunt corpora hæreticorum, vel excommunicatorum, capit. conſuluiſti, eod. & cap. ſacris, de ſepul. & vtrobique per Ioan. Andr. & alios, & ad hanc alleg. Lapi ſe remittit Franc. in c. vnic. ante num. 8. ſuper gl. in ver. polluto. de conſec. eccleſ. lib. 6.*

b ¶ Nec mortuis. ] *Iuxta tex. in cap. 24. quæſt 2. & per Rom. Sing. 701. dicam verſus fin. ver. Et eſt ratio duplex.*

c ¶ Quolibet Chriſtiano. ] *Hodie ex communi obſeruantia in toto orbe chriſtianus quilibet in eccleſia ſepelitur. Quidam tamen abuſus corpora defunctorum quorundam ſublimibus, ac eleuatis locis, in arcis, ſeu capſis ornatis, ac faſtuoſis recondendi, & conſeruandi nunc ſub diuo Pio Quarto, ſublatus eſt, quippe qui cadauera ſic iam recta, & eleuata deponi, ad locaque debita reponi mandauit. Qui autem ſint illi qui eccleſiaſtica ſepultura carere debēt habemus Apocal. cap. 21. Timidis autem, & incredulis, & execratis. & homicidis, & fornicatoribus pars illorum erit in ſtagno ardenti igne, & ſulphure, & Alex. in cap. quibus peccata, & in alijs. 13. q. 2. & in c. quia in omnibus, de vſur.*

### *SVMMARIVM.*

1 *Papa gratioſe concedens cuidam epiſcopo conferre poſſe quædam beneficia vacantia, an includat illa quæ ſpecialiter ſedi apoſtolicæ ſunt reſeruata.*

2 *Papa dicitur illa cæteris inhibere, quæ ſibi ſpecialitr reſeruata ſunt.*

3 *Infinita locutio æquipollet vniuerſali.*

4 *Papa per gratiam alteri factam nō ligat ſibijpſi manum.*

5 *Generi per ſpeciem derogatur.*

6 *Præſentatio prædicari dicitur de patronis laicis, & præſentatio clericorum electio proprie dicitur.*

7 *Epiſcopus nō poteſt ſe reſtringere ad conferenda certa beneficia ante vacationē.*

8 *Epiſcopus eligens aliquem ad beneficium ſi moriatur electus ante vacationem, an poſſit epiſcopus alium eligere.*

9 *Decretum papæ, an ligare dicatur ignorantes.*

10 *Verbum, beneficium, latiſſimum eſt, & maxime per clauſulas ſibi appoſitas.*

11 *Abbatiæ, an veniant ſub nomine beneficiorum.*

12 *In generali conceſſione, an veniant ea quæ quis in ſpecie non fuiſſet cōceſſurus.*

## ALLEGATIO LXXXIII.

1 DOminus † Papa[a] gratioſe conceſ-
2 ſit epiſcopo Florent. ad ipſius ſup
b plicationem reſeruando [b] collationi ſuæ ea vice dumtaxat authoritate apoſtolica quatuor beneficia eccleſiaſtica, etiā ſi dignitates, vel perſonatus exiſtāt, & curam habeant animarum, & ad ea conſueuerit quis per electionem aſſumi, etiam ſi dignitates huiuſmodi ī collegiatis eccleſijs principales exiſtant. Quorum beneficiorum ſingulorum fructus, redditus, & prouentus ſi cū cura ſexaginta, ſi ſine cura fuerint. xl. flore. auri ſecūdum taxationem decimæ valorem annuū non excedant, pro quatuor perſonis idoneis, quas duxerit eligendas ſi quæ tempore reſeruationis huiuſmodi in ciuitate, vel diœceſi Florent. dummodo in eccleſia cathedrali non exiſtant, vacabant, vel cum vacauerint, quæ dictæ perſonę per ſe, aut per procuratores ſuos infra vnius menſis ſpatium poſtquam eis, vel eorundem procuratori vacatio illorum innotuerit duxerit acceptanda, ſingula eorum videlicet beneficia ipſarum perſonarum ſingulis, poſt acceptationem huiuſmodi conferenda cum omnibus iuribus, & pertinentijs ſuis, inhibendo quoque ſucceſſoribus eius Epiſcopi Florent. qui erunt pro tempore, & illi, vel illis ad quem, vel ad quos in ciuitate, vel diœceſ. prædictis huiuſmodi beneficiorum; Collatio? Prouiſio, Præſentatio, Electio, ſeu quæuis alia diſpoſitio pertinent cōiter, vel diuiſim, ne de huiuſmodi beneficijs interim etiam ante acceptationem eādem: niſi poſtquam eis conſtiterit ꝙ perſonæ vel eorum procuratores prędicti, illam voluerint acceptare, diſponere quoquomodo præſumant, ad conferen-





da etiam authoritate prędicta ſingulis eiſdem perſonis poſt acceptationem huiuſmodi ſingula beneficia ſupradicta cum omnibus iuribus, & pertinentijs eorundem, ſibique prouidendum de illis, ac inducendum perſonas ipſas, vel dictos procuratores in corporales poſ-
ſeſſiones, &c. cum clauſulis & communibus non obſtantibus, & cum decreto ſub data Auinion. Pontific. Domini Grego. xj. anno primo Calen. Maij. Quæritur nunquid in prædicta gratia includantur beneficia ſedi Apoſtolicæ ſpecialiter reſeruata, ſeu beneficia in curia vacātia, ſeu beneficia ad ſedem apoſtolicam deuoluta, ſecundum ſtatuta Lateranen. Concilij, & de quibus videri poteſt in libello alleg. mearum. Secundo quæritur nunquid in dicta gratia includantur beneficia quæ ſpectant ad præſentationem patronorum laicorum.
Tertio quæritur de modo procedendi in præ-
1 dictis per dictum Epiſcopum. † Reſpondeo ad prædicta per ordinem, & dico quod beneficia vacantia in curia de iure communi, de quibus in decret. præſent. de præbend. lib. 6. & latius in libello alleg. mearum in allegat. 96.
c non [c] includuntur [d] in dicta gratia, nec poſsūt
d reſeruari, vel conferri per dictum epiſcopum vigore dictæ gratiæ. per decret. licet de præbend. libro 6. Circa hoc quæri poſſet cum dicta beneficia de iure communi in curia Romana vacantia debeant per papam conferri infra menſem a die vacationis, & notitiæ aliàs redeunt ad ordinarium collatorē, nunquid poſt
e dictum menſem [e] includantur in dicta gratia ꝙ potuerint reſeruari, & conferri per dictum Epiſcopum Floren. vigore dictæ gratiæ. Reſpondeo ꝙ ſic de iure communi, quia tunc verum eſt quod vacant, & non vacant in curia, & ceſſat impedimentum. ad hoc opti-
f mè quod not. gloſſ. ſed quæritur, [f] quæ vult ꝙ optio non habeat locum in ipſis niſi poſt menſem, ſi papa non contulit. Sed quęro cum perſonæ nominatæ per Epiſcopum prędictū habeant tp̄s ad acceptandum vnius menſis, & talia beneficia vacantia in curia ibi vacāt per menſem, & non redeunt niſi poſt menſem, nunquid poſt menſem potuerunt tales perſonę electæ per epiſcopum acceptare tale beneficium ſic reuerſum ad ordinarium. Reſpondeo, puto quod ſic, quia tunc de nouo in partib. cēſentur vacare, & tunc incipit menſis currere, ſicut & ordinario non computatur in 6. menſib. datis eidem ad conferendum, dictus menſis papæ ſic, nec impetranti eadem ratione. Sed licet prædicta vera ſint de iure: tñ dicta beneficia vacantia in curia ſpecialiter reſeruantur ſedi apoſtolicæ, & ipſorum reuerſationum vigore ſolum per Summum Pontifi-
g cem reſeruata. [g] de beneficijs ſpecialiter reſer-
h uatis [h] dubium videtur, ꝙ ſi ſunt ſummo pontifici ſpecialiter reſeruata non licet alteri ma-
2 nuum apponere † quia ea quæ ſibi ſpecialiter reſeruat alijs, inhibere videtur, In contrariū facit ꝙ ex quo papa concedit ꝙ per authoritatem ſuam reſeruet, & conferat, per hoc in huiuſmodi reſeruatione ſibi ſoli præiudicat, & latè interpretandum eſt priuilegiū, & contra eum fieri debet interpretatio qui legem potuit apertius dicere, etiā in materia impetrantium beneficia, vt not. glo. in cap. ſi de beneficio, ſuper ver. ſiue ad nos, de præben. & de facto ſuo qui reſeruauit certus erat tempore priuilegij, verba ſunt generalia de quatuor beneficijs vacantibus, de omni ergo vacatione
3 intelligitur, † quia infinita æquipollet vniuerſali, vt not. gloſſ. de electio. vt circa, libro ſexto, & verbum vacat de vacatione iuris, & non facti [1] intelligitur, de conceſſ. præben. cum noſtris, & decret. licet de præben. lib. 6, non loquitur in iſto caſu, ſed ſolum de beneficijs in Romana Curia vacantibus de iure communi, de quib. in d. c. præſenti. Sed huiuſmodi ſpecialiter reſeruata non dicuntur propriè vacare in curia, glo. in cap. 1. vt lite pen. in clem. in ver. ſecus, videtur ſentire quòd ſpecialiter reſeruata non vacent in curia, imò in partib. vacant, ſed do. Papa pro vna vice vult de illis prouidere certæ perſonæ, & bene prouidet cū de eis conferendis gratioſè alteri concedit, & hanc differētiam facit dicta gl. in d. clem. cum de beneficio inter vacantia in curia, & deuoluta ad curiam, vnde prima non confert, ſecunda ſic, vt ibi, poſſet tamen æque diſtingui, an ſpecialis reſeruatio fuerit facta per papā ante dictam gratiam factam dicto epiſcopo de dictis beneficijs: & tunc includantur etiam ſpecialiter reſeruata per rationes ſupradictas. Si autem ſpecialis reſeruatio fuerit facta poſtea, tunc non includantur: quia tunc de generali gratia facta epiſcopo ſpecialiter poſtea reſeruata videntur excludi, quia papa per gratiam
4 factam † epiſcopo non ligauit ſibi manus, ad hoc de conceſ. præben. cap. primo, lib. ſexto, Contra hoc tamē facit quia ſequeretur quod etiam vacantia in Curia de iure communi,

etiam poſt menſem includeretur in dicta gra
tia epiſcopi, de quo quærebam ſupra proxi-
mo quæſito. Et quicquid ſit de iure communi,
non credo ꝙ curia reciperet hoc. eſt ſimile ad
hoc quod no.gl.in clem.1.de lite pend.in glo,
Secus ergo facit cõtra prædicta, quia ſicut exe
cotor non confert ſpecialiter reſeruata, ſic nec
Epiſcopus ſupradictus. Nã ratio quare execu
tor non confert vacantia in curia, & ſic deuo-
luta: vt dicit dicta glo.in clem.ſi.alleg.cum de
beneficio, quia primo, confert papa iure pro-
prio, ſecuodo, iure deuoluto, & eodem modo
ſpecialiter reſeruata confert iure proprio. Et
ſi diceres etiam non reſeruata confert iure ꝓ-
prio; verum eſt, tamen etiam ordinarius talia
confert, & non conſtat an velit illa conferre iu
re ordinario iſta vice, ita ipſa quod non alius,
& ideo executor non confert, ſic nec dictus
epiſcopus, qui executor eſt, ſcilicet de plenitu
dine poteſtatis, vt not. Ioan. And. de conſue. c.
ſi.ſuper ver.vacantibus. Quid ergo ſi papa ſcri
bat executori: ſuper præbenda conferenda, &
illam reſeruet, vt eſt moris & de ſtilo: Nunqd
k habebit locum optio, [k] videtur ꝙ non, quia
non habebit locum in ſpecialiter reſeruatis,
ſed iſta præbenda eſt ſpecialiter reſeruata, er
go ſecundum hoc eſſet contra caſum, illius
decret. & dicit Arch. in d.c.ſi. de conſue. lib.6.
quod in ſpecialiter reſeruatis ſi papa conferat
non habet locum optio, ſecus ſi per alium: De
l beneficijs generaliter reſeruatis [l] dicendum
videtur quod includuntur in dicta gratia pre-
5 fati domini epiſcopi: nam † generi per ſpeciẽ
derogatur, vt in c.j.de reſcript. Vnde genera-
li reſeruationi omnium beneficiorum deroga
tur per iſtam ſpecialem gratiam de quatuor
beneficijs conferendis. Item reſeruatio facta
de quatuor beneficijs eſt ſpecialis reſeruatio
facta authoritate papæ; ergo præiudicabit ge
nerali factæ authoritate eius. Item quia papa
tempore dictæ gratiæ factæ epiſcopo ſciebat
omnia beneficia reſeruata, quia factum ſuum
non præſumitur ignorare, de reſcript. ab ex-
communicato: ergo concedendo epiſcopo
collationem quatuor beneficiorum, videtur
ex certa ſcientia conceſſiſſe, alias fruſtratoria
fuiſſet gratia, quod non eſt ſentiendum, cum
beneficijs iuuari nos oporteat, non decipi. ad
hoc, ff. de legi. l. ſi quando, de verbor. ſignifi. ſi
abbate, & de priuileg. ſi papa, lib.6. De bene-
m ficijs ad ſedem apoſtolicam deuolutis [m] di-
cendum eſt quod includuntur: nam talia in-
cluduntur in poteſtate excutoris dati ad pro-
uidendum, vt in d.cap.ſi de beneficio, de præb.
ergo, & in dicta gratia epiſcopi qui eſt execu-
tor ad reſeruandum, & conferendum dicta
quatuor beneficia deputatus, ratio autem qua
re iſta beneficia veniunt, & includuntur in po
teſtate excutoris, & non prædicta beneficia in
curia alias vacantia not.in gl.d.decre.ſi de be-
neficio: quia vacantia in curia conceduntur
proprio iure: ſed deuoluta confert iure deuo-
luto, & in reſeruatis quæ etiam non veniunt
in dicta poteſtate, eſt ratio de qua ſupra di-
xi, quia reſeruata confert de plenitudine po-
teſtatis, deuoluta vero de poteſtate ordinaria,
& deuoluta.

Sed nunquid habeat locum optio in bene-
ficijs reſeruatis per epiſcopum vigorẽ dictæ
gratiæ. Reſpondeo quod vacatura beneficia
comprehenduntur, vt in c.cum in tua, de con-
ſue. lib.6. quia dicta gratia epiſcopi intelligi-
tur quòd reſeruet, & conferat beneficia nulli
de iure debita. Sed conſtat quòd vbi eſt con-
ſuetudo, vel ſtatutum optionis, tale beneficiũ
alteri debetur: vt in d.cap.cum in tua, cum ibi
not. Sed nunquid in dicta gratia epiſcopi in-
cludantur beneficia ſpectantia ad præſenta-
tionem patronorum laicorum, videtur ꝙ ſic:
quia litera dicit ad cuiuſque collationẽ, pro-
uiſionem, electionem, vel præſentationem, vel
quamuis aliam diſpoſitionẽ: ergo omnes mo-
dos prouidẽdi includat, & maximè cum præ-
6 ſentatio † propriè prædicetur de patronis lai-
n cis, quia præſentatio clericorum [n] dr̃ electio
propriè, ad hoc pro, & ↄ quæ not.gl.in d.c.li-
cet de præben.lib.6. quæ tractat an talia bene-
ficia quæ ſpectant ad præſentationem laicorũ
dicantur in curia vacare in caſib.decr. præſen.
eo.tit.lib.6. puto contrarium. ſ. quod tàlia be-
neficia non includantur in dicta gratia epi;
quia per quancunque latam formam conceſ-
ſam a papa in collatione beneficiorum, nõ ve
o niunt beneficia laicorum, [o] ad hoc decr. dile-
ctus, de off.leg. & c.cum dilectus, de iurep. vbi
Hoſt. dicit ſe vidiſſe literam papalem directã
prælatis Angliæ in qua continebat ꝙ qñ papa
ſcribit pro aliquo beneficiando nõ eſt ſuæ in-
tentionis ꝙ ei conferatur eccleſia, in qua pa-
tronus laicus obtineat patronatũ, & ibi conſu
luit Io. And. in quadã qõne dicens ita ſeruari,
ꝙ verbum præſentationis iuxta ſcriptam for-
mã expreſſam in literis non includit præſen-
p tationem laicorũ, [p] & iuſtificatur ſecũdũ eum

hoc



hoc dictum per decret. dilectus.3. de præben.
& ibi no.in 1.gl. Quæro quidam clericus im-
petrauit a papa executorem ad conferendum
ſibi vnum beneficium vacans, vel uacaturum
in diœc. vel ciuitate Florent. quod infra men-
ſem a die notitiæ vacationis duceret acceptan
dum, demum quodam beneficio vacante acce
ptauit illud, & ſibi conferri fecit: & erat illud
idem beneficium quod alias includebatur in
dicta gratia epiſcopi, & per eum vigore dictæ
gratiæ reſeruatum, & infra eundem menſem
acceptatum per vnum nominatũ ab ipſo epi-
ſcopo, quid erit? Reſpondeo ſi data ſpecialis
impetrationis præceſſit in dicta gratia epiſco
pi præualebit, aliter ſecus. Tempus ergo datæ
literarum eſt inſpiciendum: nam hic illæ lite-
ræ non prẽiudicant, ſed præferuntur authori-
tate apoſtolica expectantibus: vt patet ex for-
ma literarum. Inſuper quæro de modo proce
dendi per dictum epiſcopum ad executionem
dictæ gratiæ, reſpondeo audiui aliquos dicen
tes, & non ſine colore, veritatis, ꝙ epiſcopus
ante omnia debet reſeruare in dicta ciuitate,
vel diœceſi nominatim, & ſpecificè quatuor
beneficia, & eligere quatuor ꝑſonas idoneas,
quib. dicta beneficia debeãt conferri, & demũ
inhibere illis ad quos ibi reformatio dictorũ
beneficiorũ pertinet qñ vacant ne, &c. vt in li-
teris dictæ gratiæ continetur: & poſſet adijci
iſti formẽ, vt eſſet per omnia certa, ꝙ ex dictis
quatuor beneficijs dictis perſonis electis de-
berentur; & meritò, cum forſan hmõi benefi-
ficia eſſent diſparia, maiora, & minora, curata,
& ſimplicia; & vna perſona eſſet ex illis digna
ad vnum, & non ad aliud, vt quotidie cõtige-
re poteſt: & de facto etiam videmus, non puto
7 de iure prædicta procedere, † quia non poteſt
eps reſtringere ad certa ante vacationẽ, quia
hoc eſt iure odioſum propter votum captan-
dæ mortis alterius, de conceſ. præb. ne captan
q dæ [q] nec eſſet cautela epiſcopi ſic ſe arctare:
nã poſtea, neq; circa beneficia, neq; perſonas
variare poſſet, & poſſet dictorum quatuor be
neficiorum ſic nominatim reſeruatorum, ni-
mium ſuſpendi, vel prolongari vacatio, & ſe-
ra nimium ieiunia forſitan ſoluerentur, & for
ſitan in tanto tꝑe perſonæ nominatæ quæ tꝑe
nominationis erunt acceptæ, tꝑe tam lõgẽuẽ
vacationis non ſint. Itẽ poſſet, & aliud pericu
lũ occurrere, quia ſi tales perſonẽ electæ infra
menſem a die notæ vacationis dictorũ benefi-
ciorũ non acceptauerint, expiraret gratia illo
caſu, vnde cautius põt procedere eps in execu
tione dictæ gratiæ, vt reſeruet in genere hmõi
quatuor beneficia pro quatuor perſonis per ſe
eligendis, quæ infra menſem a die notæ vaca-
tionis duxerint acceptanda, & inhibere colla-
torib ne conferant infra menſem prædictũ, &
tunc beneficia ciuitatis, & diẽc. cõprehenſa in
dicta gratia erunt ligata durante menſe acce-
ptationis: dictas aũt perſonas põt a principio
nominare ſi vult, & eſſet vtile vt noĩati arre-
ctis aurib. vigilarent, & haberent notitiam va
cantium beneficiorum, & acceptarẽt ſolliciti
infra dictum menſem, tamen ad ipſam nomi-
nationem non arctatur epiſcopus, ſed poteſt
ſimpliciter reſeruare in genere quatuor bene-
ficia hmõi, quæ infra menſem a die vacationis
præfatæ quatuor perſonæ nominandæ per ſe
duxerint acceptanda, & ſtare ſollicitè in no-
titia vacationis, & beneficio grato vacante no
minare perſonam dignam ad illud; quæ infra
menſem acceptet illud, & ſibi conferri faciat
per Epiſcopum, & ſic conſequenter quando
vacat aliud beneficiũ gratum, nominare aliã
perſonam gratam infra menſem a die notitiæ
vacationis, quæ infra menſem acceptet illud
& ſibi conferri faciat per epiſcopum, & ſic de
tertio. Sed hic quæro quid ſi epiſcopus nomi-
net perſonam vltimo die menſis a die notæ va
cationis, nunquid eadem die cogeretur talis
nominatus acceptare, videtur quòd non,
quia ipſi beneficiando datur a papa terminus
an mẽſis ad acceptandũ, vt poſſit ſe inſtruere,
expediat ſibi tale beneficium acceptare, in die
ergo cogi non debet deliberare, nam & alibi
datur annus ad probandum religionem de re
gu.c.ad apoſtolicam, puto quòd arctaretur ac
ceptare: nam dictus menſis datur etiam fauo-
re eccleſiarum vacantium ne diu uacent peri-
culoſe, de elect. quam ſit, lib.6. & ideo non eſt
in poteſtate epi, vel alterius executoris tales
vacationes prorogare, & per conſequens, nec
dictum menſem; tamen faceret epiſcopus ſic
arctare talem electum, ille tamen vel acceptet
ſi eſt informatus ſufficiẽter, vel non acceptet,
& expectet aliud; quia in hac vltima forma
nõ arctatur acceptare niſi voluerit. Illud etiã
quẽro, pone epiſcopus nominauit a principio
omnes prædictas quatuor perſonas, & reſer-
uauit dicta quatuor beneficia in genere, vaca-
uit poſtea vnum beneficium quod quilibet ex
dictis perſonis acceptat cui debebitur? Reſpõ
deo aut idẽ epiſcopus nominauit eos ſimul,

& ſemel, aut ſucceſſiuè: ſi ſucceſſiuè, ordo no-
minationis, & ſcripturæ ſequendus eſt, vt illi
debeatur qui primo fuit nominatus: ſi ſimul,
& ſemel, omnia fuerunt facta; & ſi omnia con
currunt; erit locus gratificationi epiſcopi, ſm
not. in decret. duob. de reſcrip. lib. 6. Prædicta y
vera niſi epiſcopus in ſua nominatione, vel re
ſeruatione declarauerat cui primo deberetur,
quo caſu dictę declarationi puto ſtandum, qa
gratia fuit facta ſibi per ipſum vt poſſet eſſe
gratioſus in eo cui priorem, vel maiorem gra
tiam velit fieri. Quid ſi vnus ex nominatis mo
riatur ante vacationem beneficij, vel accepta-
tionem, vel collationem ſibi factam, nunquid
epiſcopus poterit aliũ nominare: puto quod
ſic quia verba debent intelligi cum effectu de
cle. non reſid. relatum, vnde ſicut acceptãs be
neficium ſibi nõ debitum cum proteſtatione,
8 põt aliud acceptare, ſic † epiſcopus qui eligit
perſonam ſi moritur poteſt aliam nominare,
& proteſtatio licet non ſit neceſſaria in iſto ca
ſu tamẽ non noceret. Quid igitur ſi beneficiũ
reſeruatum per epiſcopum, & acceptatum p
perſonam, & collatum, appareat poſtea ſpe-
cialiter per papam reſeruatum, & alteri colla-
tum, reſpondeo ꝙ poterit tam eps, quam no-
minatus ad aliud redire, ſi fuit vſus proteſta-
tióne de qua plene in decret. cum in multis, de
s reſcrip. lib. 6.[s] Sed quid ſi eps reſeruauit in ge
nere & nominauit perſonas vt præfertur, &
perſonæ vacantia beneficia acceptauerunt ca-
nonicè infra mẽſem a die notitię vacationis,
ſed tñ collator ordinarius oĩum prædictorũ
ignarus contulit alteri, quia nec prędicta in-
timatio, nec inhibitio facta fuerat, puto ꝙ nõ
t tenet[t] collatio ordinarij pp decretum papæ
appoſitum in gratia epi, pp quod decernitur
9 irritum quicquid contra ſcienter, † vel igno-
ranter contigerit attenttari, & decretum pa-
u pæ ſui natura ligat ignorantes,[u] præſertim in
dicta forma, vbi apponitur menſis iuxta not.
in clem. j. de conceſ. præbend. cum noſtris. &c.
Quæro tpe dictæ reſeruationis generalis fa-
ctæ per epiſcopum vigore dictæ gratiæ vaca-
bat plebania de iure; puta quia dictus pleba-
nus notorius concubinarius per conſtitutio-
x nem erat priuatus, tamen de facto[x] poſſide-
bat plebem tanquam plebanus; quæritur nun
quid dicta plebs quæ propter alias qualitates
ſuas non includebatur in gratia dicti epiſco-
pi, puta in curia reſeruata, uel maioris taxę, et
huiuſmodi, quia eius literæ tẽdunt ad benefi-
cia vacantia, & vacatura. Sed verum eſt dicere
ꝙ talis plebs vacat de iure per dictam conſti-
tutionem: ergo nec obſtaret huic ſurreptio de
qua in c. in noſtris, de conceſſ. præben. vbi re-
quiritur mentio vacationis iuris, & facti, qa
illud[y] in eo qui impetrat beneficium certum
quo caſu præſumitur ex fraude tacuiſſe alte-
rum, ſeu alterius poſſeſſionẽ, ſed in literis ge-
neralib. hoc non procedit vbi ceſſat ratio præ-
dicta, nec poſſet exprimere impetrans qualita
tẽ oĩum beneficiorum: poterit ergo talis plebs
reſeruari, acceptari, & conferri, puta ꝙ ſic per
quantuncunque tps vacauerit etiam ſi eſſet ad
papam deuoluta, per ea quæ ſupradicta ſunt,
ètiam nõ vocato poſſeſſore per decr. licet eps
de præb. lib. 6. Sed quæro qñ incipiet in tali
beneficio currere menſis acceptationis perſo-
næ nominatæ per epiſcopum? puto ꝙ ſi nomi
natio prædicta erat nota in ciuitate vel diœc.
vel apud beneficium tpe reſeruationis, puta
plebanus erat notorius concubinarius contra
formam dictæ conſtitutionis, quod tunc inci-
piat currere menſis, & poſt menſem non pote
rit acceptare, vt ſupra, ſi autem erat occulta ta
lis vacatio, curret tempus ſolum a tempore
ſcientiæ illius perſonæ nominatæ, vel a tem-
pore quo in ciuitate, vel diœceſi, vel apud di-
ctam plebem nota erit. fortior quæſtio. pone
quòd pluribus annis ex cauſa prædicta vaca-
uerit dicta plebania, & nota erat talis vacatio
pluribus annis ante dictam gratiam epiſcopi,
quid erit? puto quòd idem, quia poterit reſer-
uari, & acceptari, & conferri per epiſcopum
tali perſonæ nominatæ. curret tamen tempus
a die reſeruationis epiſcopi propter notam
vacationem. Quid ergo de beneficio va-
cante? quia prælatus, ſeu rector contra conſti-
tutionem non fuit promotus ſaltem ad vnum
ordinem ſacrum, puto idem per omnia di-
cendum, & idem in omnibus aliis beneficijs
quæ minus canonice poſſidentur in ciuitate,
vel diœceſi. Sed nunquid in dicta gratia
10 epiſcopi includuntur abbatiæ vacantes, vel
z vacaturæ? videtur † quod ſic[z] quia ver-
a bum beneficium latiſſimum[a] eſt, & maximè
per clauſulas ſuperadditas videlicet etiam ſi
ſint dignitatis, &c. vt in litera, & quia ſub no-
mine prioratus venit prioratus ſecularis, &
regularis, vt not. gloſſ. de præben. cum de be-
11 neficio, libro ſexto. † Contrarium puto,
b quia abbatiæ[b] non veniunt ſub nomine be-
neficiorum, vel dignitatum, nam ea quæ ſunt
ſpe-



ſpeciali nota digna ſi non exprimantur non
veniunt, ad hoc ꝙ not. gl. in epiſcopatibus, de
pręb. lib. 6. Item quia hmõi monaſteria plures
diuerſitates habent cum alijs beneficiis in tpe
reformationis, de elec. ne pro defectu, & c. cũ
in cunctis. Item abbatia dr in primo dignita-
tis gradu, ſicut epiſcopatus; cæteræ appellan-
tur inferiores dignitates, 16. quæſtio. 7. ſi quis
deinceps, de hoc per Ioan. Mon. de reg. iur. in
generali. Item de illis expeditur & pronuncia
c tur in conciſtorio[c] ſicut de epiſcopatibus. Itẽ
in illis impetrandis non fit mentio de cura, ſe-
cus in alijs beneficijs. Item in illis non datur
executor impetranti ſicut in alijs beneficijs,
ſed ſcribitur. Sicut onus iniunctum propria
deuotione prompta ſuſcipiat, & non appellã-
tur beneficia, quæ ab alijs tanta rerum diuer-
12 ſitate tractantur. † Præterea in generali con-
ceſſione non veniunt ea quæ quis in ſpecie nõ
fuiſſet conceſſurus de offic. vica. cum in gene-
rali, lib. 6. & c. in generali, eod. lib. de reg. iur.
Sed collatio abbatiæ quæ in conciſtorio prin-
cipis & ore papæ ſolet expediri, veriſimiliter
ſic papa alteri non commiſiſſet. Sed quid de
monaſteriis monialium nunquid includũtur
ita ꝙ poſſit reſeruare, & conferre huiuſmodi
monaſteria, ſcilicet vacantia? videtur pro, &
contra ſupra proxima. q. & puto ꝙ non ratio-
nibus prædictis. Sed pone facta collatione be
neficii de iure vacantis, ſed non de facto quod
eſſe poteſt, vt ſupra dixi, citatur poſſeſſor qui
contradicit, quid veniet in cauſæ cognitionẽ?
Reſpondeo, an fuerit concubinarius; vel an
non fuerit promotus ad ordinem contra di-
ctam conſtitutionem, & idem in ſimilibus, &
procedetur breui manu, & veritate cognita
tradetur poſſeſſio. Sed quid ſi poſſeſſor appel
let ante traditam poſſeſſionem nunquid ſu-
ſpẽdetur poſſeſſionis traditio? Reſpõdeo aut
Epiſcopus proceſſit tanquam ſuper notorio,
& probatum fuit, vel verè erat notorium, &
non ſuſpẽdetur executio, quia appellatio non
retardat ſentẽtiam ſuper notorio latam, de ap
pellat. Romana. Si autẽ non proceſſit tanquã
ſuper notorio: & tunc aut proceſſit vt iudex,
aut vt merus executor. Si proceſſit vt iudex, &
cauſa cognita, videtur quod appellatio ſuſpẽ-
dat. de appellat. non ſolum, lib. 6. verum quia
in literis dictæ gratiæ eſt remota appellatio
non retardabitur executio per appellationẽ.
Si autem vt merus executor, tunc licet qui-
dam dicant quod appellatione non obſtante
procedet, ſecundum ea quæ no. in glo. magna
in clem. prima, de offic. iud. Puto tamẽ impe-
diri executionem niſi obſtet remotio appella-
tionis de quo ſupra. Sed nunquid præfatus
Epiſcopus poterit poteſtatem ſuam prædictã
alteri delegare? Puto quod non in electione
perſonarum, quia eius induſtria eſt electa, vt
in dicto capitulo fin. de officio deleg. & eodẽ
tit. libro 6. Ea vero quæ cauſæ cognitiocem,
vel factum explicandum requirunt commit-
tere poterit per ibi no. Sed nunquid prædicta
d gratia facta Epiſcopo re integra expiraret d
per obitum papæ concedẽtis? reſpondeo non;
quia iſta gratia fuit facta collatori, & ſtatim
fuit conſecuta effectum per decret. ſi cui. de
præbend. lib. 6. & not. Ioan. Andr. de fil. pre-
sby. ex tua. ſuper ver. aliquibus. An Epiſcopus
poſſit prouidere vigore dictæ gratiæ alicui
clerico habenti ſufficiens beneficium, vide de
præben. cum olim, ſecundum Innocent. & de
præb. is cui, cum illis, & quamuis, libro 6.
Lapus de Caſtiglionchio.

## Addit. Quint. Mandoſij.

a ¶ D. Papa.] *Hæc eſt pulcherrima alleg. & praxi. Rom. Cur. valde conferens, quam & eius materiam reaſſumunt Gaſp. de Peru. in 8. q. 1. quæſt. princip. in tractã. Reſerua. & Aene. de Falco. in 6 eſſe. 4. q. prin. dum quæ runt, an beneficia reſeruata veniant ſub fa cultate alicui conceſſa de reſeruando qua- cunque beneficia vſque ad certum nume- rum collationi ſuæ. Miror tamen quòd Aene. contra Gaſparem, ita prorupit vt im pudentem cum cenſuerit ex quo tacuerit Lap. eadem dixiſſe, cum videam Lapum in dicta quęſtione 8. a Gaſp. pluries citatum, & demum Gaſpar. ſe ad Lap. hic remittit, ad quem etiam ſe remittit Franc. in c. 2. nu- mero 4. de præb. lib 6.*

b ¶ Reſeruando. [ *Iuxta hanc literam Pa- pa videtur ſibi reſeruare, vel ſi non ſibi ipſi Papæ, Papa reſeruaret illi epiſcopo, vel al teri cui concedit, ideo legendum, puto re- ſeruandi, & ſic Papa concedat alicui*

 *pote-*

poteſtatem reſeruandi ſibi 1.illi cui Papa hoc indultum concedit. Et ꝙ ita ſit legendū colligitur ex hac alleg.infra,num.2. ibi ex quo Papa concedit ꝙ per auctoritatem ſuā reſeruet,&c.& ante num. 6. ibi quia dicta gratia epiſcopi intelligitur ꝙ reſeruet, & conferat,poſt num.7. ibi ita reſeruet in genere,& alijs in locis.Et ex facie quæſt.Gaſpar.de Peru.& Aene.de Falco.vbi ſupra, & eiuſdem Aeneæ,q.1 prin.2.par.dū quęrit,an legati omnes reſeruare poſſint, poſt numer.1. verſiculo poſſent etiam alij citra Cardinales legatos reſeruare ex ſpeciali facultate eis a Papa cōceſſa,&citat Lap.hic.

c ¶ Alleg.96.] *Aene.de Falco.in dicto trac. Reſeruat.in 4.quæſt.princ.in 6.effe poſt numer.4.citat ſub num.105.& prius, nu.4. & pluribus alijs in locis in dicto 6. effe. ad idem citauerat hanc alleg. 84. quas etiam 84.& 96. ad idem refert Philip. Franc.in cap.2.num.8.ſuper gloſſ.in verſ.collatio. de præben.lib.6.*

d ¶ Non includuntur.] *Hæc eſt prima diſt. ſeu concluſio.quæſt. hic poſitæ videlicet ꝙ beneficia reſeruata ex vacatione in curia non includantur in hac facultate, ſub quacunque verborum generaliter conceſſa per dictum,cap.2.hic alleg.Et voluit Rot.461. no.ꝙ habens in antiq.& in no.87. habens quòd in generali poteſtate conferendi beneficia ſedi apoſtolicæ reſeruata vacantia in Rom.Cur. prohibitum non veniat per dictum c.2.de præben.lib.6.Cum Lapo etiam hic concludunt prælleg Gaſp.in tracta. Reſeru.in 8.quæſt.1.par.colum.1.verſ.primo caſu non veniunt,& Aene. in 6.effect. in prin.verſ.prima concluſio eſt in hac prima concluſio.nemo eſt(quem viderim)qui a Lapo diſſentiat.*

e ¶ Poſt dictum menſem.] *Lapum hic citant & ſequuntur Gemin.in c. quamuis 2. num.6.verſ.in eadem gl,& Franc.nume.4. de præben.lib.6.& Aene.de Falco.de reſerua.in 4.quæſt.prin.in 6.effe. ante nume.3. verſic.Et ſi iſta mea.*

f ¶ Glo ſed quæritur.] *Puto legendum Gl. in ver.ordinatur in c.fi.de conſue.lib.6. vbi glo. idem quod Lap. hic decidere videtur, & ibi Franc.ſuper dicta gloſſ.in §.ſeu verſ. in præben.num.5.citat (licet ſub alio numero) & ſequitur hanc Lapi alleg. Lap. etiam hic referunt, & ſequuntur idem Franc. in c.ſtatutum,ante num.9.verſ.& facit quod not.Lap.de præben.eod.lib.6. & Aene. de Falco.in dicto 6.effe.4.glo. prin. poſt nu.2. Ad idem etiam glo.illam citat Hier. Gig. de penſio.q.63.num.11.*

g Reſeruata.] *Vel legēdum eſt reſeruat,vel reſeruantur, vt intelligamus beneficia per dictum c.2.de præben.lib.6.in Rom.Cur.vacantia,& ſedi Apoſtolicæ reſeruata ſolum per papam nonnunquam reſeruari, puta,in fauorem alicuius perſonæ gratæ & ego aliquando ſic reſeruari vidi tempore Fel.Rec. Pauli IIII.Ratio, & cauſa reſeruandi erat ad refrenandum,& remouendos, ſeu excludendos alios,qui beneficia ſic vacatura obtinere ſperabant. Vel legendum eſſet loco verbi reſeruat, conferuntur,vt inferat beneficia vacantia in Rom. Cur. cum ſolum per Papam conferri ſoleant, & debeant, quantūcunque adſint clauſulæ generales, & prægnantes in aliqua facultate illa reſeruandi,& conferendi non operentur contra diſpoſitionē dicti c. 2. niſi fiat ſpecialis, & expreſſa mentio,prout dicit tex. in dicto cap.2 ibi, niſi ei ſit, &c. & Rot.461.not. quòd habens. in antiq. & latè poſt Anch. & Gemin.per Pilip.Franc.in d.ca.2.in vlt. not.num.3.*

h ¶ Specialiter reſeruauit.] *Secunda conclu.quæ elicitur ex dictis Lapi hic,eſt,quod beneficia ante conceſſionem præmiſſæ facultatis ſpecialiter reſeruata comprehendantur in ea, cum interpretatio larga facienda ſit contra ipſum concedentem,cum non lædat alium.Si vero poſt dictam facultatem conceſſam ſint ſpecialiter reſeruata non cōprehendantur. Oīa hæc verba Lapi reaſſumit Gem.in c.quamuis,2.poſt num.8.verſ.*

*Et*



*Et primo quid de beneficijs ſpecialiter reſeruatis,& ponit hanc diſti. Lapi,& cum Lapo tranſit,lib.6.Hanc diſtinct.refert,& cōprobat Gaſp.de Peru.in d. tract. Reſerua.in 8.q.1.par.verſ.ſecundo habent locum. Et Falco.in prælleg.6.effe.4.q.prin.nu.2.verſic.ſecunda concluſ.Eſt verum quod primā partem diſtin.Lapi poſtea verſic.circa iſtā, impugnare videtur ſaluat tamen verſ. poteſt tamen in duobus caſibus.*

i ¶ Iuris & non facti ] *Legerem abſque illa negatiua,motus quia dictum Doctoris intelligi debet iuxta legem,quam citat,prout per Bart.in l.non ſolum.§.liberationis,ante nu.8.ff.de lib.leg.& in l.cum quidam,verſ. ſolu.intelligo dictum iuriſcon.ff. de ijs qui. vt indi.Ioan.And.in c.cum nuntius,verſus fi.de teſtib.Rom.conſ.76.in cauſa,col.fi. verſic.dico quòd Bal.& D.meus,conſ.189. lætatus,poſt princ. tex.autem in cap. cum noſtris,declarat vacationem intelligi debere quando de iure,& de facto.Et facta mentione vacationis ſimpliciter intelligitur de vacatione iuris,& facti. Et hoc ſeruatur, prout declarat Card.in d.c.cum noſtris, in 1.q.in 5.lect.& in 14. q. Idem etiam voluit Rot.196.habens gratiam,in Addit. in no.& Cald.conſ.6.an ſtatutum, num.3. de conſt.Rurſus idem Lap.in hac eadem alle. poſt num.9.verſic.ſed verum eſt dicere illum tex.in c.cum noſtris, ad hoc adducit, quod ſupponat vacationem de iure, & de facto,licet poſtea illum limitet,prout ibi. hoc modo abſque negatiua legendum eſſe hic ſupponit,referens verba Lapi hic,Gaſpa.de Peru.in dicta 8.q.1.par.col.1.verſi. Et verbum vacationis includit vacationē de iure,& de facto. Et quod Lap. hoc voluerit colligitur etiam ex verbis Ioan.Frā. Paui.olim præclari Rotæ auditoris in trac. de off.& pote.capit.ſe. vacante,in 7.prælu. nu.15.vbi ad hoc probandū citat Lap. hic.*

K ¶ Optio.] *An reſeruatio impediat optionē,vide vltra Doct.in alleg.hic,c.fi.de conſuet.lib.6.Rot.218. ne quod ſecundum, in antiq.& 296.ſicut canonicatus,in no.Cald. conſ 3.an valeat,ſub tit.de conſuet.pulchre per Cardin.conſ.16.D.Papa, nu.6. & ſeq. vbi diſtinguit.Gemin.conſ.30.quo ad primum,vbi etiam poſt Lap. Abb.diſtinguit, late per Gaſp.de Peru.in tract.Reſeruat. in 2.quæſt.1.par. dum quærit, an reſeruatio impediat optionem,& clarius,& magis diſtincte per Aene.de Falco. in 5.effe. 4.qō. Lapum etiam hic citat,& ſequitur nouiſſime Gig.in tract.penſio.q.63.nume.9. Circa hoc quæſitum aduertendum eſt quòd hodie cum reſeruationes concedi ſoleant motu proprio,& cum clauſula.Non obſtan. conſuetudinibus,&c.& non obſtan.quibuſcunque per quę gratia quomodolibet tolli, vel differri poſſet, non videtur amplius diſputationi locus,& ſic clara videtur hodie cōcluſio quòd reſeruatio quęuis optionem tollat, ſeu impediat,& hoc etiā videtur velle Stephi.ſuper ſigna. poſt clauſulam derogatoriam ſtatutorum, & conſuetudinis optandi,fol.101.& Clarius Caſſa.Dec.4. de conceſſ.præben.*

l ¶ De beneficijs generaliter reſeruatis.] *Hæc eſt tertia principalis concluſ. Lapum hic refert,& ſequitur Gem.in alle.c.quamuis,2.ad fi.verſic.ſed tu vide plene de præben.lib.6.Cum Lapo etiam tenet Gaſpa. in dicta 8.quæſt.1.parte,verſ.Tertio caſu, & Aene.in dicto ſexto effe. 4.quęſtione princip.nu.4.verſicu.Tertia concl.vterque limitat,vt ibi, quorum limitationes diſcutere non eſt hic locus.*

m ¶ Deuolutis.] *Hanc quartam concluſ. principalem ſequitur remittens ſe ad Lap. hic Gaſp.vbi ſup.ver.quarto caſu,& Aen. in dicto ſexto effect.numero ſeptimo, verſicu. quarta concluſ. vbi poſtea reaſſumit quæ prius dixerat,ea declarando,& diſtinguendo vt ibi.*

p ¶ Præſentatio laicorum.] *Idem voluit Innoc.in cap.cum.autem,in fine,de iu.patr. & ſupponit Card.in clem.vni.in 1.oppoſit. vbi Apoſtil.ſequitur Lap.hic,de ſup. negl.*

S 4 *prælat.*

*prælat. Idem voluerunt Archid. & Gem. ſuper gl. in ver. collatio, nu. 11. & Fran. nume. 9. in c. 2. de præben. lib. 6. Idem etiam concludit Felin. in c. cum Bertoldus, num. 7. verſ. & aduerte quia licet electio. de re iud. Et Lap. hic referunt & ſequuntur idem Felin. in c. in noſtra, poſt nume. 29. verſ. ſcias etiàm quòd licet, de reſcrip. Ioan. de Syl. de Bene. par. 3. q. 11. nu. 31. verſ. quia præſentatio clerici, & Lambert. de iu. patr. art. 3. q. 9. par. 1. lib. 1. ante nu. 28. verſic. ego pro hoc vltra eum adduco Lap. alleg. 4. dic tu allegat. 84.*

o ¶ Beneficia laicorum. ] *Idẽ voluit Lap. infra alleg. 96. beneficia vacantia, ubi latè Gemin. poſt Specu. in c. 2. poſt nume. 12. de præbẽ. lib. 6. Vide quæ ſcripſi in 8 q. 1. Reg. Cancel. Et Lap. hic citant, & ſequũtur Frã. in alleg. cap. 2. num. 8 ſuper glo. in ver. collatio. de præben. lib. 6. Lamber. de iur. pætr. art. 22. queſ. 6. par. 1. lib. 2. ante num. 4. verſic. Et demum, ac Sarnen. in 27. q. Regu. de Annan. ante num. 5.*

n ¶ Præſentatio clericorum.] *Hoc eſt notabile dictum quòd in illa clauſula in derogationibus poni ſolita, Ad alicuius collationem, preſentationem, vel prouiſionem pertinent. interpretatio faciẽda ſit de præſentatione clerici, non autem laici, prout etiam voluit idem Lap. alleg. 96. beneficio vacante, poſt num. 2. verſ. & facit optime. Et ſequitur Lap. Barb. conſil. 23. col. 6. in fi. verſic. Et hanc doctrinam etiam refert, & ſequitur Lap. lib. 1. ac Felin. in tract. qualiter. apoſtol. in 3. amplia. colum 3. verſus finem, & Ioan. de Syl. de Bene. par. 3. q. 11. poſt num. 16. verſic. item etiam iſtud procedit, Mar. Soc. Iun. conſil. 131. quæſtio propoſita, num. 48. lib. 1. Lamber. de iure patr. art. 6. in princ. quæſt. 9. par. 3. libro 2. Idem etiam voluerunt Staph. ſuper ſigna. de mo. & for. impe. fol. 54. verſic ſed dubium eſt, & nouiſſimè Rebuff. in praxi, in tertia parte ſigna. nu. 59. verſ. No. ꝙ in derogatione.*

q ¶ Ne captandæ.] *Videlicet, lib. 6. l. finali, C. de pact. c. 1. & 2. de conceſ. præbend.*

r ¶ Cui debetur.] *Quinque caſus conſiderari poſſe videntur, primus eſt ſi in nominatione perſonarum epiſcopus declaret quem vult habere primum beneficium, quem ſecundum, & ſic de aliȷs. Alter præmiſſo ſimilis erit ſi epiſcopus declarauerit quem, ſeu quos præferri voluerit in acceptione beneficiorum, puta ſi dixerit A. eligere poſſit vnum ex quatuor beneficiȷs ſucceſſiuè vacaturis, & facta electione de vno per A. alterum eligere poſſit B. Rurſus & tertium C. in iſtis duobus caſib. erimus in claris quod attendenda ſit declaratio, ſeu voluntas ipſius epiſcopi. Tertius caſus erit ſi eadẽ die coram quatuor notariȷs ſigillatim quemlibet ex quatuor nominauerit, nec apparere poſſit quem prius, quem poſt nominauerit, & hoc caſu ſat dubitari poſſet, an ſit locus gratificationi, de qua per Lap. hic, ſeu epiſcopus poſtea declarare poſſit, quis præferendus ſit, an vero diligentior in acceptando, aliȷs præferri debeat ad text. in ſimil. in capitulo duobus hic alleg. in ſecundo reſpõ. de reſcript. libro ſexto, Rot. 402. no. ſi vnus. 462. no. quòd gratiæ. in antiq. 100. ſi vnus. & 106. gratiæ informa, in not. Staph. ſuper ſigna. fol. 93. verſic. quid autem ſi eſſent pares, Sarnen. de Mand. de proui. num. 112. verſic. & ideo, uel an potius propter incertitudinem quilibet ex quatuor excludendus veniret argumen. tex. in l. duo ſunt Titȷ, ff. de teſtamen. tute. l. ſi fuerit legatum relictum, & l. ſi quis de pluribus, ff. de rebus dub. cum aliȷs quæ in ſimil. adduco in quarta quæſt. 3. Reg. reſeruat. Quartus caſus ſi hodie epiſcopus nominet A. craſ. B. die ſubſequen. C. alia verò die D. Et tunc videtur argui poſſe ab ordine nominationis, vt priori die nominatus poſteriori die nominato præferatur in beneficio prius vacaturo, argumen. tex. in l. Gallus, §. quidam recte cum glo. in ver. non exprimatur, ff. de libe. & poſthu. l. cum pater, §. penult. & ibi not. gloſ. in verbo, ordine, ff. de legat. 2. l. quoties. ff. de vſufruc. c. mandato. de præbẽ. lib. 6. Demum quintus caſus quarto parum diſſimilis erit ſi epiſcopus in eadem ſcriptura nominet hos quatuor, & tunc videtur idem dicendum quod in proximo caſu, vt attendi debeat ordo ſcripturæ, prout Lap. hic ſentire videtur, & in dubio ſemper ordo ſcripturæ attendi debet. Bartol. & Bald. in 1. conſtit. C. §. quibus. l. generaliter. §. ſi quidem. ff. de fideicomm. liber. vbi inſpicitur ordo verborum, ſeu literæ, glo. in c. quorundam. in uer. prædicatorum. de electio. lib. 6. Bald. in nota. conſil. Schiſma. poſito poſt rubr. C. ſi quis allega. teſta. probi. col. 11. num. 19. verſ. diſcutiamus inſuper populi ſermonem. & D. meus Phil. Dec. conſ. 160. pro D. præpo. colum. 1. verſ. 5. hoc ſup. videtur. & 485. num. 8.*



ſ ¶ De reſcrip. lib. 6. cum glo. fi. verſ.] *Et no. per hanc literam. De hac proteſtatione loquitur infra Lap. Alle. 120. Fulcinius, vbi etiam diſcutio an per acceptationẽ beneficȷ ſibi non debiti quis ſibi præiudiciũ intulerit. Hanc materiam latè diſcutit Ludo. Rom. conſ. 329. præſens conſultatio, qui etiam citat dictam Alle. 120.*

t ¶ Non tenet. ] *Lapum hic citat Aene. de Falco. de reſerua. verſus fin. 6, effe. 4. quæſt. princ. poſt nu. 14. ad probandum quòd ordinarius ignorans reſeruationem in genere validè conferat. Ego autem dico, quòd contrarium concludit ſubdens quòd decretum ligat ignorantes, vt etiam per eundem Aene. in loco citando, & per Affli. in ca. vni. quæ ſint regu num. 21.*

u ¶ Ignorantes. ] *Hoc dictum Lapi ſequitur Aene. de Falco. de Reſerua. in 1. effe. in princ. in 4. quæſt. princ. & ego latius probo ſupra Alleg. 14. concluſio. num. 3. in ver. decretum.*

x ¶ De facto.] *Videre poteris quæ ſcripſi in 13. quæſt. 3. Reg. cancel. Et hanc Alle. citat Aene. de Falc. in tracta. reſeru. in 4. q. princ. in 18. effectu.*

y ¶ Quia illud.] *Hæc diſtinct. Lapi communiter tenetur per Doctor. in dicto cap. cum noſtris. prout etiam per Felin. in cap. in noſtra. in 36. core. poſt nume. 34. de reſcript. verſ. contrarium tenuit Lap. Et licet contra dictum Lapi hic aliqua adducat Felin. vbi ſupra, poſt a tamen concludit opinion. Lapi communiter teneri, verſ. Tamen communis opin. Doctor. in dicto cap. cum noſtris tenet iſtud quod dicit Lap. Hanc etium diſt. Lapi refert, & communem teſtatur Sarnen. in 5. quæſt. Reg. de non tol. iu. quæſi. nu. 11. quem Lap. hic citat etiam, & ſequitur idem Sarnen. in 49. quæſtio. Regu. de Trien. numero 4.*

z ¶ Quod ſic. ] *Ponderat hic Lap. verba literarum facultatis reſeruandi ſupra in princ. poſita videlicet. Etiam ſi dignitates, vel perſonatus exiſtant, & curam habeant animarum, & ad ea conſueuerit quis per electionem aſſumi &c. Vnde non ſolum appellatione beneficȷ, quod verbum latiſſimum eſt, aptum comprehendere quoduis beneficium, cuiuſuis qualitatis, vt in capit. beneficium. de regul. iur. lib. 6. per Calder. conſil. 4. an per iſtam. ſub titu. de præbend. glo. in ver. beneficia. in c. ſi gratiosè, & ibi Gemin. poſt num. 16. de reſcript. lib 6. Sed etiam appellatione dignitatum Abbatiæ venient, ſiue dicamus Abbatias non eſſe dignitates, ſiue eſſe ſimiles aliȷs dignitatibus, vt per Archidiac. in cap. fraternitatem, poſt medium, verſ. cum nomen Abbatis ſit nomen officȷ, non dignitatis. 71. diſtinc. cap. quamquam, cum ibi nota. de electio. lib. 6. iun. ȷs quæ voluit Ioan. Andr. in c. 2. de præben. eod. lib. ante nu. 5. vbi ꝙ in deuolutione ad ſuperiorem Abbatia æquiparatur aliȷs dignitatibus inferioribus epiſcopatu, & prius præmiſerat quòd curia non recipit ꝙ Abbatia nõ ueniat ſub nomine dignitatis, etiã cũ Io. An. reſidet Anch. ibidem, ad fi. Et uoluit idem Io. And. cum quo Abb. & aliȷ tranſeunt in c. maioribus. in princ. de præben. Abbatias & perſonatus poſſe dici beneficia media, Hoc etiã voluit*

luit Abb.in cap. per tuas.de ſimo.Et idem
tenere videtur Dom. meus Phil. Dec. poſt
Abbat.licet aliud dicat ſentire Lap. hic in
repet.c.decernimus, num.4.de iudi. Idem
etiam concludere videtur ibidem Io.Fran.
a Ripa num.31. vbi citans Lap.hic dicit ꝙ
non eſt mirum ſi hoc tenuit, quia ipſe erat
Abbas,puto quòd ipſe Ioan.Fran. æquiuo-
cet dum hunc Lap. Abbatem vocat,alter
enim Lap.erat Abbas non hic, vt in præ-
fa ad has Alleg.aduerto. De Abbatijs vi-
de etiam infra in ver. Abbatæ.

a ¶ Latiſsimum. ] Hinc videmus in mate-
ria non ambitioſa ſub poteſtate conferen-
di beneficia, vicarium conferre poße digni
tates.Rot.436.no.vtrum vicarius. in anti.
Gemin.& Franc.in cap.fin.alter ad finem,
alter vero poſt princ. in ult.not. de offic.
vica lib.6.

b ¶ Abbatiæ non veniunt.] Abbatiæ ꝙ
ſint ex maioribus dignitatibus, & ſpeciali
nota dignæ, ita quòd non veniant ſub ſim-
plici appellatione dignitatum, prout con-
cludit Lap.hic adduci poteſt tex.in capit.ſi
quis deinceps epiſcopatum, uel Abbatiā.
16.quæſt.7.in c.ne pro defectu. vbi cathe-
dralis eccleſia,& regularis æquiparantur.
de electio.prout etiam per glo.fin.ad fin.in
c.penult.de corpo.vitia.Ioan.Monac.in ca.
Inquiſitores.de hæret.lib.6. Ioan. And.in
c.2.poſt num.4.uerſ.& ibi Abbatis.de præ
ben.eod.lib. Pro hac opin.Lapi videantur
quæ ſcripſi in 3.q.26.Regu.num.8. & ſeq.
vbi etiam diſtinguo inter Abbatias. Et
quantum ad terminos Lapi hic pro eo om-
nino concludendum eſt, prout cum eo etiā
tenuerunt Franc.in dicto ca.2. dicens hanc
opin.veriorem poſt nu.5.verſ.ſed certe opi.
de præben.lib.6. Nec ab opin. Lapi recedit
D. meus Phil.Dec.in alleg.cap.decernimus,
poſt num.4.de iudi.immo ad Lap. hic ſe re
mittit. Hanc etiam opin.Lapi veriorem aſ-
ſerit Sarnen. in 14. quæſt. Regu.de infirm.
poſt num.2.in 11.quæſt.Reg.de Anna. nu.
4.& in 3.de Valo.poſt princip. Cum Lapo
etiam tranſit Prob.in Addi.ad gloſ. prag-
ma.c.ſicut.§.quanta.de electio.in uer. præ-
latum,& Rebuff.ſuper concor.rub. de Man
da.Apoſtol. §. declarantes.in ver.dignita-
tes.in fi.pro præmiſſis uide etiam Gemin.in
c.2.num.10.de præb.lib.6.

c ¶ In conciſtorio. ] Vide quæ ſcripſi in 3.
quæſt.Reg.de Vnio.num.5.& ſeq.& in 16.
de Anna.num.1.& ſeq. Et hoc dictum La
pi ſequitur Sarnen.in 14.q. Reg.de infirm.
nu.2.verſ.Breuiter puto.

d ¶ Expiraret. ] Quòd non expiret volue-
runt Anch.in c.2.in 3.quæſt. Gemin. poſt
num.9.verſ. poſſet concudi, quòd aut ſuc-
ceſſor.& Fran.nu.11.in 1.quæſt.de præben.
lib.6.Et hoc dictum Lapi refert, & ſequi-
tur Aene.de Falco.de reſeruat.in 6. eſſe.4.
quæſt.princ.nu.13.in 6.quæſt.Idem voluit
Gemin.in c.ſi cui nulla,poſt num.2. de præ
bend.lib.6.

SVMMARIVM.

1 Ciuitas Tudertina, an ſit quo ad iuriſdi-
ctionem temporalem eccleſiæ ſubiecta.
2 Maior pars eccleſiæ, an poſſit prouide-
re in ijs, quæ reſpiciunt ipſius vtilitatē.
3 Maior pars ciuitatis,ſeu collegij an poſſit
ea quæ conſueta ſunt per ciuitatem, uel
collegium fieri.
4 Ciuitas ſubiecta eccleſiæ quo ad tempora
lem iuriſdictionem an poſſit preſcribere
contra eccleſiam.
5 Ciuitas an poſſit ex preſcriptione ſibi quę
rere libertatem.

## ALLEGATIO LXXXV.

IN Chriſti nomine amen. Vi-
ſis omnibus quæ pro Sancta
Romana Eccleſia allegantur
ex parte vna,& quæ pro ciui-
a tate Tuderti [a] ex alia. † Vtrū
1 videlicet Sancta Romana ec-
cleſia habeat aliquam iuriſdictionem tempo-
ralem in dicta ciuitate Tuderti, vel diſtrictu:
videtur iuridicè poſſe dici dictam ſanctā Ro.
Eccleſiam nullam temporalem iuriſdictionē
habere in ciuitate prædicta,vel eius diſtrictu,
ꝙ hoc ſit verum probatur,quia ſi quam iuriſ-
dictionem temporalem velit eccleſia Roma-
na prætendere ſe habere in ciuitate,vel diſtri-
ctu prædictis, nulla alia ratione fundare po-
teſt nec fundare ius ſuum niſi ex altero de duo-
bus,vel ex ſubmiſſione nouiſſimè facta,vel ex
donatione facta eidem eccleſiæ per Conſtan-
tinum. Primum autem non videtur de iure
quantum ad prædicta opitulari Romanæ ec-
cleſiæ:quoniam ſubmiſſio prædicta, & quæli
bet eorum minus ſolenniter facta fuerunt,qđ
apparet,quia non ſimul a tota ciuitate, ſed a
parte ciuitatis ſeparatim ab intrinſeca, & ex-
trinſeca facta fuerunt,ſiue etiam diuiſim: per
vicos,& parochias,ergo non valuerunt, nec
valent.C.de decur.l.2. & quod ibi no. & in l.
nulli.quod cuiuſq; vniuer.ff. In ijs enim quæ
ſunt communia pluribus, vt vniuerſis debet
eorum conſenſus interuenire ſimul, vt ſingu-
lis non ſegregatim vt ſingulorum alias nō va
lent geſta.extra de conſti.cum omnes.& quod
no.ibi Ber.& Innoc.& Bart.in l. quod maior.
ff.ad municip.de ſeruit.ruſt.prædior l.fundū.
Item ꝙ omnes legitimè vocandi fuerunt,etiā
abſentes,ꝙ cum factum non fuerit non valuit
quod eſt geſtum ſubmittendo. l. nominatio-
num.C.de decur.lib.10.& quod not.in d.l.2.
& per glo.in d.c.cum omnes.ſecundum Inn.
& per glo.in §.non igitur,in fi.in auth.de de-
2 fenſo.ciuita.colla.3.† Item eſto ꝙ maior pars
Tudertinorum hoc ſolenniter conceſſiſſet,
non ſufficit,quoniam in ijs demum quæ reſpi
b ciunt vtilitatem, vel neceſſitatem [b] collegij
ſufficit maior pars,de reg.iur.c.quod omnes,
cum ſimil.ſupra allega. ſed in alijs requiritur
conſenſus omnium,ſicut in ijs quæ eſſent cō-
munia pluribus vt ſingulis,ita tenet Innoc.&
Bar.in d.c.cum omnes,& Bart. in l.ꝙ maior,
quod maximè verum eſt in ijs agendis ꝑ quę
finitur eorum iuriſdictio,aut libertas. C. de
authorit.præſtan.l.fi.ſiue ergo ante dictā com
c miſſionem,ſeu ſubmiſſionem libera erat, [c] hu
iuſmodi ſubmiſſiones non reſpiciebant vtili-
tatem,vel neceſſitatem ciuitatis: quia mutaba
tur eius ſtatus in deterius.l.cum quis,in prin.
ff.de ſolu.igitur valere non potuit,niſi oēs,&
collegialiter conſenſerint, vt in præalleg. iu-
ribus:ſiue etiam alteri ſubiecti erant, non po-
tuerunt valere dictæ ſubmiſſiones,rationibus e
prædictis,& quia non potuerunt alteri ſubij-
ci.ff.de acquir.poſſeſſ.l.rem quæ nobis. & l.ſi
rem.eod.tit. & quod nemo dat ꝙ non habet.
de reg.iur.c.nemo dat.lib.6.Item facit ad præ
dicta, ſ.quod ſubmiſſiones prædictæ non va-
leant,illud ꝙ ſcribit,& notat Bar.in l.ſi quis a
d filio.§.1.ff.de leg.1. [d] Item † quia poſſet ma-
3 ior pars ciuitatis, ſeu collegij ea facere q̄ ſunt
conſueta per ciuitates, ſeu collegium fieri, &
quæ fierent bono zelo. Inconſueta autem ma
ximè alijs tam præiudicialia, non poſſunt a
maiori parte fieri,ſed eſſet neceſſe omnes con
ſentire ſecundum quòd dictum eſt iuxta glo.
Ber.in c.cum omnes. Ad prædicta etiam fa-
ciunt literæ dictæ ciuitati Tuderti conceſſæ ꝑ
Bonifacium Papam, quibus expreſſe ſenſiſſe
videtur dictas ſubmiſſiones non valuiſſe de
iure. Ad ſecundum,nec videtur opitulari Ro
manæ eccleſiæ.ſ.donatio Conſtantini vt ex ea
poſſet dici eccleſiam Romanam habere iuriſ-
dictionem temporalem in dicta ciuitate Tu-
derti,vel eius diſtrictu, etiam præſupponen-
do quòd dicta donatio valuerit de iure: & ꝙ
per eam Romana eccleſia iam habuerit iuriſ-
dictionem temporalem in dicta ciuitate Tu-
derti,& eius diſtrictu,quoniam ſecundum ꝙ
in puncto proponitur nec eccleſia Romana il
la.ſ.iuriſdictione temporali, nec alius pro ea
vnquam vſus eſt;hoc eſt a tanto tempore citra
cuius contrarij memoria non extat,ſed ipſa ci
uitas,ſiue commune, vel populus tanquam li
ber,& libera,illa exercuit, exercet, & vſa eſt
dicto tempore;ex quo infertur eccleſiam Ro-
manam hodie temporalem iuriſdictionē non
habere. Sed ipſam ciuitatem,& populū ſicut
ſi Romana eccleſia expreſſe, & ſpecialiter illi
conceſſiſſet, maximè cum ciuitate prædicta
ſciente aduerſario, hoc eſt Romana eccleſia,
vt l.hoc iure.§.aquæductum.de aqua quotid.
& eſti.ff.& l.1.in fi.de aqua pluuia arcenda.ff.
4 † Si enim ciuitas,aut populus prædictus fuit
a dicto tempore citra in quaſi poſſeſſione iu-
riſdictionis prædictæ, & maximè aduerſario
ſciente tutus eſt contra Romanam eccleſiam
præſcriptione,& eam ſibi iuriſdictionem quæ
ſiuit;quæ ſic antiqua ſibi ſeruari debet tanquā
ſibi iuriſdictione conſtituta, & adiudicata.
vt lege ſecunda, C. de fund. limitat.libro un-
decimo. & l.1.de paſcuis publi.eod.lib. quod
corroboratur etiam quia ſecundum opin.glo.
& decr.præter iuriſdictionem hoc merum, &
mixtum imperium [e] tempore prædicto præ-
ſcri-

ſcribitur & præſcribenti quæritur, ſecundum quod no.gl.in l.nec nos. C.de diuer.offi.li.12. & in authen.de defenſo.ciuita. §.nullam.in fi. glo.magnæ.colla.3.& Cyn.in l.1.C.de emancipa.lib.& hoc tenet in l.more. ff. de iu.omn. iud. circa fin.in gloſ.circa hoc late arguendo, pro, & contra, idem etiam tenent in l.imperium,de iuriſ.omn.iudic. per multas rationes quas quia interſerere longum eſſet omitto.

f †Hoc etiam ſentit Bar. ꝙ poſſit ciuitas ſibi ex præſcriptione inferre f libertatem contra ſuperiorem,& merum,& mixtum imperium.in l.hoſtes,ff.de captiuis, & l.1.in fine.ff.de aqua plu.arcen.& glo.in d.§.nulla.in authen.de defen.ciuit.& Ioan. Cald. in c.cum non liceat, de præſcript.extra:facit ad prædicta l.ſi quiſquam ff.de diuerſis & temp.præſcrip.Ex quibus clare concluditur Romanam eccleſiam ſecundum prædicta nullam iuriſdictioné habere ſpecialem in ciuitate Tuderti, ſed illam ipſi ciuitati,& populo eſſe quæſitam, & ſubmiſſam, vigore cuius ſubmiſſionis quæ facta dicatur,& per omnes dictas ciuitates inquietandam, & moleſtandam non eſſe in iuriſdictione prædicta glo.tamen ordinaria no.contrarium in c.venientes,de iureiur.

## Addit.Quint.Mandoſij.

a ¶Tuderti.] *Tuder,ſeu Tudertum oppidũ eſt Vmbriæ mediterraneę,teſte Plinio li.2. cap.12.Hæc vrbs,antiqua, nobilis, & potens, propter factiones quę ibi olim erant diuerſos paſſa eſt caſus, unde ſeu ſponte, ſeu aliàs Tudertes ſe dederunt ſedi Apoſtolicæ, & Romanæ eccleſiæ,prout etiam Peruſium,& innumeræ aliæ ciuitates.Vel iuxta aliorum opinio. hæc ciuitas, & alia pleraque loca Vmbriæ, & aliarum regionum a Coſtantino, uel alio Imperatore Sedi Apoſtolicæ donata fuere, uerum aliquorum ſenſu, uel potentia ab obedientia Sedis Apoſtolicæ aliquando ſe ſubtraxerunt,ad quam tandem redeuntes ſub imperio Romani Pontificis etiam in temporalibus remanſerunt. Lapus noſter hic conſuluit pro ciuitate Tudertina contra Romanam Eccleſiam etiam ſuper hoc uenia non impetrata,imò nec forſan petita, A ſimilibus ego abſtinuiſſem,prout ijs diebus abſtinui in re grauiori,ac maioris momenti. Ipſe Lap. concludit contra ſedem Apoſtolicam,quòd ciuitas Tuderti quo ad iuriſdictionem temporalem non ſit Romano pontifici ſubiecta. Hanc Alleg. Lapi. citant, & ſequi uidentur Martin.Laud.in tract.de principi.q.449.ſub uer. hodie ciuitas Tudertina non ſubeſt eccleſiæ Romanę. Apoſtil.ad Abba.in c.Cumanę,col.4.in prin.in uer.ſed oportet,& ibidem Feli. poſt nu.15. verſ.& per hanc.& ante num.23. uerſ. & adde Lap.de conſtit.Idem Felin. in c.ad audientiam.poſt nume.22. uerſ. & idem dicit Lap.de populo Tudertino. de præſcr. Ioan. Fran.paui ad fin.5. prælu. poſt num.21. de offi.& po.cap.ſe.uacan.& D. meus Philip. Dec.conſ.249.in caſu.poſt num.1. Contrariam opin.quam ueriorem puto tenuit glo. quæ dicit quòd ciuitas Tudertina etiã quo ad iuriſdictionem temporalem ſubeſt D.Papæ de iure. Et ſi illam glo. citauit idem Lapus pro opin.contraria debuit illi reſpondere.Vel potius illam glo. allegauit Anto.de But.uel Gemin.qui ad Lap.hic aliquas Apoſtil. fecerunt, & uter eorum, uel alius fuerit illam glo.comprobare uiſus fuit, ac contra Lap.ſentire.Pro illa glo.adduci etiã poteſt Hoſtien.in dicto c.uenientes.in prin. iuxta primam opin.Idem quod glo.uidelicet,quòd ciuitas Tudertina eſſet de temporali iuriſdictione eccleſiæ tenuit ibidẽ Bal. num.4. in ult. not. Cum illa gloſ. reſidere etiam uidetur Lud.Rom.in l.quoties, nu.3. licet ſubdat Lap.hic contrarium tenere. ff. ad Trebell.Idem ſupponit,& cum glo. reſidet Abb.in d.c.uenientes, col.2. in 1. & 2. no.& Martin. Lud.dicto tract.de princi. quæſt.349.dum ſubdit licet olim ſecus nota.in c.uenient.de iureiuran.Cum gl.etiam contra Lap.concludit Nic.de Vbal. in tracta.ſucceſ.ab inte.par.1.poſt num.83.uerſ. Nec ob.quod dicit Lap.in 1 reſpon. ubi dicit quòd dicta glo.tenet contrarium, & ſic*

inſert



*inſert opinioni glo.potius ſtandũ eſſe. Nec obſtare uidẽtur adducti pro parte cõtraria, qui Lap.hic citant,quia ſi rectè, & diligenter perpẽdãtur apparebit, ꝙ potius aliquas rationes,& dicta per Lap. hic, comprobare videntur, quam eius opinio. ſuper hoc principali quæſito. Rurſus adducti contra Lap. præponderare videntur,maximè cum gloſ. ſit contra ipſum, & alij præclariſſimi Doctor. Amplius primo loco per me adducti. ꝑ opin. Lapi incidẽter,& quaſi obiter Lap. citãnt,& abſq; diſcuſſione pertranſeũt,quo caſu pãrũ de illis curãdum eſt, prout põderat Abb.in c.bonæ.2.ante nu.13.ver.ſed mihi plus placet.de poſtul.præla. & per id qđ in fortiorib. terminis voluit Fel.in c. eccleſia S.Mariæ,poſt nu.61.ver.Nec obſt.quod de dicta lege fiat mentio.de conſti. Verum quicquid olim eſſet, poſſumus idem dicere de ciuitate Tudertina, quod de Peruſina, quæ vt tradit Bart.in l.neque Dorotheum. C.de decur.lib.10. libera erat, poſtea verò ſubdita remanſit Romanæ Eccleſiæ, & hodie eſt plenè ſubiecta,ſic & ciuitas Tudertina licet aliquo tempore libera fuerit, tempore tamen Glo.prædictæ,ac Bald. qui fuit tempore Lapi (vt ſupra in præfat. harum Alleg.oſtendo) & poſt,& nunc ſubdita remanſit Ro.Eccleſiæ. Nec de hoc conqueritur, nec conqueri poteſt, quicquid contra Lap.hic ſentiat.Cum Ro.eccleſiæ,ac ſummo Pontifici ſubeſſe, & inſeruire regnare ſit. Nec eſt vera ratio illa Lapi quòd ciuitas illa mutauerit ſtatum in deterius,imò in melius,cum ſub tutela,& ditione ſummi Pontificis exiſtens a nemine moleſtari,infeſtari,occupari,iuuari poſſit. Nec tirannidi,oppreſſionibus, ciuilibus, & inteſtinis odijs, continuiſque bellis amplius locus eſſe potuit.Et huic, & alijs ciuitatibus ſub dominio ſummi pontificis exiſtentibus Ro. Eccleſia reſpondere poteſt illud Matthæi cap. 11.ad fi. Iugum meum ſuaue,& onus meũ leue.Hæc & alia ponderat idem Nicol. de Vbal.vbi ſupra contra opin.Lapi.Imò quatenus etiam aliquibus iugum hoc ſedis Apoſtolicæ durum videretur,adhuc tamen libenti animo ferendum eſſet,iuxta tex.in c. in memoriam,verſ. & licet vix ferendum. 19.diſt.Gemin.conſi.53. Gregorius. nu.8. Non tamen negauerim quin huic nobili,ac fideliſſimæ ciuitati Tudertinæ quæ ſubeſſe legationi Vmbrię ſemper ægretulit non ſit mos gerendus.Fe.rec.Paulus IIII. hanc ꝑclaram ciuitatem cum ſuo dominio quod latiſſimum eſt a dicta legatione Vmbriæ illiuſque iuriſdictione diſmembrauit illamque in perpetuam gubernationem Illuſtriſſimo Cardinali Neapolitano conceſſit, cuius noĩe maximis cũ facultatibus,authoritate, ac poteſtate ego Quint.Mandoſius ad dictã ciuitatẽ Tudertinã deſtinatus fui,ubi magnocũ honore,ac oĩum cõſenſu exceptus plura reformaui,emẽdaui, mutaui, correxi et inſtitui,quę mihi expedire viſa fuerunt.*

b ¶ Vtilitatem,vel neceſsitatem.] *Idem voluerunt Bald.in l.1. verſic.primo caſu. ff.de magiſtr. conuent. & idem Lap. infra Alleg.131.infra ſcripta ſunt. ante nu.2.*

c ¶Libera erat.] *Vbi tractatur de reuocanda,ſeu tollenda, libertate,& inducenda ſeruitute non valet, quod fit a maiori parte. iuxta textum. qui ad hoc pro ſingu. adduci conſueuit. in l.ſi quis hac. §. quoties. ff. qui,& a qui.manumit.vbi ẽt Angel. Lud. Roman.ſuper rub.ff.de arb.nu.41.in 2.limiat.Corſet.in ſingul. in verbo vniuerſitas.1.*

d ¶De lega.1.] *Vide eundem Bar.in l. omnes populi.in 2.queſtio. princ. numero 17. ff.de iuſ. & iur.Imol. & Iaſon, qui diſtinguunt in d l.ſi quis alicui.§.fi.ff.de lega.1.*

e ¶ Merum,& mixtum imperium.] *Hoc dictum Lapi ſequitur, licet Alle.hanc corrupte citet Barba.in Apoſtil.ad Bal.in repet.l.ſi lex,col.6.num.17.in ver.conclude. C.de eman.libe. Et cum Lapus hic ſupponat curſum tanti temporis cuius initij memoria hominum in contrarium non exiſteret,non ſolum ſuppoſita ſcientia Papæ, ſeu Imperat.ꝑſcriptio ciuitati Tudertinæ pro-*

deſſe

*deeſſe debeat, imò etiam ſine ſcientia iuxta opin. veriorem, & magis communem cõtra Bart. de qua per Alexand. conſ. 6. viſo themate. num. 6. verſ. verior tamen, & magis communis. lib. 1. Hanc etiam communiorem, & veriorem teſtantur Dom. meus Phil. Dec. conſi. 85. & diligenter. poſt num. 2. & Cur. iun. conſilio 158. præſupponitur, poſt num. 12. vbi alios citant. Vide Ludo. Rom. in l. 1. §. denique. nnm. 3. qui Lap. hic citare voluit. ff. de aqua pluu. arcen. & Iaſ. in l. Imperium, qui cum Lapo hic concludit, hanc communem affirmans, alios etiam referens. ff. de iuriſd. omn. iudic. & Iaſ. ſequitur, communem aſſerens Ioann. Franc. Balb. in tracta. præſcriptio. in 3. quæſtio. 2. par. 5. par. princip. verſic. & demum concluditur.*

f ¶ Inferre. ] *Melior lectura uidetur acquirere. Et hoc dictum Lapi refert, & ſequitur alios citans Felin. conſil. 31. oportet me. colum. 5. in princ. poſt num. 11. & hæc eſt magis communis opin. vt per Ioannem Franc. Balb. in alleg. tracta. præſcript. in 2. quæſt. 2. par. 5. par. prin.*

*SVMMARIVM.*

1 *Quæſtione orta inter mulierẽ ex una parte dicentem ſe vxorem talis, & ex altera inter Abbatiſſam & capitulum ſe oppon. qualiter & coram quo iudice procedendum.*

2 *Iuramentum an ſit in cauſa monachatus deferendum.*

3 *Tacitus conſenſus non ſufficit ubi requiritur licentia.*

4 *Receptus ad profeſſionem contra conſtitutionem epiſcopi, & a quo poſſit liberari.*

5 *Epiſcopum non poſſe efficaciam, uel obligationem profeſſionis tollere, qualiter intelligatur.*

6 *Iuramentum deciſorium nunquam debet deferri actori, vel reo niſi quando ipſi ſciunt rem de qua quęritur per veram ſcientiam.*

7 *Diſſoluere matrimonium carnale non poteſt Papa: quia quos Deus coniunxit homo non ſeparet.*

## ALLEGATIO LXXXVI.

1 IN cauſa, & † quæſtione vertente in curia domini epĩ Floren. inter dominam Bonam aſſerentem ſe vxorem Franciſci olim Sechini de Piſcia actricem ex parte vna, & Abbatiſſam, & moniales, & capitulum, & conuẽtum, & monaſterium S. Agathæ de via S. Galli de Florentia ex parte altera commiſſa conſulenda de iure mihi Lapo de Caſtiglionchio decretorum doctori per Reuer. virum D. Egidium de Fabriano vtriuſq; iuris doctorem, vicarium Reuerendi patris, & domini epĩ Florentini ſuper ſcripto puncto, ſeu dubitationis articulo videlicet, quæ ſint partes iudicis. ſ. prædicti dñi vicarij, & quid facere debeat, & ad quid procedere in ipſa cauſa, & quęſtione. Viſis actis, & actitatis in ea hunc ordinem ſeruabo, Primo quidem referam effectũ hinc inde geſtorum. Secundo effectum, & efficaciã probationum, & iurium pro parte dictæ actricis. Tertio concludam, & ad quæſita reſpondebo. Ad primum apparet ex actis pro parte dictæ dominæ actricis porrectam fuiſſe corã dicto vicario petitionem &c. continentem videlicet, demum dicta abbatiſſa, monialibus & conuentu legitimè citatis, & per ſindicũ idoneum comparentibus, lis fuit ſuper dicta petititione legitimè conteſtata; & conceſſa dilatio habere ad probandum in dicta cauſa, & factæ ſunt poſitiones, & articuli pro parte dictæ actricis, & ad eas peruenit, ſecuta reſponſione, producti ſunt teſtes, & iura publicata, & terminus ſtatutus eſt ad accipiendum copiam opponendi, & rite videlicet ad concluſionem excluſiuam proceſſus. Poſt hoc prædicta domina Bona dicens ſe plene fundaſſe ſuam intentionem, & ſententiam pro ſe proferri debere, nihilominus ad cautelam, & defectum probationis ſi quis eſſet petijt ſibi iuramentũ deferri in dicta cauſa, & præfatus Do. Vicarius non valens perſonaliter arduis dictæ curię negotijs occupatus, examinationi ipſius cauſæ

ut



ut deceret intendere, volens maturè agere, & procedere in ea, de conſenſu dictarum partiũ dictam quæſtionem, & cauſam ſub infra, imò præſenti, ſeu dubitato articulo, videlicet quæ ſint partes ipſius domini vicarij in dicta cauſa, & quæſtione: & quid facere, & ad quid procedere debeat; idem dominus vicarius viſis actis actitatis in ea conſulendum mihi Lapo de Caſtigionchio, decretorum doctori commiſit. De ſecunda apparet ex prædictis actis, & actitatis productis in dicta cauſa intentata fore productas duas conſtitutiones ſynodales præfati D. epiſcopi Floren. vna eſt quę dictat in effectu ꝙ nullus poteſt in oblatum, vel cõuerſum recipi per aliquod monaſterium, uel eccleſiam, vel eccleſiaſticum locum diœc. Floren. & ſubiectum epiſcopo Florẽ. niſi vt Deo ſeruiat, & ſecularia dimittat: in eccleſiaſticis ſe immiſceat, & honeſtam vitam ducat: aliter receptio ſit nulla ipſo iure, & eſt poſita ſub rubrica de elect. & incipit quoniam per diſcretam, & in alia dictat quod nullus poteſt ſe offerre de nouo in aliquo monaſterio, hoſpitali, vel loco eccleſiaſtico diœc. Floren. & ſubiecto dicto epiſcopo Floren. ſine licentia ipſius domini epiſcopi, & ꝙ talis receptio aliàs facta ſit nulla ipſo iure, & eſt poſita ſub Rubrica eadem: & confeſſatum eſt pro parte rei dictam conſtitutionem eſſe, & ꝙ ſine licentia dicti epiſcopi dicta receptic facta fuit, de qua in dictis petitionibus ſit mentio; & confeſſatum eſt pro parte rei quod dictus Franciſcus ingreſſus fuit dictum monaſterium vt nõ ſolueret facta, & onera ſecularia. Item teſtes producti pro parte dictæ actricis iurati, & publicati legitimè, ponunt ꝙ habebãt notitiam dicti Franciſci, & ꝙ erat homo ſecularis viuẽs, & non aptus ad religionem, & ꝙ erat grauatus oneribus ſecularibus: & ꝙ probant de fama, & communi opinione ꝙ intrauit dictum monaſterium non vt Deo ſeruiret, vel religioſus eſſet. Sed ut dicta onera effugeret: Et ꝑ parte rei nil eſt productum, uel probatum in ea. Venio ad tertium & vltimum, & vt clarius veritas dicendorum appareat mihi uidentur tria conſideranda. Primo an dicta petitio ex ſuis narratis inferat, & concludat. Secundo an ex narratis in ipſa petitione ſint ea media probata quæ ſufficiant ad cõcluſionem ipſius petitionis. Tertio an iuramentum debeat, vel poſſit de iure deferri prædicto actori petẽti. Quibus examinatis concludam, ad quæſita Reſpondebo & conſulam vt prædixi. Ingredior primum, & videtur ꝙ dicta petitio ex ſuis narratis inferat ſuam concluſionem: nam media narrata efficacia ſunt iſta, videlicet ꝙ dictus ingreſſus fuerit factus in fraudem, non vt Deo ſeruiat, ſed vt onera ſecularia effugeret, & debitam vltionem ſuorum delictorum; contra formam dictæ conſtitutionis quæ hæc prohibet ſub pœna nullitatis actus. Itẽ quòd dicti ingreſſus receptio fuit facta ſine licentia epiſcopi Florent. contra dictam conſtitutionem, quæ prohibet ſub pœna nullitatis actus. Item quòd dictæ partes erant conſcię omniũ prædictorum. Item ꝙ dictæ partes poſt prædictam receptionem deliberauerunt ſe, & voluerunt dictam receptionem fore nullã. Item ꝙ prædicta D. Bona prędictorum ignara cum dicto Franciſco matrimonium contraxit legitimè, & carnali copula conſumauit. Item ꝙ prædictis non obſtantibus prædicta Abbatiſſa, & conuentus ipſam D. Bonam, & dictum Franciſcum, & eius bona ad ſe ſpectare debere occaſione dictæ prouiſionis moleſtant, aſſerentes dictum Franciſcum verè profeſſum, & eius bona ad ſe ſpectare, & dictum matrimonium non tenere. Iſta omnia ſimul iuncta videntur ſufficientia media ad inferendum concluſionem dictæ petitionis quæ eſt, ꝙ declaratur dictam receptionem, & profeſſionem non tenuiſſe, & bona dicti Franciſci nõ eſſe dicto monaſterio obligata, & dictum matrimoniũ tenuiſſe, & tenere, & prædictis Abbatiſſæ, & conuentui ſilentium imponi. Quòd ſint ſufficientia media patet, quia ſi non tenuit profeſſio, tenuit matrimonium; & ſi tenuit matrimonium, malè fecit conuentus illud turbare: ſi malè fecit patet ꝙ cõpetit dictæ dominę Bonæ querela, & ſua intereſt releuari a dicta turbatione, & quòd ipſi cõuentui imponatur ſilentium ſuper ipſa turbatione: & vt hoc fiat benè, & vtiliter petit declarari dictam profeſſionem non tenuiſſe, vt ceſſet impedimentum ſui matrimonij; & demum matrimonium tenuiſſe, & tenere. iſta patent ad ſenſum, dũmodo probentur dicta media ſufficere ad impediendum profeſſionem: & probo, ꝙ ſic. nam non eſt dubium quòd epiſcopi in ſua dięceſi poſſunt facere conſtitutionem, de offic. archi-
a presbyt. c. fin. cum ibi not. & ſi poteſt facere, ſequitur ꝙ ſuum officium effectum operari debet, ne lex verbis impoſita uideatur contra. c. commiſſa. §. porro. de elect. lib. 6. dummodo

ſit

ſit licita,& honeſta.4.diſtinct. erit autem lex:
ſed quòd dictæ duæ conſtitutiones intentatæ
ſint licitæ,& honeſtæ patet: quia prima prohi
b bet fraudem:[b] ſecunda mandat conſenſum ſu
perioris requiri,vt cautius procedatur,ne for
tè in fraudem fiat receptio, vel ne forte perſo
na minus idonea recipiatur, vel ne fortè plu-
res recipiant quam ſuppetant monaſterij fa-
cultates.de ſta.monac.c.vno.§.ſane.lib.vj.ſed
eorum effectus eſt vt aliter facta receptio ſit
nulla ipſo iure, vt ex earum tenoribus appa-
ret imò ſi non fuiſſet dictum idem eſſet, quia
non potuerunt dicta Abbatiſſa, moniales, &
conuentus, dictum Franciſcum contra dictã
prohibitionem recipere; prout receptum fuiſ
ſe proponitur,nec dicto loco, vel ordini per
ipſas incorporari.per l.non dubium. C.de le-
gi.& per regulam iuris, quæ contra ius lib.6.
cum concord.ibi ſignat. Sufficit enim conſti-
tuentem aliquid prohibuiſſe, licet ultra non
c progrediatur annullando. [c] vt ibi.ad hoc, ꝙ
no.de offic.ord.c.1.§.officiales.ſuper ver. om-
nes acceptent,lib.6.vbi dicitur ſpeciale in ſen
ten.excommun.quòd valeat licet fieri prohi-
beatur a iure,ſecus in alijs, ad hoc quod not.
Archid.& Ioan.And. poſt eum in nouel.li.6
de immunit.eccleſi.cap.ult.ſuper uer. nullate
nus abſoluatur, vbi dicit non valere abſolu-
tionem ab excommunicatione factam contra
formam illius decret.ad hoc 10.diſt.iudex.de
ſponſa.duorum.tua cum.ibi no. nec ſufficeret
hoc caſu tacitus conſenſus epiſcopi,qui tamẽ
3 non † interuenit, quia ubi requiritur licentia
ſuperioris,non ſufficit tacitus cõſenſus, vt no
tat Ioan.And.in nouel.de elec.ſi Abba.in prin
d cip.lib.6. [d] cum remiſſ.nec obſt.quod no.Ioã.
And.in d.c.dilecto.vbi innuitur collegiũ poſ
ſe venire contra ſuam conſtitutionem etiam-
e per papam confirmatam [e] ſiue decreto. in pro
poſito enim eſt ex conſtitutione prædicta al-
f teri ius quæſitum. [f] ſ.epiſcopo,ſine cuius licẽ
tia illa tolli non poteſt.ar.illius.vlt.gl. not. in
fi.in l.vn.ff.quo.bon.facit optimè.l.2. §.meri-
tò ff.ne quid in loco pub.facit.l.non amplius.
§.1.ff.de lega.1.& quod not. ff.de regul. iur,l.
quod iuſſu. Item ibi loquitur de venientibus
contra propriam conſtitutionem, licet per pa
g pam confirmatam,eorum fauore, [g] ſed hic lo
quitur de Abbatiſſa,& conuentu venientibus
contra conſtitutionem ſuperioris. ſ.epiſcopi,
& totius ſynodi.Item ex quo religioni per di
ctam Abbatiſſam, & moniales,& conuentum
incorporari non potuit obſtante prohibitio-
ne dictæ conſtitutionis, religioſus non fuit,
neque eſt dictus Franciſcus religioni obliga-
tus ſecundum ea quæ no.Inn.Hoſtien.& mo-
h derni in decr.porrectum [h] de regula. vbi ex-
preſsè dicunt quem non obligari religioni, ſi
profitetur in manibus eius qui non habet po-
teſtatem incorporandi ordini, & quòd talis
non eſt religioſus antequam talis profeſſio
rata habeatur per eum qui poteſt incorpora-
re;facit ad prædicta glo. ordinaria quæ eſt in
decreta.vnica.de voto.lib.6.vbi no.tenere ma
trimonium per eum,qui profeſſus eſt religio-
nem quam credebat approbatam, licet non
eſſet:ad idem quod no.Io.And.ſuper dicta gl.
in nouel.poſt Guil.in Spec. de illo qui profeſ
ſus eſt in manibus Baratatorum, qui non erãt
de illa religione,quòd non t.nuit profeſſio,&
nõ eſt obligatus religioni, & ualet ab eo poſt
modum contractum matrimonium: ex iden-
titate,nam ſicut papalis conſtitutio.c.non ſo-
lum,de regul.iur. lib.6.prohibens religioſos
mendicantes quem recipere ad profeſſionem
i infra aunum probationis,receptus exiuit [i] à
religione quam profitetur infra dictum an-
4 num. † Ita conſtitutio prædicta indefinitè ꝓ-
lata prohibens ſic vt profertur aliquem reci-
pi ſine licẽtia epiſcopi,debet receptus ad pro
feſſionem contra ipſam conſt itutionem,a re-
ceptione liberari, ſicut tacita profeſſio facta
infra annum probationis in ordine mendicã-
K tium,niſi triduo non perſeuerauerit, [k] ipſum
ab ipſa religione liberauit. eod. titu. & lib.6.
c.conſti.Præterea aduertendum ꝙ talis conſti
tutio magis arctat ad ipſam ſeruandam reli-
gioſos,quam ſimilis conſtitutio alios non re-
ligioſos arctaret cum velle,vel nolle non ha-
l beant [l] 12.q.2.c.non dicatis.& ca.nullus. &
c.nemo,niſi quatenus ei detur ab homine, uel
a iure,& ideo,facilius ab eis aufertur,bene fa
cit quod ſcripſit poſt Hoſt.Ioan. And. de po-
5 ſtul.prælat.& ſi vnanimiter. † Nec dicat ali-
quis quod non poſſit epiſcopus efficaciã, uel
obligationem profeſſionis tollere. Nam iſtud
non eſt tollere,ſed eſt reddere aliquos inhabi
les ad impetrandum ad profeſſionem, facit in
ſimili,quòd dicimus,quòd licet matrimoniũ
contractum non poſſit dirimi, nec matrimo-
nialiter coniuncti ſeparari, quia quos Deus
coniunxit homo non ſeparet. 37. qu. 2. quos
Deus,tamen bene poteſt papa, vel conſuetu-
do per eum approbata reddere aliquos inha-
bi-



biles ad ꝓhendũ,& ad dirimẽdũ ꝯctũ poſt de-
cretũ papæ, vel poſt talem conſuetudinem ſic
appobatam per decre.1.2.& 3.de cogn. ſpiri.
Aliud eſt ergo, vbi licet,profeſſionẽ diſſolue-
re,quod fieri nequit.de ſtatu monacho. cũ ad
monaſteriũ. Aliud reddere inhabiles aliquos
ad recipiẽdum profeſſionem,ita quòd niſi ſic
recipiat,ſit nulla receptio. & hoc fieri poteſt
per epm̃, nec mirum quia per ſimplicem ex-
cõicationem, vel ſuſpenſionem ab officio,vel
adminiſtratione eſſet impeditus prælatus ta-
lem profeſſionem facere, fortius ergo per cõ
ſtit. generalem hoc prohibentem non ſeruata
certa forma,& decernentem irritum, & nullũ
quod in contrarium factũ appareret.De tertio
m autem quòd dictum iuramentum [m] deferri
non debeat dictæ dominæ Bonæ actrici præfa
tæ, tum ex eo quia ſecundum opiniones va-
lentium doctorum in cauſa monachatus, vel
n conuerſatus [n] non defertur iuramentum, ita
not. Accur.in l.3. §. quacunque. ff. de rebus
o eorum. [o] Idem Hoſt. in ſumma de iureiuran.
ſub Rub.de aſſertorio iuramento. §.ſuper qui-
bus,verſicu. quid de cauſa monachatus. & ſe.
vſque ad §.qualiter, de quo pleniſſime videri
poteſt in libro alleg.mearum alle. quę incipit
6 Longa mihi. † Tum ex eo quia iuramentum
deciſorium nunquam debet deferri actori, vel
reo,niſi quando ipſi ſciunt rem de qua quæri-
tur per veram ſcientiam.i.per ſenſum, & non
per credulitatem,quia ſicut eo caſu non credi
tur teſti,ſic nec ſibi,quia loco teſtis accipitur.
Iſta ſcribit do.Bar.de Saxofer. in l. admonen-
p di. [p] ff.de iureiurand. Et ego pleniſſimè in di-
cto libro allegationum mearum d.alleg. Sed
patet quòd prædicta mulier per ſenſum corpo
ris ſcire non potuit, ſeu poteſt de fraude, uel
intentione dicti Franciſci quando profeſſionẽ
fecit: ergo ſibi ſuper hoc deferri non debet.Itẽ
quòd fuerit receptus ſine licentia epĩ hanc
negatiuã vagã dicta mulier eſſe verã ꝑcipere
non poteſt per aliquem ſenſum corporis, er-
go ſibi ſup ꝑdicto facto alieno deferri nõ dẽt.
examinatis ergo prædictis deſcendo ad con-
cluſionem, & reſponſionem ad petitionem,&
conſilium iuris ſuper dicto puncto, & articu-
lo mihi vt præfertur commiſſo; & dico, & cõ
ſulo iuris eſſe, quòd partes prædicti domini
vicarij ſunt procedere ad diffinitiuam ſenten
tiam in dicta cauſa, & pronuntiare prout in
dicta petitione pro parte dictæ D. Bonæ pe-
titum eſt, & ad ſic dicendum me mouent ſu-
pra narrata, & prædicta tria ſuperius exami-
7 nata, & iura, & rationes ſuperius allegatę. †
Nec uideatur alicui durum ſic diſſoluere pro-
feſſionem factam,& ſpirituale matrimonium,
quia ſi hoc non fieret, pronuntiaretur contra-
rium, ſcilicet diſſolueretur matrimonium car
q nale contractum, & conſummatum [q] inter di
ctum Franciſcum & dictam dominam Bonã,
quod eſt fortius, & magis periculoſum, & de
quo etiam papæ non eſt attributa poteſtas,qa
quos Deus coniunxit, homo non ſeparet. 33.
quæſt.2. quos Deus. & dictis petitionibus iu-
ramentum nec deferri debere de iure, nec
neceſſarium eſt quia deferri non debet ubi
r ſufficienter eſt probatum [r] de conſer. c.

## Addi. Quint. Mandoſij.

a ¶ Cum ibi nota.] *Quòd epiſcopus in ſua diœceſi conſtitutiones, ſeu ſtatuta facere poſſit probatur ẽt ex text.in c.1.iun.glo.fi. de conſe.diſtin.3.ca.2.& ibi gloſ.1. ad hoc illum tex.no.de maio.& obe.eſt ẽt tex.clarus in c.2. de conſt.lib.6. Idem ẽt voluit Fede.de Se.conſ.17.qõ talis, col.2.poſt nu. 4.verſi.E contra habet ep̃s.Et dicimus epiſcopum in ſua diœceſi, ſeu plebe dominũ abſolutum, inſtar diuitis regentis familiã ſuam,mariti regentis coniugem, & patris regentis prolem ſuam.c.duo iſta poſt prin. 23.q.4.c.cũ non liceat.& c.cum olim poſt princip. de præſcrip. Abb.in c. venerabilem.num.19.de electio.*

b ¶ Prohibet fraudem.] *Hoc eſt propriũ legis vt fraudes tollat, ſeu fraudibus occurrat.l.ſi cui. ibi. per medias vias. ff.de ſeruitu.l.in fundo.vbi glo. dat concordant. ff.de rei vend.c.fi.in prin. cum gl.1.de poſtula.Card.in clemen.1.in 3.not. de rerum permu.*

c ¶ Non progrediatur annullando.] *Prout etiam per Abb.in cap. ad apoſtolicam.de regula.nume.11. verſic. ſed contra hoc, & per alios quos cito in 5. quæſt.15. Reg.num.5.*

d ¶ Lib.vj.] *Hoc dictum pro ſingu.not.citans Lap.hic Roma.in l.2.§.1.nu.11.verſ.*

ſimile eſt de licentia.& Alex.in §.voluntatem.num. 4 ff.ſol.matr. And.Barb.conſi. 12.ſcribitur. col.xi.num.19.verſi. Et facit quod voluit Ioan.And. lib.1. & conſi.58. ſapienter.col.6.nume.7.verſ.& plus.lib.ij. D.meus Phil.Dec.conſi.38. circa primũ. col.3 poſt medium.verſ. De licentia notat. ac Matthæ.de Afflit. in c.imperialis. de probi.feu.alie.per Lotha.nume.45.& ſeq. Lap.hic ſequens.

e ¶Confirmatam.] Idem voluerunt Bar. in l.omnium.in 4.not. & Saly. ac Pau.Caſtren.num 6.C.de teſtam. Abb.in ca.cum acceſſiſſent.in 5.not.num.2.de conſti. & in alle.hic c.dilecto,poſt num.x. verſi. ex quo infero.de præb.& Iaſ.in d. l. non amplius, §.1.num xij ff.de leg.1.Felin.& D meus in d.c.cum acceſſiſſent,ille ad fi.1. decla.ante. nu.5.hic colum. 2.verſi. vnde retenta.

f ¶Eorum fauore.] Vide Abb.in d ca. cum acceſſiſſent.nume. 2. de conſtitutio.& Lap hic ſequitur Felin.in c.qualiter.1.ante numerum xvij.in 1.fallent. de accuſatio.

g ¶Porrectum.] Et ibi poſt gl. & Inno. pulchrè per Abba.num.x.ac ibidem Apoſtill. in ver.facit ad fi.ad Lap. hic ſe remittit. Videatur etiam ſupra allegat. 4. an diſpoſitio.num 5.vbi plura addo.in Apoſtill. in ver.recipiens.

h ¶Poteſtatem incorporandi.] Idem dicit ſupra alleg 46 & factum ita num 6. & ante,& ibi aliqua addidi,in ver. incorporandi.

i ¶Exiuit.] Hæc lectura habetur in omnibus codicibus huc vſque impreſſis, ex qua nec ſenſus aliquis elici poteſt. Inſuper falſam continet latinitatem.Ego conſideratis tex.in alle hic c. non ſolum, ac verbis Lapi ſupra alleg.4.poſt num.4 verſi. ſecundum dubium,vbi idem quod hic concludit, loco illius verbi exiuit,corrigo,& lego eximit, & ſic ſenſus clarus erit, & falſam latinitatem vitabimus,quod maximè curare debemus. Bar.in l.plautius. & in l.in teſtamento.in fi ff.de au.& argen.legat. Pau.Caſtr. in l.cohæredi.§.qui diſcretas, poſt nume.3. ff.de vulga.cap.ad audientiam, vbi Felin. poſt alios.de reſcrip.

k ¶Non perſeuerauerit.] Lego abſque illa negatiua non, vt dictum Lapi hic conforme ſit verbis tex.in ca ad noſtram,ibi. Et infra triduum depoſuerit, & tex.in ca. conſtitutionem,ad fin.hic per Lap. citati.

l ¶Velle,vel nolle habeant.] Sic legendum eſt,non autem, vt in antiquis codicibus,quod probat tex. hic citatus in c.1. non dicatis.in c.ſi religioſus.in prin. de elect.li. 6.in c.religioſus.de teſt.eod.lib. & in c.fi. de ſepul.dicto lib.6.

m ¶Iuramentum.] Opi. affirmatiuam, ꝙ iuramentum huiuſmodi in cauſa monacationis præſtandum ſit, tenuerunt Azzo in ſum.C.de reb.credi col.4 nume.16.verſic. In cauſa monachatus. qui tamen loquitur per verbum fortè.& Azzo citat Archid. in c.ſi quis presbyter,poſt prin.ver. Idem dicit Azzo.2.q 4. In eadem etiam opi.cũ Azzo.& alij partem affirmatiuam tenentibus reſidere videtur Archid. in cap. viduas.ij.in fi.27 q.1. Hanc etiam opin affirmatiuam tenuit expreſſè glo.fi. in c.vidua. de regula.Idem etiam concludere videtur Lud Rom in repe.l.admonendi, poſt impugnationem diſt.Bar.ante.num.107.verſic. In hoc tamen concludere potes. ff. de iureiur. Opin. verò negatiuam,quam Lap. hic ſequitur tenuerunt gl.quam Lap. hic citare uoluit,de qua infra in Apoſt ſub ver.ff. de reb. eo. & Hoſtienſ. hic adductus poſt num.5.glo.1.in c.mulieri.de iureiur.quam communiter ibi ſequuntur Doct. & illam gloſ. communiter teneri teſtatur D.meus Phi.Dec.conſi.133.viſo.num. 2. & illam gl.ſequitur idem D.meus conſi. 699. alias pen incipien.accepi.nume.9. & ſeq.Ludo. etiam Roma.ſupra pro contraria opin.adductis in repet. l.admonendi poſt nume.106. Pro hac opi.negatiua aliquas rationes, & aliquos eam tenentes adducit, imò iuxta opin. Iaſ.infra allegan. tenet idem quod Lap.



hic. & idem quod Lap. & ſic opin. negatiuam tenet Sozzi.Regu.204.in 35.fallent. verſi.fallit in caſu monacaii. Idem etiam tenet Lapum citans Iaſ.in d.repet. l. admonendi.nu.277.verſ. Et ꝙ in cauſa monacationis,ſubdens glo.in contrarium ſupra adductam in c.vidua. communiter reprobari. Et ꝙ in hoc ab omnibus reprobetur glo. illa teſtatur etiam Alcia.in tract. præſum.in vlt.verbis 2.par.Ex præmiſſis conſtat opi. Lapi veriorem eſſe, & communẽ, quam ẽt communem affirmat Apoſtil. ad Cardi. in ca.fi.in ver.ꝙ in cauſa.de iureiuran.in qua etiam opin. reſidet Card. in dicto cap.fina. num.2.

n ¶Vel conuerſatus.] Vt colligitur ex glo.de qua in proximè ſeq.Apoſtill. & ex verbis Azzo. ſupra adducti in ſum. C. de reb.credi.nu.16.verſ. Item in cauſa monacationis,vel conuer.

o ¶ff.De reb.eo.] Nulla ex glo. in d.tit. ad rem facit.Lapus citare uoluit gl. in l.3. §.1.in ver.quacunque.ff.de iurciur. ꝙ idem concludit quod Lap. hic pro opinione negatiua.Et illam gl.ad hoc citant Car. in c.fin. num.2.de iureiur.Rom.in d. repe. l. admonendi.nu.106.Abb.in c.mulieri.nume.8. verſi.& ex ijs poteſt. de iureiur. & aliqui ex ſupra relatis.

p ¶In l.admonendi.] Videlicet. col pe. ante num.58.verſ.Et tunc ſi quidem actor neſcit veritatem per ueram ſcientiam &c. Idem etiam voluerunt glo.1.in prin.& ibidem Bart.in 1.oppo in 1.ſolu.in l.maritus. ff.de quæſtio. & Sozzi. Regu. 204. in 52. fallent.

q ¶Conſummatum.] Vide tex.& ibi Hoſtien.& Abb.num. 14.& ſeq. vbi Apoſt. in ver.conſummatum ad Lap hic ſe remittit.in ca.ex publico.de conuer.coniu. Bald. in l.Deo nobis,col.3.verſ. vlterius no. C. de epi & cler.D.meus Phi.Dec.conſi.112. in præſenti.preſertim.col.2.in fi.Hoc alibi latius tractabimus, interim vide Archid. in c.quia propter 27.q.2. & Card. in ca.inter corporalia.col.3.de tranſla. epiſc.

r ¶Eſt probatum.] Nam ſolum defertur quando eſt ſemiplena probatio, & in defectum plenę probationis,l. in bonę fidei, & ibi glo. magna declarat.C.de reb. creditis.l.admonendi.vbi Bart.Roma.& alij.ff. de iur.iuran.capitulo fina.§.fina. vbi gloſ. extra eod.

SVMMARIVM.

1 Legante aliquo in vltima voluntate cẽtum ad ædificandum quandam capellam infra 6.annos,an ſi infra 7. ann. non incipiatur deueniat huiuſmodi legationis executio ad epiſcopum, & quomodo exequi poſſit.

2 Vltima voluntas teſtatoris an poſſit aliquo modo,uel facto immutari.

3 Pœna negligentium vltimas teſtatorum voluntates exequi:multipliciter conſideratur.

4 Puniendi qui veniant ratione vltimæ voluntatis non executæ.

5 In teſtamentis, & pijs uoluntatibus large eſt interpretandum.

6 Teſtator in vltima voluntate mandans fieri monaſterium in vno loco: an ſi ibi nequit fieri,debeat fieri in alio loco.

7 Verba iſta ſi, & inquantum, & inde,ſunt relatiua,importantia modum non conditionem.

## ALLEGATIO LXXXVII.

1 Matthæus quondam de† Sothogunoli,conſtitutus in mortis articulo ſuum condidit teſtamentum, in quo inter cætera legauit Eccleſię S. Mariæ de Larouibola ꝓ conſtruendo, & ad hoc vt conſtrueretur quædam capella in dicta eccleſia infra ſex annos proximè venturos poſt obitum dicti teſtatoris florenos auri centum, videlicet annuatim in dicto termino ſextam partem dictæ quantitatis;& hoc.Indictione prima die xxviij.menſis Iulij,& ſtatim mortuus eſt. Poſt eius mortem

lapſi ſunt nedum ſex anni, imò & ſeptem: & di
cta capella in dicta eccleſia S. Mariæ facta nõ
eſt, nec etiam inchoata in aliqua ſui parte. Quę
ritur an executio dicti legati dictorum cẽtum
florenorum pro dicta capella conſtruenda de
iure deuoluta ſit ad epiſcopum, & ſi eſt deuo-
luta quomodo exequi poſſit, vel debeat, & ꝙ
ſit deuoluta ad dictum epiſcopum dicta exe-
cutio ſic oſtenditur. Vltima voluntas teſtatoris
eſt pro lege ſeruanda, & nil eſt, quòd magis
hominibus debeatur, quam quòd ſupremæ vo
luntatis liber ſit ſtilus, iura ſunt vulgaria, & nõ
ſolum in facto, ſed etiam in modo. de reſti. ſpo
lia. Piſanis. C. de ijs quæ ſub modo. l. 3. quia for
a ma [a] mandati eſt exacta diligentia obſeruan-
da, de reſcrip. cum dilecta. & in re ſua quilibet
2 eſt moderator & arbiter. C. manda. in re man-
data. † Inde eſt ꝙ ipſa vltima voluntas teſtato-
ris non poteſt, neque in modo, neque in facto
regulariter per alium quam per principem im
mutari. in cle. quia contingit, de religio. domi.
b & ibi gl. ordi. [b] Sed prædictus teſtator de quo
agitur, uoluit dictam capellam conſtrui infra
certum tempus vt ſupr. in themate patet, illud
ſibi fieri debuit, & ſeruari, & exequi, & qui
hoc non adimpleuit pati debet pœnam, de te-
ſta. ſi hæredes. & non ſolum hæres, ſed alius ad
quem hoc ſpectaret, & quia hoc potuit eſſe,
aut ex delicto, puta, quia doloſe hoc fuit om-
miſſum, aut ex negligentia, & vtrunque habet
3 a iure de per ſe ſuam pœnam. † Taceamus de
pœna delicti, & loquamur de pœna negligen
tiæ, quæ magis conuenit caſui noſtro, & ma-
gis eſt in vſu. Et tunc dico, quòd pœna eſt du-
plex: vna eſt generalis, quæ imponitur a iure:
alia eſt in ipſa ultima uoluntate: & apponitur
ab ipſo teſtatore. Prima pœna. ſ. impoſita a iu-
re pro negligentia, eſt quòd niſi infra annum
fiat executio eius, quòd a teſtatore iubetur, ij
ad quos ſpectabat, hęredes, vel executores a-
mittunt officium, & poteſtatem ad ulterius fa-
ciendum; & deuoluitur ad epiſcopum ordina-
rium, de teſtamen. nos quidem. & iſto modo
per voluntatem, ſeu per translationem poteſta
tis de vno ad alium, punitur ipſa negligentia
in pluribus alijs caſibus iuris. de conceſſio.
præben. ca. 1. & c. quia diuerſita. & eodem titu.
c. 1. in clem. cum ſimilibus. Iſta tamen pœna a
iure in caſu iſto locum habet a die ſcientiæ,
c vel monitionis, [c] vt in prædictis iuribus legi-
tur, & not. Sed in ſupplementum iuris commu
nis emanauerunt conſtitutiones ſynodales, &
plurimorum legatorum de latere, quæ genera
liter monent, quòd infra annum fiant huiuſmo
di executiones ſub pœna dictæ deuolutionis.
Et huiuſmodi conſtitutiones habent effe-
d ctum, [d] & vim videlicet triplicis monitionis,
vt no. Ioan. And. in c. 2. ne cle. vel mo. c. 2. in no-
uel. ſuper gl. 2. Secunda pœna ſcilicet hominis
appoſita in vltima voluntate per ipſos teſtato-
res non eſt vniformis: imò aliquando eſt una,
aliquando eſt alia, prout de ipſorum teſtatorũ
beneplacito procedit. Modo ad propoſitum
dico, quòd in caſu noſtro, de quo quærimus eſt
reperire vtranque pęnam; ſcilicet impoſitam a
iure, & impoſitam a teſtatore, pœna impoſita a
iure tangit ſolum hæredes, ut quia non fecerũt
e infra terminum debitum, & reſtrictum [e] eſt of-
ficium poteſtatis ſuæ, & deuolutum eſt ad epi-
ſcopum; pœna impoſita a teſtatore etiam eſt
hic reperire: nam non eſt dubium, ꝙ dictus te-
ſtator per dicta verba, ſi, & inquantum con-
f ſtruatur [f] dicta capella in dicta Eccleſia, intra
ſex annos, &c. voluit aliquam pęnam appone-
re ad puniendum negligentiam alicuius, ad
quem ſpectaret hoc facere, ſed cum hoc caſu
videatur hoc ſpectare ad plures ſaltem acceſſo
riè, vel incidenter puta ad hæredes ipſius teſta
toris, qui eius iuſſu adimplere tenentur, vt ſu-
pra allegatum eſt: Item ad rectorem ipſius ec-
cleſiæ in qua dicta capella conſtrui mandaba-
tur: ſine cuius conſenſu, uel patientia ipſa capel
la ibi erigi non poterat, vel quia ex dicto teſta-
mento ipſi eccleſiæ quæſita erat actio petendi,
& cogi faciendi dictos hæredes etiam inuitos
ad faciendam dictam capellam in dicta eccle-
ſia: dubium inſurgit ad cuius prędictorum duo
rum negligentiam puniendam dicta uerba fue
4 rint appoſita per dictum teſtatorem. † Et vr̃ ꝙ
ad puniendum negligentiam eccleſiæ ſi infra
ipſum terminum non deliberaret, vel non pate
retur, ſeu non conſentiret, ſeu hæredes forſitan
g negligentes iuris remedio [g] non excitaret; nec
h hæc [h] quæ fuit ex negligentia in re ſua nõ pro
ſequenda inducta, eſt a iure exorbitans, im-
mo conſueta, & approbata, ut patet de reſcri-
ptis per totum. Erit autem pęna, non deuolu-
i tio, [i] quæ pœna vt prefertur impoſita eſt a iu-
re, & non congruit eccleſiæ, cui non erat prin-
cipaliter commiſſum: ſed erit pœna vt poſt ta
lem terminum talis capella in dicta eccleſia ne
gligente de cętero non fiat, nam ſentire, quòd
dicta reſpicerent hæredes hoc non poteſt cade
re in practica; quia ſi non facerent non eſſet eis





pœna, ſed præmium, & eadem ratione non eſt
ſẽtiendum, quòd teſtator appoſuerit dictam
conditionem ad extinguendum ſi non fieret
infra dictum tempus: quia ex tali intellectu ſe-
queretur abſurditas, ꝙ ipſi hæredes ex ſua cul-
pa commodum reportarent, ꝙ eſſe non debet,
de officio delegati ſtatuimus libr. 6. ad hoc be
ne facit, nam negligẽdo facere capellam, infra
terminum eſſent liberi a dicto legato, & pœnã
non ſentirent, & penes ſe retinerent, & eis ac-
creſceret hęreditas, & tales abſurditates ſunt
5 euitandæ, † & præſertim in teſtamento, & piis
voluntatibus, vbi bene, & largè interpretatio
eſt facienda. inſtit. de acti. § item iuxta. & §. in
duplum. in fi. & de don. c. cum dilecti. & res in-
terpretanda eſt, vt valeat potius quam vt pe-
reat, de verb. ſigni. Abbate. Item ꝙ ſi dicta ca-
pella non fuerit conſtructa infra terminum, ſuf
ficit ipſam eccleſiam priuatam fore dicto iure,
& tamen legatum non pereat, probatur iure;
nam fuerunt tria mandata implicitè: videlicet
ꝙ fieret capella, & ꝙ ſi fieret in certa eccleſia,
& ꝙ fieret infra certum tempus; ſed ſi non fue
rit facta infra tempus ſtatutum, non ſequitur ꝙ
fieri non debeat: immo etiam debet fieri poſt
k tempus, de donat. cum dilecti. [k] Eodem modo
non ſequitur non poteſt fieri in dicta eccleſia,
propter conditionem non impletam, ergo non
debet fieri in alia eccleſia per dictam decret.
cum dilecti, nam ſi citatur aliquis vt compa-
l reat in die feriata [l] licet non teneatur compare
re eodem die, debet comparere in alia non fe-
riata; & ſi ſic dicetur excommunico Titium, ſi
die tertia non compareat coram nobis; ſi dies
tertia erit feriata non erit excommunicatus nõ
comparendo eodem die, ſi tamen compareat
ſequenti non feriata: pari modo licet non pa-
reatur conditioni de conſtruendo capellam in
loco, & termino ſtatuto, tamen non fuit extin-
cta obligatio de faciendo capellam in alio lo-
co. immo eſt hæc generalis diſpoſitio iuris; vt
quando aliquid certo loco expediri mandatur,
& ibi expediri non poteſt, maxime ex malitia
partis, in alio loco debet id fieri ne ex dolo ſuo
commodum reportet, de offic. delegat. ſtatui-
m mus, [m] lib. 6. & maxime ne legatum pereat, ꝙ
eſt fauorabile, vt no. Ioan. And. in fini. in Spec.
ſuper ver. inſtrumento. Ex iſtis infertur, quòd
propter pœnam iuris hæredes prædicti qui in-
fra terminum non impleuerunt, iuſſa teſtatoris
ſunt priuati officio, & poteſtate exequendi, &
deuoluta eſt ad epiſcopum. Item infertur, ꝙ di
cta eccleſia quia propter pœnam inflictam a
teſtatore, ſeu propter dictam conditionem ap-
poſitam eſt priuata iure ſibi quæſito, ꝙ dicta ca
pella ibi conſtrueretur; ꝙ in ipſa conſtrui non
debet, & non poteſt. Item infertur, ꝙ tale lęga-
tum non eſt extinctum, ſed debet per epiſcopũ
executioni mandari, & ſic eſt ad primam quæ-
ſtionem reſponſum. Ad ſecundam dico, ꝙ
voluntas teſtatoris, quando fieri poteſt, non eſt
immutanda, ſed ſeruanda exacta diligentia, &
ſi non poteſt in totum, debet ſeruari pro ea par
6 te qua poteſt. † Vnde ſi mandatur fieri mona-
ſterium in certo loco, & ibi non poteſt fieri,
fiat in alio, vt in dicto cap. nos quidem, cum ibi
n not. [n] Ita in caſu noſtro ſi non poteſt fieri ca-
pella infra dictum tempus, fiat poſt dictum tẽ-
pus. Item ſi non poteſt fieri in dicta eccleſia,
fiet in alia. Conſtat enim ꝙ ipſe teſtator uoluit
ipſam capellam conſtrui pro ſalute animę ſuę,
& ſi circunſtantiæ adimpleri non poſſint vt iuſ
ſit, ipſum factum principale quod alibi fieri po
teſt, & erit animę ſalutare non immutetur, ut
in d. c. nos quidem, faciũt ad prædicta, quę ſcri
bit Ioan. And. poſt Inno. in d. cap. nos quidem,
& quæ not. Spec. de inſtrum. editio. §. nunc ue-
ro aliqua. in v. carta. verſ. quid ſi. & ſuper eo. p
Ioan. And. in addi. & quod no. in d. c. iudicante.
de teſta. videlicet, ꝙ fiat legatum eccleſiæ, quæ
non reperitur in dięceſi, legatum tamen dabi-
o tur eccleſiæ cathedrali; [o] ar. eius, prædicta ca-
pella, de qua quæritur, fieri deberet in eccleſia
cathedrali, uel in parochiali teſtatoris, argu.
eorum quę no. Cy. ſuper l. 1. C. de ſacroſ. eccle.
per l. condi. ff. de cond. & demonſtr. legiſtæ ta-
men in iſto articulo aliter loquuntur dicentes,
p quòd iſta verba ſi, & inquantum, [p] & inde,
7 † ſunt relatiua, importantia modum, non condi
tionem: cum perempto modo procedat ad im-
plendam cõditionem. i. cum ante ſex annos de-
buerit eſſe facta integra ſolutio legati ſi con-
ſtructa fuiſſet capella, uel incepta, & proſecu-
ta, licet non conſummata. l. huiuſmodi, in prin.
de leg. 1. ibi cum illa verba & ſi, & inquantum
quę alias important conditionem hic impro-
q priantur ad modum. [q] l. Menia. in prin. de ma.
teſt. Bar. ponit in l. quibus diebus, §. Termilius,
de cond. & demonſt. & operantur dicta uerba
hoc, quia non adimpleto modo. i. eccleſia non
conſtructa infra ſex annos, in dictam cauſam
conuerti non debet legatum, ſed conuerti de-
bet in aliam piam cãm; q i iſtud eſt ſingulare
in legato ad piam cauſam ad certum vſum, qꝫ

ſi in dictum uſum conuerti non poteſt quacunque de cauſa, authoritate ſuperioris conuerti debet in alium pium vſum; niſi teſtator prouideret illo non facto, quid deberet fieri de pecunia illa.l liberto.§.Lucius, & ibi not. de annuis leg.§.j.leg.legatũ.ff.de vſufr. leg.& in eis per doctores bene loquitur, tamen de iure canonico non puto ꝙ dictum legatum poſſet cõuerti in alium omnino vſum, ſed dictam capellam in alia eccleſia conſtruendam vt ſupra dictum eſt, per c nos quidem. de teſta. quodam modo quidem bene poteſt dici, & forſan etiam ibi legiſtę idem intelligunt in alium vſum conuerti, ex quo ipſius capellæ vſus in dicta eccleſia non erit, ſed in alia.

## Addi. Quint. Mandoſij.

a ¶Forma.] *Quòd forma teſtamenti ſit precisè, & ad unguem ſeruanda uoluerunt Bald. in l. qui aliena. §. libertos. in 1. not. ff. nego. geſtor. in l. pupillorum, §. ſi prætor. in fi. ff. de reb. eo. & D. meus conſi. 72. verſ. vn de iſta forma.*

b ¶Glo. ordi.] *In ver. ſedis apoſtolicæ. & ibi Car. in x. no. in 2. oppo. pro quo adduco text. in iure ciuili in l. legatum, ff. de admi. rer. ad ciui. perti. in prin. Et hanc opin. eſſe veriorem probo ſuper ſigna. de commu. lega. ad pias cauſas. verſicu. plures concludunt.*

c ¶Monitionis.] *Iuxta tex. in l. ſi pœnã, ff. quan. di. lega. ce. in §. ſi quis autem. in authen. de hære. & falci. in auth. hoc amplius, C. de fideicomm. vbi etiam Bar. Bal. Salyc. Iaſ. & alij. Idem Bart. conſi. 19. proponitur ꝙ in teſtamento. numer. 1. Et hanc teſtatur communem Grat. reſponſo. 102. viſo. nu. 9. libr. ij. & Lap. hic refert, & ſequitur Ludo. Gozza. conſil. 34. circa primum. ante numerum 7.*

d ¶Effectum.] *Vide conſi. Bar. 137. ſtatuto communis Gualdi. nu. 1.*

e ¶Reſtrictum.] *Legerem extinctum. ad tex. in l. nulli. C. de epiſc. & cler. in authen. hoc amplius, C. de fideicom. in c. nos quidẽ. & in c. ſi hęredes, de teſtamen. Et videtur hæc lectura elici poſſe ex verbis infra poſt numerum 4. ibi. Et eadem ratione non eſt ſentiendum ꝙ teſtator dictam conditionem ad extinẽgudum poſuiſſet ſi non fieret infra dictum tempus.*

f ¶Et ſi & inquantum conſtruatur.] *Puto deeſſe negatiuam. Legerem. Et niſi conſtruatur. Vel & ſi & inquantum non conſtruatur. Seu quatenus non conſtruatur dicta capella infra ſex annos. Si enim conſtruatur infra tempus, uel in loco deſignato non poteſt pœnæ locus eſſe, ſed bene ſi non conſtruatur infra tempus, & ſic uoluntati, & decreto teſtatoris paritum non ſit, quo caſu diuerſæ pœnæ teſtatoris arbitrio imponi conſueuere, prout per Lap. hic. l. vni. & ibi Bal. in 2. not. C. de ijs quæ pœnæ nomi. c. Rainaldus, & ibi gloſſ. & Ancha. col. 3. in 5. not. de teſta. Pariſ. conſi. 26. Frater Ioan. nu. 55. vol. 4. Qui tamen legere maluerit abſque negatiua ſupponere poterit ꝙ teſtator dixerit lego Eccleſiæ S. Mariæ Florent. C. ſi & inquantum conſtruatur capella, &c. prout in ſimi. dicit tex in l. Mænia, ff. de manu. teſta. & declaratur infra hoc alle. nume. 7.*

g ¶Iuris remedio non excitaret.] *Legerem iuris remediis non vexaret, ſeu non cogeret, quaſi dubitat an vnus ex pluribus negligentes via iuris impellere deberet ad parendum prȩcepto teſtatoris. Et hæc lectura colligitur etiam ex præcedentibus verbis ibi ipſi eccleſiæ quæſita erat actio petendi, & cogi faciendi dictos hæredes, etiam inuitos, &c. An autem eccleſia, ſeu rector uel alius pro ea teneretur agere contra hæredem non implentem, ita ut ſi non inſtaret, & illa non conſtrueret in tempore, eccleſiæ, vel rectori præiudicium pararetur, videtur pendere ex illa quæſt. an poſſit dici ſola negligentia, uel culpa tertij, an omnium, primo caſu negligentia, ſeu delictum ſuos tantum tenet authores, & ſic non nocebit tertio. l. paterfam. ff. de hęre. inſti. Bal. in alle. l. vni. in 5. oppo. C. de ijs quæ penæ nomi. Ludo. Roma. Sing. III. quæro nunquid teſtõr. & Corſet. Syngu. in uer. teſtator. 2. In ſecundo verò caſu negligentia omnibus nocuiſſet vt ſupponunt omnes ſupra adducti. & ex ratione dicti tex. lege paterfam. ex quo hic eſſet factum omnium.*

h ¶Nec hęc, ſeu ne hoc.] *Legerem ſic. Nec hęc quæ fit ex negligentia in re non ſua non proſequendo inducta, eſt a iure exorbitans. Et dum poſtea ſubdit vt patet de reſcrip. per totum, forſan legendum eſt de teſt. propter c. nos quidem c. ſi hȩredes, & c. Rainaldus.*

i ¶Erit autem pœna non deuolutio.] *Puto legendum abſque negatiua, & poſtea dum ſequitur, quæ pœna vt prȩfertur impoſita eſt a iure, ante uerbum eſt, addi forſan poſſet negatiua, & ſic legi, impoſita non eſt a iure, vt ſẽtiat pœnã deuolutionis huiuſmodi impoſitam fuiſſe a teſtatore, quam, et alias pęnas rationi non diſſonas teſtatoris arbitrio imponi poſſe uoluerunt Bald. in al leg. l. vni. in 5. oppo. & alij. C. de ijs quę pœnæ nomi. Cano. in c. Rainaldus. de teſta. & Sozzi. conſi. 221. viſa. in prin. libr. 2. Et ꝙ hæc pœna deuolutionis appoſita ſit a teſtatore colligitur etiam ex verbis ſupra poſitis, & infra ibi. Et eadem ratione non eſt ſentiendum ꝙ teſtator dictam conditionẽ, etc. Qui verò abſque illa negatiua legere vult, quod tutius puto conſiderabit illa verba infra poſita ante. numer. 6. Ex iſtis infertur, quòd propter pœnam iuris, &cæt. & ſupra poſt nume. 3. verſic. Modo ad propoſitum dico.*

k ¶De dona.] *Cum dilecti. Hic tex. probaret illud quod ſupra prȩmiſi videlicet ꝙ in teſtamẽtis plena fieri debeat interpretatio, ad quod probandum ſupra vbi melius cadebat eundem tex. citauit, unde ſuperfluo ad idem adduceretur, ſed ad quod nunc adducitur nullo modo probat, unde putarem legendum eſſe de do. & contu. cum dilecti. q tex. ad rem facit verſ. prȩterea cum mandatur alicui ut ad certum terminum ſe iudici præſentet, duo ſub hac forma mandantur, ꝙ quo etiam adduci poteſt tex. in l. Celus, ver. ſed ipſe rectè putat duo eſſe arbitri præcepta, vnum pecuniam dari, aliud intra calendas dari, &c. ff. de arbi. Et eodem modo quo Lap. hic arguit Barto. conſil. 26. teſtator in teſtamento, numer. 3. ibi duo enim iuſſit teſtator, eccleſiam conſtrui, & in tali loco.*

l ¶In die feriata.] *Hoc dictum Lapi intelligi poteſt, ꝙ ſit expreſſa in citatione dies feriata in qua quis comparere debeat, puta ſi dicatur comparcas die dominica proximè futura. Altero modo intelligi poteſt, ꝙ ſit dictum ꝙ die decima poſt prȩſentis citationis executionem compareret, prout communiter fit, & prout declarat Lap. hic in ſecũdo caſu quando quis excommunicatur niſi tertia die comparcat. Tutius eſt iuxta hunc ſecundum modum verba Lapi accipere ad euitandam opin. tenentium inualidam omnino eſſe illam priorem citationem, & ſic nec tunc, nec poſt citatum arctari ad comparendum. prout per Inno. in ca. fi. in prin. de ferijs qui tamen poſtea recedere videtur a priori opinione, dum ſubdit item melius uidetur, ꝙ etiam ſi in die feriato expreſſè terminus aſſignetur ꝙ teneat, & ꝙ comparere debeant partes licet non die feriato, tamen poſt illum. per tex. in c. expoſuit. de dilatio. & c. cum ex literis, de in inte. reſti. pro quibus videri poterunt, quæ late ſcribit omniũ opin. & diſtinctiones reaſſumens Mar. Sozzi. de citatio. art. 19. nume. 13. & ſeq. & ante.*

m ¶Statuimus.] *Illum tex. idem Lap. infra Alleg. 123 ciuitas feſulana col. penul. verſi. Item rationes dicit eſſe ſpecialem, & reſtringendum ad mandatum factum a Papa. Archi. verò, & Ioan. And. in dicto cap. illud generaliter intelligunt, Fran. ibi citat Lap. licet corruptè, & relinquit cogitandum. ſuper dicta Allega. 123. hoc latius diſcutimus.*

n ¶Nos quidem cum ibi nota.] *Adduci etiam poteſt tex. in l. legatum, ff. de vſu.*

lega. arguendo a ſimili, uel a fortiori. pulchrè Bart. in l. pater filium, §. Tuſculanus, ff. de lega. 3. & in Alleg. conſi. 26. teſtator. num. 3. vſque ad fi. con. Lap. de Hoſpita. nu. 65. ver. præterea quæritur teſtator iuſſit ædificari hoſpitale in certo loco. latè Pet. de Vbal. de cano. epiſco. in 7. cap. num. 35. cum pluribus ſeq. ver. quia verò de ijs, quæ legātur ad certum uſum. Ioan. firma. in tract. de epiſco. part. 4. dum de poteſtate epiſcopi in temporalibus tractat num. 73. 77. & ſequ. Rocc. de Cur. de iur. patro. in ver. conſtruxit in 12. q. num. 19. Idem Lap. infra Alleg. it. 123. ciuitas, colum. 2. verſic. quod ſic oſtenditur.

o ¶ Eccleſiæ cathedrali) Idem vult text. in §. ſi quis in nomine, verſic. ſi quis autem vnum ſanctorum, ibi eccleſiæ ciuitatis epiſcopo. in authen. de eccleſia. tit. & Lap. hic ad hoc citant, & ſequuntur Troil. Maluit. de Obla. imagi. fac. par. 4 ante num. 3. ver. ſexto adduci poteſt, quòd dicit Lap. Feli. in c. dilectus, colum. 1. verſi. Adde etiam ipſis Lap. de off. ordi. & Apoſtil. ad Abba. ſuper rub. de parro.

p ¶ Si & inquantum.] Pro hac clauſula in decreto iudicis, uel authoritate tutoris, admiſſionis libelli, delatione appellationi, & ſimilibus, vide Bar. in l. ambitioſa. num. 32. ff. de decre. ab ordi. faci. & eundem, ac Imo. in l. ſi quando, in fin. princ. ff. de lega. 1. & vtrobique Alex. in addi. ad Bar. Sozzi. conſi. 47. in præſenti, num 6. vol. 4. Roma. cōſi. 77. patet. num. 3. & latius conſi. 501. vt declarationem num. 3. & ſequen. Idem Rom. in l. 1. colum. fin. ff. de arbitr. Feli. in cap. cum contingat, colum. 3. de offi. dele. Cel. Vgo in clauſulis iudiciorum in ver. Admitto ſi & inquantum.

q ¶ Ad modum.) Quando inferatur conditio, quando modus, etiam ſi verba in conditionem ſonent, & de implemento conditionis, & modi uideantur poſt Bar. hic citatum Bald. conſi. 219. pepus nicolutij. num. 5. libr. 2. Auto. de Butr. conſi. 48. abſque diffuſione, in prin. Aymo. conſi. 59. Petrus. nu. 1. Et quòd in dubio diſpoſitio potius præſumatur facta ſub modo, quam ſub conditione, voluerunt Barto. & alii in l. cum mota, vbi D. meus hanc dicit communem num. 6. & alios refert, C. de tranſac.

SVMMARIVM.

1 Cauſa commiſſa certo officio: ſi in medio cauſæ augmentetur officium in numero, an ualeat ſententia lata per numerum augmentatum.

2 Clauſula ſi non ualet quod ago, &c. qualiter intelligatur.

3 Iuriſdictio delegati expirat per obitum delegantis.

4 Cauſa per ſtatutum certo officiali commiſſa, ut de illa cognoſcat, an dicatur officialis habere delegatam, uel ordinariam.

5 Generalis prouiſio non refertur ad ea, de quibus ſpecialiter eſt prouiſum.

6 Species quando generi derogare dicatur.

7 Cauſa an coram ijs iudicibus ſit terminanda, coram quibus eſt cæpta.

8 Officio permutato, permutata eſt & poteſtas, & noua forma ſemper eſt ſequenda.

## ALLEGATIO LXXXVIII.

a COmmune a Florentiæ reformauit, & decreuit ad querelam, & ſupplicationem Titij aſſerentis ſibi de facto, & per potentiā occupari quandam ſuam poſſeſſionem in commitatu Florent. exiſtentem, per quandam eccleſiam, & eius rectorem; vt ipſe Titius poſſet, ſibique liceat authoritate propria in dictam poſſeſſionem ingredi, & eam tanquā ſuam propriam retinere, & exinde facere velle ſuum: ſaluo ꝙ infra annum non liceat ei dictam poſſeſſionem alienare, vel in alium quomodolibet transferre: ſed liceat unicuique qui ex prædicta reformatione, & decreto ſentiret ſe grauatum, cauſam ſui grauaminis exponere coram officio quinque conſiliariorum mercantiæ



tiæ ciuitatis Florentiæ, & ꝙ dictum officiū quādocunque poſſit dictas cauſas grauaminis audire, & prout viderint conuenire, terminare; & contra eorum deciſionem non poſſit appellari, nec de nullitate opponi. Poſtea verò prędictus rector dictæ eccleſiæ coram prędicto officio quinq. conſiliariorum certas cās ſui, & ſuę eccleſiæ grauaminis expoſuit, & ſuper eis inter dictas partes coram dictis quinq. fuit diſceptatio aliqua; & lite pendente ſup eis ipſa eadē cōmunitas reformauit, & ſtatuit ꝙ de cætero ipſū officium quinque conſiliariorum eſſent ſeptē, ita ꝙ addiderunt duo de certis aliis artibus dictæ ciuitatis, & ſicut primo tres ex quinq. poterant agere, ſic ex dictis 7. quinque, & ipſi 7. oīa poſſent vigore quarunque reformationum, quę ante poterant dicti quinque. Poſtea tres ex prędictis primis quinque conſiliariis cum uno de dictis ſuper additis, & ſic quatuor ſuper dictis cauſis grauaminis expoſitis, & ſuper proceſſu iam habito tulerunt ſententiam contra dictum
1 rectorem, & eccleſiam. † Quęritur nunquid talis ſententia ualeat, vel ſit nulla ipſo iure: & dicitur ꝙ non tenet, ſed eſt nulla ipſo iure. Pro cuius declaratione præmitto, ꝙ prædicta cā fuit commiſſa officio quinque cōſiliariorum, & nō perſonis ipſorum quinque tempore commiſſionis in officio exiſtentibus, quod apparet ex verbis reformationis; quæ de officio, non de perſonis faciunt mentionem: vnde non eſt dubium ꝙ mortuis perſonis conſiliariorum quæ tunc extabant, ſeu eorum finito tempore ſucceſſores poterant de dicta cauſa cognoſcere, ad hoc: decret. quoniam Abbas de off. dele. tunc vltra, aut tempore dictę ſententiæ dictum officium quinque extabat in rerum natura, ſaltem quo ad cognitionem, & deciſionem dictæ cāæ commiſſę: aut extinctum, vel deletum erat, ſeu in ſuis ſubſtantialib. mutatum, ita ꝙ nouum, ſeu quaſi aliud officium dici poterat. Primo caſu apparet ꝙ dicta ſententia non tenuit. Ratio quia eo caſu ipſi idem quinque erant iudices dictę cauſę, & ad eos ſpectabat diffinire, & non ad alium, & hoc probat pręfatio facta, ſ. quod extabat officium, p ſe ergo diffinire debebant, & non per alium, & non iudicem ſibi vt iudicem aſſociare, prout fecerunt diffiniendo cum uno de dictis adiunctis de officio, quod quia fecerunt fateri oportet, niſi ſint de per ſe, nolle, & nō poſſe procedere, & habuit locum regula iuris videlicet, Quod potuit noluit, & quod uoluit adimplere nequiuit. Caſus eſt de offic. deleg. cū
b ſuper. b alia eſt regula. † Si non valet vt ago.
2 valeat vt valere poteſt, quæ regula ſumitur ex decre. vnica de deſpon. impube. lib. 6 Et voluerunt aliqui dicere, vt recitare ſolet Dom. meus Io. Cald. in d. cap. cum ſuper. de offic. deleg. qđ prima regula habet locū ubi interuenerit ignorantia iuris, quę non excuſat, vt fuit in d. c. cum ſuper. Sed ſecunda regula habet locum ubi interuenerit ignorantia facti, quæ excuſat, ut ſic in l. 1. ff quod cū falſo tuto vbi vnus tutor ignorabat alium non eſſe tutorem, ſed bene ſciebat
c ſe habere authoritatem, & poſſe inſolidum. c Sed iſta ſolutio ſecundum dominum meū non poteſt ſtare, quia in dicta decret. vnica fuit ignorantia iuris, quia bene ſciebant illi contrahentes ſe minores, ſed putabant de iure poſſe contrahere matrimonium, & tamen id ualet ut ualere poteſt, quia ſaltem ſponſalia contracta intelliguntur vt ibi eſt caſus. Et pro tanto ſecundum eum moderni doctores dicunt, & teneat, quod primo dixerat Azo in ſumma, ſub Rubrica, de diuer. reſcr. regularum dicebat, aut expreſſe apparet ꝙ agens non uoluerit ſe referre ad actum quem exercere non potuit, ſeu qui de iure tenere non poterat: & tunc non habet locum regula quod potuit, noluit, &c. Idem ſi per coniecturas hoc apparet, quod probatur ſecundum eum in regula. capituli cum ſuper. ibi, per conſequentiam, &c.

Aut expreſſe apparet quod non ſolum ad talem actum uoluit referre ſe, & tunc habet locū ſecunda regula, ſi non ualet ut ago, &c. Idem in dubio puto ſi per coniecturas probabiles non apparet, ꝙ ſolum ad eum actum qui non poterat valere, potuit ſe referre, ſed ſicut in caſu. ca. cum ſuper. apparuit per coniecturas probabiles, ꝙ ſolum ad actum qui ualere non poterat voluit ſe referre, ex eo, quia ſibi non iudicem aſſociauit, & cum eo interlocutus eſt. Ita quoque in caſu noſtro, eo ipſo hoc apparet, quia tres ex quinque qui perſententiare poterāt ſecundum caſum præſuppoſitum, aſſociauerunt ſibi alium in hoc non iudicem, & cum eo interlocuti ſunt: & habuit locum prima regula ꝙ noluit &c. & velle & poſſe fuerunt ſibi contraria, non ualuit quod ualere potuit, quia noluit illud: nec valuit qđ voluit, quia illud non potuit, vt no. gl. ord. in d. c. cū ſup. Infertur ergo ꝙ licet officium quinq. durabat ſaltē quo ad iſtā cām, tamen qa ſibi alium non iudicem aſſociauerunt, nō tenuit ſnīa rōne pdicta. Secundo caſu ſi dictum officiū non extabat, ſed erat oīno

extra

extinctum,uel deletum,tunc etiam dicta ſentē-
tia non tenuit, quia ſicut iuriſdictio delegati
3 † expirauit per obitum delegantis, uel delega-
ti.vt in c.licet,de off.deleg.& c.ſi. de offic. de-
d leg.& c.quoniam Abbas,de off. deleg.[d] Ita &
commiſſio cauſæ delegatę dicto officio quinq.
per obitum dicti officij expirauit,& ſic per vnū
officium quod non erat permiſſum non potuit
dicta ſententia ferri, & lata ab alio tanquam a
non ſuo iudice non tenuit. de iudi. at ſi clerici.
Sed ponamus ꝙ dictum officium quinque erat
ſecundum veritatem augmentatum vt ſupra
proximè dictum eſt, adhuc dico ꝙ dicta ſen-
tentia vt præfertur lata non tenuit, & ſecun-
dum hoc poteſt reduci iſte caſus ad materiam
adiunctorum iudicum,in qua materia ſic dici-
mus, quod ſi papa commiſit cauſam duobus
prælatis proprio nomine non expreſſo, ſimpli-
citer,ita ꝙ unus ſine altero procedere non poſ
ſet,& unus eorum moriatur, & papa prę latu-
ram vacantem conferat collegæ ſuperſtiti ille
ſolus procedit in cauſa non tanquam ſolus,ſed
tanquam gerens vices vtriuſq. dignitatis,quib.
cauſa fuit commiſſa, ita diſputando terminat
Ioan.Andr.quæ quæſtio poſita eſt in mercu. ſu
e per regula rationi.de reg.iur.lib.6.[e] Ita in caſu
noſtro cum officium quinque fuit immutatum,
& additum, iuriſdictio debet ſequi qualitatem
mutatam,& augmentatam, & ſecundum hoc
debuerunt eſſe ex ſeptem quinque ſecundum
formam traditam per reformationem dicto of
ficio immutato.Idem dicimus in caſu è conuer
ſo ſi papa commiſit duobus prælatis ſimplici-
ter, & unus eorum erat prælatus duarum ec-
cleſiarum,qui moritur,& papa illas duas præ-
laturas confert duobus, erunt poſtea tres iudi-
ces ratione mutationis duarum dignitatum, &
augmentationis,ita etiam diſputando termina
uit Ioan. And.in dicta eadem quęſtione. Item
a ſimili in caſu noſtro cū ratione officij quin-
que ampliauerit ad ſeptem.& quaſi duos præ-
latos addiderit, ipſa iuriſdictio debet ſequi di
ctam qualitatem. Præterea ſi delegatus papæ
procedens in cauſa fuit adiunctus alij, & mo-
riatur papa antequam adiunctus incipiat pro-
cedere cum primo,ſi literæ adiunctionis erant
præſentatæ, vel ſaltim inſinuatæ primo iudici;
fuit affecta iuriſdictio primi iudicis, & iſtum
articulum diſputauit Ioan.Cald. & incipit quę
f ſtio f regino epiſcopo, pari ratione in caſu no-
ſtro, ex quo quinq. conſiliarijs qui erant dele-
legati communis ad dictam cauſam fuerāt alii

adiuncti,ex quo eorum officium fuit immuta-
tum,& auctum, & talis adiunctio eiſdem inſi-
nuata, tum quia fuerunt præſentes in conſtitu-
tione dictæ nouę legis:tum quia legem publi-
cam q̄ fit in ciuitate non eſt neceſſe ſingulorū
auribus inculcare de poſtula.prę la.c.1.patet ꝙ
dicti quinq.de per ſe ſine dictis adiunctis eorū
numero deputato procedere non potuerunt.
Item vr̄ dici poſſe, ꝙ dictum officium ſeptem
ſit omnino idem officium cum primo, & ꝙ nō
poſſit dici immutatio,vel adiunctio,vel altera-
tio,& hoc ſic oſtenditur. Sunt enim quædam
nomina quæ important ius,non factum,ut not.
Inno.in c.grauem.de ſent.excommu.vt popu-
lus collegium,& Grex quæ ſemper durant ea-
g dem, g etiam ſi ex ſingularibus primis nil re-
manſit. Ita in propoſito natura officij mercan-
tiæ nomen eſt iuris, & licet aliqui ſint eidem
officio ſuperadditi idem perſeuerat, & idem
eſt officium. Vnde ꝙ factum eſt ſine adiectio-
ne,factum eſt a non officio, ſicut fieret hodie
ſub nomine communitatis Flor. ſine nouis ho-
minibus auctis illis qui extare ſolebant, æqui-
parando additionem naturæ,additioni ſuperio
ris,ut iſto caſu fieri debet: non dubium, ꝙ idē
eſſet de ciuibus additis pro reformatione com
munis qui computari debent in numero uni-
uerſitatis Floren. facit quod not. do. Bar. de Sa-
h xofer.ff.de dam.infec.non recordor [h] in qua.l.
4 vbi quærit de tali quæſtione. † Statuit ciuitas,
quòd futurus poteſtas tantum habeat arbitriū
in puniendis malis,uenit poteſtas nouus, & du
rante primo officio fuit electus pro alijs ſex
menſibus,an habeat arbitrium; arguitur quòd
ſic quaſi idem ſit officium primi, ergo habet
arbitrium. Solutio aut verba ſunt apta ad no-
uum officium, vt quia dicunt elegimus eum ꝓ
futuris ſex mēſibus, tunc eſt nouum officium.
Siue dicunt prorogamus tempus primi officii,
tunc eſt iudicis officium prorogatum, ita not.
glo.de pact.l.ſi vnus. §. pacta. verſi.idem dici-
mur, ultra iſta ponatur, quòd dicta ſententia
tenuerit quòd prohibet quominus dicta eccle-
ſia infra dictum annum alias cauſas grauami-
nis proponere ualeat, nam dicta ſententia eo,
quia emanauit ſuper certa cauſa ſpeciali, non
parat exceptionem rei iudicatę agenti ex alia.
ff.de exec.rei iudica.ſi mater.§.1.& l.an eadē,
extra,de verb.ſigniſi.abbate.Poteſt ergo eccle-
ſia proponere pro cauſa ſui grauaminis, ꝙ di-
cta reformatio,& decretum fuit ꝯ eccleſiam,&
de reb.poſſeſſis ꝑ eccleſiam habita de hoc ex-
preſſa



preſſa mentio eſt in ipſa reformatione per ſe-
cularem poteſtatem, quod de iure fieri nequi-
uit.extr. de conſti.eccleſiæ.extra de ſent.excō.
aouerit,cum ſimi.& iſta eſt ſufficientiſſima ra-
tio,& cauſa grauaminis. Nec obſt.ſi dicatur ꝙ
dictus rector, & eccleſia conſentit litigare ſub
dictis quinque,& ſic illos fecit iudices,eorum
iuriſdictionem prorogando. Primo quia eſto
quòd conſenſerit coram eis litigare ex una cau
ſa grauaminis,non ſequitur quòd in alia con-
ſenſerit. & licet ſtatutum prorogauerit iuriſdi
ctionem ſuam,non ſequitur, ꝙ in alia vice uo-
luerit prorogare: hinc eſt, quod qui ſemel tra
ctus eſt coram delegato vltra duas dietas in cer
ta cauſa contra formam iuris,& non excepit,in
alio actu potuit excipere. alias ſemel grauatus
iterum poſſet grauari,quod eſſe non debet, de
cenſi.peruenit ff.de ope.li.l.operas,ita not. Io.
And.poſt Compoſt.de reſcrip. dilectis filiis in
nouel.ſuper ver.propoſitum. Item eſto, quòd
voluerunt prorogare, certe non potuerunt ſine
ſui ſuperioris licentia,etiam in iudicem eccle-
ſiaſticum,ne dum in laicum: caſus eſt extra de
for.comp.ſi diligēti.cum materia ſua.Lapus de
Caſtiglionchio.

Commiſſum fuit prędictum dubium per
officium ſeptem mercantię ciuitatis Floren. cō
ſulendum de iure collegio Peruſino qui rñde-
runt ex ore egregij utriuſque iuris doctoris d.
Baldi de Peruſio,ut infra ſequitur. Punctus q̄-
ſtionis ſuper quo conſilium petitur conſiſtit in
ijs terminis. in MCCCLXVI. de menſe
Nouembris fuit facta quædam reformatio per
commune Florent.in fauorem A.poſtea ꝓ par-
te ſer Pa.& N.ſindicario, & procuratorio no-
mine, &c. coram officio dominorum quinque
conſiliariorum uniuerſitatis mercatorum ciui-
tatis Florentiæ: producta fuit petitio quædam,
demum pendente cauſa coram officio dicto-
rum quinque ſuper petitione huiuſmodi de an
no MCCCLXXII. de menſe Aprilis fuit
per dictum commune edita quædam alia refor
matio ſuper adiectione certorum ad officium
quinque: quas quidem reformationes ad uos
tranſmittimus, cum earum tenore ad literam
prout iacent. Vlt. in dicto anno MCCCLXXII.
de menſe Iunij fuit lata ſententia in dicta cau-
ſa per quatuor perſonas nominatas in ipſa ſen
tentia in forma,quæ etiam ad conſultorē nunc
peruenit,quia uiſis dictis duabus reformationi
bus,dicta ſententia lata reſpectu poteſtatis, &
iuriſdictionis illorum qui eam tulerūt, abſque
alijs tribus de ſeptem, an ſit alicuius, uel nul-
lius ualoris conſulatur bene,apertè, diſtinctè
& clarè.

In Chriſti nomine amen. Primo uidendum
eſt utrum dicti quinque a principio fuerint
iſtius cauſæ ordinarii cognitores,an delegati,
& uidetur quòd delegati, ut ff. de off. eius cui
manda.eſt iuriſdic.l.& ſi prętor.In contrarium
k ꝙ ordinarij, † nam commiſſio fuit facta offi-
cio ipſorum, unde aut prius commune ratio-
ne officij generalis habebat ſuper hoc iuriſ-
dictionem ordinariam,& eam retinet,quia iſta
ſpecialis commiſſio eſt executio, non delega-
tio ff.de off. præſi.l.ſæpè: aut non hēbat prius
ordinariam, & tunc prorogata eſt iuriſdō ordi
naria ad cām ſpecialiter commiſſam.Si enim ꝑ
hominem pōt fieri prorogatio,ita per legem.ff.
de iudicijs.l.1.& l de qua re.quod hēt officium
poteſt prorogari.vt ff.de ſol.l.quæro. & iſta eſt
veritas,non obſtat l.& ſi prætor, quia ibi facta
commiſſio per eum qui poterat delegare, non
prorogare ordinariam poteſtatem, vel ibi lo-
quitur,ubi expreſſe dicit delego,hęc uero uer-
ba ſapere poterant ordinariam iuriſdictionem,
quæ licèt in una ſpecie non exiſtat, ſed quid
ſit uniuerſale.C.ubi,& apud quos.l.ſi. tunc be-
ne poteſt prorogari de uniuerſitate ad unam
ſpeciem. C.ubi de crimine agi oportet. l. 1. &
quod not.extra de off. deleg de cauſis,& capi-
tulo P.& G. Secundo eſt uidendum utrum duo
coniuncti per nouam legem uideantur adiun-
cti in cauſa iſta, de qua erat ſpecialiter proui-
5 ſum, & uidetur † quòd non, quia generalis
prouiſio non refertur ad ea, de quibus ſpecia-
liter prouiſum. ut ff. de uulgar.& pupillar.ſub
ſtitut.l.cohæredi, §.qui patrem,de alimen. le-
ga.l.alimenta §.baſilicæ. & l.ſtichus nutrit. in
princip. & de lega.3.l.vxorem.§ codicillis.&
§.feliciſſimo. de officio delegat. capitulo ſtu-
duiſti, & de ſilentiariis. l.3. libro 12. Cum er-
go de iſta cauſa ſpecialiter eſſet prouiſum de
officio de numero trium,non uidetur ei per ge
neralem legem ſuperuenientem in aliquo dero
gari,etiam ſi non eſſet lis adhuc mota,ſed eſſet
res omnino integra. In contrarium probatur,
quia uidetur,quòd qui hoc dicunt, mouent ſe
per præſumptionem, quia non præſumitur per
uerba generalia, quòd quis uellet mutare, ꝙ
ſpecialiter ordinauit, ſed vbi conſtet de men-
te contraria tunc ſequentia generalia dero-
gant præcedētibus ſpecialibus. dicto §. baſili-
cę. verſiculo niſi. ſed hoc appare de mēte per
verba

verba vniuerſalia, & diſtributiua: ibi dum di-
cit uigore quorumcunque ordinamentorum,
hęredi.inſtitu.huius ar.de ali.& ciba.l.quos,in
princip.& quod no.per Iacob.de Aretio.& ibi
dicit omnem ideſt totam baſilicam officio au-
thoritate, & poteſtate, & cætera. nam ab hoc
ſermone nil detrahi, uel excipi poteſt. C. ſine
cenſu. uel reliq.l.omnes,& not.C.manda.l pro
curator, & quando in eadem lege ſunt uerba
6 ſpecialia, & generalia,[l] tunc ſpecies derogat
l generi. de pœnis.l ſanctio legum. Sin autem
diuerſæ ſunt leges, & præcedit lex ſpecialis,
& ſequitur lex generalis;& tunc aut diſpoſitio
ſpecificata, & generalis compatiuntur ſe in
origine, & effectu: tunc concurrent quo ad
vtrunque, aut in origine, non in effectu;
tunc concurrunt quo ad originem, non quo
ad effectum, de action & obligatio.quot.C.de
ſepul viola.l.qui ſepulchra,aut non compatiun
tur ſe;& tunc, aut dubitatur de mente legum;
& tunc ſpecies derogat generi.de leg l. & po-
ſteriores,aut eſt certum quia uerba ſunt ita p̃-
ciſa ꝙ non recipiunt auctionem, vel generis,
vel ſpeciei;& eſt eadem ratio, & conditio, ita
ꝙ ſpeciei non eſt ſpecialis ratio fauoris; tunc
vltimæ legi ſtandum eſt: quia a primo propoſi
to legis uideatur eſſe receſſum, ſicut tex. dicit
alibi.ff.locati cum in plures. §. locator horrei.
pręſuppoſito ꝙ iſta eſſet ſpecies,tamen accedit
generi per modum prorogationis,& ideo natu
ram generis ſequitur, & mutato genere,muta-
tur ſpecies,quæ non ſtat per ſe, ſed in veritate
generis habet ſubſtantiam,ar.ff.de pact.dota l.
inter ſocerum,§.cum inter patrem.& in multis
per generalem formam a ſpeciali receditur,qñ
ratio ſuadet,vt ff.mandati ſi hominem. ff. ꝓ ſo.
l.actione.§.renuntiare.cum ſimi. Tertio dubita
tur vtrum ad litis pendentiam referatur noua
7 lex,& videtur quòd non. † Primo, quia cauſa
cępta coram primis iudicibus debet ab eiſdem
m decidi.l.1.ff.de off.procon.[m] nam iuriſdõnem
ſuam perpetuauerunt,ff.de iuriſd.omn.iud.l.&
quia. Item lite pendente non ualẽt quæ ſtatuun
tur,ſiue reſpiciant actum, ſiue modum proce-
dendi.in auth.in medio litis non fieri ſacras for
mas. §. ideoq. nec vr̃ legislatorem cogitaſſe de
lite pendente, niſi nominatim feciſſet mentio-
nem de illa.vt no.in l.q autem,in princ. ſi quis
cautio.In contrarium q̃a iudicium ſoluitur eo
vacante q iudicare iuſſit,vt ff.de iud. l.iudiciũ
n ſoluitur,[n] vnde in veritate ex ſtatuto iuriſdõ
nata ex ſtatuto poterat tolli,ita & reformari,de
in lit.iurand.uideamus.§. p. & poſſunt iudices
adiungi lit.pendente,nec eſt hoc prohibitum,
immo permiſſum.vt no.in auth.in medio lit.§.
ſuper,non ergo ualuit factum a tribus,quia nõ
eſt factum a numero per nouam legem ſtatuto,
& vbi deficit numerus iudicum prętaxatus, ip
ſo iure non ualet ſententia,de arbitriis ſicut. &
l.pedius.§.1.& quod no.ff.de reg.iur. l.duo ex
tribus.Item quia officium, & authoritas quin-
que,non eſt ammodo in rerum natura, ſed eſt
translatum ad officium.7.virorum, vnde cum
primi quinque non haberent ptãtem, niſi rõne
8 officij, † permutato officio permutata eſt ptãs,
& noua forma ſequenda eſt,& non antiqua,ar.
o ff.locati.l.cum plures,& ſublato [o] nouo officio
tollitur eius authoritas,& effectus,vt l. & non.
C.de frumento Alexandrino.libro 11.& facit
extra de conſti.cap.translato ſacerdotio, & ad
hanc partem facit.C.de aduo. diuer. iudic. l ſi
nos.vbi duo ſubrogati loco vnius vtuntur eodẽ
iure, vnde pluralis numerus ſubrogatus, vel
adiunctus ſuccedit in eodem officio, & habet
de cã inchoata cognoſcere, & ſecundum datã
formam expedire,& a forma nullo modo rece
dere,vt ff.de exercito.l.1.§.ſi plures: & qđ no.
ff.de acq.hær.l.ſi quis mihi bona.§.ſi corã,non
p obſt.l.1.de officio.[p] vbi a primordiis iudicij
poſterior firmatur proceſſus,quia ibi in eadem
iuriſdictione,& eadem poteſtate erant iudices
in principio,medio,& fine,& hæc forma iuriſ-
dictionis erat mutata, & translata authoritas
de minori ad maiorem. Item non obſtat auth.
in medio lit. quia ibi loquitur de lege ſpeciali,
q contraria iuri communi, quę lite pendente, q
fieri non poteſt: hæc autem generalis bene ex-
tendit ſe ad litem penden. non quantum ad in-
fringendum ius,vel obligationem, nec quantũ
ad proceſſum exercitum,ſed quantum ad reli-
quum proceſſum futurum,ut C.de iuramento
calumniæ. l.ſi. ante fin.ibi dum dicit in primo,
&cætera.poſt hanc l.ingreſſus. Item non obſt.
ar.de perpetuatione iuriſdictionis, quia talis
perpetuatio non operatur aliquid quando ſupe
rior diſponit contrarium.d.l.iudicium ſoluitur.
Ex quibus concluditur ipſam ſententiam ipſo
iure nullam fuiſſe: quia aut dicimus valere at-
tento officio quinque, & iſtud eſt impoſſibile,
quia officium quinque eſt ſublatum: vnde ſub
nomine ipſius officij nihil geri poteſt.vt ff.de fi
deicommiſſ.liber.l.Lucius,& argum.de leg.3.
l.pater.§.tuſculanus, aut dicitur ualere attento
numero ſeptem, & iſtud eſt impoſſibile, quæ
non



non interfuit numerus ſecundum ſuum requi
ſitum. Iſtam etiam viam uidẽtur elegiſſe tres
aſſiſcẽdo ſibi quartum, unde iuris periti pro-
ceſſerunt,de officio delegat. cum ſuper abba-
tia. Et ita clare dicimus, & concludimus ſen-
tentiam ipſo iure nullam fuiſſe.Nos doctores
collegij, & iudices iudicum ciuitatis Peruſij
unanimiter, & concorditer,& ita vr̃ dicto col-
legio de iure dicẽdum. Saluo tamẽ ſemper cõ
ſilio ſaniori,& ad ſignum,& ad fidẽ huius, ſi-
gillum dicti collegij apponi fecimus conſue-
tum,& iõ Ioan.notarium dicti collegij roga-
uimus,ut de prædictis conficeret inſtrumẽtũ.
Idem dico & conſulo iuris eſſe. Ego Lapus de
Caſtiglionchio decretorum doctor,ideoq. me
ſubſcripſi.

## Addit.Quint. Mandoſij.

a ¶Commune.) *In hac Alle.ſeu con. La-*
*pi inſeritur infra poſt numerum 4.conſ.col*
*legij Peruſini,quod incipit ibi, commiſſum*
*fuit prædictum dubium.Hanc allegat.cum*
*con.Peruſino Ioan.Fran.Paui.in tractat.de*
*off & pote.cap.ſe.vacan.ad fin.2.queſtio.1.*
*par.verſi.per ſtatuta,& D.meus Phil.Dec.*
*in c.cæterum poſt prin.de iudi.citant ad ꝓ-*
*bandum ꝙ ſi committatur cauſa certo offi-*
*cio,uel alicui a lege,uel ſtatuto dicatur ha*
*bere iuriſdictionem ordinariam. Idem etiã*
*Paui.in 10.q.2.par.poſt numerum 29.hãc*
*Allega.adducit ad probandum quòd ſi cau*
*ſa committatur certo officio ſi poſtea augea*
*tur in numero ualeat ſententia lata per nu-*
*merum auctum.*
b Cum ſuper.] *Vbi Anto. de Butr. ſuper*
*glo.fi.late proſequitur per quinque mẽbra,*
*quæ reaſſumit Gemin.in Allega.hic c. vni.*
*§.idem quoque,ſuper glo.in ver.matrimo-*
*nium. numero 9. de ſpon. impu. lib.6. vbi*
*Fran.col.ſecunda. ſuper eadem glo.ante nu-*
*merum 4.remittit ſe ad Lap.hic, & loquun*
*tur de vtriſque regulis, de quibus hic per*
*Lap. pro quibus etiam uideri poterunt*
*conſ.Ludoui. Roma.446.primus propoſitę,*
*Mil. in ſuo reper.in verſi.Iudex ſi poteſt*
*procedere ex uno capite.*
c ¶Inſolidum.) *Si poteſtas ſit in ſolidum,*
*mixtura vnius inhabilis non uitiat actum.*
*ad Bald.in capitu.tertio loco.in fin. de pro-*
*batio.Felin. qui Lap. hic ſequitur in Alle-*
*ga. capitu.cum ſuper,numer.8.in 3.limita.*
*de offi. dele.*
d ¶De off.deleg.) *Legerem ſic vt in cap.*
*quoniam Abbas,in c.licet,de offi. delega.*
*& in c.fi.§.officium autem.eo.lib.6. Vide-*
*ri poterunt quæ ſcripſi in 2.queſt.10.Reg.*
*Cancel.nu.4.*
e ¶Libro ſexto.) *Videlicet columna pe-*
*nultima.verſiculo. In contrarium iſte ha-*
*bet illas duas dignitates.Cum Ioan.Andr.*
*tranſit ibi Francus,Et Ioann.And. vbi ſu*
*pra,& Lapum hic citant, & ſequuntur Fe*
*lin.in c.conſultationibus. poſt numerum x.*
*verſiculo.committitur cauſa duobus,& D.*
*meus Philip.Dec.in c.quoniam Abbas.nu*
*mero 12.de offici.delega.ubi etiam uide*
*Abb.nume.12.& ſeq.& ibidem Apoſtil.*
*in ver.noſtro.ad Lap.hic ſe remittit. Ad Io*
*an.And.etiam ſe remittit Alex.in l.qui li*
*beris.§.hæc verba,ff. de vulg.*
f ¶Quæſtio.) *De qua queſt.ſeu diſputatio*
*ne Ioan.Calde.vide etiam per Alex. in l.*
*more.ff.de iuriſ.om.iudi.vbi etiam Ludoui.*
*Rom poſt nu.17.Lapum hic(vt puto) citare*
*voluit.*
g ¶Durant eadem.] *Iuxta text. in l.pro-*
*ponebatur,ff.de iud.in l. ſicut municipij,§.*
*in decurionibus,ff.quod cuius.vniuer.Hinc*
*voluit Gui.Papę,Dec.279.ſententia, ſen-*
*tentiam latam contra homines alicuius ci-*
*uitatis,ſucceſſoribus nocere, ſubdens ita iu*
*dicatum.Hinc quærit Rebuff. ſuper concor.*
*rub.de Manda.Apoſto.§.primus,in ver.*
*vnum, an ſucceſſor collatoris habeatur idẽ*
*cum prędeceſſore, ita vt ab eodem Papa*
*grauari poſſit. Et dixit Pariſ. collegium*
*non mori, conſilio 34. circa reſolutionem,*
*numero 37. volum. quarto, ubi ſequitur*
*Lap. hic.*
h ¶Non recordor.] *Dic tu quòd Barto.*
*hanc*

*hanc quæſtio. poſuit in l.dies cautioni, num. 3. & Lapus hic refert verba ipſius Bar. Ex lectura ipſius Barto. emendare poteris quædam uerba Lapi hic, Vbi enim dicit. In puniendis malis, legere poteris in puniendis maleficijs. Et poſt uerbum maleficijs, adde hæc, per ſex menſes. Poſtea ibi. Quaſi idem ſit officium primi, lege tu quaſi idem ſit officium protelatum. Succeſſiue ibi ſententiæ dicunt, uel ſiue dicunt, lege tu ſi uero dicunt. Et quòd officium protelatum dicatur idem numero, & tempus prorogatum cenſeatur idem cum primo, probo in 76. quæſtione. Regu. de Anna. nu. nono, & ſequen.*

i ¶ Potuit excipere.] *Hoc dictum Lapi citant, & ſequuntur Feli. in cap. accedens, 2. col. 6. verſicu. ſimiliter dicit Lap. vt lit. non conteſt. & Hippo. de Marſi. in praxi crimi. §. attingam, poſt numer. 19. ubi alios refert.*

K ¶ Ordinarij.] *Referunt, & ſequuntur Ludo. Rom. in l. more maiorum, ante nume. 6. verſi. ſed quid ſi committitur officio. ff. de iuriſd. om. iud. & alij quos retuli ſupra in 1. Apoſtill.*

l ¶ Specialia, & generalia.] *In hac materia, & pro diſtinctionibus, de quibus infra uideantur Bal. in ca. 1. num. 10. & ſequ. Abb. eo. nu. & alij, de reſcr. ubi etiam an, et quando priuilegium, ſeu reſcriptum ſpeciale generali deroget Anto. Corſet. in ſingu. ſuis, in ver. ſtatutum. 4. vbi de duobus ſtatutis altero generali, altero ſpeciali. Caro. Rui. conſi. 69. circa proceſſum, nume. 3. libro 1. Dominus meus conſi. 44. & diligenter nume. 2. & 7. verſi. modo dua ſtatuta, et ante. & conſi. 222. viſo puncto, nume. 7. & ante. 590. teſtator reliquit, numero 6. & ſequen. & 664. uiſo eleganti, numero 8. & ſequen. & nouiſſime per Sarnen. poſt alios in capitulo primo, de conſt. lib 6. numero 57. & ante. & uum. 138. ſuper gl. in ver. prouocare, vbi alios citat.*

m ¶ L. j. ff. de off. procon.] *Legendum eſt l. vni. ff. de offic. conſu. ſupponendo quod Lap. hic ſentiat l. illam non ſolum locum habere in iuriſdictione uoluntaria, ſed etiam contentioſa, prout etiam communis opinio habet, ut per Rui. conſilio quinto, habita. poſt princip. & conſilio 60. in cauſa. nume. 12. volum. 5.*

n ¶ Iudicium ſoluitur.] *Et l. cum prætor. Et notauit D. meus Philip. Dec. poſt Bart. & Abbas conſilio 143. numero 2. quod officium delegati eſt ſe cum uoluntate delegantis conformare. Et pro illa regula. l. iudiciũ ſoluitur, vide Sarnen. in 7. quæſtione. Regu. de non tol. iu. quæ ſi. ubi declarat, & limitat illum tex.*

o ¶ Sublato.] *Alias ſubrogato nouo officio tollitur eius authoritas, & effectus, ut l. & non ſeu, & not. Dic tu l. 2. & ibi nota. in gl. in uer. parriſſidi origij (vt ibi legendum eſſe aduertit Alcia) no. ibi gl. quòd ſicut corrigitur ibi nomen officij, ergo & effectus, prout in c. cor epiſcopi, in fin. 68. diſtinctio. glo. 1. in capi. admonere, 23. quæſt. ſecunda. Hinc dicimus nomine quod eximitur officio, & fructu carebit, l. a nullo, in fin. C. de fer. & ad ea, quæ adduco in glo. facul. in §. habita. in uer. nomine. Si legimus ſublato nouo officio, loco dictionis nouo, ponenda eſſet antiquo, ut ſenſus ſit, quòd immutato officio antiquo, uel nouo conſtituto, ab officio nouo regula ſumenda ſit.*

p ¶ De officio.] *Legerem non obſtan. leg. uni. de offi. conſu. prout etiam ſupra aduerti nu. 7. in uer. l. 1.*

q ¶ Lite pendente.] *Regula eſt, quòd lite pendente reſcriptum impetratum de lite mentione non facta non ualet. Vltra auth. in medio litis, eſt textus, in l. 2. C. ut lite penden. Saly. & Pau. Caſtren. in l. fin. C. eo. capitulo. inter monaſterium, & ibi Abba. in quarto not. de re iudi. Dominus meus poſt glo. & Abba. in capitulo ut debitus, numero 14. de appellatio. amplians etiam ſi ſola citatio executioni demandata fuerit quoad reum, ut de tali litis pendentia in reſcripto mentionem facere teneatur; quo uero ad actorem*

ctorem



*ctorem etiam citatione tantum decreta. Et hanc opinionem de iure ueriorem aſſerit. Idem concludit Pariſ. conſilio 45. ruit monitorium. numero 30. loquens de gratia, & priuilegio lite pẽdente impetratis, ampliãs vt ſupra uolum. 4. hanc conclu. ueram atteſtans Vide tamen Cur. Innoc. conſilio 174. in cauſa. numero 4. qui contrarium ſentire videtur, dum ex communi ſententia diſtinguit, aut lis eſt conteſtata, & procedant premiſſa, aut non, & tunc mentio litis non ſit neceſſaria, adducens Bal. & alios ut ibi. Ego præceden. opin. ſequerer uti ueriorem, & magis conſonam iuri ciuili, & pontificio.*

*SVMMARIVM.*

1 *Habens beneficium curatum ſi obtinet ſecundum curatum, & antequam ſecundus habeat poſ. moritur an primum dicatur uacare per mortem ipſius.*

2 *Exprimens unum modum uacationis beneficij in impetratione illius ſi uacat alio modo an in ipſa impetratione includatur.*

3 *Ignorans & ſine dolo an in impetrationibus ſit ſemper excuſandus.*

4 *Natura literarum eſt deſtinari abſentibus non præſentibus.*

5 *Verba narratiua papæ an fidem faciant.*

6 *Beneficium quod abſenti confertur non poteſt proprie dici abſentis ante acceptationem.*

7 *Ius in re, & ius ad rem quo caſu ęquiparentur.*

8 *Volentibus non fit iniuria.*

9 *Proles cenſetur legitima tempore quo communi opinione matrimonium putabatur uerum, licet uerum non eſſet.*

10 *Proles nata ex matrimonio infidelium in gradu probibito a lege canonica, an poſt conuerſionem efficiatur legitima.*

11 *Opinio expreſſa an ſit ueritati pręferenda.*

12 *Beneficia conferre eſt iuriſdictionis.*

13 *Facta a ſeruo gerente officium prætoris ſunt ualida, quandiu in officio toleratur.*

14 *Soluens improuide uni quod alteri debetur an liberetur.*

15 *Veritas ante completum negotium declarata præfertur opinioni.*

16 *Rupto uno titulo anteriori de rigore iuris rumpuntur omnes ſequentes tituli; ſicut rupto uno gradu matrimoniali, &c.*

17 *Subtilizatio in materia reſcriptorum eſt uitanda: quia eſt ad commune diſcrimen.*

## ALLEGATIO LXXXIX.

1 IN Dei nomine amen. † Factum ſuper quo conſilium iuris petitur tale eſſe proponitur: videlicet. Dudum prælati duo diuerſarum curatarum eccleſiarum collegiatarum, videlicet P. & G. cupientes dictas ſuas eccleſias, & prælaturas adinuicem permutare: conſtituerunt ſuos procuratores in forma canonica ad renuntiandum, & reſignandum dicta ſua beneficia in manu ſummi pontificis, & ad cætera quę pro complenda dicta permutatione expedirent, cum clauſulis in prædictis opportunis Deinde prædicti procuratores conſtituti coram dicto ſummo pontifice dictis beneficijs, eccleſijs, & prælationibus, dictorũ dominorum ſuorum dictis nominibus renuntiauerunt, & reſignauerunt, ex cauſa huiuſmodi permutationis faciendę, & poſtmodum prędictus ſummus pontifex dictorum beneficiorum ſic, vt præfertur reſignatorum non dictorum procuratoribus, qui reſignauerũt præſentibus: ſed vnum vni ex dictis prælatis, & alterum alteri contulit, licet abſentibus, ſed ut eſt moris per literas apoſtolicas ſuper hoc confectas. Erant enim ipſi prælati in partibus, non in curia: quę collationes, uel literæ apoſtolicæ nunquam ad ipſorum prælatorum notitiam apparent deueniſſe: nec ipſa beneficia ſic permutata acceptauerunt, nec ea vigore dictæ permutationis tenuerunt, uel poſſederunt. Sed quilibet in ſuo antiquo, & priori beneficio remanſit, poſtea vero deducto ad notitiam dictorum pręlatorum, quòd prædicti ſui procuratores dicta

ſua

ſua beneficia ex cauſa permutationis huiuſmo
di in manu dicti ſummi pontificis renuntiaue
runt, & cupientes ex certis iuſtis cauſis in di-
ctis ſuis antiquis beneficijs remanere, expoſue
runt dicto ſummo pontifici dictum ſuum deſi
derium, narrantes prædictas reſignationes ex
cauſa prędicta iam factas, nullam tamen men-
tionem fecerunt de dictis collationibus eiſdẽ
per dictum ſummum pontificem iam factis. Et
ſummus pontifex præfatus ad dictam ſuppli-
cationem dictorum prælatorum, ut in dictis
ſuis antiquis, & prioribus beneficijs poſſent li-
citè remanere, conceſſit dictis renuntiationib.
non obſtantibus. Et ſic etiam poſtea continuè
remanſerunt, & fuerunt notorie habiti, nomi-
nati, & reputati dicti legitimi prælati dictarũ
primarum eccleſiarum in clero, & populo ciui
tatis, & diœce. dictorum beneficiorum, & ma-
ximè prædictus G. vſque ad vitę vltimum ſuæ
exitum, qui etiam pręlatus dictæ prioris eccle
ſiæ apud ipſam eccleſiam mortuus eſt, & ſepul
tus, poſtea verò ipſo G. vt præfertur mortuo, &
ſepulto, & ſuperſtite dicto P. alio prælato
prędicto, qui iam tempore mortis dicti G.
aliud beneficium curatum adeptus fuerat, & di
ctam ſuam antiquam pręlaturam per dictam
adeptionem ſecundi curati dimiſerat. Quidam
R. clericus ſciens dictam prælaturam prioris
dicti quondam G. fore ſpecialiter apud ſedem
apoſtolicam reſeruatam, & communi opinio-
ne, & reputatione prædictis ductus, credens di-
ctam pręlaturam, & curatum beneficium impe
trauit a ſummo pontifice tanquam ſpecialiter
reſeruatum vt erat, & expreſſit ipſum benefi-
cium vacare per obitum dicti G. Quæritur ex
prædictis, an dictus R. clericus in dicta præla-
tura, & curato beneficio canonicum titulum
habeat? Et vt veritas clarius eluceſcat arguam
ad vtranque partem, & primo uidetur, ꝙ non.
2 † Nam qui expreſſit unum modum [b] vacatio-
b nis beneficij ſi vacat alio modo non includitur
in ipſa impetratione, ſed in impetratione dicti
beneficij expreſſit unum modum vacationis
beneficij, & uacabat alio modo: ergo dictum
beneficium non fuit incluſum in dicta impe-
tratione, ergo ſibi non debetur, & ſic in ipſo ca
nonicum titulum non habet: & ꝙ expreſſerit
vnum modum vacationis, & vacauerit alio mo
do apparet. nam R. clericus expreſſit in dicta
ſua impetratione, quod dictum beneficiũ vaca
bat per mortem dicti G. & per dicti G. obitum
non uacabat uerè ipſum beneficium, quia uerè
ipſe G. tempore ſuæ mortis uerus prælatus di-
cti beneficii non eſſet, uel eccleſiæ, & ſic per
eius obitum uacare non potuit. Quod autem
non eſſet uerus prælatus ipſius eccleſiæ patet
ex themate pręmiſſo. Nam proponitur, quòd
procurator ſuus legitimus in Romana curia re
ſignauerat dictum beneficium in manibus pa-
pæ ex cauſa permutationis prædictę. Et quod
papa ipſum beneficium ſic reſignatum contu-
lit dicto P. ex cauſa dictę permutationis, & di-
cto G. contulit dictum aliud beneficium etiam
reſignatum per procuratorem legitimum dicti
P. occaſione dictę permutationis: & dicto G.
contulit dictum aliud beneficium, ergo ſic di
ctus P. remanſit pręlatus dicti beneficij, de
quo non q̃ritur, & nõ dictus G. Nec obſtat huic
concluſioni ꝙ papa poſt dictas renuntiationes
dictorum beneficiorũ cõceſſit prædictis P. & G.
prælatis prædictis, quòd poſſint in dictis ſuis
antiquis, & prioribus beneficijs remanere di-
ctis reſignationibus non obſtan. Ratio, quia
dicta gratioſa conceſſio facta per Papam prę
dictis prælatis de remanendo in dictis priori-
bus beneficijs, non ualuit ipſo iure · quia
fuit ſurreptitia, & tacita ueritate impetrata: nã
in eo tacitum fuit per ipſos prælatos de dictis
collationibus iam eis hinc inde factis de di-
ctis beneficijs per dictum dominum Papam:
cuius ueritatis taciturnitas talis fuit quæ prin-
c cipem retraxiſſet [c] a dicta gratia dictæ conceſ-
ſionis facienda, ſeu ſaltem magis difficiliter fe
ciſſet; quorum alterum ſufficit ad ſurreptionẽ
inducendam, & ad uitiandam gratiam, de re-
ſcrip. ſuper literis, cum materia ſua, nec in gra
tioſis uidetur excuſare ſimplicitas, uel ignoran
tia, ut no. in decre. ſi motu proprio, de præben.
lib. 6. Si ergo non ualuit dicta gratia, quod in
dictis ſuis beneficiis contra reſignationem poſ
ſent remanere, patet quód dictus P. remanſit
prælatus uigore dictæ collationis dicti benefi-
cii quondam dicti G. & dictus G. remanſit præ
latus dicti beneficij quondam dicti P. Et cum
in themate præmiſſo proponatur, quod dictus
P. poſtea ante obitum dicti G. adeptus fuit a-
liud beneficium curatum, patet quòd uacauit
dictum beneficium de quo agitur per adeptio
nem dicti curati beneficij factam per dictum
P. & ſic etiam uacabat tempore dictæ impetra-
tionis dicti R. clerici præfati: ergo ipſe R. cleri-
cus non expreſſit uerum modum uacationis di
cti beneficij, qui erat per dictam adeptionem
factam per dictum P. de dicto alio curato
beneficio



beneficio: ſed expreſſit alium modum vaca-
tionis non verum, videlicet per obitum dicti.
G. ergo dictum beneficium ſibi non debetur,
& in dicta ſua impetratione non includitur,
& ſic in ipſo canonicum titulum non habet.
In contrarium vr̃, & hoc ex duobus capitib.
Primum caput ſit iſtud, ꝙ iſti duo prælati
per dictam cõceſſionem apoſtolicam licite re
manſerũt in dictis quondam antiquis, & prio-
ribus beneficijs, non obſtantibus prædictis re
ſignationibus, & collationibus, & ſic fuerunt
veri prælati ipſorum beneficiorum, & ſic va-
cauit dictum beneficium de quo agitur per
obitum dicti. G. & non per dictam adeptionẽ
factam per dictum. P. de alio curato benefi-
cio. Et ſic etiam dictus. R. clericus verum mo
dum vacationis expreſſit in ſua impetratione
prædicta, & ſic in canonicum titulum habet
in ipſo beneficio. Secũdũ caput ſit iſtud quòd
poſito pro conſtanti quòd dictus G. tempore
ſui obitus non fuiſſet verus prælatus dicti be-
neficij de quo agitur, & ſic ipſum beneficium
uerè per eius obtum non uacaſſet, ſed uacaſ-
ſet per dictam adeptionem dicti alterius cu-
rati beneficij factam per dictum. P. ut præfer-
tur, tamen adhuc, & hoc non obſtante habuit,
& habet idem. R. clericus in dicto beneficio
de quo agitur canonicum titulum & licitè im
petrauit.
Reſpondeo ad primum caput, & quòd ſit
verum oſtendo, & dico quòd prædicta papa-
lis conceſſio facta prædictis prælatis de rema
nendo in dictis ſuis quondam antiquis bene-
ficijs canonicum titulum præbuit & dicta ta-
citurnitas dictarum collationum iam ut præ-
fertur factarum non habuit papæ conceſſionẽ
uitiare, ſeu ſurreptitiã reddere. Ratio duplex
eſt. Primo quia ipſi p̃lati ignorabãt dictas col-
lationes, ſeu ignoraſſe præſumuntur, quia in
eorum abſentia factæ poſtea ad ipſorum no-
titiam non fuerunt deductæ; & ꝙ nõ apparet,
non dicitur eſſe. de cõſec. diſt. 1. ſolemnitates.
d 1. [d] & quòd ignorabant exprimere non po
tuerunt, & ſurreptio quæ delictum, & crimẽ
eſt, ab animo procedere debet de ſen. excom.
cum uolunt. ubi autem non eſt ſcientia, ibi nõ
eſt animus, ut probatur hoc aperte in ca. gra-
tia. de reſcri. lib. 6. ubi non uitiatur impetra-
tio facta per me de beneficio a papa, licet nõ
fecerim mentionem de beneficio quod antea
mihi ignoranti epiſcopus meus conceſſerat,
3 vbi enim † adeſt ignorantia, e & ceſſat dolus,
e excuſatur impetrans, ut no. Io. An. & Arch. in
dicta decr. gratia ſuper uer. ignoranti. quod ẽt
no. Io. An. in q. poſita ſuper regula ignorantia,
in fi. q. de reg. iur. lib. 6. Itẽ taciturnitas in gra-
tioſis quando fit per ſimplicitatem nõ uitiat,
nec habet locum regula de reſcr. ſuper literis,
ut dicit Innoc. de reſcri. poſtulaſti, & Vicent.
& Goff. hoc not. & Ioan. And in c. ſi motu pro
prio. de prębend. lib. 6. hoc reprobatur quan-
do taciturnitas procedit per ignorantiam, ut
not. Io. And. ſuper dicta gloſſ. in nouel. Nec ob
ſtat ſi diceretur prædictos pręlatos ſciuiſſe di
ctas collationes ex eo quia extant literæ ipſo-
rum collat. nec talis ſcientia per ipſas literas
probatur ſed potius probatur abſentia, & ſic
præſumitur ignorantia.
De natura enim literarum eſt deſtinari ab
4 ſentibus, & non præſentibus † nec in literis di
citur quòd eſſent præſentes dictis collationi-
bus, immo ordo geſtorum oſtẽdit contrariũ,
nam patet quòd ipſi prælati abſentes, & remo
ti a curia conſtituerunt procuratores in curia
exiſtentes, qui ex cauſa permutationis renun-
tiauerunt prælaturas prædictas, & poſtea pa-
tet ꝙ dictus dominus papa fieri fecit ſtatim li
teras collationũ prædictarũ ſub nomine prin
cipalium qui erant abſentes, ut ipſę literę de-
ſtinarentur ipſis principalibus, quas prę ſenta
tas fore non apparet, & ſic eoſdẽ ante præſen-
f tationẽ nõ affecerũt, de offi. del. ſuper eo. f Et
licet fuerint confectæ literæ hoc potuit fieri
per ipſos procuratores, uel per alium amicũ
g g eorũ, ut eſt moris, unde ex quo non infertur
h ſcientia principaliũ, h ignorantia ſemper p̃-
ſumitur, niſi probetur ſcientia ut in regula iu-
ris p̃ſumitur, cum cõcor. immo ẽt ſi in ipſis li-
teris diceret papa quòd hoc facit ad ſupplica
tionem prædictorum pręlatorum: tamen non
5 ex hoc probaretur ſcientia † eorũ quantuncũ-
que ſit ꝙ uerba narratiua papæ fidẽ faciunt.
vt in cle. litteris, de probat. ratio quia ante da-
tam litterarũ potuiſſent per plures, & plures
menſes dicti prælati hoc ſignificaſse domino
papæ, & eidẽ ſupplicaſse, uel per litteras, uel
per nuntiũ, uel procuratorẽ, nec ex reſcripto
apoſtolico cõcluditur ꝙ impetrantes die dati
reſcripti fuerint in curia, quia uerbum ſuppli
cauerunt refert ſe ad præteritum tẽpus: ſed ſo
la collatio eſt illa quę refertur ad diẽ dati re-
ſcripti. Nõ ergo probat hoc eſse, ꝙ ab hoc cõ
tingit abeſſe. de trãsla. ĩter. & bñ facit ad p̃di-
cta gl. ult. in dicta decre. ſi motu proprio. li. 6.

quæ dicit ꝙ ſi in literis non exprimat papa ꝙ
motu proprio fecerit,eſto quòd per teſtes pro
baretur quòd fecerit motu proprio, non ſuf-
ficeret; quia forte papa ante annum rogatus
fuerat,ergo ſciuit quando papa fecit;infertur
igitur ex præmiſſis ignorantia dictarum col-
lationum; & ex ipſa ignorantia infertur euita
tio ſurreptionis per iura, & rationes prædi-
ctas; & ſic dicta conceſſio de remanendo in
dictis beneficijs prioribus tenuit, & valuit.
Secunda ratio in iſto primo capite eſt, quia
eſto quòd ſciuiſſent dicti prælati dictas colla-
tiones ſibi factas tempore dictæ impetratio-
nis, & conceſſionis eis factæ de remanendo
in dictis beneficijs per ſummum pontificem,
tamen dicta taciturnitas non habuit induce-
re ſurreptionem, vel uitiare dictam conceſ-
6 ſionem de remanendo. † Pro quo eſt ſciendũ
quòd beneficium quod confertur abſenti nõ
poteſt proprie dici ante abſentis ante accepta
i tionem,de præben.c.ſi tibi abſenti. i lib.6.im
mo nec ſi conferatur pręſenti ante acceptatio
nem.vt no gl. in d.c.ſi tibi. Item eſt ſciendum
quod ad hoc quod taciturnitas alicuius rei ha
beat vitiare gratiam,vel literas impetratas,re
quiritur quod ſit talis, quæ ſi fuiſſet expreſſa
princeps talem gratiam non feciſſet. de reſcr.
ſuper literis, cum ibi not. quod intelligitur.
k k ſ.ſecundum communem ſtilum,vel curſum
principis,curiæ,vel cancellariæ:nam alias nõ
poſſet vnquam ſciri an princeps feciſſet gra-
tiam ſi fuiſſet expreſſum; fortè enim feciſſet,
& fortè non: vnde referendum eſt hoc ad pro
babilem coniecturam, uel communem uſum
aliarum gratiarum per principem conceſſa-
rum,ſeu ſolitarum concedi,vnde non ideo vi
tiaretur gratia,quia tacui me flauum,uel puſil
lum, vel quod iam habui beneficium cui reſi-
l gnauit, l uel huiuſmodi;fortius licet impetrãs
in contentioſis debeat mentionem facere de
proceſſu,de re iudic.cap. inter monaſterium.
m m item de ſententia lata, de fide inſtr.ca.inter
n dilectos, n tamen ſi impetro in matrimoniali,
ualet reſcriptũ, eſto ꝙ de proceſſu,uel de ſen
tentia non fecerim mentionem.vt no.Io.And.
o poſt Hoſt.de re iud.tenor. o ſuper uer.literas,
& eſt rõ quia ex quo talis ſententia non tran-
ſit in rem iudicatã, ẽt ſi mentionem feciſſet,li
teras habuiſſet. Item ſi impetrans reſcriptum
ad litem contra Titium exponens quòd ſibi
debebat centum, licet tacuerit quod Titius di
cebat contrariũ,tenet,& ualet reſcriptum. de

p lit.conteſt.c.j.li 6.cum ibi no.in gl.fi. p Modo
dico quod ex quo dictas collationes prædicti
prælati non acceptauerunt,& ſic nec ius in di
ctis beneficijs habebant, eſto quod ſcirent di-
ctas collationes, non cogebantur facere men
tionẽ,& hoc expreſſe ſentit Archi. in d.c.gra-
tia,ſuper uer.neſciens,ſuper d.uer. dicit maxi
mè ex quo non acceptauerunt per eandem de
cre.& gl.or.in d.c.gratia, ſuper uer. ignorãti.
hoc idem dicit licet alternatiuè, & magis ui-
detur pẽdere ad aliã partem. ſ.quod teneatur
ſciens de tali beneficio facere mentionem ẽt
ante acceptationem,& hæc omnia coadiuuat
Io.An.ſ.per gl.in nouella, dicens quod ſi ex-
pectans debet facere mẽtionem de uacatura,
ut in decre.in noſtris.de reſcr. quando ſciuit,
ut no.Io.An. in q.poſita ſuper regula ignoran
tia.de reg.iur.lib.6.& quando acceptauit tale
ius uacaturæ per rationes prædictas, alias nõ,
& proxima allega. & gloſſ.non probant con-
trarium.Item licet taciturnitas beneficij, cum
ſcientia,& acceptatione ut prædixi,quantucũ
que modici beneficij uitiat reſcriptum ſi fue-
rit tacitum per ſimplicitatem ſiue per mali-
tiam;tamen taciturnitas dictarum collationũ
in dicto caſu non debet operari hunc effectũ:
quia narrabant qualiter fuerant prælati dicta-
rum eccleſiarum,& qualiter reſignauerant il-
lis ex cauſa permutationis in manibus ſuis,&
quod melius erat quod remanerẽt in ſuis pri-
mis; & ſic non tacentibus in effectu benefi-
cium:quia & ſi non dicerent expreſſe, de col-
latione iam facta, tamen per expreſſionem di
ctarũ renuntiationum factarum ex cauſa per-
mutationis prædictæ,papa intelligebat, quod
ſi de neceſſitate ipſi prælati impetrantes debe
bant habere ſine mora hincinde illa beneficia
renuntiata : beneficia ſic renuntiata non poſ-
ſunt alteri conferri,vt in clem.uni.de rer.per-
7 mut.& in iſta materia expreſſè†omnino æqui
paramus ius in re,& ius ad rem, unde prædi-
cta faciebãt mentionem de iure ad rem,quod
habebant ad beneficium quod modo dicitur
tacitum,& non ſurripiebant papæ;& maximè
cum dictum ius ad rem,tale eſſet ꝙ ſine mora
debebat transire in rem,& quia ratio quare ta
citurnitas beneficij vitiat reſcriptum eſt: quia
non eſt veriſimile ꝙ pro beneficiato papa ſic
faciliter ſcriberet, ſicut pro non beneficiato
q q ſed iſta ratio ceſſat in caſu noſtro: nam ut
præfertur bene ſciebat papa tẽpore dictæ con
ceſſionis de remanendo, ꝙ prædicti prælati
quaſi



quaſi habebãt, uel ſtatim habituri erant dicta
beneficia hincinde renũtiata ex cauſa permu
tationis prædictæ, & interim iuris diſpoſitio-
ne priora poſſidebant; & bene ſciebat papa
ex prædictis expreſſis,de præbend.de multa.
unde non nocet ad dictam conceſſionem de
remanendo faciendam:quia ipſi prælati aliud
beneficium non habebant, nec retraxiſſet eũ
à dicta conceſſione facienda expreſſio dicta-
rum collationum, cum ipſe papa per ea quæ
expreſſa erant ſciebat,uel præſumere, & cre-
dere debebat inferri de neceſſitate iuris, &
ſic quo ad hoc pro facto reputari poterat. Iux
ta illud, eſt mihi pro facto ſæpe ꝙ eſſe poteſt,
vt not.glo. Item ꝙ taciturnitas dictarum col-
lationum nõ fuerit talis,quæ expreſſa habuiſ
ſet trahere principem a dicta conceſſione de
remanẽdo, patet alia ratione,nã per ipſam ta
citurnitatem non conſequebantur ipſi impe-
trantes plura beneficia de iure, uel de facto,
ſed vnicum tantum. Item talis taciturnitas nõ
poterat alicui obeſſe niſi ipſi duobus impetrã
tibus, quibus per illas collationes ius quæſitũ
erat, & non alteri, ſed præiudicium eorum
8 † Papa non ponderat: quia volentibus non fit
iniuria, & quia iſti impetrantes ſimul quaſi
adinuicem contraxerunt, & hincinde tacue-
runt dictas collationes; fiat hincinde mutua
compenſatio,ad hoc ꝙ not.Io. An. poſt Hoſt.
in decret.nihil eſt.de electio.ſuper fin. vltim.
gloſſ.in nouel. & facit ad prædicta quòd not.
Ioan.And.& Inno.in cap. quidam, de renun.
ubi dicit quòd ſi peto licentiam cedendi per
nuntium,poſſum pœnitere antequam nuntius
petat,imò etiam poſtea antequam ſit cõceſſa.
Nec obſt. ſecundum eos quòd dicitur de po-
ſtula.bonæ.cum iſta petitio non fiat ita publi-
ce,& ſolenniter ſicut illa, & cum nullius in-
terſit, ſed in poſtulatione intereſt poſtulantis.
Item eſto quòd intereſſent dictis collationi-
bus,ita papa feciſſet eis dictam gratiam de re
manendo, ſicut fecit, ex quo res erat integra,
& de vtriuſque uoluntate procedebat, & ma-
ximè cum proponerent hoc ex iuſta cauſa ſe
facere, quam gratiam papa eis inuitis forſitã
feciſſet.per no.de renun.quidam. Non enim
eſt dare bonam rationem quare papa magis
dictam gratiam de remanendo feciſſet expreſ
ſis collationibus,re integra, & dum adhuc ꝑ
dictas collationes non acceptatas prædicta-
rum collationum ius quæſitum non eſſet eiſ-
dem: & dum taciturnitas ipſarum collationũ

non haberet ſufficiẽtẽ cãm ad retrahẽdũ prin
cipẽ a dicta conceſſione de remanendo faciẽ-
da;infertur ꝙ dicta conceſſio facta per papã
prædictis prælatis, & ſi dictas collationes di-
ctorũ beneficiorũ ſciuiſſent,tenuit & ualuit.
r Venio ad ſecundum caput r quod erat vide
licet ꝙ ſi dictus.G.tẽpore ſui obitus nõ fuiſſet
verus prælatus dicti beneficij de quo agit,&
ſic ipſum beneficium vere per eius obitũ non
vacaſſet,ſed uacaſſet per dictam adeptionem
alterius curati beneficij factã per dictum. P.
vt præfertur;tamẽ adhuc habuit,& habet idẽ.
R.cleri.in dicto beneficio de quo agitur cano
nicum titulum, & licite impetrauit, quod ſic
oſtendo. Prædictus.G.ut habet thema præmiſ
ſum a principio habuit canonicum titulum
in dicto beneficio, & non obſtantibus prædi-
ctis renuntiationibus quæ ignorabantur com
muni opinione fuit continuè habitus,& repu
tatus verus prælatus dictę eccleſię vſque ad
extremũ ſuę uitæ exitum,& talis cõis opinio,
& maximè in perſonis publicis, ut ſunt iudi-
ces,& pręlati excuſat contrahentes;& hoc eſt
videre in multis caſibus, patet in eo qui puta-
batur patronus cõi opi. tempore pręſentatio-
nis factę per eum,quę pręſentatio facta nõ vi
tiatur,licet poſtea appareat eum non fuiſſe pa
s tronum:de iurepat. conſultationibus s de ele.
querelam.Idem dicimus in electione facta ab
t electore putatiuo, t de collatione facta ab eo
qui putabatur conferendi poteſtatem habere
u de cauſ.poſſ.cũ olim, u hinc ẽt proles † cenſet
9 legitima ſuſcepta tpe quo cõi opin. matrimo-
nium putabatur eſſe uerum, licet uerum eſſe
non poſſet: qui fi. ſint legi.c.2.& c. ex tenore.
x & videtur dicere.G. ꝙ ea quę fecerit qui cõ
x muni opin putabatur legatus, licet non eſſet,
perpetuo valẽt,hęc not.Spec.de lega.§.ſuper-
y eſt.ver.quid ergo ſi quis. y Item ubi de valore
alicuius actus quęritur, uel perſonę qualita-
te,ex quo tunc aliud non conſtat, ſecundum
10 opi. cõem iudicandum eſt. † Vnde proles na
ta ex matrimonio infideliũ in gradu prohibi-
z to a lege canonica, z contracto: ꝑꝑ ipſorum
cõem opi. poſt eorum conuerſionem iudica
tur legitima.qui fi.ſint legi.ca.vlt. ergo ſequi-
tur quod dictus. G. debet iudicari ſecundum
cõmunem opinionem quę habebat quod ve-
rus eſſet prælatus dictę eccleſiæ de qua quę-
ritur. Ad iſtam rationem facit quod fortior eſt
cõis opi.quam ſingularis, ut eſt notũ, facit.x.
di.de quibus.64.di.extra conſcientiã.de con-
ſti.

ſti.ne innitaris de offi.de l.prudentiã, ſed ſin-
gularis opi. attenditur ſecundum quam ſæpe
iudicatur ẽt contra veritatem,unde excuſatur
qui percutit liberum,quem credebat ſeruum.
ff.de iniur.l.illud,in fi.canonizata. 15. q.1.il-
lud,& tenet excommunicatio illius qui puta
bat ſe iudicem,cum tamen eſſet appellatũ ad
a papam.de appell.ſi duobus, a nec eſt irregu-
laris qui probabiliter putabat ſe non ſuſpen-
ſum cum celebrauit,de cle.excõ. apoſtolicæ,
& qui percutit clericũ quẽ probabiliter putat
laicũ,non incidit in canonem,de ſen. exco. ſi
b uero.2. b & per affectum quẽ quis habet iudi
catur bigamus qui non eſt bigamus. de biga.
nuper.& c.vl. & ceſſat adulteriũ, uel iniuria
in illo qui probabiliter credidit uxorẽ,uel me
11 retricẽ quã cognouit.32.q.2. in lectum, † de
ſen.exc.in audientia,ad hoc.ff.de acq.hær.is
qui.& expreſſam opinionem præferri uerita-
ti,& qui putauit delictum ꝙ non eſſet non te
netur.facit. ff.de fur falſis. §.qui alienum, &
recipere põt mercedẽ, qui locauit militi,cre-
dens cũ paganũ. ff.loca. ſi ignorans. & idẽ in
c multis ſimilibus. c Si ergo attenditur ſingu-
laris opinio,& ſecũdum eã ſæpè iudicatur cõ
tra veritatẽ, multofortius ſecundũ cõem opi.
id fieri debet quæ fortior eſt, & vincit ſingula
rem ut ſupra dixi. Confirmatur hæc ratio per
illam regulã Si uinco uincentem te,multofor
tius vincam te.24.q.1.rogamus. Præterea ma
gis ad propoſitum deſcendo, ſi tenet collatio
mihi facta ab eo qui non erat uerus prælatus,
ſeu cõferre nõ poterat, quia erat excõicatus,
d d tamen cõi opi. reprobatur prælatus uel ab-
ſolutus; & dicor habere canonicum titulũ ab
eo qui dare non poterat contra regulã iuris,
quia pro non dato habere quod ab eo datur
qui de iure dare non põt.de iurepa.ꝙ autem.
Quanto fortius in caſu prædicto dici poterat
dictũ.R.clericũ canonicũ titulum hr̃ in dicto
beneficio de quo agitur, vbi fuit facta colla-
tio a papa, qui ſolus poterat per reſeruationẽ
ſpecialẽ,& de beneficio tunc verè de iure, &
de facto uacante;& ubi nullus fuit dolus, ſur
reptio,uel culpa; niſi fuit expreſſus putatiuus
modus uacationis, & maximè cũ modus ua-
e cationis e nõ ſit de ſubſtantia collationis, nec
f ſucceſſor f imitatur iura prædeceſſoris,nõ.n.
ex iure primi, ſed ex noua collatione ſecun-
dus ſibi ius uendicat: unde licet in beneficijs
ſit ſucceſſio,nõ tamen hæreditaria.8.q.1.Moy
ſes,vt not.Io. And. in decr.2.vt lit.pen.lib.6.

ſuper gl.vl.in nouel. ꝙ aũt teneat collatio fa-
cta ab eo qui re uera non poterat, ſed cõi opi
nione credebatur poſſe,ſic probatur: Ea quæ
quis facit rõne officij quod gerit quãdiu tolle
ratur in illo ualent, & tenent, 8.q.4.nonne,
12 † Conſtat aũt ꝙ conferre beneficiũ eſt iuriſ-
dictionis.de elect.noſti.& c.tranſmiſſæ. & p̃-
latus qui confert beneficiũ rõne officij,& di-
gnitatis quam habet confert,ergo talis colla-
tio ualet,& Inn.in decr.ſi uero.de ſen.exc.ex-
preſſe dicit ꝙ dũ excõicatus eſt occultus põt
g excõicare, g beneficia conferre,literas impe
trare: quia hoc uidetur facere dignitas, non
perſona,ut in decr.i.de ſciſma dicit ꝙ ordina
tiones,& ſacrã alia collata ab hæretico, ſiue
excõicato,& ſimoniaco,& alijs quibuſcunq;
criminoſis occultis ualent, & tenent. de quo
ſatis per Io.An. poſt alios de elect.c.nihil, &
facit ad hoc quæſtio diſputata poſita per Io.
An.ſuper regula mora,de reg. iur.in mercur.
li.6.quæ habet ꝙ tenet electio facta a canoni-
cis poſſeſſoribus, licet eſſent priuati ſuis ca-
nonicatibus, maxime ut ibi nota. quia quòd
per electionẽ eccleſiæ & intricat.collato,quæ
poſſẽt protelare ordinationem eſt ſummè fa-
uorabile,ad hoc de elect.ſi religioſis ſecundo
13 reſponſo li.6.& cle.ne Romani de elect.† Idẽ
h ẽt quòd valent facta a ſeruo h gerente officiũ
prætoris quandiu in officio toleratur.ff de of-
ficio præto.l barbarius, & facit quòd not. de
ele.dudum.2.in glo.quia cum, & de presby.
non bapti.c.2. & ualet ſententia lata a iudice
ſeruo qui cõi opinione habebatur pro libero,
licet poſtea in ſeruitutem deueniat. ff.de ſen-
i ten.& interlo.l.2. i quæ eſt canonizata.3.q.6.
§.verum pari ergo ratione debet ualere dicta
impetratio facta ſub putatiua uacatione,licet
poſtea detegatur non uera.Nec obſt.prędictę
concluſioni ſi diceretur prædicta omnia tolle
re ſurreptionem, ſiue dictam impetrationem
excuſare a dolo, ſed tamen prædicta omnia
gratiam non ampliant ſicut de motu proprio
k k dicitur capitulo. ſi motu proprio. de præb.
lib.6. Et quòd omnia prædicta non faciunt
quòd in dicta gratia in qua fuit expreſſus
unus modus uacationis,includatur alius:vn-
de ſi papa committat cauſam plebano Sancti
Stephani;& vnus eſt uerus prælatus,qui tamẽ
non poſſidet, & alius eſt intruſus, ſed tamen
cõi opinione reputatur plebanus, cognoſcet
de cauſa intruſus, & putatiuus, & non uerus,
& eius proceſſus tenebit, & nõ ueri plebani.
Ita



Ita notat Ioan.And.poſt Vincen.in cap.per ve
l nerabilem, qui ſint legi.ſuper ver. loco, l al-
legat de conſecrat.diſtinctio.1.is ergo.11.q.1.
ſi quiſquam.Item ſi litigent præſentatus a pa-
trono vero, & præſentatus a patrono non ve-
ro ſed putatiuo obtinet præſentatus a putati-
m uo de iurepatronat. conſultationibus. m Item
in duobus electis de elect. querelam. Item in
duab. collationibus, de cau. poſſeſſ.cũ olim.
n Itẽ ſi ſoluo prælato n putatiuo ꝙ eccleſiæ de-
betur, & tu ſoluis vero prælato non putatiuo,
ego ſũ liber,& tu non;per ea quę in dicta de-
creta.nihil.nõ obſt.quòd alibi dicat tex.onus
14 non remittitur ſed augetur, cũ † cuique im-
prouide ſoluitur ꝙ alteri ex debito præſtãdũ
eſt de iureiur.ea te.hoc aũt accidit: quia cõis
opin.non ſolum excuſat,ſed etiam pręfert pu
tatiuum, & facit quòd quo ad actum de quo
agitur putatiuus pro uero reputetur; & quòd
o dicit capitulũ.ſuſceptũ o præalleg.de reſcr.li.
6.non obſt.quia licet illud in beneficio uacan
te pręferat eũ qui expreſſit uerum modũ uaca
tionis ei qui expreſſit falſum modũ,non tamẽ
dicit quòd modus uerus non eſſet putatiuus
cõi opin.& quòd uerus modus eſſet occultus,
quo caſu procedunt quæ ſupra dixi,ut p exẽ-
pla,& iura probaui.Vnum ponderandum eſt
quòd decreta.ſuſceptum prælle. in primo &
in ſecundo reſponſo loquitur de diuerſis mo-
dis procedentibus ex eadem perſona: un-
de in dicto caſu modus uacationis uerus non
poterat eſſe putatiuus ſi bene ponderes. Item
p decret. p ſuſceptum loquitur quando im-
petrantes ſimul concurrunt, at in iſto caſu nõ
concurrit niſi unus ad petendum beneficium.
Et aliud eſt quando res uenit in controuerſia
inter duos & aliud quando unus ſolus petit.
15 † Quando enim ſunt duo, tunc ueritas ante
completum negotiũ declarata pręfertur opi-
q nio. q ſed uni ſoli petenti beneficium uacans
de iure,& de facto, & qui expreſſit modũ ua-
cationis putatiuũ nihil ob. facit ad hoc quod
r not.Ioan.And. r poſt Ioan. Mo.in decret. li-
cet,de ſepulturis,lib.6.vbi dicit in quæſtione
de qua quæritur, & potior eſt parochialis ec-
cleſia ſi cum alia contendit,ſed ſi non conten
dat amicis,datur electio. Itẽ decret.ſuſceptũ
ſ dicit niſi aliud appareret de intentione ſman
dãtis, ſed dico quòd in caſu prædicto ſatis pa
tet de intentione Papę; nam papa illud bene-
ficiũ reſeruat ſpecialiter collationi ſuę refor-
mandum per ſe quando dictus putatiuus pręl-

latus decederet, hoc aũt facit ex aliqua iuſta
cauſa ſibi nota, & maxime ut beneficiũ bene,
& utiliter reformaret. Cum ergo poſtea illud
uere de iure,& de facto uacans cõtulit dicto.
R.clerico,credidit vt vtiliter,& ſpecialiter re
formaretur ſatisfacere dictæ cauſæ ſibi notæ,
& pręſumi dẽt ꝙ voluerit dictum beneficium
ſic vacans omnino deberi dicto prouiſo,& fa
cit ad hoc quod ſcribit Ioan.And.poſt Io.Mo.
de præb ſi tibi abſenti.ſuper ver. nõ acquiras.
t t lib.6. ubi tenet ꝙ ſi executor habet poteſtatẽ
conferendi pręb endam uacantem, uel uaca-
turam; ſi aliqua pręb enda vacabit de iure, &
tunc licet non de facto; quia epiſcopus alteri
contulerat,nõ de iure; ꝙ illi de iure debetur,
licet tamen executor collationem ignoraret,
quia contulit pręſenti cui debebat, & inten-
debat vacantem ſi qua erat conferre, ex quo
in veritate vacabat, nec obſt. ſecundum eum:
quia dixit ſi vacat, quod intelligitur de uaca-
tione iuris,& facti; de conceſ pręb. c.literas.
alias cũ noſtris,&, cum non vacaret de facto
ergo &c. quia in eo ꝙ confertur vacans de iu
re,& nõ de facto; tenet collatio,non tñ trade-
tur poſſeſſio non uocato poſſeſſore. de pręb.li
u cet.2.lib.6. u & ſic approbatur licitũ, & im-
probatur illicitũ.eo.ti.dilectis.i.Nec ob. ſecũ
dũ eũ decr.cũ noſtris,quia licet ibi ſit ſurrep-
tio,nõ tamẽ tanta ꝙ reddat reſcriptũ nullum
quin per illud procedi poſſit ſecundũ formã
iuris,vbi aũt reſcriptũ non eſt nullũ,non vitia
tur collatio ſecũdũ eũ,licet vitiari poſſet exe-
cutio; ita rectè in propoſito,ex quo beneficiũ
vere uacabat de iure,& de facto;& per alium
quã per papã cõferri non poterat,& papa cõ-
ferre intendebat,licet nõ fuit verus modus va
cationis expreſſus, ex quo fuit expreſſus mo-
dus putatiuus, q habeat excludere ſurreptio-
nẽ,teneat collatio rationibus pręd ictis: & qa
nil eſt quod impediat,quia non poſſeſſio alte-
rius,nõ præiudiciũ alicuius,nõ ſurreptio &c.
p̃terea iſta qõ uĩ expedita p nota.per Io.And.
poſt Inn. & Hoſt. in decr. illud de p̃ſumptio.
vbi tractant an ſufficiat in petitorio aliter pro
bare quòd diu tenuit beneficium tanquam re
ctor,& ita tẽtus fuit,& habitus, & arguit pro
x & contra. x Sed quicquid ſit de hoc in proba-
tione proprij tituli, tamen in probatione titu-
li alieni puto,quia ad iuſtificationem tui titu-
li oportet te docere de titulo prædeceſſoris, p
cuius mortẽ impetraſti,uel electus fuiſti.Suf-
ficit ſecundũ eos probare cõem opin. & ꝙ ſic

agebat &c. & facit ad hoc ſecũdum eos: quia
y ſuperiores iudices y eccleſiaſtici ex officio ſæ
pe inquirunt qualiter ſubditi teneant, patet in
eo quod legitur, & not. de inſti. c. 3. de ſimo. li-
cet eli. vbi plenè ſuper ver. officij ſui, & de ſen
tentia excommunic. ſi iudex laicus, lib. 6. ſu-
per gloſſ. not. quando, & de offic. ordin. ca. 2.
z & clerici z eccleſiæ illi qui in veritate præla
tus non eſt non libenter obediunt, ſed potius
contradicunt, ut patet in eo quod legitur &
not. de cauſa poſſeſſionis. cum ſuper, & capi-
tulo. cum olim. & procedunt prædicta maxi-
mè ſecundum eos, vbi poſſeſſio, & reputatio
talis eſt antiqua ar. eorum quæ legũtur & not.
de cler. excommu. propoſuit, verſic. ſi cũ aũt.
& ſuper uer. communicauit. in cap. ſignifica-
uit, & ca. Albericus, de teſtibus. Ad eam par-
tem quòd ſufficeret probare communem opi.
a ad probationem proprij Ti. quia alias a ſeque
retur hæc abſurditas. ſ. quòd is qui beneficiũ
tenet ſemper neceſſe haberet ꝓbationes ſuas
habere paratas de ſua canonica inſtitutione,
quod videtur quaſi impoſſibile, & abſurdum,
facit ad hoc ꝙ ſcribit Ioan. And. poſt Innoc.
& Hoſt. ibidem verſi. quid enim ſi ſtetit præ-
latus. triginta annis, & quicquid ſit in iſto
caſu ubi de probatione proprij tituli tracta-
remus. vt ſupra dixi; tamen in iſto alio ca-
ſu ubi de probatione tituli alieni tractandum
eſt, prædicta impoſſibilitas, & abſurditas ſe-
queretur; verbigratia: Titius impetrauit bene-
ficium quod propoſuit uacare per obitũ Sem
pronij; obijcitur ſibi ꝙ gratia ſua eſt ſurrepti-
tia, ex eo, quia Sempronius per cuius obitum
impetrauit non habeat tempore ſuę uitæ cano
nicum titulum, quia Ioan. per cuius obitũ ipſe
Sempronius impetrauit non fuit uerus rector,
licet poſſederit tanquam rector, & ſic ad iuſti
ficationẽ proprij tituli haberet probare Titius
uerũ titulum, non ſolum Sempronij, per cuius
obitũ impetrauit ſed etiam Io. per cuius obitũ
impetrauit Sempronius, quod eſſet impoſſibi
le, & hæc abſurditas, & impoſſibilitas magis
ſequeretur ſi negaretur non ſolum Titium an
receſſorem habuiſſe canonicum titulum, ſed
b centeſimum, b quaſi † rupto vno titulo ante-
16 riori de rigore iuris rumpantur omnes ſe-
quentes tituli: ſicut rupto uno gradu matri-
moniali. extra de teſti. dilectus. Pono enim
quod poſſum oſtendere per ſententiam quod
centeſimus anteceſſor prælatus eccleſiæ fue-
rit ſolenniter, & legitime declaratus illegi-
timus, quæ ſententia vbiquè fidem facit, &
modo dico centeſimo ſucceſſori, tu non ha-
bes ius: quia omnes tui prædeceſſores de cen
teſimo incluſiuè uſque ad illum, per cuius
obitum impetraſti, tenuerunt minus legitimè:
quia fundati fuerunt ſuper obitu centeſimi an
teceſſoris quod nemo ſanæ mentis auderet aſ-
ſerere: & ideo in probatione alieni tituli di-
cendum eſt communem opin. ſufficere, & eſt
ratio illa de qua dicit Spec. de probatione.
§. probare, verſ. verum licet, & verſi. præceden
ti. unde cum dictus. R. clericus impetrauit per
obitum illius qui communi opin. reputabatur
prælatus, & longo tempore poſſederat, non
cogitur illius titulum probare, ſed ſufficit ſibi
dicta cõis opi per iura, & rationes prædictas.
Nec obſt. ſi diceretur quòd aduerſarius pote-
rit probare contrarium. ſ. quod dictus. G. tem-
pore mortis non fuit uerus prælatus, nam hoc
ideo nõ ſufficeret per ea quæ ſupradicta ſunt.
Item probatio dictæ renuntiationis factæ de
dicto beneficio per procuratorem dict. G. tan
to tempore poſſediſſe dictam eccleſiam tan-
quam prælatus, & nullam ſibi ſuper titulo per
ſuperiores, vel clericos replicatam fuiſſe quę
ſtionem, pręſumi debet ꝙ iuſtum titulum ha-
buerit. nam poſt dictam renuntiationem po-
tuiſſet impetrare à papa aliam conceſſionem
facta mentione de dicta collatione uel alia,
unde non ſequeretur produco renunciationẽ,
vel dictas collationes ergo non habes canoni
cum titulum: ſicut non ſufficeret in caſu præ-
dicto producere ſententiam declaratoriæ ille
gitimitatis cõtra centeſimum anteceſſorẽ: nã
præſumitur illum habuiſſe diſpenſationem, li
cet hodie non appareat. Præterea poſſet attem
ptari quòd dictus. R. clericus in dicta impetra
tione uerum expreſſit. nam licet eſſent factæ
duę collationes, & tamen poſſeſſionem anti-
quorum beneficiorum retinuerunt, & non fue
runt adepti poſſeſſionem beneficiorũ ſecun-
dorum. Vnde non dicebatur adhuc uacare.
Primo: quia ſi habeo unum curatum & reci-
pio ſecundum; tale primum non uacat niſi à
die habitę poſſeſſionis ſecundi. ut in decre. de
multa, de præben. cum ibi no. unde ſi ante mo
riar dicitur uacare primum per mortem meã,
ſicut uacaſſet poſt mortem ſecundum adeptũ
per me, ita in caſu prędicto per obitum dicti.
G. poſſeſſorẽ primi beneficij diceretur ipſum
beneficium uacare, uel ad minus vacare nega
ri non poteſt, ꝙ per eius obitum qui tanquam
prela-



prelatus poſſidebat fuit uacatio facti, & ſic
potuit uerificari expreſsè impetratio dicti. R.
clerici. Item uerum expreſſit quo ad uacatio-
nẽ iuris; quia uere uacabat de iure, & uerũ di
xit quo ad uacationẽ facti: quia uerè per obi-
tũ illius G. qui coloratè poſſidebat de facto
uacauit, ſicut de facto uacaſſet per adeptionẽ
ſecundi. Vnde uacatio dicti beneficij de quo
agitur per aliũ modum prędictum. ſ. per ade-
ptionẽ ſecundi curati factam per dictũ. P. fuit
uacatio iuris, & non facti, ex quo poſſeſſionẽ
non habuit: uacatio autem iuris includitur in
c verbo vacationis, c & potius uerificatur de
omni uacatione iuris. Modus aũt uacationis
qui exprimi debet potius ad factũ, quã ad ius
refertur, & tale factum occultum qñ ſciri non
potuit, ſufficit exprimere illud factũ quod ap-
paret, & putatur. Et ſi dicas uacauit per ade-
ptionẽ alterius beneficij ueri pręlati. Reſpon-
deo ita de iure, ſed non de facto: quia ille poſ-
ſeſſionem non habuerat, nec ſciebatur, & in
uacatione iuris non expedit modum exprime
re, imò ſufficeret dicere vacat de iure. Sed di-
d cendo ſimpliciter uacat d intelligitur de ua
catione iuris, & facti, ut in decret. cũ noſtris,
de cõceſ. pręb. Vnde in caſu noſtro fuit dictũ
uacat per obitum. G. & in eo quod dixit uacat
ſufficienter expreſſit uacationẽ iuris, in eo ꝙ
dixit per obitum, ſatis expreſſit modum facti,
ex quo pro pręlato reputabatur. Vnde ſi dixit
uacat de iure, & de facto uacat per adeptionẽ
alterius curati factam per dictum. P. non fuiſ-
ſet uerum: quia de facto non uacauit quando
fuit poſſeſſionem ſecundi adeptus: quia alius
ut prælatus poſſidebat, & iſtam partem credo
ueram de iure, & moueor potiſſimè per ratio-
nes, & iura ſupra pro iſta parte inducta, per
quę etiam ſatis patet reſponſum ad argumen-
ta in contrariũ facta. Satis eſt enim clarè oſtẽ-
ſum ꝙ dictus. G. fuit uerus pręlatus, & conceſ
ſio facta de remanendo ualuit, & tenuit, & nõ
fuit ſurreptitia: quia dominus collationẽ igno
rabat, & ſic non tenebatur facere mentionẽ,
& licet ſciuiſſet nondum attentauerat, & ſic
etiam non cogebatur facere mẽtionem: & eſt
ſatis oſtenſum quod eſto quod non fuiſſet ue-
rus prelatus, tamen communis opinio, & re-
putatio habet excuſare, & putatiuum modũ
uacationis non pręferre. Et quia collatio prę-
dicti beneficij verè de iure, & de facto uacan
tis facta fuit ꝑ papã qui ſolus poterat cõferre
rigore reſeruationis, inferri debet tam de iu-
re, quam de ęquitate dictum. R. clericũ cano-
nicũ titulum habere in dicto beneficio, aliàs
ſequerẽtur magnę abſurditates, & intricatio-
nes, quę ſunt uitandę, de ordi. cogn. tuã, & fa-
cit quod no. in q. 1. ſuper regula mora. de reg.
iu li. 6. & quod exinde not. ſupra iu uerbo prę
terea magis ad propoſitum &c. nec in iſta ma
teria eſt nimium ſubtilizandum, unde Io. An-
dr. de elect. cap. in geneſi. poſt alios ſuper uer
17 bo ſuę partis ſcribit, † ꝙ ſubtilizatio in ma
teria reſcriptorũ erit ad commune diſcrimen,
& ad imburſationem curiæ, & ipſe etiam ſcri
bit poſt Hoſt. in cap. dudum, de electio. ſuper
ver. electis, ꝙ profeſſor iuris canonici nõ mul
tum curare debet de apicibus iuris, & cum ẽt
in ſimilibus non ſit diſputandum de apicibus
iuris, ut. ff. manda. ſi fideiuſſor. §. quędam, for-
tius in ſpiritualibus cauendum eſt; de dolo c.
e 1. de reſt. ſpoliat. ſępe. e ꝙ eſſet ſi diceremus
beneficium impetratum à papa ꝙ verè uaca-
bat de iure, & de facto, & erat ſpecialiter re-
ſeruatum, & fuit expreſſus modus putatiuę ua
cationis, ex eo debere nocere impetrantibus
& collationibus prædictis, & maximè cum
nulla eſſe debeat uacatio cui non ſit prompta
prouiſio: vnde cum uacauit de facto dictum
beneficium per obitum putatiui pręlati, de-
bebat reformari beneficium, & ſi uerus mo-
dus uacationis ignorabatur, & putabatur ua-
care per obitum putatiui prælati; ſi non pote-
rat prouideri, quia alius modus neſciebatur:
ergo eſſet dare caſũ, in quo prouiſio nõ eſſet
parata uacanti beneficio, quod eſſet abſurdũ,
f & pręiudiciale eccleſijs. f

Item probatio iſta non infert de neceſſita-
te quod facere debet plena probatione de pro
g batio. c. in pręſentia, g nam licet inferat an-
tiquum titulum renuntiatũ expiraſſe, non pro
pterea infert, nec tollit ꝙ poſtea aliquem aliũ
titulum non habuerit, ſeu habere non potue-
rit facit ad hoc quod not. Io. And. poſt Innoc.
in c. ſuper ijs de accuſat. Nam licet contra Ti-
tium de periurio producatur inſtrumẽtum in
quo iurauit ſoluere centum infra menſem, &
à die inſtrumenti apparet menſem elapſum,
h non tamen infertur periurium. h nam potuit
eſſe ꝙ ſoluerit, nec tamen cogetur probare ſo
lutionem. Sufficit enim ꝙ contra eum non eſt
probatum quod inferat de neceſſitate. Ita in
propoſito non ſufficit ad excludendum impe
trationẽ per obitum pręlati putatiui produce-
re renuntiationẽ antiquam factam ex cã per-

mutationis per eum, per cuius obitum facta fuit collatio prædicta. quia hoc non infert de neceſſitate, ꝙ poſt illam non habuerit alium titulum, & maxime cum communis opin. ſit in contrarium, ſ ꝙ ille eſſet uerus prælatus, & præſumptio de qua ſupra uidelicet ꝙ epiſcopus, & clerici illum tanto tempore in illa adminiſtratione paſſi ſunt, uel ſaltem incumberet ei, qui hoc dicit ad repellendum dictam impetrationem onus probandi, ꝙ alium titulum non haberet: quia ei incumbit probatio contra quam facit præſumptio. ut eccle. be
i ne.capit. uni. i

Lapus de Caſtiglionchio.

## Addi. Quint. Mandoſij.

a ¶ In Dei.) *Hę celebris ac omnium Alleg. pulcherrima, & adeo in iudicijs frequens, & paſſim citari ſolita, ut eum nominatur Alle. Lapi abſque alia ſpecificatione de hac omnes intelligant. Hanc a Rota multoties comprobatam, & uſu forenſi receptam teſtatur Sarnen. in 30. q. Reg. de Trien ipſe Lap. eam diſtinxit in duo membra, quorum ſecundum quod incipit poſt nu. 8. verſi. venio ad ſecundum caput materiam pinguiorem continet, ubi plures q̃ſtiones formandæ uenient theoriæ, & praxi Romanæ ſat conferentes, pleniori igitur ſtilo ſuper hac Allegat. inſiſtam, & ne ego ſcribendo, & alij legendo tempus conteramus, & a mendis retardemur, & impediamur hanc Allega. a pluribus uitijs purgatam, ad uerum, & proprium ſenſum reſtitui, quam ſic a me reſtitutam quilibet curioſus cum olim impreſſa conferre poterit.*

b ¶ Modum.) *Modo uacationis uno expreſſo non uenire alium concluſio eſt clariſſima, et Roma indubitata pro qua eſt tex. in c. ſuſceptum, de reſcrip. lib. 6. Idem uoluit Rot. faſto. dub. 46. die. Feli. in c. in noſtra. core. 37. poſt nume. 37. verſi. ſi tamen in impetratione, ubi in libro meo deficit negatiua, eo. ti. de reſcr. Aenc. Falco. de Reſerua. quęſt. 1. nu. 4. verſ. ſed quid. Rebuff ſuper Concor. in for. mãda. apo. in ver. aliam. Mil. in Reper. in verſi. Gratia ſi eſt impetrata.*

c ¶ Retraxiſſet.) *Iuxta text. in ca. poſtulaſti, quem ibi ponderant Abba. & alij in ver. non ita, Abb. in c. in noſtra, & in c. cæterum, de reſcr. Rom. conſi. 326. In præſenti. nu. xi. Cur. ſen. qui alios citat conſi. 73 ſuper ante nu. 32. D. meus conſi. 142. & pro tenui. col. pe. ante nu. 6. qui Lap. hic citat, & ſequitur.*

d ¶ Solẽnitates 1.) *Et paria nõ eſſe, & eſſe & nõ apparere. l. Rutilia polla. & l. 1 l. ff. de contra. emptio & ad alia, quæ adduco in 8. quæſt. 31. Reg. nu. 2. Et Lap. hic citat, & ſequitur Afflic. Dec. Neapo. 403. catholica. poſt nu. 3.*

e ¶ Ignorantia.) *An, & quando ignorantia excuſet, uel non latè tracto in 53. quęſ. Reg. de Anna. ubi quęro an impetrãti ignoranti aliquem annalem obſtet illa regula. & ſuper Alle. 14. concluſio. in verſ. legat. verſ. pro opin. uero nega.*

f ¶ Super eo.) *Quod cap. ad rem non facit. Immo cõtrarium eius; quod hic dicit Lap. voluiſſe uidetur infra Alleg. 13 c. pro dubij. ante num. 5. ibi, quia habebat licẽtiam a papa, quam licet etiam ignoraret obtentam, &c. De hoc infra in uerſi. ſibi abſenti. latius.*

g ¶ Amicum.) *Ita in ſimi. conſiderarunt glo. in clemen. 1. in ver. collatio, poſt medium, verſi. ſed ubi. Rot. 150. licet. & 290. ad recipiendum. in not. ubi de poſſeſſione capta per amicum, & ſic per non habentem ſpeciale mandatum. ſequitur Alex. licet Rotam corrupte citet conſi. 110. uiſis nu. 3. lib. 1.*

h ¶ Scientia principalium.) *Hoc dictum ſat dubitabile eſt, dicimus enim ꝙ actus impenſam requirens pręſumatur factus de mandato eius, cuius intereſt per text. in l. cum ſeruus. 1. & ibi Bar. num 4. Alex. Iaſ. & alij, ff. de uerbor. obliga. Rot. 23. in anti. Caſſa. 3. num. 4 de procur. Feli. in ca. ſicut. nu. 35. in 5. fallen. de re iudica. Rui. con. 13. ad fin. & conſi. ſequen. num. 9. volu. 4. Limito quando expenſa eſſet modica Dominus meus in cap. 1. in prima lect. nu 8. de iudi. Sarnen. in 37. de Anna. nu. 6 & in 38. de Trien. num. 2. In caſu Lapi vidẽtur magnæ expenſę propter literarum expeditionem. Vide reg. fab. 43. alias 1. de præſum. & infra.*



i ¶ Si tibi abſenti.] *Et l. abſenti, ff. de donatio. Guid. Papæ, Dec. 49. in proceſſu. l. ſi ego. ff. nego. geſtor. per quem tex. concludit Pau. Caſtren. conſi. 197. viſis ijs. in 2. dub. iuxta nouam impreſſ. ꝙ donatio abſenti facta ante ratificationem non dat ius in re. Idem etiam uoluit conſilio 182. loquens de donatione facta per patrem, ſequitur Cur. Iun. conſi. 52. circa controuerſiam, nume. 13. conſilio 120. præſupponitur, nu. 1. & 4. Dominus meus conſi. 436. viſa, verſus fin. conſilio 442. in cauſa, nume. 38. & 598. viſis, num. 3. ſic etiam dicimus poſſeſſionem non acquiri abſenti ante ratificationem, l. communis ſeruus, §. 1. ff. de acquir. poſſ. Anto de But. in cap. cum ueniſſent, in fin. de reſti. ſpol. pręalleg. Dec. 150. licet amicus, in no. præceptor meus, conſi. 225. nume. 5. & ſeq. Et in terminis Lapi ultra c. ſi tibi abſenti, eſt. tex. in c. gratia, iun. gloſſ. in ver. ignoranti, in princi. de reſcri. lib. 6. & glo. in cle. auditor, in ver. debitum, eod. tit. Caſſa. Dec. 4 num. 8. de loca. Feli. in c. in noſtra, ante num. 4 de reſcr. & Pariſ. conſilio 142. ꝙ reſeruatio, num. x. volum 4. ad omne dubium tollendum Romę articulari conſueuit hoc modo.. Item dicit, quod præfatus N. gratiam conceſſionis huiuſmodi ſciuit, & ſcit, illamque gratam, & ratam habuit, & habet, ac literas deſuper neceſſarias expediri fecit, & curauit, prout in eiſdem literis, &c.*

K ¶ Quod intelligitur.] *Hoc dictum, ſeu declarationem Lapi pro pulchra, & ſingulari notant Sozzi. conſi. 270. conſideratis, col. 3. in fi. verſi poteſt probabiliter, & conſilio 273 in præſenti, poſt num. xij. libr. 2. licet Lap corruptè citet Feli. in Alleg. hic c. ſuper literis, poſt nume. 8. in 1. Regu. & Dom. meus Phi. Dec. poſt num. 9. verſ. Quę autem ſint illa, quæ poſſunt mouere ſuperiorem. Idem Feli. in ca. in noſtra, nu. 19. in 20. core. de reſcr. Sozzi. conſi. 164. viſa, nu. 3. & 5. & conſi. 169. circa primũ, poſt prin. & col. penul verſ. poſtremò reſpondeo, lib. 2. Barba. conſ. 46 ſcripſit præclarè, col. 2. nu 17. lib. 2. D meus in c. ad aures, de reſcr. num 4. Afflict. Dec. Neapo. 116. princeps Biſignani, nu. 4. verſ & quando dicatur ꝙ difficilius conceſſiſſet. c. Dec. etiam Neapo 32. in cauſa, ad fi. uer. Item facit Lap. Ioan. de Syl. de benefi. par. 3. quæſt. 12. num. 16. & Rebuff ſuper concor. in for. Manda. Apoſto. verſi. & poſtquam omnes aliæ qualitates, uide Rot. 349 no. quod illa falſitas expreſſa in anti. Bellame 4 falſi expreſſo, Caſſa. xij. pluries in fi. de præb.*

l ¶ Cui reſignaui.] *Lapum hic citant, & ſequuntur And. Barb. prælleg. conſi. 46. ſcripſit præclarè, colum. 3. in princip. ver. vnde non ideo uitiaretur gratia, libro 2. Feli. in c. in noſtra, core. 20. verſ. vnde nõ iõ, de reſcr. Rip. in c. ad aures, col. 3. ver. ſed contrarium uidetur dicendum, eo. Ioan. de Syl. de Benefi. parte 3. quæſt. 12. ante numer. 17. verſicu. vnde non ideo diceretur gratia.*

m ¶ Inter monaſterium.] *Idem Rot. Faſto. Dub. 64 incipien. eodem die quidam Archi. glo. in cap prudentiam, in verſicu. aliam, de offic. deleg. quam ibi pro nota ſequitur Abba. colum. 3. gloſſ. in capitulo ſuper literis, in verſicu. literas, verſicu. item proceſſus, de reſcrip. Idem etiam uoluit Felin. in capitu. cæterum, poſt num. 2. verſic. primò ne dum, & in dicto capitulo ſuper literis, in 6. Regu. numero xij. & Dominus meus conſilio 295. in cauſa iſtorum, col 3. verſi. tertio ad principale. Addo quòd nedum de proceſſu, & lite, ſed & illius ſtatu men-*

*mentio fieri debet,prout pulchrè per Bal.
in l.1.ad fin.C.de relatio. & ad ea quæ ad
duco in gloß.Facul.ad fi.8.commiſſ.ubi ēt
tracto de effectu clauſulæ,ſtatum,& meri
ta cauſæ,&c.*

n ¶ Inter dilectos.] *Et glo. in alle. c.ſuper
literis,in ver.literas,verſi.Item non ualēt
literæ,de reſcr.c.expoſita,de arbit.l.fin.C.
ſenten.reſcin.non poſ.Card.conſi.165.the-
ma tale eſt plebs,ad fi.Et Lap.hic citat,et
ſequitur Pariſ.conſi.106.Bonifacius, n.8.
& nu.13.vol.4.*

o ¶ Tenor.] *Hoc dictum Lapi referunt ꝑ
nota.& ſequuntur And.Barba. conſil.46.
ſcripſit, col.2. ante nume.17.verſ. Sed ad
iſta,lib.2.Idem Barba.in Apoſtil.ad Bal.
in l.1.in fi.in ver.extra dubitatur poſt me
dium,verſ.Vide Lap.Anto. Corſet.in ad-
dit.ad Reper.Abba.in verſ. lis quando di
catur pendere,licet hanc Alle.corruptè ci
tet,& ad idem adducit Bal.in l.Deo nobis.
C.de epiſ.& cleric. qui idem uelle uidetur
col.3.poſt nu.5.verſi.Iſta qō.Feli.in cap.1.
col.2.verſ.valet reſcriptum,ut li. non con-
te.& in c.cæterum,col.2.in 3.limi.in cap.
ſuper literis,num.16.in 2.limi.de reſcrip.
Idem ſuper rub.de ſponſa.poſt nu.9.verſi.
tamen reſcriptum,& Iaſo.in l.cauſas, nu.
2.verſi.Fallit in cauſa matrimoniali, C.de
tranſact.*

p ¶ In glo.fi.] *Idem uoluerunt Pau. Caſt.
in l.præſcriptione,colum.2.verſi.& eſt no
tandum, C.ſi cont.ius,uel vti. & Mar.
Sozzi.Iun.conſilio 82.cum ſatis,num.15.
libro 2.*

q ¶ Pro non beneficiato.) *Vide quæ
ſcripſi in 36.quæ.16. Reg.Cancel.ubi hoc
latè proſequor.*

r ¶ Venio ad ſecundum.] *Lapum hic
citant,& ſequuntur Gaſp.de Peruſ. in tra-
cta.Reſerua.verſ. quæro primo ratione re-
ſeruationis,num.3.ver. & de hoc per Lap.
fol.13.Phi.Fran.in c.ſuſceptum,num.11.
de reſcrip.lib.6.& Nico.Boe.Dec.42.dico
quòd, num.30.*

ſ ¶ Conſultationibus.] *Et Oldra.conſilio
312.thema quæſtionis,poſt nu.2.Feder.de
Sene.conſi.234.ſuper,in 2.dub.poſt nu.4.
Rot.556.quidem impetrauit,poſt prin. &
574.vtrum ſicut præſentatus, in anti. &
268.collatio,ſiue præſentatio facta per poſ
ſeſſorem,etiam uiolentum,in no.Cardi.cōſ.
69.vacante quadam,numer.6. verſicu.ad
quod reſpondeo,& in cle.1.in 8.quæſt. de
iur.patrona.Dominus meus conſi.117.&
pro tenui,col.2.verſic.& in tali præſenta-
tione, & hanc eſſe communem,immo om
nium opinio.teſtatur Lamber.in tracta. Iu
riſpatron.ubi Lap.hic, & alios citat arti-
culo primo,quæſtio.tertia,parte prima,li-
bro ſecundo.*

t ¶ Electore putatiuo.] *Idem uoluerunt
Docto.in præalle.c.conſultationibus,& in
c.ex literis,de iuri.patro.Henri.Boic,in c.
2.col.2.verſic. Aut non eſt proprietarius,
ſed eſt in poßeſſione iuris eligendi,nec ſu-
per hoc mouetur ſibi aliqua controuerſia,
&c.de in integ.reſti.Sozzi.con.33.ex ijs,
poſt num.20. ubi plura ad rem cumulat,et
Lamber.præalle.art.1. quæſtio.3.parte 1.
lib.2.num.7.& D.meus conſi.153.in effe
ctu,nu.4.*

v ¶ Cum olim.] *Idem concludunt Rot. ſu
pra adducta.556.574. in anti. & 268. in
no.Staphi.ſuper ſigna. verſi.eſt alius, fol.
56.iuxta primam impreſ.& Lamber. di-
cto tracta.iuriſpatro.arti.14. ante numerū
5.quæſt.2.par.prima,lib.2.& præallega.
art.1.quæſt.3.par.1.libr.2.numero 7.verſ.
Et aliud ſimile ad ualiditatem collatio-
nis.*

x ¶ Ex tenore.] *Vbi Henri.Boic, facit di
ſtinctionem infinita capita continentem,
eſt uerum,ꝙ quantum ad caſum Lapi, de
quo hic ab eo non diſsentit. Hęc concluſio
Lapi probatur etiam per glo.in l.qui con-
tra.per illum tex.in ver.acerrimo, verſi.
Item quid erit de filijs,& illam glo. ibi ſe-
quitur Bal.in 3.q.nu.4.C.de ince.nup. Et
qualiter procedant,quæ dicuntur in illa l.*

*qui*



*qui contra,& in dicto ca.ex tenore, decla-
rat Mar.Sozzi.Iun.conſi.31. themate præ
dicto,num.40.li.2. Idem etiam quod Lap.
hic voluerūt gl.1.ver.immo plus prodeſt,
quia filij de tali matrimonio legitimi ſunt
cenſendi,de eo qui dux.in matri.quam pol.
per adul.Bar.in l.eum qui,num.1.ver.In-
ducitur hæc lex,ff.de ſta.homi. Bened. ca-
pra,conſi.16.& ſi prima facie,col.2.verſ.
Contrarium tamen puto Abb.in ca. cum
inhibitio,num.4.de clande.deſpon.Mil.
in Reper.in ver.filius natus ex muliere cū
qua,Sozzi.præalle.conſi.33.ex ijs, nu.20.
Rui.conſi.51.circa caſum,nu.16. ubi hanc
opi.dicit omnes tenere,vol.5.Caſſ.dec. uni.
de ſponſa.D.meus conſi.153.in effectu, co-
lum.1.verſ.ſed tamen præmiſſis,& colum.
ſeq.ac etiam con.ſeq.Cur.Iun. conſi.27.ha
bita diligenti,num.6.ubi hanc conclu.di-
cit ueram,& ab omnibus comprobatā. Et
hanc dicit ueram, & communem idem
Cur.conſi.52.nu.1.*

y ¶ Quid ergo ſi quis.] *Videlicet nu.18.
& Hoſt.in ſumma.de offi.lega.§.quid per
tineat ad officium,ver. quid ergo ſi quis ſe
gerat pro legato,poſt numerum 3.Idem ēt
dicimus de executore gratiæ putatiuo,ut ꝑ
Rot.564 vtrum,cap ſtatutum,col.2.ad fi.
& col.ſeq.in anti.Huic opi.Lapi obſtare ui
detur extra.Iniunctæ,in prin. de ele. inter
communes. in hæc uerba aßerenti namque
cum mandatis principis ſe uenißе creden-
dum non eſt niſi hæc ſcriptis probauerit;
Nec ſimiliter creditur ſe aßerenti lega-
tum, nunquam enim Apoſtolicæ ſedis mo
ris fuit abſque ſignatis apicibus vndecun-
que legationem ſuſcipere. Hunc articu-
lum plenè ad partes diſcuſſum videre po-
teris per Andr.Barbat.in tracta.Cardina.
colum.2.& ſequen. qu.1. ubi primò citans
Lap. hic plura pro hac opinione adducit
ſubdens hanc eſſe communem,poſtea in
contrarium octo fundamenta facit, De-
mum fœdere diſtinctionis opiniones con-
cordat.*

z ¶ A lege canonica.] *Videlicet hodie
vſque ad quartum gradum incluſiuè,cap.
non debet,de conſan.& affini. clem. vnic.
iun.glo.in ver.interdictis,eo.inter ipſos ue
ros infideles,de quibus hic quæ probibitio
exiſtat,uide gl.& Abb.in c.literas,de re-
ſtit.ſpolia.Abb.in alle.hic c.ſi.qui fil.ſint
legiti.Pariſ.conſi.56.licite,præſertim nu.
ij.ix.vol.4.& Mar.Mant.conſi.cxxi. no
lebam profecto.*

a ¶ Si duobus.] *Quem tex.intellige de ex
communicatione propter contumaciam le
gitimè citati non comparentis, & alias
prout declarat gl.& Phi.Fran.ibi, & hoc
dictum Lapi contrarium ſit iuribus diſpo-
nentibus excommunicationem poſt appel-
lationem non tenere.ad tex in cap.1.iunct.
gloſ.in verſ.poſt appellationem,de appel-
latio.& capitulo licet,de ſenten.excommu
nica. libro 6. & etiam ne contrarium ſit
Alleg.eiuſdem Lapi,1.num.2.& Alleg.
2.num.5.*

b ¶ Si verò 2) *Et gloſſ.per illum text. in
l.ſi ignorans,ff.loca.quam gl.ſequitur, &
declarat Bar.in l.diuus 1.ff.ad leg. Corne.
de ſica.*

c ¶ In multis ſimilibus.] *Prout in l.item
apud Labeonem,§.ſi quis virgines,& ibi
Bar.& Alex.in Additio.ff.de iniur.per
gl.fi.& Bal.col.1.verſ.Deinde uenio. C.de
epiſc.& cler.per D.meum conſi.306.in ca
ſu,num 3.Tho.Gramma.voto 33. in cauſa
clerici.Pro quibus uide etiam Feli. in al-
le.c.ſi verò 2.& ibi Apoſti.in ver.eße lai
cum,de ſen.excom.*

d ¶ Excommunicatus.] *An valeant ge-
ſta per excommunicatum tolcratum ma-
gnum eſt dubium,breuiter quantum ad rē
noſtram attinet,in caſu Lapi vera, & com
munis uidetur opin. ꝙ ſcilicet collatio ab
excommunicato tolerato facta ſubſiſtat,
prout per Inno.& alios in capitulo nihil,
de electio.Fede.de Sen.conſi.137. uiſo, &
examinato,circa medium,verſi.Ego Fede.
& Henri.Boic in c.veritatis,col.3.verſic.*

*Aut*

Aut in ſpiritualibus, ut in collationibus beneficiorum, & ibidem Abb. poſt nume. 42. qui hanc teſtatur communem. de do. & contu. Hęc concluſio etiam probatur per tex. a contrario ſenſu in cap. ad probandũ, & ibi per omnes, de re iudi. ubi poſt alios Feli. nume. 3. regulam conſtituit, quòd geſta per excommunicatum occultum ratione publici Officij teneant. Et quòd etiam ſententia per excommunicatum lata ſubſiſtat, uoluit idem Feli. alios referens in cap. Rodulphus, numero 40. verſicu. & guſta unum nouum, de reſcri. Et nouiſſime idem concludit, etiam quod conferre poſſit. Ioan. Bap. Ferret. con. nono, in quæſtione de qua, colum. 3. ver. Aut agimus de ſpiritualib. vbi plures citat, & etiam Lap. hic quem ſequitur. Vide omnino Mil. in Reperto. in verſi. excommunicatus occultus non eſt uitandus, in uerſic. excommunicatus non poteſt priuilegium aliquod, & in uerſic. excommunicatus non poteſt nomine, in quibus locis ad fin. remittit ſe ad Lap. hic uide etiam Felin. in capitu. ſi uero, numero tertio, vſque ad finem, de ſentent. excommunica.

e ¶ Vacationis.] Hoc dictum Lapi pro nota. refert, & ſequitur Mil. in ſuo repert. in ver. Gratia non eſt ſubreptitia, licet impetrans. Et quòd nullo vacationis modo expreſſo omnis uacationis modus ueniat, vide ſupra Allega. 6. numero quinto, ubi addo.

f ¶ Nec ſucceſſor.) Ad tex. in capitu. apoſtolica, 8. q. prima, ca. ad hæc de deci. Hinc dicimus ſucceſſorem in beneficio non ſuccedere in iure quod competebat prius beneficium obtinenti, ſed illud extingui, & nouũ ius in perſona ſucceſſoris creari, capitu. primo, de præben. Ioan. Mona. in capitu. ſecundo, ut lit. penden. libro 6. Idem, & Ioan. And. in capitu. ſi tibi abſenti. eod. titu. & lib. Rot. 171. ſi A. conſtituat in fin. in not. Mil. in reper. in verſi. ſucceſſor in beneficio defuncti.

g ¶ Poteſt excommunicare.) Excommunicatus occultus an poſſit alium excommunicare maxima eſt inter Docto. contentio. Pro opin. negatiua, & ſic contra Lap. adducitur Beatus Thomas in 4. ſententia. diſt. 18. quęſt ſecunda, art. 2. tex. in capitu. 2. de ordi. ab epiſco. qui renun. & in c. audiuimus, 24. quæſt. prima. Et pro eadem opin. ſentit glo. in ſum. dicta 24. quæſt. prima. Theo. ſeu ratio Archidiac. in capitulo 1. verſic. & dicas quod in ſententia excommunicationis, xi. q. 3. Et pro eadem opin. clarius concludunt idem Arch. in præd. leg. c. audiuimus, 24. q. 1. & in c. 1. glo. 1. de ſenten. excommu. lib. 6. Fede. de Sen. conſi. 137. viſo, & examinato poſt medium, verſicu. ſaluo ꝙ alium excommunicare non potuit, & poſt nume. 2 poſt idem adduci verſicu. ſed Archid. ut in ſecunda opin. reſidere uideatur. Et hanc opin. ut ueram tenet Hoſt. & Abb. in alle. cap. 2. poſt nume. 4. verſic. in tantum autem eſt hoc uerum, de ordi. ab epiſco. qui epi. renun. Et hanc dicit communem idem Abb. in capit. veritatis, poſt nume 43. de do. & contum. Et eandẽ communem teſtatur idem Abb. in c. ab excommunicato, poſt numerum 7. de reſcrip. Idem etiam uoluerunt Ioan. And. & Ancha. in cap. pia, §. ſi vero, poſt numerum 4. verſi. concludit ergo Hoſt. de excep. libr. 6. idem Ancha. in ca. nihil, §. ceterum, num. 4. de elect. Iaſ. poſt Albe. de Roſa. in l. barbarius, poſt num. 61. verſi. limi. notabiliter hanc conclu. & Feli. in ca. ad probandum, nu. 7. verſi. limi. primo regulam prædictã. de re iudi. ubi alios pro hac opinio. refert. Pro affirmatiua uerò, & ſic cum Lapo tenuerunt Inno. in capit. nihil, de elect. Idem Inno. & Anto. de But. col. 4. in ca. ſi verò, de ſenten. excommu. Fed. de Sen. ſupra citatus conſi. 137. viſo, nume. ſecundo, verſi. occultus excõmunicatus. Henric. Boic, qui hanc opin. dicit ſe ueram putare in alleg. cap. ad probandum, verſic. Et hoc ultimũ credo uerum, de re iud. ubi alios antiquos pro



pro utraque parte refert Abb. ſibi contrarius in alle. c. ab excommunicato, ante numerum 9. verſi. ſed in contrarium ego allego, de reſcr. vbi hanc opin. veriorem dicit, loquens tamen per uerbum fortè. Idẽ Abba. in alleg. c. ueritatis, poſt numerum 42. de do. & contu. ubi latius, & generalius loquitur, uolens ꝙ excommunicatus occultus poſſit omnia ratione officij, & fauore iuris publici, ſubdens quia dignitas videtur exercere, & non perſona, & hanc dicit communem. Ad Lap. etiam hic, licet corruptè ipſum alleget ſe remittit Mil. in Reper. in ver. excommunicatus non poteſt eſſe iudex. in fi. Et in hac opin. reſidet Feli. ſupra adductus in cap. ad probandum, poſt numerum 7. citans Lap. hic, & alios, ſubdens pro hac opin. tres rationes, de quibus ibi, & cum opin. Lap. reſidens, pro qua ẽt cum Lapo concludit in cap. ſi verè. verſus fi. verſi. contrariam partem tenet Innoc. & hanc allegat. ibi citare uoluit. Et hanc opinionem ueriorem ſupponit Lamber. in tracta. iu. patro. ar. 2. quæſt 3. parte 1. libro 2. poſt numerum 4. dum diſtinguunt inter facientem aliquid iure officij publici, uel iure priuati. Et hanc opinionem Lapi vt veriorem, & magis communem, & magis æquam, & melioribus fulcitam rationibus etiam ego ſequor.

h ¶ A ſeruo.) Quæ alias non ualuiſſent, l. quod attinet ad ius ciuile, ff. de reg. iur. l. cum prętor, §. non autem, ff. de iud. capitu. infamis, §. moribus fœminæ, & ſerui. 3. q. 7. cap. ſciſcitatus, §. primo, de reſcrip. ſic nec teſtis eſſe poteſt in teſtamento. lege qui teſtamento, §. ſeruus, ff. de teſtamento.

i ¶ L. ſecunda.) Intellige iuxta primam lectu. quæ notabilior eſt, vt per Salyc. ibi Gaſpa. de Peru. in tract. Reſerua. in 1. quæ. poſt numerum primum, ver. ideo dicit Io. And. fol. xij. ad fin. qui poſtea citat hanc Lapi Alleg.

k ¶ De motu proprio.) Quod motus proprius gratiam non ampliet, uoluit etiam glo. in clc. 2 in ver. directus, de præb. quam pro ſingu. ſequitur Alex. in l. quidam conſuleba. num. 13. ff. de re iudi. Idem uoluerunt Gemi. conſi. 104. pro huius, in princi. Felin. in cap. ad aures, poſt numerum 6. in 5. conclu. & in cap. conſtitutus, poſt numerum 7. verſi. obſtant duo, de reſcrip. & remiſſiuè Rebuff. ſuper Concor. in for. Manda. Apoſt. in ver. Duodecimo non ampliat gratiam.

l ¶ Super ver. loco.) Hoc dicit colum. 5. Et in illo c. ſi quiſquam. hoc no.. Archi. & Gemi. ibi ex illis uerbis. In eadem ciuitate, uel territorio conſtitutorum, & ibi Gemi. refert etiam, & ſequitur Ioan. And. in d. cap. per uenerabilem. Idem etiam, quod Lap. hic concludunt Ancha. in dicto capi. per venerabilem, num. 18. in 17. nota. Car. poſt num. 7. Idem etiam uoluit glo in cap. ſciſcitatus, in ver. ſeruum, de reſcri. Sic & ſeruus qui communi exiſtimatione liber reputabatur, teſtis eſſe poteſt iuxta tex. in alleg. l. 1. C. de teſtam. & §. ſed ſi aliquis, In ſti. eo. pro quibus, & alijs huc ſpectantibus ultra Docto. in allegat. hic l. Barbarius, uideantur Anto. Corſet. in Sing. in verſic. error communis, & in eiuſdem Additio. poſt vlti. ſingu. pulchrè per Sozzi. conſilio 32. ex ijs, num. 19. & ſeq. & Ioan. Bapt Ferret. conſilio 8. vacante, & conſilio ſequen. & Feli. in c. in noſtra, in 2. Core. verſ. & uide tex. de reſcrip.

m ¶ Conſultationibus.) Vbi Panormi. in vlt. quæſt. numero 9. & idem Abb. conſilio 54. uidetur primo, num. 2. lib. ſecũdo, Anch. conſi. 20. quidam ędificauit, circa medium, verſi. quæ præſentationes factę, quod conſi. eſt poſitum inter illa Calder. & eſt ulti. ſub titu. de iur. patro. Et pro hac, & duabus alijs illationibus, ſeu concluſionibus, quas hic ſubijcit faciunt adducta ſupra per Lap. numero 9. & ante, ubi plura addidi. Huc ſpectant, quæ latè ſcribunt Roc. Cur. de iur. patro. in ver. competẽs, q. 19. n. 39. & ſeq. & Lamber. art. 1. q. 3. p. 1. lib.

lib.2.ubi poſt numer.9. refert,& ſequitur hoc dictum Lap.& art.6.ubi ante nu.2.citat,& ſequitur Lap.hic.

n ¶Soluo prelato.]*Videantur Inn.Imo. & Abb.in alle.hic c.nihil, de elect. & in ca.literis,vbi etiam Bal.num.7. & ſeq.de reſti.ſpolia.Innoc. & Hoſtien.in cap. cum noſtris,de conceſ.præben.Barto. in l. ſi vrbana,ff.de condi.indc.& ibidem Bal.Ange.& Caſtren.Bart.in tract. de Tiran.q.5. num.23.verſic.circa quod dicendum, Ab. in c.cum ſuper,in fi.de cau.poſ. & propri. Alex.conſ.103. uiſi ſcriptis,num.17 libro 2.& conſi.cxx.ponderatis, numero 7.vol. 5.pulchre per D.meum Phil.Dec.conſilio 407.viſis,col.1.ubi diſtinguunt. Idem ꝙ Lap.hic uoluerunt Gaſp.de Peruſ.de reſerua.quæſt.1.num.2. verſi. ſimili modo cum debitore ſoluente putatiuo creditori, qui poſtea Lap.hic citat.Et Lap.hic citat etiã, & ſequitur Feli.in capitulo fina.ad fin.de accuſa.*

o ¶Suſceptum.*Gemin.in hoc capitu.ſuſceptum,colum.2.in fi.verſi. ſed quid ſi impetro,& col ſeq.refert,reaſſumit,& ſequitur dicta Lapi hic,& omnes reſponſiones, & ſolutiones quas dat Lap. ad dictum capi.ſuſceptum.Et Lap.hic,& Gemi.hic ſequuntur Phi.Franc.ibidem ante num. 12. & Feli.in ca.in noſtra,corc.37.verſi.quod autem dictum eſt expreſſo uno modo,de reſcrip. Vide Nic. Mil in ſuo aureo Reper. in ver.gratia ſi eſt impetrata de beneficio tanquam vacante uno modo, qui Lap.hic citare uoluit,& ipſum ſequitur, declarat, & limitat ut ibi uidere potes.*

p ¶Item decre. *Hoc dictum Lapi pro nota.ultra Gemi.& Fran. in d.ca.ſuſceptum ſequuntur Mar.Sozzi in repet. c.poſtulaſti,de reſcrip.Feli.in alle.c.in noſtra, core. 37.ver.quod autem.eo. Caſſa. Dec.3. poſt prin.de cau.poſſ.& proprie.Pariſ.conſilio 37.attendatur,nu.9.vol.4.Io.de Syl.in Bene.par.3.q.12.poſt nu.21.in 15. quali. in fi.2.limi.Nico.Boe.Dec.150. preſuppono nu.13.Sarnen.in 35.q.Reg. de infir.ad fi. & Io.Bap.Ferret conſi.9.pro reſolutione, numero 1. verſic. vel quando unus tantum concurrit.*

q ¶Præfertur opinioni.]*Pro hoc tex.adduci poteſt in l.3. §.ſpurios, ff.de decurio. vbi inter concurrentes ad idem officium verus,& legitimus præferendus eſt. Huc etiam ſpectant,que adducit Lamber.de iu.pat.art.15.q.5.par.3.lib.2.dum vult legitimum præferendum fore in inſtitutione legitimato.Et hoc dictum Lapi citant, & ſequuntur Caſſa.Dec.3.item fuit.in prin. de cau.poſ & proprie.Nic.Boe. Dec.150. præſuppono,nu.13. verſic. tamen hoc procedit,& Ioan.Baptiſt. Ferret. conſi.nono, pro reſolutione,nume.1. verſic. ſi verò res venit.*

r ¶Io. And.) *Et etiam Gemin.& Fran.ſuper glo. vel parrochiali,& idem Lap.ſupra alle.60.quædam puella.ad fi. Et Lap. hic ſequitur Gaſpa.de Peruſ de Reſeruat. in prima quæſt.colum.3.ver.& ad cap ſuſceptum.*

ſ ¶De intentione.) *Lapum hic citant,& ſequuntur prealle.Gaſp.de Peru de reſerua.in 1.q.poſt nu.3.verſi. ſed unum uolo, quod ponderes.Fel.in c.in noſtra, core.37. in 2.fall.de reſcrip.Idem uoluit Ioan. de Syl.de Benef. referens Lap.Abb. idem tenuiſſe in cap.ſuſceptum,par.3.quæſt.xij.in 2.limita.*

t ¶Non acquiras.] *In prin. dicti cap.& per Ancha.ibidem colum.3.in 2.quæſtio. Gemin.nume.8.verſ.ſed pone,ꝙ Papa, & Fran.poſt nu.9.ver.in glo.in verſi.non acquiras,& aliquid per Rot. 191. not. ꝙ vbi executor.in anti. Hæc verba Lapi reaſſumit,& comprobat Gaſp.de Peruſ.in alleg. tracta.reſerua.q.1.nu.4.*

u ¶Licet lib.6.] *Et ibi glo.in ver.conferre,& omnes,c.cum ſecundum,ubi adhoc illum text.ponderat Phi.Fran.in vlt.not.de hereti.lib.6.Inno.Hoſt.Ioan.Andr.Imol. & Abb.in c.de multa,de preben.Car.cõſ.*

63.



*63.D.Papa,nu.2.ver.item ſi forma,& cõſi.74.D.Abbas,nu.2.verſi. pro hoc eſt ratio.& nouiſſimè Tiraq.in repe.l.ſi vnquã, in ver.reuertatur,nume. 337. verſicu.non poterit tamen poſſeſſor,C.de reuo.dona.ubi etiam Lap.hic citat,& ſequitur.*

x ¶Pro & contra.]*Licet Innoc.uariet,tamen ex ijs,quæ uoluerunt Hoſtien. Cardin. Henric.Boic,But.Imo.Abba.& Feli.poſt num.5.in 1.not.in Alle.hic cap.illud,Ancha.in capitu.1.quæſt.8.num.9.& ſequen. de reg.iur.libro 6.Gemi.in cap.ordinarij, §.1.colum.3.de offic.ordi.eo.lib. & in ca. ſi iudex,§.1.num.3.verſi.no.quòd communis reputatio,& tractatus,de ſenten.excõmu.dicto libro 6. elicitur ꝙ vera, & communis concluſio eſt, quòd ex diuturna poſſeſſione, & communi reputatione, ac tractatu, ſeu tolerantia inducitur probatio proprij tituli ſaltem præſumptiua.*

y ¶Iudices eccleſiaſtici.] *Hęc eſt prima ratio,ſeu conſideratio,quę probatur ex iuribus hic adductis, & ubique Doctor. & vltra alios etiam per Anchar. in pulchro conſilio in materia noſtra 117.ſatis impertinens,ad fin.verſic. Non eſt enim veriſimile quòd epiſcopus, qui annuatim viſitat. Caſſa. Dec.2. incipien.Lap. Allegat. 89.numero 3.de cau. poſ. & proprie. ſuper Regu.Dec.7.proponebatur,in fin. & Dec.8.quamuis poſt princip.verſic. Ratio quia cum epiſcopi viſitando inquirant de titulis,&c.& Sarnen.in 58.quæſt. Regu. de Anna.nu.2.*

z ¶Et clerici.) *Secunda ratio,ſeu pręſumptio ſatis concludens,ut etiam per Anch. conſi.ſupra citato 117. poſt numerum ſecundum, verſicu. & imputandum eſt populo,& per Ioan.And. in capitulo illud, colum.3.verſicu. Aliqui vt ex præmiſſis colligi poteſt non palienter hoc ſubſtinuiſſent epiſcopi, clerici, uel cognati, de præſumptio.& ibidem per Henric. Boic, verſus finem, uerſic. ſimiliter nec clerici eccleſię illi,qui in ueritate prælatus non eſt libenter obediunt,ſed potius contradicunt, & Caſſado.ſuper regulis Dec. 8. ante numerum ſecundum,ubi etiam refert, & ſequitur Lap.hic.*

a ¶Quia aliàs.]*Tertia ratio,ſeu conſideratio. Dum hic citat Ioan.And. poſt Innoc. & Hoſtien.dic quòd hoc dicit in c illud,colum.2.verſ. Alioqui ſequeretur, & ibidẽ uideatur Abba.num.7.in 3.intelle.de præſumptio.uerum quia Inno.Ioan. And Abba.& alij no. figunt pedes in illo abſurdo, immo ſentiunt in pluribus caſibus docendum eſſe de proprio titulo, prout etiam uoluit Aegid.Bellam.Dec.645.incipien.nõ obſtan.poſt medium, ubi uult quem teneri producere literas proprij tituli,ſi uerum enim titulum habet,præſumitur,ꝙ literas habeat, & cuſtodiat Ideo etiam Lap.hic ad aliam rationem melius concludentem tranſit Et concluditur hic ſolum de ſucceſſore, ut non teneatur iuſtificare titulum auctoris, prout ẽt hanc Alle. ita limitat, intelligit,& declarat Caſſa.præalleg.Dec. 8.ſuper Regu.poſt nu.3.verſi.ſed occurrit, ꝙ cum Alle.Lapi,& ad fi.Dec.verſ.Quia loquitur in ſucceſſore,&c.*

b ¶Centeſimum.) *Hæc eſt quarta ratio, ſeu reductio ad maximum abſurdum, hic pulchrè per Lap. ad oculum poſitum, & oſtenſum,de quo etiam per omnes in Alle. c.illud,de preſump.Hac ratione,ſeu ponderatione vſus etiam fuit in ſimilibus terminis,Oldra.conſi.229. hæc ſunt. ante nu. 3.Et hoc dictum Lapi pro nota. citat;, & ſequitur Sarnen.in 30. q.Regu. de Trien. nume. 4.*

c ¶Vacationis.]*Tanquam ſpecies ſub genere, genus enim continet ſub ſe omnes ſpecies,prout docet Porphyrius dum de genere tractat,& probant tex.in l.ſi quid earũ, §.inter emptum,in l.item legato.ff.de leg. 3.in l.ſemper in generibus,ff.de reg.iur.et in c.deliberatione,§.prohibemus, cum gl. in ver.ſpecie,& ibi Gemi.in 1.not.de offic. lega.lib.6.*

b ¶Va-

d ¶ Vacat.] *Beneficium aut uacat ipſo iure, & non de facto, aut ipſo facto, & non de iure, aut de iure, & de facto, prout declaro in 7. quæſt. Regulæ de uerſi. poſt numerum 4.*

c ¶ Sæpe.) *Quę iura loquuntur de rigore, non de ſubtilitate, licet glo. vtrobique amplict etiam uitandam eſſe ſubtilitatem ſecundum canones, & quod ſubtilitas iuris non conſideretur a canonibus, ſeu in ſpiritualibus non curetur, uoluit Abba. per illum textum in capitu. conſtitutus, numero 26. de reli. domi. Hoc autem non eſt generaliter verum, quòd ius canonicum ſubtilitatem reijciat, immo contrarium uidemus in capitulo capellanus, ad fin. ibi poſterior ſententia meliori, & ſubtiliori vtitur ratione de ferijs. & quod ius canonicum nonnũquam ſubtilitatem amplectatur, probat tex. in capitulo in literis, iun. glo. & declaratione Abba. ibi poſt numerum ſextum, de reſtit. ſpolia. vbi notat ius canonicum quandoque conſiderare ſubtilitatem. In hac materia an ſubtilitas commendanda, vel damnanda ſit ita diſtinguendum eſt, aut loquimur de ſubtilitate, quę tendit ad capiendos, & decipiendos ſimplices, & hęc reprobatur, prout in capitul. ſi cupis, 19. quæſt. prima. Aut loquimur in ſubtilitate interpretatiua irrationabili, uel ſuperſtitioſa, uel quę uerba peruertit, uel ſenſus offuſcat, ſeu inuoluit, vel per quam quis oſtentat ſe plus ſapere quam oporteat, & reprobatur iuxta epiſto. Pau. ad Roma. Dicentes enim ſe eſſe ſapientes ſtulti facti ſunt, & ad text. in capit. primo, §. Lippus, & §. albuginem, 49. diſtinct. & l. fin. C. de legi. verſic. eorum quidem uanam ſubtilitatem tam riſimus, quam corrigendam eſſe ſtatuimus. Aut loquimur de ſubtilitate rationabili, & condecenti pro interpretatione iurium, & hæc Laudanda, immo neceſſaria eſt, l. vni. C. de profeſ. qui in vrbe conſtan. & ibi per Luc. de penu. col. 5. ver. Item pro ijs plenius not. quod ſubtilitas duplex eſt. Abba. in Allegatio. capitulo capellanus, numero quinto, de fer. & in capitulo dilecti, poſt numerum vndecimum, de iudi. vbi pulchrè diſtinguit, loquens etiam de ſubtilitate pro ueritate eruenda, & illam diſtinctionem comprobat Dominus meus in lege vnica, in prima lectu. numero ſexto, C. de ſentent. quæ pro eo quod inte. Et ſicut de hac ſubtilitate prę ceteris commendatur Papinianus Ireconſ. prout in l. cum virum, & in l cum acutiſſimi, C. de fideicommiſſ. ac in leg. cum Papinianus, C. de ſentent. & interlocu. ita & Lap. noſter omnium conſenſu ſubtilis iuriſconſulti nomen aſſecutus fuit, & hęc allegationes ab omnibus ſubtiles nuncupantur.*

f ¶ Præiudiciale eccleſijs.] *Ad text. in capitulo nulla, §. cum uero, capitulo quia diuerſitatem, & c. poſt electionem. de conceſ. præben. cap. quam ſit, de electio. lib. 6. Rot. 288. maior, in anti. Et dicta Lapi hic reaſſumit, & declarat Pariſ. conſi. 37. attendatur, ante nu. 10. vol. 4.*

g ¶ In p̄ſentia.) *Et per Bal. in l. ad probationem 2 vbi ꝙ probatio debet concludere per neceſſe, non per poſſet eſſe. C. de probat & in l. non hoc. C. vnde legi. & hunc ſup. alle. 54. factum ſuper quo. nu. 3.*

h ¶ Infertur periuriũ.) *Idem voluit ſupra alle. 53. an oporteat, nu. 3. & inf. alle. 94 quidam presbyter. ante nu. 5. & Lap. ſequitur, ad eum ſe remittens Feli. in alle. hic. c. ſuper ijs. de accuſa. poſt nu. 16. Vide etiam Cy. in l. 2. q. 5. & Bar. n. x. C. de iur. emphi. & Lud. Roma. in l. in illa, num. 15. ff. de ver. obli.*

i ¶ Cap. vni.] *Et ꝙ præſumptio tranferat onus probandi in alium probant tex. in l. non eſt veriſimile. ff. quod met. cau. et in l. ſiue poſſidetis. C. de proba. Abb. in ca. is qui. de ſponſa. Pariſ. conſi. 80. num. 14. & ſeq. lib. 1. & conſi. 160. num. 27. verſi. nec danda. uol. 4. Nunc ſubijciam plura quæſita, quæ ex alleg. huiuſmodi eliciuntur, &*

quæ



*quæ pro ipſius materiæ declaratione neceſſaria ſunt.*

*PRIMO igitur quæro quod tempus requirat alleg. Lapi? Tres opin. adduci poſſent, prima ꝙ cum hic non declaretur quantum tempus requiratur arbitrio boni uiri, ſeu iudicis relinquatur. iuxta text. clarum in l. 1. in fi. ff. de iu. delib. & ita Bar. ad hoc illum tex. notat, cum quo omnes tranſeunt, vt etiam per Curt. Iun. conſi. 90. habita, colum. fin. poſt medium. Et iuxta terminos noſtros, quòd arbitrio iudicis remittatur declaratio temporis antiqui, uel recentis uidetur uelle Pariſ. qui Lap. hic citat conſi. 37. attendatur, num. 8. vol. 4. Altera opin. eſt, ꝙ intelligamus de tempore decem annorum, eliciendo hanc interpretationem ex verbis Lapi, præſertim poſt nu. 15. verſicu. Et procedunt prædicta maximè ſecundum eos, ubi poſſeſſio, & reputatio talis eſt antiqua. Et idem uoluerunt Corſet. in Singu. in ver. titulus, verſic. vbicunque poſſeſſio eſt antiqua, glo. pragma. titul. de paci. poſſeſſ. §. ordinarij, in ver. inquirant, col. 2. verſic. tertio caſu ſufficit probare poſſeſſionem, & communem reputationem, iun. diſtin. quã pręmiſerat, verſi. aut habet antiquam poſſeſſionem, & Pariſ. d. conſi. 37. poſt numerum 8. ibi non tantum decennium, vol. 4. ſupponendo quòd antiqua poſſeſſio, ſeu antiquum tempus dicatur poſt decem annos, recens verò infra decem annos, ad rub. & nigrum, C. de præſcrip. long. tempo. decem, vel viginti anno. glo. not. in l. fi. ff. ſi ag. uecti. Barto. in l. prima, §. quod autem ait, ff. de ſuperfi. & hanc eſſe communem teſtatur Dominus meus conſi 104. in cauſa, in prin. & Io. de Ami. de uena. con. 125. Magnifice, nu. 2. ubi alios citat, & iuxta terminos noſtros circa præſumendum idẽ probat Anch. conſi. 117. licet in contingentia facti de quo, ibi interceſſiſſent anni 17. poſumus enim dicere quòd decem ſatis fuiſſent, prout etiam ꝙ hæc alleg. decem annos requirat, probat Dec. Mohed. xi. ſub titu. de regreſſu, alias 120. incipiens in eadem Vrbeuetan. Archipresby. & Dec. Caſſa. 8. ſuper Reg. Cancel. Hæc interpretatio vera eſt, & ex mente Lapi. Succedit autẽ tertia opin. ex mente, & interpretatione Rotæ, quæ illud decennium per alleg. Lapi requiſitum ad triennium redegit. prout per Dec. Caſſa. 2. de ca. poſſ. quæ incipit alleg. Lapi, num. 6. & Dec. 7. alias fi. poſt num. 7. verſi. ſed prout dixi, de procur. Sarnen. quæſt. 16. ante num. 2. verſi. Dicebatur ex una, & q. 30. in fi. ſuper reg. de Trien. & pręalle. Dec. Mohed. xi ſub tit. de Regreſſu, alias 120. Et ita etiam ſupponere uidetur Pariſ. pręalleg. conſi. 37. poſt numerum 8. verſi. Non tantum decennium, ſed triennium uix effluxit. Vel dicamus, ꝙ Rota interpretata fuerit uerba Lapi, Diu poſſederit, i. per triennium: Pro qua interpretatione vltra alia, quæ in medium afferre poſſem, adduco id quod poſt Hoſt. uoluit Ab. in c. illud, col. 4. in fi. verſi. Dicit tamen ꝙ quamuis pręſumatur pro illo, qui diu eccleſiam poſſedit, ſi tamen conſtaret de intruſione, uel alio uitioſo ingreſſu omnino poterit remoueri, de præſump. iun. ijs, quę uoluit Tho. Gramma. con. ciui. 144. nume. 7. vbi ex illis uerbis infert ad poſſeſſionem triennalem, & ſic ſentit idem eſſe diu poſſidere, quod triẽnio. Rurſus dicamus, quod poſt Lapi alleg. ſuperueniente Regula de Triennio. qua quis tutus eſt ſuo titulo aduerſus omnes: ſicut ille iuſtificare non tenebatur, ita nec ſucceſſor, ne magis grauetur qui ſuccedit in ius alterius, contra regulam qui in alterius, de reg. iur. quã prędeceſſor grauaretur ſi uiueret, ut etiam notauit, & aduertit Rota, prout in Dec. 1. Achil. de titulo.*

*SECVNDO quæro, quæ probatio ſufficiat quo ad titulum prędeceſſoris? Reſpondeo, quòd probari debet communis reputatio, & tempus triennij, ad quod (vt in pręceden. quæſtione præmiſi) redactum fuit tempus illud decennij, qđ requirebat*

Alle.noſtra.Et quod utrũque requiratur, & quod ſolum triennium abſque cõis reputationis probatione nõ ſufficiat,nec etiã cõis reputationis probatio ſi recens ſit poſſeſſio ſupponit Lap.hic in poſitione caſus, num.8.verſ.venio ad ſecũdum,& poſt nu. 15.uerſ. & procedunt prædicta, & alibi. pro quibus habemus in proprijs terminis Rot.Bellame.594.licet poſſeſſio.645. non obſtan.poſt medium. Caſado.2.de ca. poſ. poſt prin.& ita intelligo Rot.109.agenti, in no.quam,& Lap.hic ſequitur Nic.Boe. Dec.42.dico quòd,num. 30 Ita etiam intelligi debet Phi.Fran.in c.ſuſceptum,nu. 11.de reſcrip.lib.6.Et ꝙ opin.& triennalis poſſeſſio requirantur,uoluit,ſequens Lapi diſt.hic Io.Bap.Ferret.conſi.9.pro reſolutione.nu.4. verſ comprobo quia poteſt probari.conſ.18.de quinque, nu.2. conſ.101. in cauſa.nu.8.& conſ.172.præſupponitur, num.3. & Pariſ.conſil.37.attendatur.nu. 6 iun. nu.8. ibi ſed triennium vix effluxit,cum ijs quæ poſtea ſubijcit.vol.4.glo. Pragma.titu.de paci.poſſeſ.§.ordinarij,in ver.inquirant.col.2.ver.tertio caſu ſufficit probare poſſeſſionem, & communem reputationem,iun.ver. præceden. quem poſuit col.2.dum diſtinguendo dixit aut habet antiquam poſſeſſionem, & ſuppoſita reductione longi temporis ad triennium idem repetit poſtea. col.3. verſ. de titulo autem ſui prædeceſſoris Idem voluit Ludo.Roma.conſi.485.in re,poſt prin.& Rebuff.ſuper Reg.de Anna. glo. 21. ad fin. Idem & notauit Card.Creſcen. olim Rotæ Auditor.Dec.257.alias 2.ſub titu.de Alleg.Lapi,incipien. ſucceſſor qui non tenetur titulum ſui prædeceſſoris iuſtificare, ſed ei ſufficit communem reputationem,& triennalem ſui anteceſſoris poſſeſſionem probare.

TERTIO quæro an habilitates prędeceſſoris,puta clericatus, ætas, & aliæ ſint probandæ? & quæ probatio requiratur? De ijs latè tracto in 11. quæſtio.18. Reg.Cancal.ibi nu.9.& in fi. dictæ quæſt. concludo illas probandas fore,& leuiores, ſeu debiliores probationes ſufficere ſuper habilitatibus prædeceſſoris, ac etiam proprijs, quam ſuper titulo mei authoris, uel meo.Et ijs quæ ſcripſi in dicta 11.quæſtio. addo Dec.Achil.de Graſsis vni ſub titu. de Habilita. factam anno. 1548. ſub ijs verbis. Habilitates autoris tenuerunt Domini ſufficere quòd probentur per communem reputationem in una Oueten. de Villa vitioſa,coram R. D. Ant. Auguſtino per Dec. Aegid. 112 & 645. Ad Dec. 342. & 312.in anti. reſponderunt quòd loquuntur in habilitatibus proprijs, non ſui autoris.Dec. Aegid.594. & Caſſa. 2. de cau.poſ.& proprie.intelligebant in titulis ſui prædeceſſoris.

QVARTO quęro an Alle.hęc proſit tam ſucceſſori impetranti per mortem ciuilem,quam naturalem? omiſſa diſputatione an, & quando appellatione mortis, ſeu obitus ueniat etiam ciuilis,de quo latè tracto in 7.queſt.Regu.de ueriſimi. quantum ad rem noſtram attinet pro opin.affirmatiua concludo, & Lap hic loquens de reſignatione, & permutatione, de ciuili obitu loquitur, & de utroque obitu in eiſdem terminis cõcludit Rot.402.nota agenti,in fi.in anti.109.agenti.in no. & Rot.ſequitur, licet more ſuo eam corruptè citet Ludoui.Roma.conſi.465.in re,circa prin. & Caſſa. qui declarat hanc Allega. eam in utroque caſu locum habere aſſerit Dec. 2.num.4 & ſeq.& Dec.4.num.8. de cau. poſ.& propri.

QVINTO quęro an hac Alle.tutus erit qui prius titulũ prędeceſſoris impugnauerat? Pro op negatiua habemus tex. in l.Papin.§.meminiſſe.ff.de inoff. teſt.in c.cum olim.de cenſi.ubi quod ex compoſitione,quam quis impugnauit cõmodum cõſequi non poteſt. & habemus regulam c. ex eo.lib. 6.Idem voluerunt Bar.& alij in l.poſt legatũ ff.de his qui.vt ind.D.meus conſi.



conſi.116.quoniam cauſa,nu.22. & hanc dicit communem Cur.Iun. conſil.41. præſupponitur,nu.14.Ad hanc regulã dantur plures limitationes,prout per Abb.in c.capitulum,ad fi. & ibi latius per Felin. nu.8.verſi.regu.ex eo.de reſcr.per eundem Feli.in c.examinata,poſt nu.3.verſicu. & aduertas ſubtiliter,de iud.pulchrè per Ludo.Roma.conſi.347.quo ad articulum, in 2.dub.Quod conſi.Roma.& Doctri.Abb. vbi ſupra comprobarunt R. Domini mei de Rota ad effectum pręmiſſi mei quęſiti, prout uidere eſt apud Sarnen.in 16.q. Regu.de Anna.in fi.

SEXTO quæro,an concurrente triennio,& communi opinione,ſi currente triẽnio prędeceſſor, ſeu præceſſor ſciebat eius titulum eſſe infectum præiudicium inferatur ſucceſſori,nec Alle.hęc ſibi proſit? Pro opinio.affirmatiua ultra alia adduci poteſt, quod mala fides, ſeu ſcientia tituli infecti nocuiſſet autori iuxta tex. in c.poſſeſſor malę fidei,de reg.iur. lib.6. Bald.in l.cum notiſſimi,§.immo,colum.2. verſicu. item ſuperueniens mala fides,C.de preſcr. trigin.vel 40 anno. Sarnen. queſt. 45. de Anna poſt num.9.verſi.nam ſi citatio,pariter nocere debet ſucceſſori,quippe qui ex perſona alterius adminiculo utitur,ergo cũ ſua cauſa,& ſuis uitijs iuxta tex. in l.Põponius,§.1.ff de acq.poſ.& ibi glo.in ver. vitijs,in prin.quę videtur decidere queſitum noſtrum facit tex.in l.in omnibus officijs,§.non debeo,in l.qui in ius,in leg.ex qua perſona, & ibi etiam per Dominum meum num.3.ver.& ad text.hic.Contrariam opin.ueriorem puto, tum quia nos ſumus extra terminos præſcriptionum, & ſucceſſionum reſpectu reſignatarij ſeu prouiſi per obitum,cum ut alibi dixi,in beneficiarijs non detur propriè ſucceſſor: Tum quia ſi aliter diceremus,rarò eueniret, ꝙ huic Alleg.locus eſſet,unde interpretatio non eſt facienda circa ea,quę rarò accidere poſſunt.l.nam ad ea ff.de legi.l.ea, quę rarò.ff.de reg.iur. cum vulga.quod autem rarò eſſet quin prædeceſſor, ſeu præceſſor infectum titulum habens illum, illiuſque qualitatem aliquando ſciuiſſet, apparet ex quo ſcientia facti proprij præſumitur, l.3 ff.de iur.& fa igno.l.fi.in fi. iun.gloſ. ff.pro ſuo.l.quanquam,ff.ad Velleia.& per preceptorem meum D.Philip.Dec.conſil. 667.non conſonat,poſt numerum 8. verſi. nõ ob.Rurſus vitium ſi quod erat, erat perſonale,quo fit ut mala fides, et vitium perſonale pręceſſoris ſucceſſoribus nocere non debeat,ad l.ſi nulla,et ibi Bal.et alij,C.de acquir.poſſ.Pariſ.conſi.23.prima in huiuſmodi,numero 209.libro primo.Inſuper in terminis leg. Barbarius,ſuper qua hæc allega.potiſſimè fundatur,non debemus ſupponere illum ſeruum proprium ſtatum ignoraſſe, & tamen propter communem opinionem aliorum, propter vtilitatem publicam,& pro validitate geſtorum acta coram eo ſubſiſtebant. Poſtremò rationes hic adductę per Lap. quas tres potiores ſupra oſtendimus in Apoſtil.in verſic.iudices,cum tribus ſequen.non conſiderant bonam,uel malam fidem authoris, ſed aliò tẽdunt ex illarum inſpectione facile dinoſci poterit.

SEPTIMO quæro, an ſucceſſor ſciens inualidum titulum prędeceſſoris, ſeu prędeceſſoris triennalis,pro quo aderat cõmunis reputatio de qua hic, iuuetur hac allegatione? Videtur negatiuè reſpondendũ eſſe, & adduci poteſt limi. illa quam dant Calde.& Abb.in c.ad probandum, col.pe. verſi.limitat Cald.& Feli.nu.8.in 2.limi. de re iudi.Anto.de But.in cap.ſciſcitatus, ad fi.de reſcrip.& in c.veſtra de coha.cleri.Abb.in ca.poſt ceſſionem,col.pen. ver. Idem ſi erat occultum.de proba.Idem Abba.in c.ſi duobus,col.pen. verſi.ad hoc qđ. de appel.Gemi.in c.ſacerdotes,2.queſt.7. Ludo.Roma.Sing.760.incipien. Lex barbarius,& c.ad probandum,de re iudi. dicunt ꝑ ſententia lata ab infame,excommunicato,

*nicato,uel ſeruo ratione communis erroris
validatur, limi. hoc ſignanter niſi illi in-
ter quos lata eſt ſententia ſciant illum
communem errorem eſſe falſum,quia tunc
non ualidatur ratione communis erroris,
&c.Nic.Mil.in Reperto.in verſicu. error
communis,verſi. idem ſi communis opin.
& Dominus meus conſi.407.viſis, nu. 2.
Huc ſpectat quod notauit Hyeron. Pau.in
lib. prouinciale nuncupato,fol.62.verſus
fin.ex mente Abb. ver. nota quòd execu-
tor, quòd collatio facta per executorem oc
cultum excommunicatum ſcienti ipſum
excõmunicatum eſt inualida, ſecus ſi igno
ranti excommunicationem, ſubdens hanc
eſſe limi.l.Barbarius.*

*OCTAVO quæro qualiter accipien
da ſit communis opin. ſeu reputatio ab
hac alleg.requiſita? Reſponſionem elicia-
mus partim a verbis Ariſtotelis poſt prin.
primi libri Topicorum cum inquit.Proba
bilia autem ſunt,quæ uidentur omnibus,
aut plurimis,aut ſapiẽtibus,& ijs, uel om
nibus,uel plurimis, uel maximè cognitis,
& probatis.partim a legibus,partim a no-
ſtris Doctoribus. Si iuxta uerba Philoſo-
phi præmiſſa pro terminis noſtris, hęc exi-
ſtimatio de qua loquimur erit pœnes om-
nes indubitata erit,eam ſufficere. Quòd ſi
non inter omnes homines orbis,uel regio-
nis,uel ciuitatis,uel loci ſit hęc opinio, ſed
inter eos,qui hæc veriſimiliter ſcire debẽt,
idem dicendum erit,per tex.in l.inter oẽs,
iun.glo.1.ff.qui ſatiſ.cogan.l.cum quidã.
§.quod dicitur ſi putetur,cum gloſſ.in ver.
obſtetrices.& ibi per Bart. numero 2.&
ſeq.ff.de acq.hær.l.1. ibi omnium cõſenſu,
iun.declara.Bar.poſt num.4. verſic. quem
intelligens ab omnibus qui veriſimiliter
debent ſcire,& ibi etiam per Bald.Salyc.
Roma.Alex.Corn.& recentiores,C.de te
ſtam. Quid autem ſi non omnes eiuſdem
loci,ad quos id ſcire pertinebat, ſed maior
eorũ pars ita exiſtimaſſet,an hoc ſufficiat?
videtur ꝙ ſic per textum in l.3.ibi,ſed qa
publice paterfa. pleriſque uidebatur,ff.ad
macedo.& l.2.in princ.C.eo.& in ſimi.uo
luit Specu.titulo de teſte, §.1.verſic. quid
ſi tantum a maiori parte, argum. textus,
in l.quod maior,ff.ad munici.Alberi.Ale
xan.Corn.& Iaſ.in alleg.l.1.C.de teſtam.
Ange.& Franc.Aret.in l.ad teſtium,nu-
mero ſecundo,ff.eo.Ioan.Fabri.in §.ſed cũ
aliquis,numero 12. & ſequen.& Ioan. de
Plat.numero 18. verſicu. inter quos autẽ
debet eſſe hæc communis opin.Inſti.eo.ubi
pro,& contra,tandem uerſic. & idem cre
derem,pro hac opin.concludit.Contrarium
concludere videntur Imol.in dicta l.ad te
ſtium, & Roma. qui limi.in dicta l.1.C.
de teſta.& Ang.Aret.in Alleg.§.ſed cũ
cum aliquis,numero primo, & magis ad
rem,columna fin.uerſicu.quæro hic dicitur
quòd omnium conſenſu,Inſti.eo Ego iux-
ta terminos noſtros putarem,quòd ſi præ-
latus ſuperior, & clerici præſertim eiuſdẽ
eccleſiæ,& maior pars laicorum huiuſmo
di prædeceſſorem pro uero,& legitimo prę
lato,ſeu beneficiato habuiſſent, & tenuiſ-
ſent,quòd hoc ſufficiat,& dicatur probata
communis reputatio, ſeu exiſtimatio quo
ad effectum huius Allegatio.Pro quibus
etiam uideãtur conſilium Ancha.117. ſa-
tis impertinens,& conſilium Ioan. Bapti.
Ferret.101.in cauſa, numero octauo, ac
conſilium 172. præſupponitur. numero
tertio.*

*NONO quæro,an iuxta terminos hu
ius Allega. admittatur probatio in contra
rium? Pro opin. affirmatiua pondero vlti-
ma verba huius Allegatio. ibi vel ſaltem
incumberet ei, &c. Item videmus, quòd
diu toleratus a prępelato ſuo in beneficio nõ
poteſt compelli oſtendere titulum, tamen
poteſt prælatus in ſe aſſumere onus proban
di defectum tituli,capitulo dilecto, & ibi
Abb.numero 8.de pręben.Innocent.in ca-
pitulo illud,de præſum. Hoſtien.in capitu
lo licet heli.de ſimo.Docto.in capitulo ordi
narij.de offi.ord.lib.6.Caſſa.Dec.7.ſup Re*





*gulis,numero. 2. vbi etiam docet modum
probandi:eadẽ ratione licere debet tertio,
ſeu aduerſario titulum infectum probare.
Item hęc Allega. tituli prępſumptionẽ in-
ducit,contra huiuſmodi autem, & ſimiles
prępſumptiones probatio in contrarium ad-
mittitur, prout dicimus impugnanti arbi
trium incumbere onus probandi cum pro
eo prępſumendum ſit Cald.conſil. 5. cui in-
cumbat,ſub titulo.de arbit.Felin.in capit.
quoniam contra de probat.poſt numerum.
37.verſiculo.eſt verum quòd iſta.Sic etiã
dicimus pro decreto iudicis prępſumi,tamẽ
admitti probationem in contrarium. Do-
cto.in l.ſciendum.ff.de verb.oblig. Bar.in
l.ambitioſa,poſt nu.28.verſic. Sed contra
iſtos admittitur probatio.ff.de decre. ab or
di.faci. & pulchrè per Pariſ.conſilio.98
circa prępſentem,nume.14.lib.1.Amplius
habemus quòd apparentię ſtari debet do-
nec probetur contrarium. capitulo vt no-
ſtrum.vt eccle.bene.per Lap.hic, quem ad
hoc citat, & ſequitur Afflict. de contro-
uer.inter maſcu.& fæmi.de bene.numero
8.verſic.Sic etiam dicit. Supponunt ergo
quòd probatio contraria admittatur. Po-
ſtremò videmus admitti (vt etiam ſupra
annui) probationem tituli infecti, ſeu in-
truſionis, non obſtante diuturna poſſeſſio-
ne, etiam contra regulam de Triennali,
triennalem poſſeſſorem fouentem, prout
per Feli.in allega. capit. illud. numero 7.
de prępſum.vbi tamen legendum eſt poteſt
tamen in ſe aſſumere onus probandi defe-
ctum tituli. & poſtea & ita puto intel-
ligendam dictam regulam Cancella. ui-
delicet ut triennium excuſet non docentem
de titulo, ſed impediat uolentem probare
nullitatem tituli, adde tu dictionem non,
poſt dictionem ſed. Et Felin.ſequitur Tho.
Grammati.conſi.ciui.144 in cauſa, nume.
6.Pro opinio.negatiua pondero uerba La-
pi ſupra poſt numerum 16.verſ.Nec ob.ſi
diceretur quòd aduerſarius poterit proba
re contrarium,ſcilicet quòd dictus G.tem-
pore mortis non fuit verus prępelatus, nam
hoc ideo nõ ſufficeret & cętera. Idem etiã
ſupponere videtur Sarnen in decima quę
ſtio.Regu.de Trien.poſt numerum,24 uer
ſic.ſecus autem eſt in Alleg.Lapi.89.quę
prępſumit titulum, etiam ſi inutilis titulus
producatur & cętera. Ego ſic diſtingue-
rem, Aut aduerſarius vult probare prędi
ctum auctorẽ non fuiſſe triennalem, Aut
non fuiſſe communiter pro rectore,ſeu præ
lato habitum, & vtroque caſu ipſum ad-
mittendum fore putarem, cum hæc ſint
releuantia, & talia, quæ tollunt ſup-
poſita ſuper quibus fundatur hęc Alle-
ga.Aut quis vult probare non titulum il-
lius auctoris, ſeu titulum infectum, &
hoc ſatis dubium videtur,& allegata pro
opinio. affirmatiua videntur magis vrge-
re,opinio uerò negatiua, quæ mihi magis
placet,corroboratur ex nota.per Nic.Mil.
in Reper.in uer.beneficium impetrans tã-
quam vacans,vbi refert,& ſequitur Lap.
hic,quem omnino uidendum eſſe ait,& in
hac opini reſidet. Idem etiam concludit
Caſſado. Dec.vlti.poſt nume.7. ſequens
Lap.& Mil.de procura. Hæc etiam opi
nio comprobatur ex Dec. Rotæ Creſcentij
257.aliàs 2 ſub titulo de Allegat. Lapi,
in hæc uerba ſucceſſor qui non tenetur ti
tulum ſui prædeceſſoris iuſtificare, ſed
ei ſufficit communem reputationem, &
triennalem ſui auctoris poſſeſſionem pro-
bare ad Alle.Lapi.89. eadem ratione ſe-
cundum Dominos in una Conchen.Præſti
moniorum corã D.Sarnen.ſupradicta ſibi
ſuffragantur,& ſi per aduerſariũ infectus
titulus auctoris,& illius vigore capta poſ
ſeſſio probetur; licet enim ſecundum eos
melius eſſet titulum non producere infe-
ctum ad Dec.Aegid. 287. 303. & 533.
tamen illud procederet quando ab eodem
produceretur volente titulum iuſtifica-
re,ſecus ſi a tertio,cum non illum,ſed aliũ
habuiſſe titulum allegare poſſet; & quia
ſi extriennali poſſeſſione titulus prępſu-*

mitur, præſumpto titulo, & nouam poſſeſſionem conſequenter præſumi neceſſe eſt & cætera.

DECIMO quæro an Allega. hæc locum ſibi vendicet in nominato, ne titulum ſui prædeceſſoris probare teneatur? Hoc quæſitum in partem affirmatiuam decidit Petr. Rebuff. in tractat. Nominatio, quæſt. 19. nu. 27. in 17. quæſt. princip. pro ſua opin. adducit Lap. hic, verſ. Sed quicquid ſit videlicet poſt nu. 15. & alios quos hic non recenſeo, ſubdit idẽ Rebuff. ſic fuiſſe aliàs in ſenatu deciſum. Idem concludit Phi. prob referens, & ſequens Rebuf. in Addi. ad Glo. Pragma. tit. de paci. poſſeſ. in ver. inquirant, ſub nu. 2. verſ. vel dici. De quo autem nominato ſentiat Rebuff. puto quòd ſolum de nominato ab vniuerſitate, prout ſolum de eo in illo Tracta. Nomina. ſi tractaturum pollicetur, in vlti. colu. 1. quæſtione. verſiculo. Aliæ ſunt nominationes, quæ conceduntur ab vniuerſitatibus &c. An autem idem concludendum ſit circa alios nominatos, puta ab Imperatore, vel Rege aliquo, de quibus loquor in xiij. quæſt. xi. Reg. Reuocatoriæ, hic non tracto.

VNDECIMO quæro an Allega. hæc tueatur non ſolum immediatum ſucceſſorem, ſed etiam ſecũdum, vel tertium? Puta A. vacat canonicatus, de quo prouidetur B. qui ceſſit huiuſmodi canonicatui cum præbenda in fauorem C. qui vigore Allega. Lapi deducit A. prædeceſſorem mediatum fuiſſe triennalem poſſeſſorem, & pro canonico præbendato communiter vſque ad eius obitum tentum, & habitũ, an propterea hac Allega. tutus ſit? Pro opinio negatiua adduci poteſt quòd verba Lapi de ſucceſſore, ſeu auctore, vel poſſeſſore loquentia in dubio de immediato interpretari debemus. ad tex. in l. qui liberis. §. hæc uerba ff. de vulga. l. ex facto §. fi. ff. ad Trebelliã. Hinc dicimus conditionem dandi hæredi veram nõ reddi in hærede hæredis. l. qui hæredi in princ. de conditio. & demonſtra. l. 3. §. hoc autem. ff. de lega. præſtan. per D. meum in l. quæ legata, numero 4. & ſequen. ff. de regu. iur. ſecundo verba in dubio interpretationem recipiunt de prima vice ſeu de primo actu. vulga. l. boues. §. hoc ſermone. ff. de uer. ſigni. Feli. latè in c. 2. numero 3. de tre. & pa. Et videmus quòd diſpenſatio ad duo beneficia intelligitur ſolum de duobus primis. cap. non poteſt. §. 1. de præben. lib. 6. Tertiò arguendo a ſimili deciſam videmus regulam de publi. reſigna. de reſignatario loquentem de primo tantum, non autem de ſecundo intelligi debere, prout per Sarnen. in 1. quæſt. dictæ Regu. poſt numerum 2. verſ. iſtis tamen. Rurſus & illam de Anna. non obſtare ſecundo reſignatario, vt per eundem Sarnen. in 62. quæſt. dictæ Regu. de Anna. & in dicta quæſtio. 1. de publi. poſt numerum 2. Quartò arguendo ab æquiparatis ad gloſ. & Barto. in l. ſi quis ſeruo alieno ſuaſerit in fin. C. de fur. Barto. in l. Marcellus in, princip. ff. ad Trebel. glo. in c. quamuis. §. fi. & ibi Gemini. de electio. lib. 6. Quum videamus Alle. Lapi reductam ad triennium, & Allega. eãdem eoſdem effectus producere, quos Regula de Trien. & a Regula de Trien. ad Allega. noſtram arguit, ſeu infert licet in alia materia Caſſado. Dec. 2. num. 6. de cauſ. poſſeſ. & propri. & ab Allegat. hac eãdem Regulam idem Caſſa. Dec. 7. ſuper regulis, ante numerum. 2. verſic. Facit etiã quòd Lapi Allegat. ex quo Regula de Trien. non extenditur ad alium niſi ad primum poſſeſſorem, idem dicendum erit de Allega. Lapi, vt non ſe extendat ad alium quam ad illum primum ſucceſſorem in Allegat. nominatum. Quinto, & ultimò infinitas eſt uitanda. l. ſi quis vina ad fin. ff. de commo. & peri. rei vendi. l. qui bona. §. fin. & ibi glo. in ver. huic. dat concor. ff. de damn. infe. Et dixit Bald. conſilio. 303. ad euidentiam, colum. ſecunda, ver. quæro vtrum.



vtrum. libro primo. non ualere pactum quòd emptor ſine præfinitione temporis, et vſque in infinitum teneatur reuendere uẽditori. Et natura ipſa infinitum vitare ſolet, vti docet Ariſto. libro primo de generatio. anima. capitu. 1. Et noſter Lap. hic ante numerum 16. conſiderauit abſurdum eſſe aliquem teneri probare titulum anteceſſorum in infinitum, ſic nos dicamus abſurdum fore, ſi Allega. hęc reſpiceret non ſolum ſucceſſorem immediatum, ſed & ſecundum, tertium, & eadem ratione alios in infinitum. Pro opinio. affirmatiua quòd Allegat. proſit non ſolum primo, ſed & vlterioribus ſucceſſoribus concluſerunt (prout Dec. Mohed. 211. ſeu 241. aliàs 1. ſub titulo de Allega. Lapi, incipien. circa intellectum Allega. Lapi.) R. Domini mei de Rota in cauſa Hiſpalen. Cano. & præben. inter Petrum de Santillana, & Didacum de Vega. 17. Maij 1538. ponderabant eandem eſſe rationem quo ad vlteriores ſucceſſores, quę in primo. Et dixerunt differre diſpoſitionem Regulę de Trien. ab illa huius Allegatio. & inter alia, quia Regula de Trien. ſolum poſſeſſorem defendit: pro quo illud adduci poteſt quia Regula de Trien. eſt mere perſonalis. Caſſa. Deciſ. decima. quęſitum fuit, numero primo. & Dec. decimaquarta. ſuper Regul. poſt numerum ſecundum. verſiculo. Cuius contrarium eſt in Regula de Trien. Sarnen. in decimatertia quęſtione Regulę de Trien. ante numerum ſeptimum. vbi hanc opin. dicit ueriorem, & firmiorem, quo fit ut ad ſucceſſorẽ eius priuilegium non tranſeat. ad textum. in l. 1. §. ſi hæres, & in l. ſi hęres perempto fundo. ff. ad trebell. & ibi per Barto. l. fin. §. fina. ff. de contrahenda emptione. Sed Allegatio Lapi iuuat ſucceſſorem triennalis poſſeſſoris. Et alia etiam in illa cauſa conſiderata fuerunt prout videri poteſt in illa Dec. Mohed. Differentias alias inter Allegat. hanc, & Regulam de Trien. uidere poteris per Sarnen. in 10. quęſt. ad fin. & in 16. num. 8. & ante, ſuper dicta Reg. de Trien.

DVODECIMO quęro an uigore gratię ſi neutri dicatur quis ſucceſſor ad hoc ut gaudere poſſit Allegat. Lapię Hoc dubium in Rota propoſitum fuit de Mercurij 16. Octobris 1549. in cauſa Auctoricen. parro. de Lomba. corã integerrimo, ac nunquam ſatis laudato Cardinale Romano, tunc Rotę Auditore inter Ludouicum de Villalobos, & Stephanum de Bario. ſupponebatur in facto quòd Guindiſaluus qui erat triennalis poſſeſſor, & pro rectore habitus, in poſſeſſione deceſſiſſet, Ludouicus, & quidam alius aſſerebant Guindiſaluum intruſum, & ueniebant ex iuribus aliorum, lite pendente Stephanus impetrauit gratiam ſi neutri, dicens nulli ex litigantibus ius cõpetere, & propterea parrochialem a Guindiſaluo iam poſſeſſã ſibi adiudicari debere, replicabatur quod Guindiſaluus nullũ ius habebat, & quòd ipſe Stephanus titulum Guindiſalui iuſtificare tenebatur. Rurſus quòd non erat locus gratiæ ſi neutri, quę conditionalis erat ad ea quę adduco in decima quęſtione trigeſimatertia. Regu. numero ſecundo. Rota propoſito dubio decreuit (prout per bo. me. Hyeronim. Nouatum annotatum reperi) in hęc verba, Rota dixit gratiam ſi neutri requirere effectum, quòd ſcilicet declaratum fuerit neutri ius competere, & ſic ante dictam declarationem ex ea nihil inferri. Ex hac Dec. (mea quidem ſententia) non determinatur principale dubium, fateor enim gratiam ſi neutri euentualem prout per Rot. 270. ſi mandetur. in not. & per Geminian. conſilio 79. ſuper primo, numero. 7. ex hoc non infertur quòd gratiam ſi neutri impetrans poſſit dici ſucceſſor alicuius defuncti olim pro rectore habiti, uel non. Quantum ad primum quęſitum putarem impetrantem gratiã ſi neutri nõ poſſe dici ſucceſſorem illius triennalis

lis poſſeſſoris, & vltra alia, quia gratia huiuſmodi nil ſibi certi, ſeu in ſpecie tribuit ex perſona illius triennalis prædefuncti, nec in illius iure, vel quo ad poßeſſionem, poſſeſſioniſque commoda ſubrogatur. Imò quod plus eſt, impetrans gratiam ſi neutri nouam penitus gratiam impetrat, & nouum titulum, iuxta Rot. 238. ſi impetrans, in not. vnde nullo modo ſucceſſor dici poteſt, & conſequẽter hac Allega. iuuari non poterit. Ratio autem ſeu ſuppoſitum Decreti Rotæ de quo ſupra co tendere uidebatur vt ſuperfluum exiſtimaret de hoc principali quæſito diſcutere antequam conſtaret neutri, ſeu nulli ius competere.

DECIMOTERTIO quæro an ſtante prorogatione Regulæ de Trien. ſit locus huic Allegationi? Habemus in terminis Dec. Putei. 9. de Alleg. Lapi in hęc verba, Allegatio Lapi non procedit ſi poſſeſſor triennalis decedat quarto anno ſuæ poßeſſionis, ſi ego habebam prorogationẽ Regulæ Trien. ad annum: ita in cauſa præpo. menſis Decembris coram Augu. inter Cardinalem de Mendoza, & Albertum Guiglielmini 14. Nouembris 1548. Allegabatur Conſilium. Pau. Caſtren. 116. incipiens, ſi conſideremus, vbi quod tempus prorogatum eſt idem; Item quia Regula, & Allegatio hæc æquiparabantur in multis, vt per Sarnen. q. 16. ſuper dicta Reg. & Caſſado. Dec. 8. ſuper Regu. idẽ Caſſa. Dec. 2. de cauſa poſſeſſionis & propri. Cõtra hoc Rotæ decretum & ſic quod huic Allega. ſit locus plura adduci poſſe puto. Primò ſuppoſito quòd Allega. Lapi (vt in alia queſtione dixi) duo tantum requirat videlicet quòd defunctus communiter reputatus fuerit pro beneficiato, ſecũdo quòd in pacifica triennali poßeſſione deceßerit, ad Dec. Caſſa. 2. & 3. de cauſa poſſeſſionis & propri. quæ omnia etiam ſtante prorogatione huiuſmodi concurrunt in caſu noſtro prorogatio nullo modo obſtare poterit. Secundo licet impetrata fuerit prorogatio, quæ interrumpit præſcriptionem Regulæ de Trien. non ſequitur quòd obſit Alleg. noſtræ diuerſæ, cum ex diuerſis non fiat illatio. l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acquirenda poßeſſione. l. penulti. ff. de calumnia. l. Papinianus. ff. de mino. Tertiò impetranti prorogationem duo obſtare poterant, Regula videlicet de Trien. & Allegatio. Lapi, cũ petierit, & obtinuerit remoueri obſtaculum Regulæ de Trien. alterum impedimentum omnino remãſit. l. qui neque ſequantur. §. ſolutum. ff. de verborũ ſignificatione. capitulo. paſtoralis. de priuilegijs. capit. ex tuarum. de autho. & uſu pal capitulo ſecũdo. de fil presb. Rot. 468. quæ incipit extra Rotam, columna ſecunda. verſiculo. & ſic primo in not. Ludouic. Roma. conſilio. 326. in præſenti conſul. numero. 3. Hinc dicimus quòd ſtantibus duobus impedimentis matrimonij non ſufficit in diſpenſatione expreſſio alterius. Ioan. Andr. ſuper Arbore Affinitatis poſt princip. Abba. qui concordat opin. in capitulo. non debet de conſanguinitat. & affinita. Amplio etiam ſi adſit clauſula generalis, prout per Bald. per illum text. in l. ſi nõ lex Elia poſt princip. ff. de hæred. inſtit. & in l. 1. poſt numerum. 22. verſiculo; vnum etiam ſcias quia ſi eßent plura obſtantia non valeret clauſula generalis & cæter. C. de furt. D. meus conſilio. 541. viſa. poſt numerum. 21. verſicul. præterea nihil. & Rebuff. ſuper Concor. in For. Manda. Apoſto. in ver. quibuſcunque. Quartò quia formula prorogationis huiuſmodi talis eße conſueuit, Quia orator infra trienniũ per quandam Regulam, ſiue conſtitutionem de Triennali poßeſſore non moleſtãdo deſuper editam præfixum, intruſum ſeu poſſeſſorẽ ad iudicium euocare poſſe, & de iure ſuo experiri non ſperat, ſupplicat trienium huiuſmodi ad alium annum prorogari, infra quem intruſum huiuſmodi ad iudicium euocare poſſit, & ob non euoca-

tionem



tionem infra triennium minime a iure ſuo cadat, Non obſtan. & cætera. Hæc formula, eiuſque verba nullo modo concernere, ſeu reſpicere poſſunt diſpoſitionem huius Allegatio. illi ergo in aliquo obſtare non poterunt. argum. textus. in l. dies cautioni. §. toties, & ibi per Barto. ff. de damno infecto. l. ita autem in princi. vbi etiam Bar. ff. de adminiſtratione tutorum. Quinto, & vltimo prorogatio huiuſmodi priuilegiũ in præiudicium tertij dici poteſt, vnde ſtrictam interpretationem recipere debet. ad textum. in l. 2. §. merito. ff. ne quid in loco publi. in capitulo. cauſam quæ. vbi late Felin. poſt numerum. 10. verſiculo. & generaliter. de reſcrip. in capitulo. ex tuarũ. de autho. & vſu pal. in capitu. ſuper eo, & ibi per Abba. & Dominum meum in ſecundo not. de officio delegat. & ſic prorogatio huiuſmodi impetranti ſolum ſuffragari debebat quo ad Regulam de Trien. aduerſus illum quem tunc tangebat, non contra ſucceſſorem ad tollendam præſumptionem boni iuris prædeceßoris. Pro Rotæ Dec. conſiderabam quòd reductio Allegatio. Lapi ad tempus Regulę de Trien. ex interpretatione Rotæ, de qua ꝑ Caſſa. Dec. ſecunda. numero. 6 de cauſa poßeſſionis & proprie. operari debeat indiſtinctè (quantum ad tempus attinet) quòd prorogato tẽpore Regulæ, cenſeatur conſequenter prorogatum etiam tempus Allegatio. iuxta illam theo. quòd diſpoſitio ſuper vno ex iam æquiparatis cenſeatur etiam diſpoſitum ſuper altero prout videmus in l. in tantum. §. 1. ff. de ſer. corrup. vbi æquiparatur filius ſeruo quo ad illã actionẽ ut cõpetat ſibi vtilis, ſuperuenit. l. ſi quis ſeruo. C. de fur. inducens caſum nouũ, & ſpecialẽ, quærit ibi gl. ex quo lex illa nõ loquitur de filio, ſed tantum de ſeruo an in filio locum habeat, concludit quòd ſic. Idem voluit gloß. in l. quod vero. ff. de legib. eſt textus. in capitulo. ſi poſtquam, in vlt. reſpon. ubi etiam glo. in ver. prouiſione. de elect. libro ſexto. Amplio etiam ſi eſſemus in odioſis, prout per Bartol. in l. ſi conſtante in 7. quæſtione. 1. quæſtionis princip. num. 29. & ſequen. Abba. in capitulo prudentia, numero. 10. de mut. petitio. ſecundo arguẽdo a veriſimili mente, ſeu reſponſione ſtatuentium, ſiue diſponentium, ad textum. in l. 1. verſiculo. quoniam. ff. ſi certum petatur. Sozzi. conſilio 86. in cauſa communitatis, columna quarta. ante numerum 9. libro primo. ſi R. Domini de Rota qui hanc reductionem Allega. Lapi ad tempus Regulæ fecerunt, interrogati fuiſſent, an ſi princeps extendißet terminum Regulæ, cenſeri etiam deberet extenſus terminus Allegatio. Lapi, veriſimiliter pro affirmatiua reſpondißent. Tertio ſimiliter arguendo a ueriſimili. ad text. in capitulo. quia veriſimile. de præſumptio. & ad ea quæ adduco in præfa. Regu. de Verſi. ponamus quòd Papa generaliter ſtatueret quòd tẽpus Regulæ de cætero eßet quadrienniũ, veriſimile eſt quòd Domini de Rota etiã tempus Allega. reducerent ad quadriennium, quare igitur non idem in prorogationibus termini Regulæ non per uiam legis vniuerſalis non dicamus idem? Quarto ponderabam identitatem cauſæ, & identitatem effectus Regulæ, & Allega. noſtræ. Ab eadem enim cauſa procedit utraque uidelicet a negligẽtia, prout de ſe patet, & prout de Regula dicit Sarnen. in illius regulæ præfa. poſt nu. 2. & in 1. quæſtio. & de Allegatio. Lapi. idem Sarnen. in 16. quæſt. eiuſdem Regulæ de Trien. a numero 3. vſque ad 6. Caßado. Dec. 8. ſuper Regu. ante numerũ 4. & ipſemet Lap. poſt num. 16. uerſ. Item probatio dictæ renuntiationis, vbi conſiderat ꝙ nec per ſuperiorem, nec aliquem fuit mota controuerſia. Effectus qui maximè attendi debet l. ſi non mortis, in fi. ff. de inof. teſt. l. 1. §. hæc autem verba. ff. quod quiſque iur. Bal. in l. ſi mater, in 3. no. C. de inſt. et ſubſt. D. meus conſ. 313. promiſit, colum. 2. cir. medium,

quòd

quòd idem ſequatur ab vtraque harum diſpoſitionum videlicet Regulæ, & Allegationis probo, nam ſicut Regula non dat titulum, ſed parat exceptionē, Caſſado. Deci.7. ſuper Regul. & Sarnen. q.58. de Trien. ita etiam Allegatio. noſtra, vt concludit idem Caſſad. Dec.8. ſuper regul. nu. 3. per dictum Felin. in cap. ſicut, col.17. verſ. & ita putaui. de re iudi. licet enim Allega. præſumat titulum, non propterea dicitur dare; ſicut dicimus in Regula, ex qua etiam titulus præſumitur, & faciunt nota. per Feli. in capitu. illud. colum. pen. verſ. & non intelligas quòd tempus inducat titulum. de præſumptio. Stante igitur identitate cauſæ, & effectus, ſicut Regula per prorogationem effecta eſt quadriennalis, ita obſeruatio dominorum de Rota circa Allegatio. Lapi in caſu propoſito debet extendi. Quinto vt apparet ex formula prorogationis, quam poſui ſupra in quarto fundamento contrario, illa prorogatio etiam præſeruabat ne impetrans caderet a iure ſuo, & præſeruatio, ſeu reſeruatio conſeruat omne ius, quod prius ille cuius ius reſeruatur habebat, vt per Ange. in l. omnes, per illum tex. C. de præſcriptio. trigin. an. l. ſi quis legauerit fundum, & ibi Iaſo. poſt princi. verſic. item reſeruatio. ff. de lega.1. Sexto, & vltimò attento quòd Allegat. Lapi de decennio loquens erat rigoroſa, propter reductionem ad triennium eſt facta magis exorbitans, & damnoſa, vt per Sarnen. in 16. quæſtio. Regu. de Trien. numero quarto & ſequen. vnde ſublato impedimento Regulæ de Triennali, ſuper qua fundabatur, ſeu conſiſtebat reductio præmiſſa, ſi Allega. huiuſmodi intraret, non deberet intrare reductio facta, ſed eo modo quo prius cantabat ante reductionem, vel ſaltem temperanda eſſet hæc Allegatio. ad tempus maius triennio, & minus decennio, prout (licet in alijs terminis) conſiderat Caſſado. Dec.4. nu.8. & Dec. ſequen. de cau. poſſeſſio. & proprie.

DECIMOQVARTO A. poſſeſſor, & B. ſimul litigabant ſuper beneficio, concordant ſimoniam committendo, & B. cedit liti, & cauſæ, poſtea A. triennio pacificè poſſidet, & in poſſeſſione exiſtens obijt, per cuius obitum C. prouiſus fuit de huiuſmodi beneficio, quæro an C. iuuetur hac Allega. ne teneatur docere de titulo A. prædeceſſoris? Pro opinio. negatiua eſt tex. in capitu. cum clerici. de pact. in capitu. nobis. de ſimo. in extra. cum deteſtabile, eod. titulo inter commu. in quibus iuribus probatur quòd prouiſiones beneficiariæ ſimoniacæ ſunt irritæ, ſeu irritandę ueniunt, & ſimoniam committentes puniri debent. Inſuper quum (vt pluries dixi) Allega. ſit reducta ad tempus Triennij, & cum Regula de Trienn. maximam conformitatem habeat, ab eaque regulam, & normam ſumere debeat, & videamus in princi. text. ipſius Regulæ, ibi Abſque ſimoniaco ingreſſu & cætera excludi ab illius priuilegio ſimoniacum, eodem modo excludendum eſſe dicamus ſimoniaci ſucceſſorem etiam a priuilegio huius Allega. Et quòd tam ſimoniacus realis, quam conuentionalis a beneficio illius Regulæ excludatur concludunt etiam Sarnen. ſuper illa Regu. quæſtio. 12. & Rebuff. de paci. poſſeſſ. nume. 198. verſ. Nono ſimoniacus. Hæc opin. uidetur æqua, rationabilis, & quæ deteſtabile, & demoniacum ſimoniæ vitium reprimit, & inſectatur. Qui autem vellet contrariam opin. tenere adducere poſſet ea quæ ſupra allegaui in 6. quæſtio. dum de mala fide prædeceſſoris, ſeu præceſſoris tractaui. Amplius reſponderi poſſet quòd non ſolum Allega. hac, ſed etiam regula illa non obſtantibus illius verbis gaudere poſſet ignorans ſimoniam eſſe commiſſam, prout per Sanen. in allega. quæſtio. 12. num. 8. verſ. & iſta quæ dicta fuerunt, quem ſequitur Rebuff. de paci. poſſeſſio. ante nu. 199.

verſ.



verſ. Habet tamen antequam ſciuerit. Multo magis gaudebit hac Allegat. quæ non continet illa uerba Regulæ. Nec tex. ſupra adducti, & Docto. ſuper illa regula, qui loquuntur de ipſis ſimoniacis, uel pro eis agentibus, & ſimoniam committentibus obſtare videntur, cum nos loquamur in ſucceſſore ſimoniaci pro rectore, & poſſeſſore pacifico triennali communiter tento, & habito, & ſic in terminis ſatis diuerſis.

DECIMOQVINTO quęro an poſſeſſio requiratur etiam tempore obitus naturalis, vel ciuilis, ad hoc ut Allegationi locus ſit? concludendum eſt quòd ſic, prout ſupponit Lap. hac Allegat. poſt numerum 16. & ante, & Caſſa. Dec.3. in princi. ibi quia putatiuus obierat in poſſeſſione pacifica trium annorum. & cætera de cauſa poſſeſſionis & propri. Pariſi. conſi. primo poſt numerum 61. ubi comprobat dictum Lapi de quo ſupra. libro primo. & conſi.37. attendatur, numero 6. ibi tolerare vſque ad obitum. volumi. 4. & Sarnen. quæſtio. 16. ſuper dicta Regu. de Trien. poſt numerum 1. qui tamen Sarnen. loquitur quoad effectum præſumptionis retroceſſionis. Vide quæ ſcribam infra quęſtione 17.

DECIMOSEXTO quęro an ſucceſſor ſpoliatoris hac Allega. iuuetur? Pro prima affirmatiua videtur tex. in l. cum a te. ff. de ui, & ui arma. vbi quòd interdictum vnde vi non competit contra ſingularem ſucceſſorē. Et faciunt alia adducta per Sarnen. in 11. quęſtio. Regu. de Anna. num.15. & 16. verior opinio. & quā amplecti debemus eſt negatiua, quam etiam amplexa eſt Rota, prout Dec. Caſſa.5. de reſti. ſpolia. vbi quod remedio canonis reintegranda in beneficialibus non obſtant regula de Trien. Allegatio. Lapi uel doctri. Abba. in capitulo contingit de do. & contu. & Dec. Mohed. 176. uel 206. aliàs 8. ſub tit. de re iudi. quę incipit diu fuit diſputata cauſa Abulē. in qua omiſſo primo dubio quęrebatur, an Ioannes Ximenez ſubrogatus ad ſpolium, illud proſequi potuerit non obſtante regula de Triennali, concluditur ibi quòd cum paria ſint quòd quis ſpoliauerit, vel in vitium ſpolij ſucceſſerit, ad text. in capit. ſæpè, de reſtitut. ſpolia. l. vitia C. de acquiren. poſſeſſio. iun. ijs quę uoluit Pariſ. conſil. 23. prima in huiuſmodi, numero 207. & ſequen. libro primo. nec tempus, nec multitudinem ſucceſſorum, neque Regulam, neque Allega. hanc obſtare reintegrationi, ſeu iudicio ſpolij; ſuper qua etiam habemus Dec. Putei.4. ſub titulo de Allegat. Lapi, ſub ijs verbis, Allegatio iſta non habet locum quando anteceſſor fuit ſpoliator uiolentus, vt in cauſa Conchen. de las Treias, coram Fabio tertij Martij 1546. inter Thomam, & P. Et licet Dec. Putei loquatur in ſpoliatore violento, idem tamen dicendum eſt in non uiolento, vt indiſtincte loquitur Caſſa. Alle. Dec.5. de reſt. ſpoliat. & late per Sarnen. dicta.11. q. Reg. de Trien.

DECIMOSEPTIMO quęro an lite mota contra pręceſſorem, vel prędeceſſorem ſit locus huic Allegationi? Supponamus quòd decennio, vel triennio prędeceſſor, ſeu pręceſſor pacificè poſſederit, & quod ante obitum, vel ceſſionem ſit mota lis, alioqui lite mota ante completum decennium, vel triennium iuxta reductionem eſſemus in caſu indubitabili pro negatiua, ex quo requiritur poſſeſſio pacifica decennalis, vel triennalis. Iuxta præmiſſum quęſitum ſic declaratum, negatiuè reſpondendū eſſe videtur, & ſic quòd ſucceſſor iuxta thema pręmiſſum titulum pręceſſoris, ſeu prędeceſſoris iuſtificare teneatur ex uerbis Lapi hic poſt numerum. 16. ibi. Et nullā ſibi ſuper titulo per ſuperiores, vel clericos replicatam fuiſſe quęſtionem, & Caſſa. Dec.2. de cauſ. poſ. & propri. in princi. vbi ſupponit quòd Lap. loquatur in prędeceſſore,

ceſsore, qui deceſſerit in pacifica poſſeſſio-
ne, ſecus ſi in lite. Cum igitur requiratur
pacifica poßeſſio tempore obitus, vel reſi-
gnationis, Allegationi huiuſmodi locus eſ
ſe non poteſt, ille enim pacificus poßeſſor
dicitur, qui nullam ſenſit moleſtiam iuris,
vel facti, iudicialem, vel extraiudicialẽ.
Paul. de Eleaz & poſt eum Imol. in cle.
gratiæ, in fi. & Card. num. 8. de reſcri. Gui.
Papæ conſ. 134. Caſſa. Dec. 9. de cau. poſſ.
& propr. Et quòd lite mota deſinat quis
eſſe pacificus poßeßor, probo in 26. quæſt.
Reg de Anna. & in 27. quæſtio. nu. 3. Qui
contrariæ opin. adhærere uellet, adducere
poßet Doctri. Hoſti. Anton. de But. Imol.
Abba. & aliorum in ca. illud. de præſum.
vbi potiſſime conſiſtit fundamentum La-
pi hic, & Caſſa. ſupra contrarium adducto
rum, & iuxta quam doctri intelligi debe-
rent verba Lapi, & Caſſa. volunt enim Do
cto. in alle. c. illud, & in c. ſicut, vbi etiam
Feli. colum. 15. verſ tertio fallit. de re iud.
Ioan. de Ana. & Fel. in c. licet heli, de ſi-
mo. & idem Fel. in c. ex parte, in princip.
verſiculo. Alias autem bene cauſat præ-
ſumptionem tituli, de teſti. quòd ex longo
tempore, & reputatione oriatur præſum-
ptio tituli, ẽt in beneficiarijs. Idem etiam
voluerunt Anchara. conſ. 117. licet in caſu
ſuo eſſet longius tempus, & D. meus con-
ſil. 118. viſo inſtrumento. num. 2. quamuis
in contingentia facti ſupponatur ibi tem-
pus triginta annorum; ſi igitur tutus erat
præceſſor, ſeu prædeceſſor poſt curſum lon
gi temporis, concurrente etiam communi
reputatione, & ſuper proprio titulo nihil
probare tenebatur, fortius tutus eſſe debet
ſucceßor, cum leuior probatio ſufficiat ſuc
ceßori, quam authori, vt iam oſtendi. Rur
ſus quòd allegatio tituli preſumpti ſuffi-
ciat ſucceſsori, defendit, & concludit etiã
Rip. reſpon. 17 nu. 4. & ſeq. de legi. lib. 1.
Amplius verba Lapi vbi ſupra tanquam
dubia, & obiter prolata, & illa etiã Caſſa.
licet magis clara, & deliberata uideãtur,
intelligi debent iuxta Doctr. Hoſtiẽ. in di
cto. c. illud per Lap. citati, & taliter ne con
trarij videantur ab opi. predicta cõmuni,
& vera uel etiam declarari debent, & li-
mitari, vt tunc procedant quando ante lon
gum tempus lis mota fuerit, ſecus ſi poſt
longum tempus, tũc enim preſcripſiſſet cõ
tra quencunque ius pretendentem vt per
glo. & Docto in capitulo. contingit. de dol.
& contum. Et preſcriptio completa non
interrumpitur per litem poſtea ſequutam.
l. nemo alieno. § temporalis, iunct. gl ff. de
regulis iuris. capitulo. auditis. ad fi. & ibi
per Abba. num. 10. in vltim. nota. de pre-
ſcriptio.

DECIMOOCTAVO quæro an
ſi infra triennium ſignata fuerit ſupplica
tio, triennio vero completo ſit preſtitus con
ſenſus, & reſignans ſemper in poſseſsione
remanſit, ſit locus huic Allegationi ne ſuc
ceſsor titulum authoris probare teneatur,
ex quo ille potuerit dici triennalis poſſeſ-
ſor? Pro opi. affirmatiua adduci poteſt q
finis in omni actu humano inſpici potiſsi-
mum debet, vt dixit philoſophus in 3. phi
ſic. & in 3. Metaphi. & ad tex. in l. ſi filia
nupta. in 1. reſpon. ff. fam. herciſcun. & in l.
ſi mater, in fi C. ne de ſta. defun. finis autẽ,
& perfectio ceſsionis, ſeu reſignationis eſt
ipſe conſenſus reſignantis, ante quem reſi
gnatario (vt omnes norunt) nihil queritur.
tempus ergo conſenſus attendi debet, an-
tequem vt ſupponitur triennium pacificę
poſseſsionis lapſum erat, ergo Allegatio-
ni locus eſse debet. Rurſus pro hac opinio.
adduci poteſt in ſimi. tex. in l. obſeruandũ,
in fin. ff. de offic. procon. vbi ſi proconſul an
te ingreſsum prouincię iuriſdictionem le-
gato mandet, legatus poſt ingreſsum tan-
tum iuriſdictionem habebit. Hinc dicimus
conſenſum in beneficiarijs requiſitum, po-
ſtea preſtitũ, operari ut actus valeat pro-
ut ex nunc, non aũt prout ex tunc gl. fi. in
c. pen. de ſupplen. negligen. prelato. Fel. in
c. cum Bertoldus, poſt numerum. 9. verſi.
pri. no



primo quod accedente iſto conſenſu. de re
iudica. opi. negatiua uerior eſt, quam etiã
tenuit Rota coram D. Camillo in Colum-
brien. prioratus. prout Dec. Creſcentij 36.
alias. 1. ſub titulo de Allega. Lapi, vbi di
cit conſideratum fuiſſe, quòd licet conſen-
ſus fuerit præſtitus poſt triennium, tamen
non debebat attendi illud tempus, ſed tem
pus datæ ſupplicationis, ad quod retrotra
hitur, vnde ex iſta ratione uidemus Rotã
tenere quòd procurator etiam poſt mortem
ſui principalis conſentire poteſt, pro qui-
bus ego adduco alias Rotæ Deciſiones, &
Docto. in 9. quæſtione. Regu. de Infirm. nu
mero 6. ſubdit Creſcen. vbi ſupra quòd re-
ſignatio ſumit uires a die datæ ſupplicatio
nis, non autem præſtiti conſenſus, præſta-
tio enim cõſenſus fuit tantummodo vt pro
betur ſupplicationem fuiſſe porrectam per
reſignantem, vt in ſupplicatione narra-
tur, & ſic quòd etiam tunc aderat conſen-
ſus, &c.

DECIMONONO quæro an huic
Allegationi obſtet reſeruatio? pro opin. af
firmatiua tria vrgentiſſima fundamenta
adducam. Primum ſit quòd cum hæc Al-
lega. (vt pluries dixi) reducta ſit ad trien
nium, & ſic adęquata Regulæ de Trien.
eaſdem declarationes, & limitationes reci
piet, quas illa. argum. tex. in l. 1. ff. de leg.
1. vbi omnes. Illa continet limitationem
dummodo non ſimus in beneficijs reſerua-
tis, quod etiam voluerunt Caſſa. Dec. 9. ſu
per eadem Regul. & Sarnen. quæſtione.
29. cum quo tranſit Rebuff. de paci. poßeſ-
ſio. numero. 288. pariter & Allega. hæc li
mitanda veniet, ne in reſeruatis locum ſi-
bi vendicet. Alterum fundamentum erit
quod reſeruatio operatur ne quis poßeßor
dici poſſit, Rot. 7. not. quòd ubi agitur. uer
ſiculo. quia reſeruatio tollit ne talis poſſit
dici poſſeſſionem habere. & 274. no. quòd
vbi ſpoliato, in anti. & in nu. 16. ſi contra
agentem. Corſet. in Fallent. ſpoliatus ante
omnia, in 4. limi. ſi igitur prędeceßor non
poterat dici poſſeſſor, & ſic deficit unum
ex principalibus requiſitis ab hac Alleg.
ergo Allegationi locus eſſe non poterit,
& ſic reſeruatio obſtabat. Tertiũ eſt, quòd
decretum in reſeruationibus cõtentum in-
ficit nedum titulum, ſed etiam poſſeſſionẽ,
quia & ipſam detentationem. Rot. Biſig. 1.
de reſti. ſpolia. in antiquio. col. penul. ad fi.
ibi quòd poſſeſſio, & detentatio a decreto
Papæ inficitur. Caſſa. Dec. 1. nu. 2. & Dec.
2. co. Sarnen. quæſt. 49. num. 3. ſuper Reg.
de Trien. pro opin. negatiua in proprijs ter
minis concludunt Caſſa. Dec. 4. de cau. poſ.
& propri. Sarnen. in 30. quæſtio. Reg. de
Trien. num. 4. uerſ. & in caſu noſtræ Regu
læ. Idem etiam habemus in Dec. 24 Ioan.
Pauli Ptolo. in hæc uerba. item dicebant
aliud fortius quod G. fuit prouiſus per or-
dinarium, & poſseſſionem accepit de men
ſe Maij reſeruato per regulam habente de-
cretum irritans, quod inficit nedum titu-
lum, ſed poßeſſionem, ergo G. non poteſt di
ci poſſediſſe, maximè cum titulo, cum ap-
pareat de infectione tituli, & poſſeſſionis,
Domini 17. Maij 1538. fuerunt quod
præſumatur nouus titulus, & bonus, &
dixerunt quòd ita aliàs fuit tentum, & al
legabatur Dec. Caſſa. 3. de renunt. pro quo
etiam habemus aliud Rotæ decretum pro-
ut Dec. Mohed. 211. ſeu 241. aliàs. 1. de Al
le. Lap. cir. medium, ver. Et ad illud quod
fuit dictũ de poſſeſſione infecta quod pro-
cedere in materia ſpolij, ſecus autem in al
legatione Lapi, in qua propter deceßum in
poſſeſſione triennali præſumitur purgatũ
uitium tituli, & quæſitum bonum ius, &
ſic amplius non eſt conſiderandum uitiũ
neque tituli, neque poſseſsionis.

VIGESIMO quæro an ſi reſignãs
olim decennio, & hodie iuxta reductionem
triennio in poſseſſione manſerit præſuma-
tur retroceſſio, & ſit locus huic Allegatio
ni? Ego aliàs dubitabam an ex uerbis La-
pi hic poſſet colligi hæc concluſio quòd re
troceſſio præſumatur, quã eliciũt (ut puto)
ex

ex illis verbis poſt nu.16.verſi.Item probatio dictæ renuntiationis, & ex illo uerſ. ad fi.Alle. ibi Ita propoſito nō ſufficit ad excludēdum &c. Amplius aſſerebā fraudem,& ſimulationem potius præſumendā ex quo cedens beneficio, in illius poſſeſſione remanebat,prout in ſimi dicit tex. in l. ſicut.§ ſuperuacuum ff.qui.mo.pig.vel hipo ſolui.in l.& qui,verſ.ſi igitur.C de diſtra.pigno & in l.3.§ & quod de ſubeunda,verſ poſtea quam paternarum.C.de natu.lib.per Specu.de donat.nu.7. verſ. itē ponc aliquis,& per Bart. in l.poſt contractum,num.4.ff eo. Bal.in l.1.num.3. C.de dona.ante nup.& per D meum conſi.587. coram,col.3.cir.medium, verſ.ſecundo efficax videtur. verum diligentius perpenſis eiſdem uerbis Lapi , ac rationibus hic expreſſis , & illationibus per eum factis, eiuſdemque mente , ac Rotæ declaratione in eam ſententiam deueni,ut exiſtimarem retroceſſionem præmiſſam præſumendam eſſe,& huic Alle locum fore. Quam opin. affirmatiuam pro uera, & communiter receptam tenent R.Domini mei de Rota,prout per Caſſa.Dec.4. & præceden. de cau. poſ.& propri & per Sarnen.quæſt.16.ſuper Regu de Trien.

VIGESIMOPRIMO quæro an in fauorem reſignantis, & contra reſignatariū retroceſſio præſumatur? Pro op. negatiua concludit Sarnen.quæſt.24.poſt num.5.ſuper Reg.de Trien. aſſerens Rotā ita intelligere hanc Alle. vt proſit ſucceſſori,non autem ipſi reſignanti,qui non poteſt allegare retroceſſionem,ex quo certus eſt, ſeu præſumitur de facto ſuo, & debet eam producere , quæ ratio non militat in ſucceſſore allegante retroceſſionem ſui prædeceſſoris poſſeſſoris triennalis. Et quòd Rota teneat retroceſſionem præſumi propter triennalem detentationem reſignātis,teſtatur etiam Sarnen in 56 quæſtione. Regu.de Anna.cir.medium. Pro hac etiā opi.facit in ſimi.quod voluit Nic. Mil. in Reper.in ver.ſimulatio præſumitur quando,vbi limi.tex.in ſupra citata.l.ſicut.§. ſuperuacuum.ff.qui.mo.pign.uel hipo.ſolui.dicens illud uerum quando tertius allegat ſimulationem,ſed ipſe alienans non poteſt contra ipſum,cui alienat,hanc ſimulationem allegare. Huc ſpectant quæ ſcripſi in 20.quæſtio.Regu. de Anna.nu.7.vbi probaui quòd etiam reſignans a reſignatario ſpoliatus non reſtituitur.

VIGESIMOSECVNDO quæro an Allegationi locus ſit, vt retroceſſio præſumatur quando reſignans fructus ſibi reſeruauit propria authoritate percipiendos? Concludendum eſt negatiue , ex quo reſignans habens facultatem propria authoritate fructus percipiendi legitimè potuit in poſſeſſione remanere , & adminiſtrare,vt probat Pariſ.per plura bona fundamenta conſilio.39.an Regula vol.4. Et Allegatio Lapi non loquitur in iſtis terminis , ſed quando nulla alia dabatur ratio quare reſignans perſeuerauerit in poſſeſſione. Et in proprijs terminis noſtri quæſiti ita concluſit Rota coram Io.Paulo ptolo. in Cauſa mutinen.monaſterij , prout Dec. Fabij Accoramb.28.Inter alia conſiderabant Domini hanc Alle. requirere poſſeſſionem triennalem pacificam , & patientiam,ſeu negligentiam reſignatarij,vt declarat Sarnen.in 16.quæſtio.Reg.de Triē. poſt numerum. 5. Poſſeſſio aūt pacifica intelligi debet,quando quis poſſidet nomine proprio,& pro ſuo,non autem nomine alieno;& ſic poſſeſſio vera non erat penes cedentem,quia is poſſidet cuius nomine poſſidetur.l.quod meo.ff.de acquiren.poſ. Iaſ. in l.ab emptione, ante num.11.ff. de pact. Et vſufructuarius ſolum naturaliter poſſidet , ſeu detinet ratione fructuum , vt per gloſ.1.verſiculo.uel ſecundo , in l.ſi duo.ff. vti poſſi.& per Docto.in l.naturaliter, in princip.ff.de acquirend.poſſeſ. Et appellatione poſſeſſionis venit ciuilis, & naturalis,vt traditur in rub.& in l.1.ff.eo. vnde

non



non poteſt dici quòd ab initio fuerit vera poſſeſſio penes cedentem,& non ſuperueniente nouo titulo non præſumitur quis cauſam poſſeſſionis ſibi mutare. l.3. §.illud quoque. ff. eo. & ſic primum requiſitū huius Alle.videlicet vera poſſeſſio,nō interuenit,item nec etiam ſecundum requiſitū ſcilicet negligentia ceſſionarij. & ſi cedens ponebat capellanos, & alia faciebat, id erat propter fructuū perceptionē,quos talia minuunt, ad Dec.Caſſa.x.de præbē. Idem ēt concluſum fuit ſub die.27. Octobris.1542.coram Io Paulo ptolo in cauſa Nullius Monaſterij,in fauorem congregationis Camaldulen.prout Dec. Putei.7.de Alle.Lapi.Et reſpōſum pariter fuit quòd licet reſignans ſoluiſſet ſalarium capellanorum fuit quia ad id tenebatur propter reſeruationem fructuum. Et quòd ſi fuiſſet probata fama quòd reputabatur pro rectore,quòd orta fuiſſet propter id. De reſignatione reſeruatis fructibus tracto ſuper ſigna.Gratiæ,rurſus in trigeſima quæſtione.Regul.de Anna.

VIGESIMOTERTIO quæro an Allega.hæc operetur vt cenſeatur ceſſum regreſſui poſtquam illi locus factus fuit ob non captam,ſeu petitam poſſeſſionē infra triennium? Pro opin.negatiua pondero quòd contra facultatem regrediendi nō præſcribatur.argu.tex.in l.2.ff.de uia publi. Et cum ſit in mera facultate habentis regreſſum regredi,uel non , non poteſt cadere præſcriptio,ad conſ.Cald.1.an cōtra. de preſcrip. & per alios , quos cito in 11. quæſtio.Regu.de Anna.n.4.ſecundo quia in conceſſione regreſſus ponitur clauſula prohibitiua, annullatiua, & irritans ceſſat omnis præſcriptio.Archid. Ioan. An. Gemin. & alij in c.cum de beneficio. de præben.lib.6.Rot.293.no.qualiter uenietis. in anti.Feli.in c.cum acceſſiſſent in 6. limi.de conſtitu.Iaſon.in l.beneficium, col. pen.in 4.lim.vbi limitat quādo adeſt clauſula decreti,prout in caſu noſtro. ff.de cōſti.princ. Tertio etiam conceſſo ꝙ propter negligentiā p̄ſcriptio caderet,requireretur tempus decem annorū,per quod quis uidetur uti nolle priuilegio,vel rem pro derelicta habere. l.1. cum ibi nota ff. de nundi. gl.Cyn.Bar.& Saly.in l.falſo. C.de diuer. reſcr.Iaſ.in alle.l.beneficium. nu.53.ff.de conſti princi. & ſic nō ſufficeret trienniū. Quarto ſi diceremus locum eſſe Allegationi plura ſpecialia cōcurrerēt uidelicet ꝙ titulus præſumatur ex patientia. ſeu negligentia habentis regreſſum,& ꝙ voluerit ius ſuum amittere,quæ de iure concurrere non debent.l.1.C. de dot.promiſ.glo.in l.cum poſt , in.§ gener ad fin.ff. de iu.dot. Oldra.conſ 79.quod duo ſpecialia. Quinto etiam ſi Alle hæc haberet uim conſtitutionis ut negligens in pœnam caderet amiſſionis iuris requireretur monitio , vel interpellatio,antequam priuaretur iure ſuo,nō ſolum per lapſum trienuij,immo longioris termini.ad doctri.Inno.in c.extii pandæ,§. quia vero.de præben.c.ſi tibi abſenti, iun. glo.pen.eo.tit.lib 6.glo.fin.in ca.apoſtolicæ.de re iudi.eo.lib.Bar.in l.ſolent.§ non uero,poſt numerum.7. verſic.in contrariū videtur.ff.de offic.procon.Alexand.in l ſi ita ſtipulatus,numero.13. vbi Apoſtil. in ver.pœna.alios ad id citat ff de uerbo.obligat.Sexto Alleg.hęc in retroceſſione procedens,cum ſit exhorbitans, & odioſa, ac ſtricte interpretanda (vt ſupra dixi) loquens de retroceſſione , & de decennali poſſeſſione , quamuis ex Rotæ interpretatione extendatur ad triennalem poſſeſſorem,non debet etiam extendi de retroceſſione ad ceſſionem , & ſic ad rem diuerſæ naturæ.ad l.1.ff de donatio. & per omnes in l.ſi conſtante.ff.ſolut.matrim. Septimo, & vltimo in proprijs terminis noſtris , ꝙ habens regreſſum , & ſciens effectum ſortitum ſi non petat,quòd non perdat ius ſuū voluerunt Domini de Rota in Vrbeuetā. Archipresbyteratus coram Ptolom. provt illius Dec. 57.& Dec. Mohed. 89.

ſeu.

ſeu.119.alias 10.ſub titulo de Regreſſu, incipien. Dubitabatur in caſu Vrbeuetan. vbi ſic reſolutum fuiſſe teſtatur 24. Nouembris 1539. in eadem cauſa coram dicto Ioan.Paulo Ptolo.Pro opin.affirmatiua quam ueriorem puto eſt in terminis Dec.Caſſa.5.de cau.poſ. & propri.ubi teſtatur Rotam iudicaſſe contra Cardinalē ſanctæ Crucis, quòd non eſſet amplius locus regreſſui, ex quo conſtabat ipſum ſciuiſſe, quando is per cuius ceſſum habebat regreſſum reſignauit beneficium, & paſſus fuerat prouiſum ex reſignatione poſſidere pacificè, & licet in illo caſu ſupponeretur poſſeſſio quatuor, vel quinque annorum,prout ipſe ſubdit hoc fuit in contingentia facti, nam idem fuiſſet ſi triennio alius poſſediſſet, cum concludat Allega. huic locum fuiſſe,& ſic iuxta interpretationem ſolitam. Idem etiam in Rota concluſum fuiſſe in cauſa Nannetan. ſanctæ Mariæ, & quòd eſſet locus allegationi Lapi, & quòd præſumeretur Caſſatio regreſſus, uel quiuis alius titulus regreſſus excluſiuus teſtatur Sarnen. in 49. quæſt.Regu.de Trien.ante numerum.13. Et in eademmet cauſa Vrbeuetan. Archipresb.Rota poſtea mutauit ſententiam,& concluſit locum eſſe huic Alleg. propter curſum triennij,ex quo ſciente Cardinali Farneſio locum factum regreſſui, & diſſimulante,& nihil petente idem Bernardinus ex cuius perſona propter adeptionem alterius iurati factus erat locus regreſſui poſtea triennio pacifice poſſedit Rota de menſe Nouembris, & Decembris 1539. decreuit Allegationi locum eſſe,cum præſumeretur ceſſum regreſſui per Cardinalē Farneſium, uel ſi quod ius habebat ipſe Cardinalis illud in fauorem Bernardini ceſſiſſe,uel alias nouum titulum in fauorē Bernardini ſuperueniſſe, prout per Sarnē. in 16.quæſtione.Regu.de Trien.numer.8. per Mohed.Dec.90. ſeu 120.alias 11.ſub titulo de Regreſſu & per Ptolo.Dec. 59. incip.in ſupraſcripta Vrbeuetan. & Dec. eiuſdem.62.eodem modo incipien.Ex Deciſionibus proximè adductis elici poterit reſponſio ad contraria.

VIGESIMOQVARTO quæro an ſi poſſeſſio capta ſit per reſignatariū die obitus reſignantis ſit locus Allegationi? Hoc dubium diſcuſſum fuit in Rota in Segobien.parro.inter Io.Diaz,& Antonium Garſiam,pro quo ſcribebam.Pro op. affirmatiua dicebatur in fauorem Ioan. Diaz quòd aut Antonius poſſeſſionem intrauit eadem die poſt obitum, & tunc indubitati iuris erat locum fore Allegationi, & quòd retroceſſio præſumeretur, attento quod ultra triennium Ioannes reſignans in poſſeſſione remanſerat, toleratus fuit, & pro rectore beneficij habitus fuerat, & ſic reputatus in poſſeſſione deceſſit, & ſic militant rationes, & requiſita Lapi. Caſſa. Dec.3. de cauſa poſ. & propri.& Sarnen.in 16.quæſtio.Regu. de Trien.poſt numerum.1. Aut poſſeſſionem cepit ante obitum, & tunc imputet ſibi,& deſidia malitia, ac fraus præſumatur,ex quo nimis ſe arctauit ad diem obitus,cum prius ſibi conſulere potuiſſet,unde talis poſſeſſio ſibi ſuffragari non debet argu.tex.in l.2.verſ.ſi quis tamē cum poſſet.ff.ſi quis cautio.l.filiæ meæ.ff.ſolu.mat. c.ſi.verſ. vt quia die renuntiationis. de renun. lib.6.ſecundo adducebatur quòd poſſeſſio capta die obitus propter vicinitatē, debebat cenſeri capta poſt obitum,cum factum parum ante cenſeatur factum in ipſo actu,uel poſt.l.pedius,in prin.ff. de incen. Bar.in l.ſi quis.§.de eo.ff.eo.Bal.in l.diuortio,col.2.verſ. extra no. & ibi Iaſ. nu.10. & ſeq.ff.ſol.matr. Hinc dicimus potētiam proximam actui pro actu haberi.ad tex.in l.penul.quem ad hoc ibi no.Bal.ff.de mili. teſtam.& de proximo exul conſtituendus pro exule habetur, De proximo condemnandus pro condemnato. Iaſ. in alleg.l.diuortio.§.interdum,numero.15.& ſequen. ubi



vbi plura alia ſimilia adducit.ff ſolu.matrim.Tertio allegari poterat Doctri. Ancha.in cap.ſuſceptum,col.2. verſic.ſi autē bona fides,& ſequitur ibi Philipp Fran. colum.fina.de reſcript.libro ſexto. quòd ſi quis,in mortis articulo renūciat beneficio, dicetur propter vicinitatem beneficium vacaſſe per mortem, & non per reſignationem, & habemus Regulam de Infirmis. ſuper qua ſcripſi;talis igitur poſſeſſio die obitus capta non tollit commune reputationem,in qua potiſſimè fundatur hæc Allega.Quarto adduci potuiſſet quòd Antonius reſignatarius acquiſiuiſſet tantū naturalem poſſeſſionem, ex quo Ioannes abſens a beneficio, & infirmus in lecto retinebat ſuam ciuilem animo. iuxta text.in l.clam poſſidere. §.qui ad nundinas. ff.de acqui. poſ. quæ quidem ciuilis eſt in qua conſiſtit neruus poſſeſſionis,vt in dicto.§. qui ad nundinas.& latè per Bar.& alios in l.3.§ ex contrario.ff.eo.Et octo effectus huius poſſeſſionis ciuilis enumerat Guid. Papæ Dec. Grationo 356. incipien. quos & quot. Ioannes igitur deceſſit in poſſeſſione, & ſic ſumus in terminis Allegat. Lapi.Pro opin. negatiua concluſerunt Domini de Rota ſub die 7. Nouembr. 1548. pro ut annotauit bo. me. Nonatus in hæc verba.Rota ſenſit deciſionem Lapi non habere locum niſi in eo qui obijt in poſſeſſione. Ex fundamentis quæ ego adducebā pro Antonio quæ hic non refero, illud potiſſimum conſiderabat Rota quod petitio poſſeſſionis huiuſmodi non habet tempus præfixum,ſed ſimpliciter dicitur poſſeſſionem ante obitum peti, ſeu capi poſſe; Et quòd Allegatio Lapi (vt præmiſſum eſt) loquebatur quando reſignans obijt in poſſeſſione, & ſtante negligentia reſignatarij, vt late per Sarnen. in 16. quæſt. Reg. de Trien.num.3.ac.4.& 5.& Caſſan. ſuper Regu. Dec.8. ante num.4. prout ipſe Lap.loquitur poſt num.16. verſic. Item probatio dictæ renun.propterea Rota ſemper intelligit dictam Allegat. procedere quando reſignans deceſſit in poſſeſſione pacifica.vt per Caſſa. Dec.2. de cauſa poſſeſ. & propri.

VIGESIMOQVINTO cum poſſeſſio requiratur tempore obitus ciuilis,vel naturalis vt dixi quæſt.15.& ſuppoſui in proxima præceden.quæſtio. quæro an ſufficiat poſſeſſio præſumpta, videlicet quod ex quo probatum fuerit quòd prędeceſſor,ſeu præceſſor prius poſſidebat, pſumatur tempore ceſſionis, vel obitus etiā poſſidere,adhuc ut ſit locus huic Alle.in fauorem ſui ſucceſſoris?Pro opin.affirmatiua datur regula quòd qui olim poſſedit, ſeu poſſediſſe probatur, ſemper poſſidere præſumatur.Bart.in l.ſiue poſſidetis, in 1. lectu.num.5.& in 2.lectu.poſt prin.verſ. Veniamus ad quæſtionē,& alij. C.de probat.Bart. in l.non ignorabit.C.ad exhibē. Hoſtien.Ioan.And & alij in c.cum ad ſedem.de reſtit.ſpoliat.& hanc dicit communem Alex conſi.133.viſo proceſſu,num. 3 lib.1.Idem etiam uoluerunt Bart. in l. Celſus,nu.22 ff.de uſuca. Abb. in c.accedentibus,poſt nu. 6.verſ. ſed tu adde Bar. ff.de vſuca Corſe. in ſing in ver. poſſeſſio, ver.Bar.tamen.& in terminis dicit Rota 124 in no. Si probetur aliquem obtinuiſſe, & poſſediſſe certum beneficium in vita ſua, id tempore obitus ſui præſumitur & adhuc poſſediſſe, niſi probetur cōtrarium. Præmiſſa ſatis vrgent,tria tamen obſtare videntur,primū quod cum Allegatio requirat poſſeſſionem tēpore obitus,videtur intelligenda de uera,non autem de præſumpta.Et cum agamus de probanda poſſeſſione tempore obitus alterius, debet illa limitate probari,ut in ſimili concludit Anch. conſil. 397.efficacibus, col.penult. verſic. Sed ſi fundat ſe ex titulo alieno ad elidendum intentionem aduerſarij, debet illum limitate probare,ſi limitate, ergo non præſumptiue.ſecundum quòd ſucceſſor,vel alius non poſſit ad ſui cōmodum poſſeſſionē

alterius allegare, ſed ipſemet qui poſſederat, prout per Barto. in allega. l. Celſus, nu. 22. ff. de vſucap. & in ſimi. not. Ancha. dicto conſilio, 297. colum. penult. verſicu. Ad hoc dico, & late pro, & contra per Alcia. in Tract. præſumptio. Reg. ſeu par. 3. præſumptio. 21. in prima lim. numero 2. in ſecunda limi. num. 5. & in quarta limi. numero 9. vbi plura pro hoc quæſito. Tertium quòd hic concurrerent duo ſpecialia, primum quòd poßidens prius, vſque ad obitum poſſediſſe præſumatur. Alterum quòd ex tali poſſeſſione præſumatur titulus, contra tex. in l. 1. C. de dot. promiſ. cum vulgar. Hæc ſufficiant pro dote huius pulcherrimæ Allegationis, 89. Nonnullas alias quæſtiones poſui in meo commentario ſuper Regula de Triennali.

## SVMMARIVM.

1 *Tres dies rogationum præcedentes aſcēſionem domini an ſint feriati in honorē Dei; ita quòd a ſeruili opere & ſtrepitu iudiciorum ſit ceßandum.*

2 *Dies per annum feriandi qui ſint.*

3 *Concilium Maguntin. ſtatuit letaniam maiorem a cunctis Chriſtianis eſſe ſeruandam.*

4 *Diebus feriatis res diuina fieri debet & a litibus homines abſtinere oportet.*

## ALLEGATIO XC.

1 SI quæratur an † tres dies rogationum pręcedētes aſcenſionē
a domini ſint feriati a in honorē Dei ita quòd a ſeruili opere & a ſtrepitu iudiciorum ſit ceſſandum: reſponderi poteſt quòd ſic: & hoc probatur ex concilio Lugdunen. in capitulo. pronuntiandum, de conſec. diſtin. 3. vbi talis eſt tex. prænuntiandum eſt ut ſciant laici tempora feriandi per annum ideſt per omnem dominicam a ueſpera uſque ad ueſperam, ne a
2 iudaiſmo capiantur, feriandi † vero per annū iſti ſunt dies, Natalis Domini, ſancti Stefani, ſancti Ioannis Euangeliſtæ, Innocentum, ſancti Silueſtri, Octaua Domini: Epiphaniæ, purificatio ſanctæ Mariæ, Paſcha cum tota hebdomada, Rogationes tribus diebus, Aſcenſio Domini, dies Pentecoſtes, ſancti Ioannis Baptiſtę xij. Apoſtolorum maxime Petri, & Pauli, qui ſua prædicatione mundum illuminauerunt: ſancti Laurentij, Aſſumptio ſanctæ Marię virginis, ſancti Michaelis, dedicatio cuiuſcunque oratorij: omnium ſanctorum, ſancti Martini; & ille feſtiuitates quas ſinguli epiſcopi in ſuis epiſcopalibus cum populo, & clero collaudauerunt quæ uicinis tantum circummorantibus indicendæ ſunt non generaliter omnibus, ad reliquas uero feſtiuitates per annum non ſunt cogendi ad feriandum, nec prohibendi. Solet tamen dubitari de quibus rogationibus intelligatur, cum tex in d.c. pronuntiādum, dicat ſolum de rogationibus. Ioan. And. in cap. conqueſtus, de ferijs. ſuper ver. Aſcenſionis, ſupplet cum tribus diebus rogationum præcedentibus, allegat prædictum. cap. pronuntiandum, & quòd de tribus diebus antecedentibus maximè Aſceſionem ſit intelligendum probatur de conſecra. diſt. 3. cap. rogationes. ideſt letanias ante Aſcenſionem Domini placuit celebrari, ita vt præmiſſum triduum ieiunium in dominicæ Aſceſionis ſolennitate ſoluatur, per quod triduū ieiunium ſerui, & ancillæ ab opere relaxentur quo magis plebs uniuerſa conueniat, quo triduo omnes abſtineant, & quadrageſimalibus cibis utantur, & hoc idē uidetur probare tex. de ferijs. capellanus. ibi tribus diebus rogationum ante Aſcenſionem domini inchoantibus vſque ad octauam diem poſt Pentecoſtē.
3 Archi. in d.c. rogationum, † ſuper ver. celebrari, dicit quòd in concilio Maguntinenſi ſtatutū fuit quòd letania maior obſeruāda eſſet è cūctis Chriſtianis. 7. Calēdas Maij in procœ. 2.73. c. placuit. ut ibi. dicit etiam quòd hi ſunt dies abſtinentiæ, non letitiæ ut in cōcilio Aurelianenſi inuenitur, ubi etiā redditur cauſa, & ratio inuentionis ieiunij horum dierum, ubi ſic dicit, ne e[x]igentibus peccatis galliarū populi luporum rabie interimantur nec illius flagelli aliquod remedium inueniri poſſit cōgregati traditur galliarū Epiſcopi apud Viennam urbem atque in communi ſtatuerant vt triduanum ieiunium facerent. Cumque dominus peſtem miſericorditer abſtuliſſet hi dies in conſuetudinem annuæ celebritatis venerunt



nerunt ut per galliarum prouincias ante ſcilicet Aſcenſionis domini diem celebrarentur: vnde dixerunt patres in ipſo concilio congregati. Agamus nos & hos dies cum ſumma reuerentia, & deuotione, cum abſtinentia carnis, humilitate mentis & cordis, ut non ſolum inuiſibilium luporum rabiem euadamus, ſed vt inuiſibilia ſpirituum videlicet immundorum tentamenta vincere ualeamus, ut hæc habentur probat. lib. 13. cap. exiſtentibus. † Dixit ēt
4 ipſe Archi. in d. cap. pronuntiandum, ꝙ feriati dies ſunt in quibus res diuina fit, & abſtinere à litibus homines oportet, & allega. 15. q. 4. placita. in fi. refert tamen Ioan. And. in d. cap. conqueſtus, quòd Guido in reportationibus dicit ꝙ curia Romana hoc nō ſeruat. Io. Cal. dicit ꝙ curia Romana hodie ſeruat. Alicubi autem de facto ſeruatur ꝙ uſque ad tertias ferientur, quę conſuetudo forſitan potuit ortū ſtabere ab ijs quę no. glo. in decret. quoniam, extra de ferijs, & in d.c. pronuntiandum, ubi not. ꝙ dies incipit, & terminatur diuerſis horis diuerſo reſpectu, ut ibi not. latius, unde cū iſtę rogationes communiter fieri ſoleant de mane uſque ad tertias, acceptum fuit uſque ad tertias, feriari: ſed iſta conſuetudo nō fulcitur in iure, maximè cum dies prędicti fuerint ſolenniter feriati ex cauſis prædictis, quę
b ipſos dies impleri iubent b non ſolum uſque ad tertias, & hoc uidetur uerum de iure, & ſic ſeruandū in honorem dei, & ſanctorum eius. Lapus de Caſtiglionchio.

### Addi. Quint. Mandoſij.

a ¶[Feriati.] *Feriæ unde ſint, quid ſint, quot ſint earum genera, quibus, & quomodo per reſcripta derogetur, quæ clauſulæ apponi pro huiuſmodi derogationibus in reſcriptis cōſueuerint, & qualiter illę clauſulæ intelligendæ ſint tracto in 13. com. Ferijs non obſtan. Ad hanc Alle. remittit ſe Apoſtil. ad Alex. in l. 1. ff. de fur. in uer. renuntiari.*

b ¶[Impleri iubent] *Et ſic vſque ad veſperas, incipiendo a præcedentibus ueſperis, tum quo ad ferias, tum quoad indulgentias, prout Leuiti. 23. A ueſpera ad ueſperam celebrabitis Sabbata veſtra, & ad iura hic adducta, & ad clem. 2. ad fi. verſ. Quid autē in primis ipſius feſti veſperis. de reli. & uene. ſan. & per gl. in c. alma, in ver. aſſumptionis. de ſen. exc. lib. 6. And. Tiraq. de ut. retra gl. xi. §. 1. nu. 13. & ſeq. dū declarat diem eccleſiaſticum uarium.*

## SVMMARIVM.

1 *Legata in teſtamento an poſſint ante bonorum teſtatoris aditionem exigi.*

2 *Statutum in territorio vbi ſit teſtamentum an extendatur ad aliud territoriū vbi ſunt bona teſtatoris.*

3 *Tempus aſſignatum executoribus teſtamentorum an incipiat à morte teſtatoris an ab adita hæreditate.*

4 *Legata in teſtamento ante aditionem bonorum ſunt ſuſpenſa: quia in ſui eſſe pendentiam habent ab aditione hæreditatis.*

5 *Pietas proprie non ſtat in nomine pietatis, ſed in ſubſtantia ueritatis & charitate ſubiectionis.*

6 *Executores teſtamentorum an dici poſſint procuratores, & an poſſint experiri contra hæreditarios debitores pro exequendis legatis.*

7 *Conſuetudo anglicana nō extenditur extra territorium anglicanum.*

8 *Potentia cauſæ limitata limitatur & effectus.*

9 *Teſtamentum loquens de bonis mobilibus, & inmonilibus an comprehendat nomina debitorum.*

## ALLEGATIO LXXXI.

IN nomine domini amen. Caſus eſt talis videlicet. Quidam Nicolaus doce venturę de Senis in ciuitate Senarum ſuum condidit teſtamentum, de quo patet manu ſer Simonis notarij, ubi plura legata reliquit q̃ ſunt ad pias cauſas pro maxima
a parte. Item reliquit & iudicauit a Margaritę filię ſuę certam quantitatem pecuniarum ex

boꝛis tantum quæ dictus teſtator habebat in
b regno Angliæ iure inſtitutionis. b Item in
alijs omnibus bonis ſuis fecit, & conſtituit
hæredem ſum vniuerſalem Ioannem fratrem
ſuum germanum, & ad dicta legata ſoluēda,
& executioni mandanda, fecit, & inſtituit fi-
deicommiſſarios, & executores quoſdā in te-
ſtamento nominatos, pro vt hæc latius, & ple
nius in d. teſtamento continentur, & dicto cō
dito teſtamento per paucos dies deceſſit, &
ſepultus eſt in ciuitate Senenſi; poſt dicti fi-
deicommiſſarij, & executores in dicto teſta-
mento pro executione, & ſolutione dictorū
legatorum relictorum in dicto teſtamēto ma
ximè factorum ad pias cauſas, conueniunt
quoſdam debitores dicti teſtatoris qui hodie
hæreditati ſuæ tenentur ſoluere certam quan
titatem Florenorum ex legati cauſa quod de-
bitum non fuit contractum in partibus An-
gliæ, ſed alibi, à quibus debitoribus dicti exe
cutores petunt dictam certam quantitatem
pro ſolutione dictorum legatorum; qui debi-
tores uolentes ſe tueri, dicunt ſe non teneri,
nec cogi poſſe ad ſoluendum quantitatē per
ſe debitam aliquibus executoribus prædictis
1 multis rationibus. † Prima eſt, quia non eſt
adita hæreditas dicti teſtatoris, adeo quòd do
nec dicta hæreditas non eſt adita, nec legata
debentur, nec fideicommiſſarij, ſeu executo-
res poſſunt aliquid vigore dicti teſtamenti pe
tere, cum teſtamentum pariat vires ex aditio-
ne hęreditatis, imò dicunt ꝙ ſi ſoluerent præ-
dictis executoribus ante aditam hæreditatē,
& ēt poſt quam fuiſſet adita, hęres ſcriptus in
teſtamento hæreditate adita poſſet ab eis pete
re ꝙ ſoluiſſent, & ſic idem debitū ſoluerēt bis
2 ꝙ non debent. † Secunda quia dicunt dicti
debitores ꝙ cum dictus teſtator habitauerit
in partibus Angliæ, & ſe expreſſe ſubmiſerit
c foro, & legibus, & ſtatutis c dictarum par-
tium Angliæ vbi inter alias leges, & ſtatuta
continetur ꝙ viro moriente relicta vxore ꝙ
iſto caſu mulier debeat habere certam partē
hæreditatis dicti viri. Itē loquitur lex, & ſtatu
tū in dictis partibus pro filia; videlicet quod
pater decedens non poteſt priuare filiam de
hæreditate ſua, niſi de certa parte, & dictus te
ſtator tempore mortis ſuæ habebat in dictis
partibus Angliæ uxorem, & filiam unam in
dicto teſtamēto nominatam; quæ ſunt hodie,
& morantur in dictis partibus; pro tāto dicūt
debitores huiuſmodi ꝙ ſi ſoluerent executo-
ribus, uxor, & filia quondam dicti teſtatoris
prædictæ quæ ſunt in dictis partibus Angliæ
à dictis debitoribus qui habēt domiciliū, &
bona in dictis partibus poſſent petere portio
nes ſibi contingentes ex hæreditate prædicta
quas dictis executoribus perſoluiſſent. Tertio
quia dicūt debitores ij ꝙ etiam in dictis par-
tibus Angliæ cauetur expreſsè in ſtatutis ꝙ
nullus poteſt relinquere, uel inſtituere fratrē
ſuum hæredem, ex quo dicunt dictum teſta-
mentum non valere, nec vires etiam poſſe ſu
mere ex aliqua aditione, & ſic ipſi non poſsēt
cogi ad ſolutionem faciendam. Ex aduerſo
pro parte dictorum fideicommiſſariorum, &
executorum dicitur, quòd ipſi vigore dicti te
ſtamenti, & largiſſimæ poteſtatis eis conceſ-
ſæ vt ex lecturis eiuſdem colligitur, etiā ante
aditam hæreditatem, & non obſtantibus qui-
buſcunque ſubmiſſionibus, & legibus, & ſta-
tutis urgentibus in dictis partibus Angliæ
poſſunt pro ſolutione legatorum in dicto te-
ſtamento factorum, & maximè ad pias cau-
ſas, ac etiam vt curatores dictæ hæreditatis
petere, & exigere & eos cogere ad ſoluendū
eiſdem. Nec obſtat ſi dudum dictus teſtator
habitauerit in partibus Angliæ, & tūc ſe ſub-
miſerit legibus, & ſtatutis ibidem, quia erat
origine de ciuitate Senenſi, vbi prædictus cō-
didit teſtamentum, & vbi deceſſit; & dicti de
bitores quamuis habeant domicilium, & bo
na in dictis partibus Angliæ nihil ad rē, quia
ſunt, & habitāt de ciuitate in ciuitatem, & ſic
d vbi inueniuntur d coguntur ad ſoluendum.
Præterea non obſt. ſi vxor, & filia dicti teſtato
ris in dictis partibus Anglię remanſerūt, quia
in partibus illis, & iſtis hæreditas de immobi
libus pinguis, & tanta eſt ꝙ ex ea bene potue
runt habere, & percipere partem ſuam ſi quā
vigore alicuius legis deberent habere in hæ-
reditate prædicta, & maxime dicta filia dicti
teſtatoris, cui iure inſtitutionis teſtator fecit
debitam portionem, nec intereſt debitorum
prædictorum; nec poſſunt allegare, uel oppo
nere etiam, imò cauetur in ſtatuto communis
Floren. ꝙ legatarij poſſunt legata petere etiā
hæreditate non adita, cuius copia tranſmitti-
tur cum puncto, quare ex prædictis rationi-
bus, & alijs dicti fideicommiſſarij, & exe-
cutores executorio nomine in dicto teſta-
mento conſcripti poſſunt petere à dictis de-
bitoribus de Florentia in ciuitate Florentiæ
dictā certam quantitatem Florenorū per eos
debitam,



debitam, & eos cogere ad ſoluendum nō ob-
ſtantibus per eos in contrarium allegatis &
pro ſolutione à dictis executoribus quotidie
compelluntur. Modo quæritur uiſo teſtamen-
to manu dicti S. Simonis cunctis & uiſo ſtatu
e to e prędicto ciuitatis Floren. de quo fit men
tio, & uiſo puncto prædicto quid iuris ſit.

Conſilium. cccvj.

In Chriſti nomine amen. In primis viden-
dum eſt utrum dies cōmiſſarijs cedat a mor-
te teſtatoris an ab adita hæreditate. Secundo
an iſti ſint meri executores teſtamenti, an ue-
ro ſint procuratores conſtituti inter viuos,
quanquam executio mandati collata ſit poſt
mortem. Tertio an poſſint experiri contra hæ
reditarios debitores. Quarto an contra dictū
teſtamentum, & ſucceſſionem ſit attendenda
conſuetudo Anglicana. Quinto ſi debitores
hęreditarij poſſint commiſſarios excludere
3 ſub prætextu non ualentiæ teſtamenti. † Et
quia quæſtiones ſunt pulchræ, & vtiles ali-
f qua verba licet pauca ſubtiliter f dicam. Et
primo circa primum punctum videtur dicen
dum tribus rationibus quòd dies commiſſa-
riæ cedat ab adita hęreditate, & non à die
mortis teſtatoris. Prima ratio eſt, quia offi-
ciorum per vltimam uoluntatem iniunctorū
cedit dies adita hæreditate. vt. ff. de excu. tut.
ſi is qui. §. idem euenire poteſt, & l. excuſan-
tur. ſecundo reſponſo, & l. Titius. §. 1. de teſta
men. tute. l. ſi nemo, & l. tutor. & inſti. de atti-
liano tuto. in prin. Secunda ratio eſt, quia quę
non tranſmittuntur non cedunt à morte teſta
toris ſed ab adita hæreditate, vt. ff. quādo dies
le. cedat, ſed officium commiſſariæ non tranſ-
g mittitur g ad hæredem, ergo non cedit ante
aditam hæreditatem, facit quod no. in l. tutela
prærunque. ff. de tutelis; & ff. de cura. furio. l.
cuius bonis. C. ſi quis igno. rem minor. ſine de
creto compa. l. 1. Tertia ratio eſt quia non de
bet cedere prius dies executionis, & per con
ſequens officium executoris, quam dies obli-
gationis, ſed dies obligationis legatarijs non
cedit à morte teſtatoris, ſed ab adita hæredi-
tate, vt. l. ſi tibi homo. §. cum ſeruus, de leg. 1.
4 † Vnde ante aditam hæreditatem, nulla oritur
actio legatarijs, ergo non cedit officium exe-
cutoris ante aditā hæreditatem, fruſtra enim
cederet. Quicquid enim ſuſpendit officium
executoris contra ipſum eſt argu. in cap. 1. de
conceſ. præbend. lib. 6. Cum ergo ante aditam
hæreditatem legata ſtent in ſuſpenſo, quæ ha-
bent in ſui eſſe pendentiam ab aditione hæ-
h reditatis, vt. l ſi nemo. C. de fideiuſſ. h l. eam
quam. ff. de his quæ in teſta dele. l. proxi. eod.
titu. l. 1. in fi. de vulgar. & pupillar. ſub meri-
tò ſequitur quòd idem de executorum offic.
ſit dicendum. Hinc eſt quòd executor da-
tus in conditionalibus legatis non poteſt præ
uenire cōditionē: quia nō eſt prius executor,
antequam exiſtat conditio legati. ff. de leg. 1.
l. filius. §. diuus. Item ſi quis eſt relictus execu
tor quam adeat hæreditatem, vt l. Lucius, de
fideicommiſſa liberta. quæ. l. eſt ad hoc nota-
bilis dicet aliquis aliud debet eſſe in alijs re-
lictis; quam ad pias cauſas, in quibus nō exi-
gitur aditio hæreditatis. vt no. C. de fideicom
miſ. l eam quam. In Spec. de inſtru. edi. § nunc
aliqua. verſ. ſed pone quod ex eo teſtamento:
ſic ergo cedit dies taliū legatorum a morte,
nec requiritur aliud vt per apoſtolum ad con
firmationem teſtamenti niſi mors ergo per cō
ſequens cedit dies commiſſariæ taliū relicto-
rum, nec deſideratur aditio hæreditatis: quia
officio iudicis petuntur, quod nō requirit adi
tionem hæreditatis. ff. de peti. hæred. l. hæredi
tatis, in fi. de relig. & ſump. fun. ſi quis ſepul-
chrū, & certè iſtud dictū credo verum: quia
ſicut Epiſcopus qui eſt legitimus executor nō
dato executore teſtamentario poteſt exequi
teſtamenta non expectans hęredis aditionē,
vt extra de teſtamen. nos quidem, & cap. ſi hę
redes. Ita poteſt teſtamētarius executor fauo-
re animarum, conſtituere ſepulchrum, & hu-
iuſmodi quæ non requirant aditionem hære-
ditatis, nec recipiunt dilationem temporis de
acquir. hære. l. pro hærede. §. 1. ff. de religio. &
ſump. fun. l. at ſi quis §. pleriſque. Tamen duę
leges videntur obſtare, primo quia tex. in l. 1.
C. communia de le. æquiparat legata pia alijs
legatis ſimplicibus. & glo. parua dicit ibi vt
in eccleſijs. Secundo quia tex. dicit idem eſ-
ſe in relictis eccleſiæ, & relictis ciuitati. C. de
ſacroſan. eccl. ut inter diuinum, & quando re
linquuntur ciuitatibus, requiritur aditio hæ-
reditatis, vt ff. de lega. 1. ciuitatibus. & ff. ad tre-
bel. l. omnib. Itē relinquere libertatē eſt quid
valde piū, & humanitati ſubmiſſum. ff. de fi-
deic. libertati. l. in teſtamento, & tamen requi
ritur aditio hæreditatis, vt C. de cadu. tol. l. 1.
§. libertatibus, & nemo dicet Epiſcopum, vel
executorem ante aditam hæreditatē poſſe ma
numittere ſeruum niſi de facto. de cond. inſt.
mulier. §. ſi quis hęreditariam. Ex quibus cō-

 cludi-

cluditur ꝙ de rigore iuris etiam ad pias cau-
i ſas i requiritur aditio hæreditatis, vel quòd
bona adijciantur cauſa conſeruandorum le-
gatorum, vt l. 1. 2. & 3. de fideicommiſſa. liber
ta. Sed de ſimplicitate æquiſſima iuris canoni
ci, & diuini nõ requiritur aditio hæreditatis,
& ita ſeruatur in practica. ſ. ad verè pias cau-
ſas. Si. n. pietas ſimulatur vbi non eſt, vt ſi diui
ti pro anima legatur, iſtud legatum non repu
tatur pro pietate vt not. C. de ſacroſanct. eccl.
k l. illud. cũ pietas nõ ſtet in noĩe pietatis k, ſed
in ſubſtantia veritatis, & charitate ſubiectio-
nis. vt ff. de trãſa. l. cum ij. §. ſed & perſonarũ.
& §. ſi in annos. & C. de mendican. vali. l. 1. cũ
ſi. Super ſecundo membro arguitur primo ꝙ
iſti non ſunt procuratores, ſed meri executo-
res: quia ſi ſunt procuratores, ergo interceſſit
contractus mandati; ſed contractus eſt extra-
neus actus, vt l. verba contraxerunt geſſerunt.
ff. de verbor. ſignificat. ergo vitiaret teſtamen
tum vt C. de teſt. l. fi. Sed hoc non obſtante di
co quòd teſtamentum valet, & tamen iſtud
mandatum verè eſt contractus mandati, &
quia eſt contractus verus, non deſiderat adi-
tionem hæreditatis, nec obſt. ꝙ contractus nõ
poteſt permiſceri teſtamento: quia verum eſt
vbi eſſet contractus non pertinens ad teſtamẽ
tum, quia adhibetur propter diſpoſita in teſta
mento vt efficaciora ſint, tũc valet vtrumque.
ff. de teſtam. l. hæredes palam. §. fin. per gloſſ.
l & Dy. l ita eſt hic: quia principaliter fit pro-
pter teſtamentum exequendum, & dico quod
iſta procuratio non finitur morte: quia eſt col
lata poſt mortem. ff. manda. ſi verò non remu
m nerandi. §. fin. m & no. in l. cum pater. § Me-
6 mo. de leg. 2. iſti ergo ſunt executores. † Item
ſunt procuratores, & poſſunt experiri contra
hæreditarios debitores, & exigere ab eis vi-
gore mandati collati poſt mortem, nec habẽt
expectare quòd hæreditas adeatur, quia fun-
n dant ſe ex contractu mandati, & quia n ad
pias cauſas, ut ſupra dixi & per hoc tenentur
o o ad vltimum punctum quòd licet iſtud teſta
mentum non ualeat quo ad inſtitutionem hæ-
redis, tamen iſti cõmiſſarij, & procuratores
poſſunt experiri cõtra debitores hæreditarios
vigore mandati per dictam l. ſi verò nõ remu.
§. fi. & per hoc etiam eſt reſponſum ad tertiũ
7 punctum. † Super quarto puncto videamus,
& dicendum eſt quòd conſuetudo Anglicana
non eſtendit effectum ſuũ extra territorium
p Anglicanum, p & ex hoc ſequitur ꝙ in alijs

bonis præterquam in bonis Anglicanis ſerua-
bitur conſuetudo ciuitatis Senen. probo ante-
cedens per. l. vulgares, de iuriſ. om. iud. l. fi. C.
de ſumma trin. l. 1. & per Cy. & B. & Hoſt. in
c. vt animarum, de conſt. li. 6. probo, & aliter,
Virtus, & potentia cauſæ efficientis inſpicien
da eſt vt poſſit in paſſiuum, & in ſuſcipientẽ ma
teriam, nec põt cauſa finita producere effectũ
8 infinitum, † ſed ſicut limitatur potentia cau-
ſæ, ſic effectus debet etiã limitari. ff. de adopt.
l. ſi arrogator, & de cura bon. dan. ab ijs. l. pu-
pillo. de excuſa. tuto. iuriſperitos. §. cum oriũ-
dus de bonis auth. iudi. poſ. cũ vnus. §. is qui.
quod no. ff. de excuſ. tuto. l. nõ ſolum. §. & qui
teſtamento, ſed potentia, & authoritas con-
ſuetudinis Anglicanæ non ſe extendit vltra
q proprios ſactos q vt. C. de decur. l. duumui-
rum, lib. 10. ergo nec effectus eius vltra pro-
trahitur, nam extra territorium ſuum quilibet
rex cẽſetur ad inſtar priuati, & tunc eius lex,
vel conſuetudo ſuæ gentis nõ ſe protendit ad
loca quæ non ſunt ſuæ ditionis. Conſtat enim
ꝙ vnuſquiſque in ſuo territorio maior eſt. Vn
de populus Senenſis in ſuo territorio magis
poteſt quam dominus rex illuſtriſſimus, &
perpetuus Anglicorum, vt not. ff. de manu. l.
apud eum. probo cõſequens ex iam dictis, &
per l. expreſſam. ff. de excu. tuto. l. Titius. §. Ro
mæ Inſpicitur enim locus teſtamenti. C. de te
ſta. l. ſi nõ ſpeciali. præſertim, quia teſtator Se
nis eſt oriundus, vnde ibi eſt ſua patria, An-
glia uero non erat ſibi ſua patria, ſed hoſpita
terra ff. de here. inſti. ex facto. §. rerum autem.
ff. de pignori. l. debitorum. ff. de fun. inſt. l. Se-
iæ. §. Pamphilæ. in c. præſenti. de of. ord. § pe.
li. 6. Modo eſt quæſtio de nominibus debito-
rum, nomina enim non debent dici eſſe loca-
lia, ſed ſunt ubique locorum. ff. de iudic. ſi fi-
deicommiſſum. §. contractu. Iura enim quæ
ſunt incorporalia ubique uidentur eſſe vt. C.
r de præſcrip. lon. tem. l. fi. ad hoc de leg. 2. r in
gl. in princ. Contrarium dico ꝙ nomina debi
torum ad illum locum pertinent ubi exactio
de iure, & de facto fieri poteſt, quia ſi ibi eſt
collata ſolutio, & ibi reperitur debitor, ut d. l.
ex facto. §. rerum. & l. quæro. ff. de ſolutio.
ſ ſ Non obſt. quòd nomina non ſint in loco;
quia uerum eſt circumſcriptiuè, ſed per effe-
ctum exactionis ſunt in loco, ergo debitum
mercatorum Florentinorum in italia contra-
t ctum, & ſoluendum t in Italia annumeratur
bonis Italicis; tractum uerò, & ſoluendum in
Anglia



Anglia annumeratur patrimonio Anglicano
9 &c. † Aduertendum eſt etiam an conſuetudo
anglicorum diſponat uniuerſaliter, an ſolum
de bonis mobilibus, & immobilibus quo ca-
ſu non pertinent ad nomina, ex quibus nõ de-
betur ſpecies ſed quantitas in genere; quia nõ
ipſa obli. atio eſt res mobilis uel immobilis,
ſcilicet eſſentialiter ut ff. de pecu. l. quam tube
u ronis. §. in peculio, & l. à diuo. de re iud. u nec
etiam in ipſa pecunia in genere, & in forma
quæ eſt in obligatione, eſt mobilis uel immo
x bilis, unde genera ſunt in intellectu, x non in
ſenſu, unde tange ſi poteſt, & moue illud, am
bulet certe hoc non poteſt fieri, & ideo con-
ſuetudo cum abhorreat à iure communi in
ſuis terminis eſt tenenda & non extendenda
ad nomina ſupra dicta. & ſic non obſtat quod
no. C. ſi aduerſus tran. a l. 1. & in auth. de non
y alie. §. ul. de uer. ſign. c. mouentium. y

## Addit. Quint. Mandoſij.

a ¶ Reliquit, & iudicauit. ] *Hæc verba idem ſignificant Spec. de teſtam. §. 1. nume. 13.*

b ¶ Iure inſtitutionis. ] *Hoc addidit ne dubitari contingeret hoc nõ addito an uer bum relinquo adiectum certæ quantitati, vel rei induceret legatum, non autem inſtitutionem, quod potius dicendum fuiſſet vt per Bar. Bal. & alios in l. ijs verbis, in prin. ff. de hæred. inſti. per Bart. & cæteros in l cogi, in princ ff. ad Trebel. per Bar. in l. centurio, num. 34. & ſequen. ff. de vulgar. per gloſ. in cap. Rainutius, in ver. relinquens, & ibidem per Docto. de teſtam. Et hanc opinion. dicit veram, & communem Iaſ. in authen. nouiſſima, poſt nume. 35. verſic. Si autem verbum relinquo. C. de inoffic. teſtam. Et de hac adiectione iure inſtitutionis, & eius effectu videatur Bar. in d. l. ijs verbis, poſt princ ff. de hær. inſtit.*

c ¶ Statutis. ] *Idem Signo. de Homod. conſ. 166. quæſtio diſputanda eſt. Pariſ. conſ. 12. in præſenti, num. 46. vbi Lap. ſequitur, cõmunem dicens teſtamentum à forenſe conditum ſecundum formam ſtatuti localis vendicare ſibi locum in omnibus bonis teſtatoris vbicunque exiſtentibus. lib. 3. ubi alios ad idem adducit.*

d ¶ Vbi inueniuntur. ] *Vagabundi, & euntes de ciuitate in ciuitatem vbi inueniuntur ibi tam ciuiliter, quam criminaliter conueniri poſſunt. l. 1. iun. gl. in ver. reperiuntur. & l. 2. cum glo. fi. & vtrobique Bar. C. vbi de crimi. agi opor. & §. ſi vero quis cõprehenſorum, in auth. vt nul. iudi.*

e ¶ Viſo teſtamento. ] *Hic monemur ꝙ cautè reſpiciamus verba teſtamenti, prout etiam aduertit Bald. in l. ſi cum dotem. §. ſi pater, in fin. ff. ſol. mat. & conſ. 122. verba teſtamenti. in fi. lib. 1. & Iaſ. in l. ſi ancilla. ad fi. ff. de legat. 1.*

f ¶ Subtiliter. ] *Subtilitas reqritur in cõſiderandis teſtamentis iux. tex. in §. nos igitur, verſic. vnde ſubtilius teſtamentum conſiderantes. in auth de reſti. fideic. Bald. in c. 1. §. itẽ, nu. 2. de feu. guard & Iaſ. in præall. l. ſi ancilla. nu. 4. ff. de lega. 1.*

g ¶ Non tranſmittitur. ] *Per iura infra adducta probatur, ꝙ tutela, vel cura non trãſmittitur ad hæredes. Et ſic Lap. arguit de tutore ſeu curatore ad executorem, & commiſſarium, quod argumentum valet, prout etiam voluit Ludo. Rom. conſ. 428. in terminis, nu 7. In terminis noſtris, ꝙ officium commiſſariæ, ſeu executoris non tranſeat ad hæredes niſi teſtator aliud diſpoſuerit, probatur per tex. in c. fi. iun. glo. in ver. mortuo. de teſta li. 6. Idem voluit Bar. in l. a filio, num. 5. ff. de ali. & ciba. lega. Mil. in Reper. in ver. executore teſtamenti mortuo. Et hanc opi. dicunt ueram, & communem Ludo. Rom. conſi. 69. viſo: num. 6. & Cur. Iun. conſi. 66. præſupponitur. nu. 1.*

h ¶ Vt l. ſi nemo. C. de fideiuſſ. ] *Legendum eſt vt l. ſi nemo. 1. ff. de teſtam. tute. & l. eam quam C. de fideicom. Idem etiam probat tex. in l. a Titio. ff. de fur. in l. 1. poſt prin. ff. quo. lega. & in l. vni. C. eo.*

i ¶ Ad pias cauſas. ] *An legata ad pias cau-*

*cauſas debeantur hæreditate non adita, ſeu ante hereditatis aditionem antiqua eſt quæſtio, & a multis diſputata, ut apparet ex Additio. Io And ad Spec. titu. de Inſtru. editio §. nunc uerò aliqua, ante n. 61. in verſi a Titio. & ex ijs quæ latè tractat Ludo. Roma. ubi alios refert in auth. ſimiliter, in 20. ſpeciali. C. ad leg. falci. nu. 78. & apparebit etiam ex dictis infra citandis. Omiſſis argumentis, ac rationibus, & iuribus, quæ adducũtur per Io. And. ubi ſupra, & alios de quibus infra, hic recenſebo prius illos qui opi. affirmatiuam tenuerunt; Pro qua opin. affirmatiua adduci poteſt Io. And ubi ſupra. cuius ult. opi. eſt cum quodam Nic. qui affirmatiuam tenebat. Hanc opin. tenuerunt etiam Bar. in repet. l. 1. num 66. de ſacr. eccle. per rationes de quibus ibi. Idem Bar. in l. 1. nu. 6. C. de bo. vacan. lib x. Bar. in l. eam quã, nu. 2 verſ. Adde alium. C. de fideicom. Bal. in eadem l. eam quam, nu. 5. verſi ſed in contrarium facit. & ibi And. Barb. in Apoſtil. ad ipſum, in ver. 1. quid, & alius in alia Apoſtil. ſeq. in verſ. pias cauſas. plures ad id adducunt qui videri poſſũt, quorum aliqui hanc, nonnulli contrariam opi. tenent. Hanc opi. affirmatiuam tenuerunt etiam Ancha. conſi. 144. præfatis, nu. 2. Abb. conſi. 32. circa duo lib. 2. qui refert, & ſequitur Bart. in d. l. 1. C. de ſacroſan. eccl. Alex. conſi. 209. ſtatutis. nu. 5. lib. 2. Ioan. de Ana. conſ. 28. viſis, nu. 6. Fran. Aret. conſi. 64. diligenter, col. pe. ver. Præterea etiam ſi nullus eſſet hæres. And. Barba. conſi. 8 ſcribitur, col. 8 verſ. circa iſtam hæſitationem, vbi alios idem tenentes recenſet. lib. 1. Demum hanc opi. tenuit preclariſſimus præceptor meus D. Philip. Dec. in l. ſi nemo ſubijcit, num 3. ver. Quarto addo ꝙ regula non habet locum in legatis ad pias cauſas. ff. de re. iur. Et idem videtur velle Nic. Boe. Dec. 93. an ex teſtõ. in fi. Opi. autem negatiuã tenuerunt idem Bart. in alle. l. 1. nu. 9. C. de bo. vacan. li. x. & idem Luc. de Pen. ad fi. verſ. Vel dic ꝙ additio eſt neceſſaria, & poſtea verſ. Et ſic intellige. Idem ẽt concludi poteſt ſenſiſſe Bart. in l. 1. in lectu. nu. 6. C. de ſacroſan. eccle. & Bar in alle. l. eam quam, poſt nu. 2. verſ. Tutius tamen putarem, & ibidem Alex. in Apoſtil. in ver. pro hoc, dicit hanc opi. Bar. ibi teneri, & ꝙ illa eſt tenenda, & ꝙ Bar. ibi nemo impugnat. Idem expreſsè tenuit Bal. con. 187. dicta inutiliter, nu. 5. vol. 4. conſ. xx. ſuper primo, nu. 2. ubi hanc opi dicit veram, & conſ. 39. viſo teſtõ, nu. 2. uo. 5. Hanc opi. tenuerunt idem Bal. Saly. Fulgo Iaſ. & alij, in alle. l. 1. contra Bar. ibi. C. de ſacroſan. eccle. ubi Iaſ. in 1. lectu nu. 31. poſt Alex. quem ibi citat. vult hanc eſſe communionem opinio. & in repet. poſt num. 34 hanc cõem, & veram dicit. Et hanc opin. negatiuam tenet, veram affirmans Alex. conſi. 209. verſ. Quia ſecundum veram opin. lib. 2. & conſ. 4. poſt nu. 8. volu. 7. Et hanc eſſe communem, & ſeruari teſtatur poſt Floria. Iaſ. in Alle. l. eã quam num. 16. vbi etiam ipſe Iaſ. concludit hanc eſſe veram, & communem ſententiam legiſtarum, & canoniſtarum. C. de fideicom. & eoſdem refert Hyer. Grat. reſpon. 140. in cauſa, nu. 4. qui tamen nihil firmat, lib. 2. Hanc ẽt opin. tenere videtur Nic. Boe. Dec. 41. & videtur, nu. 4. ubi prius Lap. hic citauerat pro alia opi. Ludo. autem Roma. cõſ. 428. in terminis, poſt num. 1. verſ. ego ſemper, & conſ. 493. num. 4 fœdere diſtinctionis conatur hanc ancipitem quæſtionem terminare. Ego in tanta varietate ſequor opin. Lapi hic, & præceptoris mei ſupra citati videlicet affirmatiuam, quam Lap. procedere dicit de ſimplicitate, & æquitate iuris canonici, & diuini, & quam ipſe in practica ſeruari teſtatur, & ego ſic ſeruari uidi. Et hæc opin. eſt piæ cauſæ fauorabilior, æquior, circuitus reſecans, & oĩno amplectẽda. Pro eadem opin. Lapi, & D. mei Phi.*

*Dec.*



*Dec. inueni quandam Apoſtil. pulchram, & nota. ad con. Alex. ſupra adductũ 209. ſtatutis, in uer. non ad ita. lib. 2. quæ non ſolum hæc comprobat in legatis ad pias cauſas, ſed & in alijs idem in praxi ſeruari teſtatur, idem repetens poſtea in pen. Apoſtil. in ver. ſecundum in fi.*

k ¶ In nomine pietatis,] *Huc ſpectant quæ ſcripſi ſuper gloſſ. ſcul. §. habita, in ver. exiſtat.*

l ¶ Et Dyn.] *Et ibidem per Bar. ad fi. uer. Nota ergo quòd in teſtamento poteſt fieri contractus. Idem uoluerunt Oldrad. conſil. 114. factum tale eſt, nu 2 Anton. de But. conſ. 21. uiſo puncto, in prin. Hanc opin. dicit communem Ludo. Rom conſ. 171. Pro deciſione, poſt nu 6. verſ. Aut facta præſente. Et Lap. hic, & Rom. vbi ſupra ſequitur, hanc cõmunem affirmans D. meus conſil. 196 in caſu, col. 2. poſt medium, & conſil. 293 viſo teſtamento, col. 2 in prin. Et hoc dictum Lapi valde extollit Andr. Barba. conſi. 12. ſcribitur, col. 6. nu. 13. verſ. Et ſi quiſpiam opponat lib. 1.*

m ¶ §. fin.] *Et l. ſequen. l. etſi quis. §. ſi cui, iun. glo. in ver. compellendum, ad fin. ff. de reli. & ſump. fun. l. mortis cauſa capimus, & ibi glo in ver. doli mali, verſ. Hic fuit collatum mandatum poſt mortem, & Bar. in ſumma. ff. de mor. cau. donat. Bald in l. mandatum, nu 5. verſi. Hic autem confertur poſt mortem. C. mand. Ludo. Rom. conſ. 201. non eſt dubium, nu. 3. Corn conſi. 86. circa primum, nu. 11. uol. 4 Sozzi conſil. 87. in preſenti, num. 1. vbi hanc dicit communem. lib. 1. Idem etiam uoluit D. meus in l. eius qui. §. placebat, nu. 8. ff. ſi cer. pe. & conſi 441. præſens. nu. 8.*

n Et quia ad pias cauſas.] *Nec mandatũ ad pias cauſas finitur morte, nec poteſt heres illud reuocare, de quo habemus tex. ſingu. in c. exijt qui ſeminat. §. in eo vero caſu, uerſ. Non obſtante concedentis morte, uel hæredis contradictione. de uer. ſign. li. 6. Idem voluit Bal. ad hoc notans illũ tex. quem non reperiri alibi dicit in authen. ſi qua mulier, nu. 14. C. de ſacro. ſan. eccle. & in l. mandatum, poſt nu. 6 uerſ. vnde dicunt quidam quòd mãdatum ad pias cauſas. C. mand. Sozzi. Regu. 254 in 8. fallẽ. qui allegat cle. exiui de paradiſo, & malè, debuit enim allegare dictum c. exijt qui ſeminat.*

o ¶ Tenetur.] *Lege tu reſpondetur ad ultimum punctum & eſt ſupra ante num. 3. verſ. Quinto ſi debitores. Duplex reſponſio hic colligitur ad illud quintum quæſitum; Altera eſt ꝙ hic procurator aget vigore mandati, quod morte mandantis non expirat, Altera uerò propter piã cauſam, quaſi dicat ꝙ etiã exiſtẽte imperfecto, ſeu minus ſolẽni teſtamento legata ad pias cauſas debeantur. ad tex. in l. hac conſultiſſima §. ex imperfecto, & in authen quod ſine, iun. utrobique tradi. per Doct C. de teſta. per Alexan. conſi. 4 attentis, col. 3. uol. 7. per Rui. conſi. 71. quamuis. circa nu. 13. & ſeq. lib. 3. & per Nic. Boe. Dec. 93. & preſuppono. nu. 7. & ſeq.*

p ¶ Extra territorium Anglicanum.] *Hec opin. eſt magis communis ut teſtatur Alegan. conſ. 16. viſo titulo, num. 1. & ibi bona Addi hanc dicit ueram reiecta uerbali diſtin. Bar. pro qua opi. citat Lap. hic, & plures alios. lib. 1. Idem etiam uoluit Iaſ. in rep. l. reconiuncti, nu. 25. ff. de leg. 3. Lapum etiam hic citant, & ſequuntur Alexan. conſi. 128. conſideratis, col. 2. ver. In hanc etiam partem uidetur eſſe deciſio Lapi eod. lib. 1. Rui. conſi. 48 ut eius, col. 1. poſt medium lib. 3. ubi etiam alios citat. Cur. Iun. conſil. 110. pro habenda. num. 9. & Pariſ conſil 68. D. Veronica, nu. 9. ubi Lap. hic & alios citat, hanc opin. communem aſſerens lib. 2.*

q Proprios factos.] *Legerem proprios faſces, iuxta uerb l. duumuirum hic adducte uel proprios terminos, prout legit Carc. Rui. alle. conſ. 48. ut eius, col. 1. cir. mediũ, ubi recenſet uerba Lapi hic. lib. 3.*

r ¶ De

r ¶De lega.2.] *Supple tu.l.Caius ſeius, vbi etiam no.Bal.poſt Iaco.de Aret.quòd nomina debitorum non intelliguntur eſſe in aliquo loco definito. Idem Bal.in l.1. poſt prin. ibi qua locus non virum ſcribit illa incorporaliſſima ff.de ſtat. homin. & Alexand. conſil.31. viſo titulo,nume. 7. lib 1.*

ſ Deſolutio.] *Hoc dictum Lapi pro nota.& ſingu.referunt, & ſequuntur Ludo. Roma.in l.ſi conſtante.§.fin.poſt num.9. verſic.Tu autem dic, & verſi.Illas tamen ſingulariter limitauit Lap ff. ſolut.matri. Alexand.conſil.16.viſo titulo, ad fi.verſ. idem etiam firmat Lap. lib.1.qui tamen ſub alio numero hanc Alleg. citat idem Alex.conſ.141.viſo ſtatuto, ad fi. volu.7. Bertrand.conſi.74 ponitur in facto, num. 8.& ſeq lib.2.par.1.Sozzi.conſ.101. viſo teſtamento,poſt nu.6.lib.1.& conſi.175. viſo teſtamento.nu.1. lib 2.*

t Contractum,& ſoluendum.] *Sequitur Alexan.dicto conſi.16.in fi.lib.1.Sozzi.conſi.101.num.2.verſic. Ita dicendum eſt de actionibus.lib.1.& Bertrand. eod. conſil.74 ad fi.lib.2.par.1.ac Sozzi.præalle.conſi.175.col.1. verſ. non obſtat quòd nomina. lib.2.*

u ¶De reiudi.] *Vbi Alexand. in §. in venditione,in prin. dicit communem concluſionem eſſe nomina debitorum neque mobilia,neque immobilia cenſeri, ſed dicit tertiam ſpeciem.Et idem Alex.conſil. 52.viſo themate, nu 3. vbi ſequitur Lap. hic lib.1. Idem voluit Gemin. in cap.fin. num.11.vbi etiam Apoſtil.in ver.ſpecies, ad Lap hic ſe remittit.de rebus eccleſ. non alie.Oldrad conſi.219.factum tale,& D. meus ſequens Lap.hic, licet eum corruptè citet in l.1.in 2.lectu.nu.8.ff.ſi cer.peta.*

x ¶In intellectu.] *Idem notauit Bar.in l.mouentium,num.2.ff.de ver.ſign. Lapũ hic citant,& ſequuntur Ludo.Rom.conſi. 509.circa propoſitam,in 4.dub.num.18. & in Allegat. l. ſi conſtante. §. fin. ante num.10.verſic.Illas tamen ff.ſolut. matr.*

y ¶Mouentium.] *Vbi videbatur Bart. Idem Bart.in l.poteſt,num.1. vbi Apoſt. in ver.tertiam citat, & ſequitur Lap.hic. glo.in §.1.in ver.numeranda, & ibidem Ange.in authen.hic adducta, Alex præalleg.conſi.31.viſo titulo,num.6 & ante, & poſt,lib.1.D. meus in l.qui actionem, num.2.verſic.Et iſta ratione. ff.de regul. iur.plenius conſi.237.in caſu, num.1. & conſi.414 viſo,num.11.vbi citat,& ſequitur Lap.hic,pulchrè etiam per Bert.conſ. 246 ponitur,num.1.& ſeq & poſt. num. 4.adducit hanc Alle.quam ſequi videtur. lib.1.par.1.Sozzi præalleg conſil.101.uiſo,poſt num.2.Iaſ plenè in l.ſtipulatio hoc modo,col.pen. verſ. Item quæro de eadem quæſt.& col. fi. ubi etiam magna Apoſt. verſic.Et ſic non veniunt,quæ citat,& ſequitur has limi.ſeu diſtin. Lapi hic ff. de ver.obli quem etiam ſequitur, licet corruptè hanc alleg.citet Io.Cirier Pariſien. in Tracta.primogen.quæſt.9.lib.2.alios etiã referens.nu.1. cum multis ſeq. pleniſſimè per Pariſ.conſil.94. circa primum, num. 1.cum pluribus ſeq.vbi poſt num.3. citat, & ſequitur Lap.hic, alios etiam pro eadẽ opin.referens.lib.2.Et nouiſſimè hanc alle.Lapi citat,& ſequitur Tiraq de ut.retr. §.1.in ver.ſeruitutes glo 5.poſt nu.1.glo. 7.poſt num.9. & poſt num.17. alios etiã idem tenentes referens. Et ſupra adducti non ſolum comprobant hæc vltima dicta Lapi,ſed alia etiam. Vnde (mea quidem ſententia) tota hæc Lapi alle.vt vera,& cõmuniter recepta ab omnibus pro notabili, & pulcherrima habẽda eſt.Et omnia eius uerba ſunt ſucci plena, & aurea.*

*S V M M A R I V M.*

1 *Libertas eccleſiaſtica in quibus conſiſtere dicatur.*

2 *Libertas eccleſiaſtica à quibus, & per quæ lædi dicatur.*

3 Sta-



3 *Statuentes cõtra libertatem eccleſiæ qui dicantur.*

4 *Vſurpantes iuriſdictionem eccleſiarum an contra libertatem eccleſiæ facere dicantur, & nu.9.*

5 *Papæ à Deo, & alijs à Papa conceſſum eſt iudicare.*

6 *Vniuerſalis eccleſia vnum corpus dicitur cuius membra ſunt alię eccleſiæ uniuerſales.*

7 *Laicos ſtatuere de rebus vel perſonis eccleſiaſticis ab vtroque iure prohibitum eſt.*

8 *Cauſæ eccleſiaſticæ debent ſecundum iura canonica terminari.*

## ALLEGATIO XCII.

INſpeximus, & examinauimus diligenter,& ut apertius præfatis dominis noſtris Prioribus, & Vexilifero ſuper petitione p eos reſpondere poſſimus hunc ordinem ſeruamus.Primo ponderamus ſuper quo à nobis ſibi poterat reſponderi uidelicet an dicta reformatio egeat correctione.Secundo caſum motiui,& ſuæ dubitationis, quia uidelicet per aliquos dicitur ipſam reformationem fore contra eccleſiaſticam libertatem. Tertio ut quęſtioni,& ſuæ dubitationi clarius ſatisfiat examinabimus dictam cauſam reformationis. quòd nõ ſolum correctione egerit, uerum caſſatione, & reuocatione & abſolutione de libris,& capitularibus communis ut ſatisfieret iuri,& ut uitaretur peccatum,& pęna de quibus infra dicetur.Si autem contra eccleſiaſticam libertatem non eſſet, tunc poſſet ex cauſa alia egere correctione, & ideo prius,& utilius videtur examinandum an ſit contra eccleſiaſticam libertatem. Secundo an ex alia cauſa correctione egeat. Sed ut facilius hæc innoteſcant examinemus quid eſt facere, & quando,& quomodo, & quibus caſibus dicatur fieri contra eccleſiaſticam libertatem. Et dicitur quòd iſte articulus fundatur à text. qui eſt de ſenten excommunic. cap.nouerint. qui damnat ſtatuta, & conſuetudines contra eccleſiaſticam libertatem, & in cap.grauem. eo.tit. & c. non minus, & c. aduerſus,de im-
a mu.eccl.& eod.tit.eos, lib.6. a & ex eo quòd
1 ibi not. Ioan.And. poſt Innoc. ubi dicunt † ꝙ
libertas eccleſiaſtica conſiſtit in priuilegijs
conceſſis ſuper ſpiritualibus, uel temporalibus generaliter, uel ſingulariter, ſiue a Deo,
uel a papa, ſiue ab alijs principibus ſecundũ
b Inno. Hoſtien. & Abba. [b] Inter priuilegia
conceſſa à Deo numerant illud quodcunque
c ligaueris [c] &c.Item illud de decimis, & pri
d mitijs. [d] Item illud quod res eccleſiaſticas
e adminiſtrent. [e] Item illud quod ſuper ſpiri-
f tualibus [f] ius concedere poteſt. Item inter
priuilegia conceſſa à Papa numerant illud
quod qui contra perſonam eccleſiaſticam ini
g cit manus ſit excommunicatus. [g] Item illud
quod in legatis ad pias cauſas ſufficiant duo
h teſtes. [h] Et ſecundum eos inter priuilegia
i conceſſa ab imperatore [i] numerantur im-
munitates conceſſæ loco; quandoque eccle-
ſiæ, quandoque perſonis eccleſiaſticis, ut cle
k rici apud proprios epõs conueniantur [k] &c.
2 † multum in ijs ſecundum eos lædi libertas
eccleſiaſtica intelligitur, & habent locum pę
næ prædictæ decre.nouerit,& alię contra uio
lantes libertatem eccleſiaſticam,ſed ſunt alia
priuilegia ſingularia cõceſſa ſingularibus ec-
cleſijs, ut puta ꝙ poſſint pecora ſua paſci in
pratis,uel ligna in ſiluis incidi,& huiuſmodi.
Si quis contra iſta fecerit non dicitur facere
contra eccleſiaſticam libertatem, & non ha-
bent locum pœnæ præfatæ, & eſt ſimile ad
hoc quòd no.Io.And poſt Inno.de uerb.ſign.
ex parte, & ſolet nota. in decre.i. de male. ꝙ
tunc prælatus cognoſcit, & defendit ius ſuũ
proprium, quando id de iure cõmuni ſpectat
ad eum,puta uiſitare,& ex eo recipere procu
rationem. Sed quando ſpectet ad eum de iu-
re priuato, ut puta quòd eſt in fundo,uel ne-
more,tunc ſecus, & hæc ſimilitudo bene con
gruit infra dicendis. Ex quibus uerbis multi
minus periti, & uolentes plus ſapere quam
oporteat,in hac materia laxant habenas plus
debito;dicentes ſecundũ prædicta,multa non
eſſe contra eccleſiaſticam libertatem, quia ſe
cũdum eos non ſit contra prædicta priuilegia
à Deo,Papa,uel Imperatore conceſſa, quæ ta
men re uera ſunt contra ipſam eccleſiaſticam
3 libertatem. † Pro quorum declaratione eſt
ſciendum, quòd ſi quis ſtatuat ne quis panem
coquat alicui monaſterio,loco,uel cõuentui,
uel ne molat blandum,uel ne aliquid uendat,
uel ab eis emat,uel ne aliqua alia obſequia p̃-
ſtet

ſtet eiſdem, non uidetur facere contra eccle-
ſiaſticã libertatem;quia coquere panem,mo-
li facere, blandum emere, uel à ſe non emi,
obſequia præſtari,non ſunt conceſſa eccleſiæ
in priuilegium a Deo, Papa,vel Imperatore.
imò communia ſunt omnibus, & de iure na-
turali,ſiue gentium,ergo non ſunt de eccleſia
ſtica libertate, & ideo contra ea faciens non
incurrit pœnam. Sed contrarium eſt verum,
ꝙ tales dicuntur facere contra eccleſiaſticã
libertatem:quia faciunt contra immunitatem
clericorum,& eccleſiæ; quæ eſt vt non lædan
tur, vt de eis, vel contra eos per laicos dire-
ctè,vel indirectè non diſponatur,vt in præal-
leg iuribus,& extra de priuil.quanto, de im
munitate eccleſ.eos.li 6.vbi iſta ſunt expreſ-
ſa, & facere contra immunitatem eccleſiæ
l l eſt facere contra priuilegia eccleſiæ, & cle
ricis conceſſa,& tex.in d.decret.eos.in prædi
ctis caſibus vtitur ijs verbis, cum talia in de-
rogationem libertatis eccleſiæ præſumantur,
& pœnam excommunicationis eo ipſo de-
cernit ſubiacere,non de nouo ſtatuendo, ſed
decernendo id quod erat,hæc autem eſſe non
poterant niſi per præalle. iura quæ hanc pœ-
nam imponũt, niſi in caſibus à iure expreſſis,
de ſen.excom.is qui.lib.6.& ꝙ illud fieret cõ
tra eccleſiaſticam libertatem nota gloſ. ſuper
verbo libertas. Item pari modo ſi quis ſtatuit
vt feudum quòd laicus tenet ab eccleſia poſ-
ſit certis caſibus alienare;nunquid fiat contra
eccleſiaſticam libertatem,videtur quòd non,
quia licet in hoc fiat præiudiciũ priuilegijs,
& etiam feudis priuatarum aliquarum eccle-
ſiarum,non tamen in genere, vel contra vni-
uerſalem eccleſiam,nec cõtra priuilegia Dei,
papæ,vel imperatoris, & ſic nec contra liber
tatem eccleſiaſticam,ut ſupra eſt præmiſſum.
Contrarium eſt uerum,nam eo ipſo fit contra
libertatem eccleſiæ quod fit cõtra eius immu
nitatem,ut ſupra probatum eſt, ideoque text.
in decret fin. de reb.eccl.non alie. miſcet iſta
duo immunitatem eccleſię, & libertatem, fit
autem contra immunitatem eccleſiæ eo ipſo
quòd per laicum ſtatuatur de rebus,perſonis,
uel iuribus ſuis,à quibus laici ſunt prohibiti,
& ſolum prælatis eccleſiæ eſt conceſſum, vt
ſupra præmiſſum, & ſic in prædicto caſu ſta-
m tutum diſponit de feudo m eccleſiæ,ergo &c.
probat hoc clare per decre. ſi. de reb. eccleſ.
non alie.vbi tex. numerans quædam facta cõ
tra immunitatem, & eccleſiæ libertatem po-
nit de alienatione feudorum. Ad idem decre.
quæ in eccleſiarum, de conſti. quæ idem di-
4 cit. † Sed quid de ijs qui vſurpant iuriſdictio
nem eccleſiarum? certè dicuntur facere con-
tra libertatem eccleſiaſticam, vt probat text.
præalleg.decr.ſi.de reb. eccle. qui rectè dicit
de uſurpatione iuriſdictionis eccleſiæ præ-
textu laicæ conſtitutionis & Ioan.And.in præ
alleg.decre.eos.de immun.eccleſ.lib.6. dicit
quòd in caſu iſto eſt facere,& quòd ſic facien
do incurrunt ſentẽtiam excommunicationis.
per decret.nouerint.de ſenten. excom. & per
decre.ſi de immu.eccleſ. lib.6.& ſic illos ca-
ſus trahit ad hoc,& ſimilia.Ex hoc etiam pa-
n tet quòd ſi ſecularis poteſtas, n uel idem co-
gnoſcit,uel decidit,uel partes coram ſe cogit
comparere, in cauſis ſpiritualibus; puta uſu-
rarum certarum, uel incertarum, decimarũ,
executionum legatorum ad pias cauſas, eo
caſu quo executio ad ordinarios locorum eſt
deuoluta,vel huiuſmodi, ſeu circa prædicta,
impeditur officium iuriſdictionis,& poteſtas
ordinariorum, & quominus libere prædicta
explicare poſſint,fit contra eccleſiæ immuni-
tatem,& libertatem, & contra officium,& iu
riſdictionem ordinariam, & fit contra prædi
cta iura, & contra infraſcriptam ſynodalem
conſtitu. & habent locum pœnæ prædictæ, &
infraſcriptæ,tanquam contra violãtes immu-
nitatem,& libertatem eccleſiaſticam,& inci-
dunt in prædictam pœnam ut not Ioan. And.
in præall.c.fin.de immun.eccl. Quid igitur ſi
o collectas, uel impoſitas, ut gabellas, o uel
depoſita pœnes eccleſiam auferat, uel arre-
ſtat,idem uidetur, quòd & eandem pœnam
incurrat.extra de immu.eccle. c.clericis. lib.
6. Quid ſi ſtatuat ne quis literas apoſtolicas
p p impetret.Idem uidetur eod tit.cap quoniã.
in princip. Quid ſi quis ſtatuat ne ad iudices
eccleſiaſticos in cauſis quæ ad eos ſpectant
habeant recurſum.idem videtur ut in eodem.
cap.quoniam,ubi eſt ponderandum quòd pa
pa uocat iniuriam eccleſiæ ſuæ, impedire iu-
riſdictionem inferiorum ſuorum, & merito:
quia illam habent ab eo,de offic.or. cap.1.de
præſum.mandata, unde glo.ord. in cap.1. de
excep.lib.6.dicit quòd hoc papa pati non de-
bet. Quid ergo ſi quis banniat epiſcopum de
ciuitate?idem videtur,& eſt tex.infra de iniu.
q olim. q vbi in hoc caſu fieret contra Deum,
& eccleſiaſticam libertatem. Quid ſi iudex
ſecularis non admittit exceptionem rei iudi-
catæ



5 catæ in foro eccleſiaſtico? † Idem videtur ꝙ
à Deo papæ, & à papa aliis prælatis conceſ-
ſum eſt iudicare,qui ſi. ſint legitimi per uene
rabilem,de exce.c.2.lib.6.ubi tenet Archi. ꝙ
ſint e communicati ipſo facto per c. admini-
ſtratores.23.q.5.& ibi not. hæc gl.Idem ſi nõ
admittit exceptionem excõicationis. de ſent.
r excom. decernimus, r à Deo enim eſt datũ
ꝙ excõicare poſſunt. Idem de iuramento, de
iureiu.licet li.6.& c.quamuis.de pactis. facit
decr.2.de for.compet Nec obſtat prædictis ſi
diceretur ꝙ prædicta reformatio non reſpicit
vniuerſalem eccleſiam,quia iſtud tollitur per
6 Ioan.And.in præalleg.decre. eos † de immu.
eccleſ. nam vt ipſe dicit cum vniuerſalis ec-
cleſia ſit vnum corpus, cuius membra ſunt a-
liæ eccleſiæ ſingulares, de elect.ſignificaſti,
propter quod impediendo eccleſię ſingularis
libertatem, vnius ſcilicet eccleſiæ circa id ꝙ
competit omnibus,facit contra libertatem ec
cleſiæ quemadmodum lædere unum epiſco-
pum eſt facere cõtra libertatem eccleſiæ,eſto
ꝙ non lædantur omnes epiſcopi, vt in prædi-
cta decre.olim, de iniurijs, de pœnis, ſi quis
ſ ſuadente.in cle. ſ Modò verò prædicta tam
diffuſe veritatis, & animarum fauore proba-
ta applicanda ſunt propoſito noſtro, & dictæ
reformationi, & quæſito per præfatos domi-
nos noſtros dominos Priores, & Vexilliferũ.
Et ad cõmodiorẽ intellectum facimus de ipſa
reformatione quatuor partes, ſeu quatuor ca-
pitula;Et quãtum ad primam partem,ſeu pri-
mum capitulum ꝙ in effectu uidetur contine
re;ꝙ non obſtantibus ordinibus communis
Florentiæ,de quibus ibi fit mentio,cuilibet ſe
culari perſonæ de ciuitate, comitatu, ſeu di-
ſtrictu Florentiæ liceat liberè, & impunè ad
bona prophana, & in ipſis bonis quæ per ec-
cleſias, & alia loca pia ſeu ad eccleſiaſticas
perſonas &c.proſequi iura ſua in omnibus,&
per omnia, ac ſi tenerentur per quencũque ſe
cularem, & laicum,ciuem, comitatẽſem,ſeu
diſtrictualem ciuitatis Floren.dicimus ꝙ con
tenta in d.c.ſunt contra eccleſiaſticam liberta
tem,quod ſecundũ prædicta oſtẽditur ex duo
bus, primo quia per ea reducuntur eccleſiæ,
& loca pia, & eccleſiaſticæ perſonæ de ſuis
poſſeſſionibus prophanis, quas poſſident ad
forum,& examen uetitum iudicis ſæcularis
ſicut ciues laici, hoc autem eſt contra priuile
giũ conceſſum eis ab imperatore:videlicet ꝙ
apud proprios epiſcopos trahantur, & non
coram ſeculari iudice per authen. ſtatuimus.
C.de epiſco.& cler. Item contra priuilegium
conceſſum eis à papa per cap. inolita. & per
cap.placuit.11.quæſt.1.& per.cap.ſi diligen-
ti.de foro compe.cum ſi. Item contra priuile
gium conceſſum eis à Deo, uidelicet quòd re
rum eccleſiarum adminiſtrationem habeant
& non laici ut ſupra relatum eſt, & monſtra-
7 tum.† Item quia laicos ſic ſtatuere t de re-
t bus,vel perſonis eccleſiæ, uel clericorum, à
quibus vtroque iure ſunt prohibiti, & ſolum
poteſtati eccleſię conceſſum ut ſupra relatum
ſuit,ſic eſt facere contra immunitatem eccle-
ſiæ & clericorum,& ſic contra libertatem ec
cleſiaſticam vt ſupra probatum eſt, & habẽt
locum pœnæ de quibus ſupra, & infra dice-
tur.Quantum ad ſecundam partem, ſeu ſecũ-
dum capitulum reformationis,quæ in effectu
dicit citari faciẽdo,& requiri clericos, & per
ſonas eccleſiaſticas ad compromiſſum facien
dum infra decem dies, aliàs ſint priuati omni
bus priuilegijs, & fauoribus communis Flo-
rentiæ &c. vt ibidem latius continetur, dici-
mus contenta in ipſa ſecunda parte,ſeu ſecun
do capitulo fore manifeſtè contra eccleſiaſti-
cam libertatem, & locum habere pœnas de
quibus infra,& ſupra fit mẽtio, & hoc ex plu
ribus Primo quia per ipſam reformationem
datur facultas citandi,& trahendi clericos,&
perſonas eccleſiaſticas ad uetitum examen,
& coram ſeculari iudice, quod eſt contra im
munitatẽ eccleſiæ,& clericorum, & ſic cõtra
libertatem eccleſiaſticam, ut ſupra in prima
parte oſtenſum eſt.& quæ alibi dicuntur hic
pro repetitis habeantur.Item ex eo quia dicta
reformatio in dicta parte continet errorẽ ex-
preſſum,& iniquitatem manifeſtam,& cleri-
cis,& perſonis eccleſiaſticis laqueum morti-
ferum paratur. nã diſponit ꝙ infra decẽ dies
u debebant facere compromiſſum, u ita ꝙ
de iure ualeat,cum tamen à iure,& per cõſti-
tutionem ſynodalem ſint prohibiti facere cõ
promiſſum de rebus eccleſiæ; imò quia ipſi
clerici in ſua promotione iurant non aliena-
x re, x ſi faciunt cõpromiſſum,& ſequatur ſen
tentia contra eos incidunt in periurium, tan-
quam alienatores,quia hoc euenire poſſe co-
gitare debuerunt in cõpromittendo,ut no.Io.
an. poſt Hoſt.in c. cum tẽpore,de arbi.ſuper
y uer.licẽtiam, y ita ꝙ prædicta reformatio di-
ſponit contra prohibitionem iuris. Itẽ inuitat
ad peccandum, videlicet ad periurium; nec
prodeſt.

prodeſt ſi dicatur quòd potuerunt impetrare
licentiam a ſuperioribus, tamen hoc non eſt
in poteſtate inferiorum pro libito obtinere li
centiam, nec ipſi ſuperiores poſſunt ſine pec-
cato talem licentiam concedere, niſi pro eui-
denti utilitate eccleſiarum, quæ in caſu no-
ſtro ceſſat. Item ſi fuerit epiſcopus, vel alius
ſedi apoſtolicæ immediatè ſubiectus, qui nõ
poſſunt compromittere ſine licẽtia papæ quo
modo infra decem dies potuerunt ipſam licẽ
tiam obtinere cum ſit ultra mare. Diſponit er
go de impoſſibilibus contra tex. canonis, 4. di
ſtin. erit autem lex poſſibilis, item quia de iu-
z re id quòd fieri non poteſt z ſine permiſſu
principis, dicitur impoſſibile vt. l. apud Iulia-
num. §. fieri, & ibi not. de legat. 1. item pro eo
eſt etiam contra libertatem eccleſiaſticam, &
immunitatem, quia per indirectum ſtatuit pę
nas graues niſi prædicta impoſſibilia faciant
priuando eos beneficijs, & fauoribus, ſeu pri-
uilegijs communis. Si autem diſponere præ-
ſumitur rectè fieri in præiudicium immunita
tis, & libertatis eccleſiaſticæ, vt in præal. cap.
eos, de immun. eccleſia. lib. 6. Vnde ſi dixiſ-
ſet quòd non facientibus compromiſſum, nõ
coquatur panis vel non molatur granum; nõ
eſt dubium fuiſſe facere contra eccleſiaſticã
libertatem, vt eſt expreſſum in præalle. c. eos,
a eodem modo ſic per indirectum a priuãdos
eos omnibus fauoribus communis, ex quorũ
priuatione poſſunt meritò mortis oppreſſio-
nem, & iniuriarum pericula formidare. Item
8 † in dicta parte reformationis reducuntur ec
cleſiæ, vel perſonæ eccleſiaſticæ ad leges im-
periales in ſuis cauſis: cum tamen utroque iu
re caueatur quòd eorum cauſæ debeant tra-
ctari, & terminari ſecundum iura canonica.
b b Tollit ergo priuilegia eorum a Papa, &
Imperatore conceſſa. Item diſponit de cleri-
cis, perſonis eccleſiaſticis, a qua diſpoſitione
vtroque iure ſunt prohibiti, & ſic contra im-
munitatem, & libertatem eccleſię: ut ſupra re
latum eſt, & probatum: Item prohibet dicta
reformatio in dicta parte quòd non poſſit pro
poni, uel allegari contra ipſam reformationẽ
cum tamen de iure multa poſſint dici, uel al-
legari pro eius nullitate, & ſic tollit ipſis cle-
ricis, & perſonis eccleſiaſticis defenſionem,
quæ eſt de iure naturali, vt in cle. paſtoralis.
de re iud. quòd etiam princeps facere nõ po-
teſt, in hoc tollit priuilegia, & fauores tam na
turæ, quam imperatoris, & papæ: & ſic contra
immunitatem, & libertatem eorum, & eccle-
c ſiarum rectè fit c cum de eis nil poſſit diſpo-
nere quibus obſequendum manet neceſſitas,
non authoritas impetrandi, de conſtit cum ec
cleſia ſanctæ Mariæ. Quantum ad tertiam par
tem dictæ reformationis, ſeu tertium capitu-
lum vbi in effectu diſponitur ſimiliter de cõ-
promiſſo faciendo per clericos, aliàs de rela-
xatione debitoris ſui &c. ut ibi patet latius, di
cimus quòd eſt contra immunitatem, & liber
ratem eccleſiaſticã, eiſdem rationibus, & iu-
ribus quibus dictum eſt ſupra proxi. præcedẽ
ti parte: quæ omnia hic pro repetitis habean-
tur Quantum autem ad quartam partem, ſeu
quartum capitulum dictæ reformationis quę
habet in effectu quòd rectores dictæ ciuitatis
debeant prædicta ſeruare &c. vt ibi. Dicimus
quod eſt contra immunitatem, & eccleſiæ li-
bertatem, vt de ſe patet, quia ſi ſtatuta ſunt cõ
tra eccleſiaſticam libertatem, ſtatuere quòd
ſeruentur, eſt cumulare malum malo, & quia
modicum eſſet leges conſtituere niſi eſſet qui
eas ſeruaret, de electio. vbi periculum, lib. 6.
d d fortius eſt dare obſeruatores legis, quam
ipſas leges facere, & plus operatur, ergo &c.
Item quòd prædicta omnia in dicta reforma-
9 tione contenta † ſint contra eccleſiaſticam li-
bertatem facit, quia uſurpare eccleſiaſticam
iuriſdictionem eſt facere cõtra libertatem ec-
cleſiæ, ut probat text. in capit. fin. de rebus ec-
cle. non alie. qui rectè dicit uſurpatio iuriſdi-
ctionis pretextu laicæ conſtitutionis, & Ioan.
And. in præalle. decre. in fi. de immunit. eccle.
lib. 6. dicit quòd in caſu iſto eſt facere contra
eccleſiæ libertatem, & quòd ſic faciendo in-
curritur pœna excommunicationis per iura
prædicta, & infraſcripta. Sed nulli dubium
quòd ſic ſtatuere de clericis perſonis, ac re-
bus eccleſiaſticis quod ad eccleſiam ſpectat,
& non ad laicos, & ordinare vt ſeruentur eſt
libertatem iuriſdictionis eccleſiaſticæ uſurpa
re, ergo &c. Item contra prædicta ſic ſtatuta
facit antiqua ſynodalis cõſtitutio domini Epi
ſcopi Florentiæ, quæ in effectu maledicit, &
excommunicat vniuerſos, & ſingulos recto-
res, officiales, præſidentes, nec non ſingulares
quoſcunque cuiuſcunque ſtatus, ordinis, vel
conditionis exiſtant, & quocunque nomine
nuncupentur per alia ſtatuta, ordinamenta,
aut reformationes, ſeu prouiſiones æditas, uel
ædendas, quæ quouis modo fiant, uel uergant
directè, vel indirectè contra eccleſiaſticam li
ber-



bertatem, ſeu iuriſdictionem, uel officium cu
riæ epiſcopalis, aut in ijs dederint auxilium,
conſilium, uel fauorem &c. vt ibi latius conti
netur. Sed contra prædicta, & quòd non ſit fa
ctum per prędictam reformationem cõtra ec
cleſiaſticam libertatem, uidetur facere clauſu
la ultima appoſita in dicta reformatione, quę
vult quòd vbi contenta in dicta reformatio-
ne, quę vult quòd vbi contenta in dicta refor
matione eſſent, uel uenirent contra eccleſia-
ſticam libertatem, habeantur totaliter pro
infectis, nec poſſint, uel debeant aliqualiter
obſeruari, & ſic ipſi ſtatuentes videntur eua-
dere pœnas prędictas prolatas contra facien
tes, vel ſtatuentes contra eccleſiaſticam liber
tatem. Sed cõtrarium eſt uerum, & dicta clau
b ſula non ſufficit, nec excuſat, b quia dicta
clauſula eſt loco cuiuſdam proteſtationis,
quæ quando eſt contraria facto nõ iuuat, nec
excuſat per nota. in c. cum M. ſupra de conſti.
& maximè quando fit contra ius commune,
quod eſt clarum, & quod nõ eſt licitum igno
rare, & maximè communitatibus ciuitatis
ubi eſt copia peritorum, nõ pręſumitur, de re
ſcrip. ſtatutum lib. 6. Facere ergo contra ius
cõe, & proteſtatio ꝙ nõ ualeat ſi eſt cõtra ius
commune, eſt ſibi ipſi contraria, immo eſto
quòd ad id ualeret proteſtatio, uel talis refor
matio non ualeret de iure, tamen nõ prodeſt,
quia & ſine alia proteſtatione de iure non ua
lebat, unde pœnę prędictę reſpiciunt factũ,
non ius. unde cum talis proteſtatio non tollat
factum, qui ea non obſtante fit reformatio, ac
etiam obſeruatur, & quod factum eſt nequit
non fuiſſe. l. in bello. §. factę. ff. de cap. & poſt.
re. patet quod non habet effectum. Ius autem
quod non erat non tollit & ſic nil operatur di
cta proteſtatio, & ſic a dictis pœnis non excu
ſat; maximè hoc uerum ubi dicta ſtatuta ſer-
uantur de facto, & infra terminum iuris cum
ſuis capitularibus deleri nõ fecerunt ut infra
dicetur. Quibus remotis ueniendum eſt ad pe
tita per dominos Priores, & Vexilliferũ prę-
fatos, videlicet an dicta reformatio in aliquo
egeat correctione. & dicimus ſecundum præ
c dicta quòd non, ſed caſſatione, c & reuoca-
tione indiget dicta reformatio; & in ea con-
tenta: tũ ut iuribus ſatisfiat, & ut euitetur pec-
catum; tum etiam ut euitentur pœnæ prolatę
tam a iure, quam a dicta conſtitutione ſyno-
dali contra uiolatores libertatis, & immunita
tis iuriſdictionis eccleſiaſtice, & contra ſtatu
tarios, ſcriptores, ſtatutores ipſorum, nec non
poteſtates, conſules, rectores, & conſiliarios
locorum, ubi ſtatuta huiuſmodi ędita fuerũt,
uel ſeruata: nec non eos qui ſecundum ea prę
ſumpſerint iudicare, uel in publicam formã
ſcribere iudicata; quę ſunt pœnę excommu-
nicationis latę per pręalle. iura in ſtatuentes
ſeu illos qui dictam reformationem fecerũt,
& in eos qui dederunt conſilium, auxilium,
uel fauorem, & contra prędictos allegatos,
ſucceſſores autem iſtorum ſtatuentium, ſeu
conſtituentium tenentur dictis pęnis, ſi dicta
ſtatuta ſeruari fecerint, & niſi ea de capitu a-
ribus ſuis, ideſt de libris in quibus ſcripta
ſunt ſtatuta infra duos menſes fecerint moue
d ri, d quod eſt uerum ſi poteſtatem habeant
hoc faciendi, aliàs ſufficit eis facere poſſe
ſuum, ad impoſſibilia enim obligatur. Caue-
ant tamen ne in hoc utantur negligentia, nam
tunc ligarentur prædictis pœnis; nam eis de-
linquentibus fauere interpretantur de iure,
qui cum poſſunt manifeſto facinori deſinunt
obuiare, extra de ſen. excom. quanto. Lapus
de Caſtiglionchio.

## Addit. Quint. Mandoſij.

a ¶ Lib. 6.] *Et eſt tex. in c. eccleſia S. Ma-
riæ. de conſti. in c. cum terra. de electi. &
in iure ciuili eſt tex. in authen. Caſſa. de ſa
croſan. eccl. Cod.*
b ¶ Abb.] *Et Ant. de Bu. ac Abb. Panor.
in d. cap nouerit. Et hanc eſſe communem
theoricam affirmat Steph. Bertran. referẽs
ea quæ Lap. hic de eo tamen nullam men-
tionem faciens, conſ. 50. recordor, num. 4.
& ſeq lib. 1. par. 2.*
c ¶ Quodcunque ligaueris.] *Matthæi
c. 18. Quodcunque ligaueris, &c. & Ioan.
20. Accipe ſpiritum ſanctum, quorum re-
miſeritis peccata remittuntur eis &c. cap.
quodcunque. 24. quæſt. 1. cap. ſolitæ. ante
fi. de maio. & obe. Card in repet. cap. per-
pendimus, poſt nu. 12. in 1. priui de ſent.
excommu.*
d ¶ Decimis, & primitijs.] *De quibus
Exodi ca. 22. Decimas, & primitias tuas
non tardabis offerre, primogenitum filio-
rum*

rum tuorum dabis mihi,& cap.22. Primitias frugum terræ tuæ deferas in domũ Domini Dei tui.Leuiti.ca.vlt.Omnes decimæ terræ ſiue de pomis arborum,ſiue de frugibus domini ſunt, & illi ſanctificantur &c 2.Eſdræ cap.10. in fin.Leuitæ decimas habent in omnibus vrbibus,in quibus opus noſtrum exercemus. Deuter.ca. 12 in prin. Offeretis decimas, & primitias manuum veſtrarum cap reuertimini. 16.queſt.1.cap.parrochianos,cap.1. & 2. cum alijs de deci. Cardi.in alle.repet. cap. perpendimus,poſt num.12. in 2.priui.de ſent. excommu.

e ¶ Adminiſtrent. ] cap.ſi imperator. 96.diſtin.ca.fi.de reb.eccle.non alie.Inno. in alle.cap.nouerit,num.2. verſ. Item credimus quòd a Deo, & ibidem Abba. in anti.verſ. Item quia de rebus, de ſentent. excommu. Cardi. in dicta repet. cap perpendimus,poſt num.12.in 3.priui.a Deo conceſſo. In teſtamento veteri immunitatibus gaudebant miniſtrãtes res diuinas, ſacerdotes videlicet & leuitæ, qui ſacrificabant in ſanguine hircorum, & oues in templo imolabant,ac boues,vitulos, & arietes, & offerebant Domino pro peccatis vt ipſum placarent.Exo.cap.29. Leuit.c. 1.ac 4.& 5 fortius hodie immunitatibus gaudere debent qui Deo offerunt hoſtiam veram,& immaculatam pro ſalute animarum, iuxta illud Apoſtoli non per ſanguinem hircorum,aut vitulorum &c. A iure igitur diuino ac etiam canonico conceditur immunitas ijs quibus dictum eſt Lucæ capitulo.22. Hoc facite in meam commemorationem. Rurſus & ijs qui docent gentes, & baptizant, de quibus Matthæi capitulo vltimo. Euntes ergo docete omnes gentes,baptizantes &c. Et ijs quibus dictum eſt per Marcum,capit.fina. Euntes in mundum vniuerſum prædicate euangelium omni creaturæ. Sed & omnibus qui in eccleſia Dei miniſtrant, ac diuina, & eccleſiaſticas res tractant, ac miniſtrantibus inſeruiunt. de quibus omnibus habemus pulchrum tex. in c. cleros 21. diſtin.

f ¶ Super ſpiritualibus. ] cap.denique, & cap.ſeq.96. diſtin. Cardi. in repet. præalle. cap perpendimus, poſt num. 12. ver. Et hinc eccleſia ſola de ſpiritualibus. Quis concedere poſſit ius ſuper ſpiritualibus dic quod ſummus Pontifex, vel epiſcopus, ſeu ordinarius, vel ab ijs facultatem, ſeu poteſtatem habens, iuxta tex. in ca. propoſuit. de conceſ. præben. in cap. 2. de præben. lib. 6. in cle. 1. uti lit. penden. cap. omnes baſilicæ, & cap. nullus. 16. quæſt. 7. c. cum olim. de præſcrip. An autem hæc poteſtas concedendi iuris ſuper ſpiritualibus, vel immunitas ne quis alius impedire id, uel ne ſe intromittere poſſit, a iure diuino, vel poſitiuo procedat, longa eſſet diſcuſſio, nec abſque diſtinctione præmiſſa terminari poſſent, ego alibi tracto. An autem ſpiritualia aut ius ſuper illis laici quicunque ſint tribuere poſſint. Et an ſi aliter præſumant contra libertatem eccleſiaſticam venire dicantur, & ut ſacrilegi puniantur habes in cap. ſi quis deinceps, cap. quoniã inueſtituras, cap. laici, c. ſequen. cum alijs 16. quæſt. 7. & per Docto. in Alle. c nouerint. de ſen. excom.

g ¶ Excommunicatus. ] Iuxta tex. in c. ſi quis ſuadente. 17. quæſt. 4. Inno. in alle. cap. nouerit, poſt num. 2. ibi vt de verberatione clerici, & Abba. Anti. verſ. Item Vicarius Dei. Sed videtur quòd hoc connumerandum ſit inter priuilegia conceſſa a Deo, iuxta illud. nolite tangere Chriſtos meos, & quòd hoc ſit priuilegium a lege Dei procedens cõſiderat glo. in §. 1. in uer. denegari. in authen. de non alie. Reſponderi poſſet quòd dubitari potuiſſet de quibus intelligendum eſſet iuxta illa verba Chriſtos meos, an de pontificibus, an de ſacerdotibus, quos alibi Deos appellatos eſſe videmus, prout Exod cap. 22. Applica illum ad Deos. i. ad ſacerdotes. Rurſus Dijs non detrahes, & cap. ſacerdotibus. 11. q. 1.

& per



& per glo ſupra adductam, in §. 1. in ver. denegari, in authen. de non alie. uel dubitari potuiſſet, an de alijs intelligendum eſſet, & quibus. Declaratio igitur, ſeu extenſio, uel ampliatio facta per dictum cap. ſi quis ſuadente, quæ comprehendit omnes clericos, etiam primę tonſuræ, prout dixi in prima quæſt. 24. Reg. de malè ꝑmo. poſt prin. eſt de iure pontificio, ſeu canonico. Nec iure diuino (ſaltem expreſſis uerbis) cauebatur, ꝙ in hos manus inijcientes excommunicationis vinculo ſubijcerentur: Excommunicatio igitur de qua loquimur a iure canonico proceſſit.

h ¶ Duo teſtes. ] Hoc eſt de iure diuino in quacunque materia, etiam ꝙ non ſimus in fauorem piæ cauſę. In ore enim duorũ ſtat omne uerbum Deutero. capi. 17. Matthæ. 17. Lucæ 17. Iohan. 8. & 2. Corint. 13. Ad Hebr. 10. & c. licet uniuerſis, de teſti. ac c. cum eſſes, de teſta. Defendi poteſt opi. Lapi ſuppoſito, ꝙ de iure diuino introductum ſit duos teſtes ad probationem cuiuſcunque actus ſufficere, de iure tamen ciuili circa ultimas uoluntates maiorem teſtium numerum requiri iuxta tex. in l. fin. ibi teſtamentum maiorem numerum teſtium expoſtulat ut per ampliores homines perfectiſſima ueritas reueletur, C. de fideicom. l. ſi unus, l. hac conſultiſſima, & l. fi. C. de teſtam. Et quia illa uerba diuina in ore duorum, &c. non ſunt ita ruditer, et prout iacent intelligenda, alioqui ſequeretur quòd nunquam, præſertim de iure canonico requirerentur plures, quam duo teſtes, ut ponderat Abba. in repe. capi. cum eſſes, ante numerum 14. de teſtam. Cum tamen contrarium uideamus, etiam de iure canonico iuxta diuerſitatem materiarum, & factorum, prout in c. præſul, & cap. ſeq. 2. queſt. 5. & per Abb. vbi ſupra, numero 14. ubi ſubdit, quòd ius poſitiuum, & papa limitat, & diſtinguit illam regulam iuris diuini ad falſitatem uitandam, & peccatum tollendum, & ſic limitatio, diſtinctio, & declaratio huiuſmodi a Papa procedens de iure poſitiuo dici poteſt, prout etiam pulchrè conſiderat Aegid. Bellamc. Dec. 646. conſuetudo, ad fin. concludens, quod reſtitutio requirens maiorem numerum teſtium in teſtamento, propter maius periculum ſit de iure poſitiuo. Et quòd in legatis ad pias cauſas ex deciſione ſummi Pontificis ſufficiant duo teſtes, habemus tex. in ca. relatum, 1. de teſta. & voluerunt Abb. anti. in allega. ca. nouerit, de ſentent. excommunica. & Stephan. Bertran. allega. conſilio 50. recordor, numero 5. verſic. in legatis, libro 1. par. 2. Lap. ſupra, ſeu Gemin. in addi. Alleg 30. conſiliũ fuit num. 6.

i ¶ Ab Imperatore. ] Sub Pharaone Rege ſacerdotes, eorumque res immunes fuerunt, prout Gene. cap. 47. Emit igitur Ioſeph omnem terram Egipti uendentib. ſingulis poſſeſſiones ſuas præ magnitudine famis, ſubiecitque eam Pharaoni, & cunctos populos eius præter terram ſacerdotum, quæ a Rege tradita fuerat eis, quibus & ſtatuta cibaria ex horreis publicis præbebantur, & iccirco non ſunt compulſi vẽdere poſſeſſiones ſuas, Iſtæ immunitates, & illæ ſub Artaxerſe Rege, de quibus infra in Apoſtil. in ver. gabellas connumerari poſſunt inter priuilegia ab Imperatore conceſſa, uel forſan inter conceſſa a Deo cum in teſtamento ueteri contineantur. Inter exemptiones etiam ab Imperatore conceſſas connumerantur illæ, de quibus in l. placet, C. de ſacroſ. ecc. in auth itẽ nulla. C. de epi. et cl & in tit. de pace cõſtã. ver. Hoc qđ nos, uel noſter anteceſſor, et aliæ de qb. inf. i prox. Apoſt. et altera ĩ ver. gabellas.

k ¶ Conueniantur. ] Iuxta tex. in c. ſacerdotibus, xi. q. 1. in c. 1. cum tribus ſequent. de fo. compe. De priuilegijs conceſſis imperatori eccleſiæ uniuerſali ſuper donationibus in eccleſiam, ac uenditionibus, & qđ transferatur dominium ſine traditione habemus tex. in l. illud, & in l. fi. C. de ſacroſ.

 eccle.

eccle.per Ioan.And.in cap.fina.numer.2. de immuni.eccle.lib.6.& per Card.conſi. 144.ſtatuit ciuitas,ante num.3.verſi.Secus dicit.

l ¶Immunitatem eccleſię.] *Vide Car. in alle.Repet.c.perpendimus,col.11.verſi. primo autem præmittendo quæſtionem,et colum.ſequent. vbi refert Lap.conſuluiſſe contra ſtatutum Pratenſe,& And.Barb. conſilio 31.omnia quæ facitis, col.1. & 2. volum 4 ubi etiam loquitur de dicto con. Lapi, & eundem Card.conſi.144 ſtatuit, vbi diſtinguit. Diſtinguit etiam,& latè tractat hanc materiam Abba.in capitu.eccleſia.de conſtitut.numero 24.& ante, & poſt,ubi uide Apoſtil.in ver.contra libertatem, quæ alios adducit, inter quos citat Lap.hic.Vide ibidem Felin. in ſecunda quæſtione principa.numero 69.& ſequen. qui etiam citat,& ſequitur Lap. hic, quē ſimiliter ibidem ſequitur Dominus meus, numer.3.& ſeq. Vide etiam eundem Feli. in alle.c.nouerit,num.2.de ſent.excom. cū Lapo etiam tenet Pariſ.conſi. 92. pro primi,nu.35.vol.4.*

m ¶De feudo.] *Idem ſupponunt Petr. de Anch.conſi.433.poſt quem iſta,nume.3. Sozzi.conſi.56.viſo decreto, poſt num.3. & D.meus Phi.Dec.conſi.139. & diligēter,poſt nu. 2. Ratio eſt,quia hoc erat in præiudicium eccleſiæ,vt feudum alienari poßet ſine cōſenſu domini,c.1.de alie.feu. Et ſi dominus conſentiens alienationi ſibi prẹiudicare cenſetur, quippe qui ab omni ſuo iure excluditur,Cyn.& Bal.in l.dotatam,ff.ſol.matr.Afflic.Dec.Neapo.112. inter dominum,nu.8.quanto magis præiudicaretur eccleſiæ per huiuſmodi ſtatutū, ꝙ inferret præiudicium non voluntarium, prout eſt illud,de quo ſupra,& propterea ſtatutum non ualet,prout per D.meum in alleg.hic,c.quæ in eccleſiarum,ante numerum 7.*

n ¶Secularis poteſtas.] *Quæ ſe ſuper ſpiritualibus intromittere non poteſt,de iure etiam ſi eſſet rex,etiam quacunque conſuetudine contraria non obſtante, c.2.de for. compe.Rot.839.vtrum valeat.in anti. & Biſigne.2.de conſue. in antiquio.*

o ¶Gabellas.] *Habemus Eſdræ 1. cap.7. ꝙ Rex Artaxerſes ſtatuit in dominio ſuo, vt ſacerdotes,& aliæ perſonę eccleſiaſticæ immunes eſſent a vectigabilibus,tributis, & annonis.Et quòd non teneantur ſoluere gabellas de fructibus,& redditibus eccleſiaſticis,probatur Nume.ca.3.& 8.& 3. Reg.8.& 9.& Gene.cap. 47. quod ſupra citaui in uer.ab Imperatore, & eſt text.in cap.quia iuxta,16.quæſt.1.& in c.ſecundum, 23. quęſt.8. Et an imponens huiuſmodi gabellas,ſeu collectas, uel illas ab eccleſiis,ſeu eccleſiaſticis perſonis extorquens contra libertatem eccleſiaſticam faciat,excommunicationiſque ſententiam incurrat,habetur etiam ex text.in ca.quanquam,de cenſi.lib.6.& ex clem.pręſenti, eod.titu.*

p ¶Literas apoſtolicas.] *Pro materia de qua Lapus hic,vi.Specu.in ti.de libel. concept.§.nunc dicendum,nu.14. Ang.de Vbal.de Peruſ.conſi.23.inci.nulla perſona,Inn.in c.quod ſicut,de elec.poſt num.1. in ver.nominatio,tex.in c.lectis, 63.diſt. in c.Abbatem,2.ibi,& poſſeſſionis dominium,18.q.2.Abb.in c.1.num.9.de elec. Inn.in c.ſuper ijs,de accuſat.Bar.& Bald. in Auth.Caßa.C.de ſacroſ.eccl.Ab.conſi. 83.prẹſens dubium,li.1.Io.Lup.de libert. eccleſ.q.10.num.17 ſeu in 17.caſu.& hāc alle.Lap.citant,& ſequuntur Marti.Laud. in tract.de princip.q.492.Feli.in c.eccleſia S.Mariæ,de conſtit.poſt nu.69.verſ. & vide Lapum,& nu.96 in 11. q. & ibidem Dom.meus poſt num.3.Deci.Neap. Capitij,132.an in foro,num.6.& ſeq. qui dicit idem,quod Lap. hic, licet ipſum non citet,& Aegid.Boſi.in ſua praxi.crimin. titu.de princi.& priuil.eius,num.21. ubi hanc Lap.alleg.comprobat,& cum eo reſſidet Pariſ.conſi.41.optimum,poſt nu.35. lib.*



*lib.1.& vi.tex.in c.1.& ibi per Abb. in prin.iuxta utranque lecturam. & per alios,de conſuetud.*

q ¶Olim.] *Et in clem.1.in prin. de pęnis quam infra adducit.Hoc dictum Lapi ſequitur Aegid.Boß.in praxi.crimi.in alle. titulo de princi.nu.219.ver. Et idē ſi princeps ſecularis banniret epiſcopum. Amplio bannientem etiam ſimplicem clericum,prout reſidet Bald. qui contrarium prius probare conatus erat in c.1. §.ſi clericus,poſt nu.2.verſi.Caue tibi,de pace tenen.ea præſertim ratione, quia clerici ſunt de foro alieno,unde nec delinquendo, nec prorogando poſſunt priuilegio clericali derogare,ſeu facere ne huiuſmodi priuilegio locus ſit,c.at ſi clerici,de iudi.c.ſi diligēt, de fo.comp.Et cum Bal.ubi ſupra concludit Aegid. Boſſ. titulo de Reis requiren. nu.6.ubi licet prius probaßet,ꝙ princeps ſecularis bannire, & eijcere, vel non admittere poßet clericum, uel prẹlatum ſuſpectum,vel de quo non confidat,ſeu quia ſit odioſus populo, poſtea declarat ſe, ac Doctor.quos adduxerat, ꝙ ex mente Bald. vbi ſupra id intelligi debet de licentia Papæ, alias ſecus.*

r ¶Decernimus.] *Supple tu.libr.6.Vide om̄ino And.Tiraq.de Vt. Retra ad fi. gl.9. §.1.par.1.numer.275 & ſeq. ubi ſequitur Lap.hic,alios etiam ad idem referens.At dum ſubdit uerum potius ſe canoniſtæ ruperint,quam ut id apud nos obtineant,parum prudenter loqui uidetur.*

ſ ¶In cle.] *Saly.in auth.Caſſa nu.2. in 2. q.C.de ſacroſ.eccle.Card.in repe. cap. perpendimus,in 4.& 5.q.col.12.ver.Ex prędictis concludo,ꝙ ſit contra libertatem, de ſent.excommun. Idem concludit Do.meus in allega.cap.Eccleſia S.Mariæ,num.5. de conſti.*

t ¶Sic ſtatuere.] *Poteſt tamen per ſtatutū laicorum præiudicari eccleſiæ,ſeu perſonæ eccleſiaſticę in quærendis, ſi laici non faciant malo ingenio,Bal.conſi.xi.factum ſuper quo,poſt nume.5. verſi.in caſu autem meo,quod con. Bald.eſt poſitum inter illa Anch.quod con.eſt etiam inter illa Calde. 21.de conſti.uideantur tamē tria Con.poſt illud,xi.inter Con.Ancha. & con.Barbat. qui refert,& ſequitur Lap.hic.*

u ¶Facere compromiſſum.] *Statutum de compromiſſis faciendis non nominatis clericis, an illos comprehendat, vide per Bal.in c.cum ueniſſent, de eo, qui mit. in poß.per Alex.conſi.210.ponderatis,n.2. & ſeq.lib.2.per Corn.conſi.114. quamuis primo aſpectu,lib.2.per Feli.in alle. c.eccleſia,num.110.& per Do.meum ibidem num.45.de conſtitu.ac per Afflic. in c.1. §.vectigalia,nu.164.ver.Hinc eſt,ꝙ dixit Bal.quæ ſint rega.Aduertendum tamē eſt ꝙ Lap.hic loquitur,quando de clericis eſt facta mentio;Docto.verò prędicti,quando nihil dictum eſt de clericis, prout exemplum dari poteſt in noſtro ſtatuto Romano,lib.4.capit.9.ſub rubr.de compromiſſ. Item Lap. loquitur de compromiſſis ſuper rebus eccleſiaſticis: Philip. vero Dec. & quidam ex alijs ſupra citatis aliud ſupponunt,& quòd clerici litigent in foro ſeculari.*

x ¶Non alienare.] *Altero de duob. modis hoc iuramentum præſtari conſueuit, vel de non alienando ſimpliciter, uel non alienando inconſulto Romano Pontifice, ut in c.nulli,& c.vt ſuper,de reb.eccle.nō alie.per Io.And.Ab.& alios in c.ego N. de iureiur.& per hunc ſupra Allegat.31. an clericus,ubi nu.2. ponit unam differentiam inter hæc iuramenta.*

y ¶Licentiam.) *Et ibidem Abb num.3. vbi Apoſtil.in ver.ſuper ea,hanc opin.veram,& communem dicit.Idem uoluit Abba.in c.peruenit,poſt numerum 4. eo.ti.de arbit.Specu.eod.tit.§.reſtat,num.7.verſi. Sed nunquid clericus. De hoc etiam habemus infra Allegatio.102.non poteſt clericus,ubi alios cum Lapo concludentes referam.*

z ¶ Fieri non poteſt. ] *De hoc uide ſup. Alleg.67.quoddam monaſterium, ante nu.3.ubi plura addo in ver.l.Iulianus,et per Ab.in repe.c.cum eſſes,n.19.de teſta.*

a ¶ Per indirectum.] *Quòd directe enim prohibetur non debet indirectè concedi, ſeu permitti.ad l.athletas,§.ſed & qui,ff. de ijs,qui notan.infa.glo.magiſtra in §.eſt autem caſus,in uer.habeatur, Inſtit.de hæred.inſti.c.cum quid vna via,de regu.iur. libro 6.*

b ¶ Iura canonica. ] *Quando cauſæ tractari, & decidi debeant iuxta iura canonica, uel ciuilia,uel ſtatuta, ſeu conſuetudines laicorum maximum eſt dubium, de quo uidendum eſt per Abb.in repet. ca. cum eſſes, & ibidem per omnes, & in ca. relatum,de teſta.ac in cap.1.de no.oper. nunc. per Abba.in c.clerici,nume.2.& 7.de iudi.per eundem Abb.& alios in capitulo quod clericis,de foro compet. per Abba. & melius per Felin.in ca. eccleſia Sanctæ Mariæ,in 1.quæſt.num.36. cum pluribus ſeq.de conſt.per Alexan.conſi.209. ſtatutis,num.2.cum alijs ſeq. & conſi. ſequent. lib.2.& per Sozzi.Regu.40.in verſi.cauſa quādo de iure canonico, ubi ſubijcit fallentias.*

c ¶ Rectè fit.] *Alias certè fit. Si legis rectè,non exponas benè,ritè,ſeu iuſtè, vel prudenter,iuxta tex.in l.quod nec,in fi ff. de adoptio.ſed expone 1.uia recta,ſeu directè,uel directò,uel non obliquè. Et ꝙ ita Lap.hic intelligere debeamus oſtendo, qa alias ſibiipſi non conſtaret, & contrarium diceret eius quod intendit. Item apparet ex ijs quæ præmiſit ante nume.8.verſicu. ſi autem diſponere præſumitur rectè fieret in præiudicium immunitatis, & libertatis eccleſiaſticę,per tex.in Alleg.ca.fi. de immuni. eccle. lib.6. Illud aduerbium rectè pariter ibi ut hic accipi debet, quod etiam clarè patet ex ijs, quæ ibi ſubijcit dicens eodem modo per indirectum priuando eos. Et ſic duo ibi declarat, Quando directè ſint contra libertatem eccleſiaſticam, & quando per indirectum priuando omnib. fautoribus communis.*

d ¶ Libro 6.§.præterea quia parum.] *Et dum ſubdit obſeruatores legis,declara. 1.qui leges, & in legibus contenta obſeruari faciant,ſimile dixit Ariſto.in 6.Politico. Nihil prodeſſe de rebus iuſtis iudicia dare,aut ſententias, niſi eſſent, qui ea executioni mandarent,pro qua alia etiam adduco in Glo.facul.ſuper 20.commiſ.executo,in uer.parum eſſet.*

e ¶ Nec excuſat.) *Idem uoluerunt Bar.in auth.Caſſa.nume.6.Bal.nume.2.ubi dicit credere iſtud eſſe uerum Saly.poſt ver.Et ex hoc collige Pau.Caſtr.poſt num 5.ver. Et dicunt Doct.& D.meus poſt num.10. verſi.Ex quo Bart.C.de ſum. Trini.Idem etiam uoluit Abba.conſi.82.præſens verſus fi.ver.Nec excuſantur lib.1.& Fel.in alle.c.eccleſia S.Mariæ,qui refert,& ſequitur Lap.hic poſt nume.109.verſicu.Et ex hoc inferunt omnes,de conſtit.putat quòd opin.Lapi eſt uera, & communis. Fallit prout omnes uolunt in dicta authen.Caſſa. quando ueriſimiliter dubitari poſſet an ſtatutum ſit contra libertatem eccleſiaſticam,tunc enim ſtatuentes excuſantur.*

f ¶ Caſſatione.) *Sic legendum puto in aliquibus autem libris legitur ceſſione, & tunc ſenſus eſſet ut ſtatuentes, uel alij cedant dictis ſtatutis, & reformationib. ſeu ab illis diſcedant,uel illis renuntient, ꝑut in ſimi.declaro ſuper ſigna. titulo de ceſſio.in prin.Ego legi uidi ab aliquib. ceſſatione, & tunc ſenſus eſſet,quod ſtatuentes, & alij ceſſarent, & abſtinerent uti ſimilibus ſtatutis,uel reformationibus. Vide Anton.de But.conſilio 40.ſtatuto,numero ſecundo,ubi Lap.hic citat, & ſequitur,dicens hanc ſolemnem Alle.& quòd iudex eccleſiaſticus poteſt compellere laicos ad declarandum ſtatuta non comprehendere eccleſiam.*

g ¶ Fecerint moueri.) *Idē uoluerūt Ab. dicto conſi.83.præſens,ad fi.verſi.Quia iura uolunt,ut ea deleri faciant lib.1.& Feli.in alle.c.eccleſia S.Mariæ,poſt nu.109. verſ.Quia per hoc nunquam cancellantur &c.cum ijs,quæ ſubijcit,& ſequitur Lap. hic,de conſtitu.*



## SVMMARIVM.

1 *Miniſtri vſurariorum an teneantur ad reſtitutionem uſurarum.& nu.4.*

2 *Societas dicitur quædam fraternitas, & paritas inter ſocios.*

3 *In natura ſocietatis periculum debet eſſe commune, ſicut & commodum.*

5 *Participans crimini cum criminoſo eadē pœna debet ligari.*

6 *Miniſtri vſurariorum,an ſint ſubiecti pœnis inualiditatis teſtamentorum, & aliorum ſicut uſurarij.*

7 *Felix quem faciunt aliena pericula cautum.*

## ALLEGATIO XCIII.

IO Martino Doloſca fattore de Bonacurſo alla Botheca del Preſto Muriman.nella ditta botheca in guardia, & in fattoria della prima quantità, che fù xxviij.ſed amici per cc. l'anno reſtāmo. lxiij. lviij.e la ditta quantità prometto a lui, e ſui heredi rendere bona ragion.tante quante uolte uoleſſe,e ſia in concordia della ditta quantità del guadagno chi menſura perdì qui a mio,chi Bonacur.ditto debia habere de la ditta quantità Floren.20.per centenario,&dello auanzo del guadagno. Io Martino debia fare ogni ſpeſa della gabella di cōmuni pigiōi fattori,ſpeſa de botheca,e ogni altra, che ſe apparteneſſe,e ogni auanzo, che la ditta botheca recaſſe quello anno ſe intende eſſere mio guadagno,e mio ſalario ogne pro, che ſe trouaſſe ſu li pegni,e mio ſalario,e ditto anno ſe intende eſſer mio,e maſſaritie,che s'appartengono alla ditta botheca.

Poſtea verò dictus Martinus mutuauit dictā pecuniā,& capitale in dicta apotheca exiſtēs ſuꝑ pignore,pluribus, & diuerſis ꝑſonis
ad rōnē 30.ꝓ cētenario. Et reb.ſic ſe hn̄tib.&
anno dictę cōpoſitionis, & pactionis in com
pleto:p̄dictus Bonacurſius mortuus eſt: & uo
luit ꝙ vſuræ per ſe extortę, & alia malè abla
ta,& illicite acqſita ꝑ dictū Bonacurſiū reſti
tuerent,& aīam ſuam exgrauare uoluit,& li-
berari ab omni macula peccati quo ad poſſi-
bile eſt.Et ob hoc uoluit,ꝙ uniuerſa pignora,
q̄ ſunt in dicta apotheca, & ſuper quibus idē
Martinus mutuauit ſub uſuris p̄dictis reſtituā
tur debitoribus,ꝓ uero capitali ſolum, nullis
receptis exinde uſuris.Prędictus verò† Marti 1
nus p̄dicit,dicēs hoc fieri nō poſſe,vſq.ad q̄-
titatē uſurarū,q̄ tāgebat dictū Bonacurſiū,vi-
delicet 20.pro centenario, ſed abinde ſ. quia
mutuabat ad 30.pro centenario, nequaq̄ ſol-
uant,ergo ſm eū dicto Martino ad rōnē 10.ꝓ
centenario ꝓ quolibet pignore,& uera ſorte
dictis hr̄dib.& reſtituat pignus,nā reſtō præ-
dicta ſecūdū eū nō dēt fieri, cū ſui p̄iudicio,
ſeu de eo,ꝙ nō ad ipſum Bonacurſium ſpecta
bat,ſed ad ipſum Martinū. Item oritur aliud
dubium in p̄dictis,& inter p̄dictos. Nam ſm
conuentionem, & pactū p̄dictos apparet, ꝙ
dictus Martinus dedit pro uſuris. xij. cētena-
ria florenorū dicto Bona. vnde mō in reſtōne
a capitalis a vult computare in ſortē dicta 12.cē
tenaria,imò plus dicit, uidelicet ſe dicta 20.
centenaria ſoluiſſe pro capitali,& nō pro uſu
ris,nec ēt ab eo pro uſuris exigi dr̄e,cū uolue
rit Bonacur.extortas uſuras reſtitui,& vlteri⁹
nō exigi.Quæritur qd iuris Et circa prędicta
ꝓ aperiēda ueritate eſt examinandū,an prędi
ctus Martinus ſecūdū prędicta fuit ſocius di-
cti Bonacurſij in dicta apotheca, & exercitio
fœnoris,an factor, an miniſter eiuſdē, & vr̄
ꝙ ſocius,nā & Bonacurſius ponebat pecuniā
& capitale totū, & Martinus ponebat ꝑſonā,
labores,& induſtriā,& Bonacur.ꝓ parte ſua,
qa totū capitale ponebat,vt perciperet 20. ꝓ
centenario. Martinus verò pro perſona,labo-
ribus,& induſtria,& expenſis percipiat reli-
qua 10.pro centenario, cum mutuaret ad rō-
nem 30.pro centenario,& talis ſocietas bene
poteſt contrahi, videlicet ꝙ ad unum ꝑtineāt
duæ partes lucri, & ad aliū tertia. ſ.vt is qui
plus debet hr̄e, plus contulerit ſocietati, uel
pecuniæ,vel oneris.vt l.ſi n̄ fuerit. ff.ꝓ ſocio.
b §.de illo. b Cum igitur ex uerbis dicti ꝯctus
appareat,ꝙ Bonacurſius ponebat totū capita
le,& ꝙ dictus Martinus ponebat induſtriam,

& operas perſonales in dicto exercitio,& po
nebat expenſas occurrentes,& apparet quan-
tum huiuſmodi ſpectaret ad unum , & quan-
tum ad alium,ſequitur clara ſocietas ſecundũ
c dictam legem ſi non fuerit,§.de illo.[c]Sed con
trarium eſt uerum. ſ. ꝙ dictus Martinus erat
factor,& miniſter dicti Bonacurſij in dicta a-
potheca,& in exercitio fœnoris, & hoc appa
ret clarè ex verbis dicti contractus , & in in-
certis,& non certis locus eſt coniecturis,vt in
regulis iuris extra;verba autem dicti contra-
ctus ſunt clara ibi remanet de ſuo capitali,vel
in dicta apotheca in guardia , & in factoria ,
&c.quæ ſequuntur ſunt pacta, & conuentio-
nes appoſitæ inter ipſum Bonacurſium Magi
ſtrum ſtationis exercitij; & ipſum Martinum
factorem,& miniſtrum,quæ pacta,& conuen
tiones non ſunt contra naturam contractus fa
ctoriç ergo idem Martinus profitetur ſe facto
rem,& clara ſunt uerba ; quærere ergo an ſit
ſocius vana eſt hæſitatio,& dubitatio,vbi nõ
eſt dubitandum,extra de reſcrip. cum contin
gat,nec iuſtificat tale dubium , quòd in dicta
conuentione dicatur,quòd idem Martinus ha
bere debet partem lucri , quia id refertur ad
2 ſalarium,ut bene eſt clarum.† Item regulari-
ter ſocietas eſt quædam fraternitas, & paritas
d inter ſocios,ff.pro ſocio. l. verum [d] primo re-
ſponſo. vnde quando in contractu non eſt di-
ſparitas , & non fraternitas , uel æqualitas, ſi
verba contractus patiantur,debent trahi ad a-
e lium contractum.hoc ſcribit Bar.in l. vbi ita,[e]
alias autem de donatio. cauſa mort. ff. immo
ex quo in dicto contractu narratur dictũ Mar
tinum factorem dicti Bonacurſij,cętera verba
apta ad ſocietatem non poſſunt trahi ad con-
tractum ſocietatis , quia dictorum uerborum
ſignificatio non patitur,ac ſi dicerem, conce-
do precario , ita ꝙ non liceat reuocare , hæc
ſunt appoſita verba contra ſubſtantiam con-
f tractus [f] precarii, & tamen non poteſt tranſi-
re in donationem,quia verba prædicta conce
do precario hoc non patiũtur, ita ſcribit Bar.
in d.l.vbi. Cum ergo in caſu noſtro ſit diſpa-
ritas in percipiendo , & verba ɔ̃ctus ſunt cla-
ra,qa ſe idem Martinus profitetur factorem ,
igitur ad contractũ factoriæ ſunt trahẽda ver
3 ba,vt ſupra dixi. Item† in natura ſocietatis pe
riculum non dẽt ſpectare ad unũ ex ſociis, &
g nõ ad alium,nec eſſet licitum.vt no.Io.And.[g]
14.q.3.pleriq.ſed in caſu nr̃o periculũ ſpecta
bat ad Martinum,& nõ ad Bonacurſiũ,igitur
non fuit ſocietas . & iſta pars eſt verior : licet
quo ad caſum noſtrum nil referat , an fuerit
ſocius,uel miniſter,vel factor , vt infra dicã :
veruntñ hm̃oi factores in talibus ſtationibus,
& in huiuſmodi fęnoris exercitio ſunt diuer-
ſarum ſpecierum : nam aliquando ſunt nudi
miniſtri,videlicet omnia nomine domini , &
pro ipſis dominis explicant ita ꝙ totum lu-
crum , & omne periculum ad dominos perti
neat,non ad ipſum miniſtrum , etiam ſi certũ
ſalarium percipiat pro labore ſuo. Aliquãdo
non ſunt nudi miniſtri,ſed qualificati,ſeu mo
dificati ad certa pacta,& conuentiones,ut ip-
ſi miniſtri recipiant in ſe omne periculum ſta
tionis exercitij,& expenſarum , & debet ſin-
gulis annis tot pro centenario dominis ſuis,
& totum reſiduum lucri ad ipſos miniſtros ꝑ
tineat , quæ omnia non ſunt contra naturam
factoriæ,ſed bene eſſent contra naturam ſo-
cietatis,ut ſupra retuli. Inferamus igitur , ꝙ
nõ erat primæ ſpeciei Martinus nudus factor,
uel miniſter, ſed ſecundæ ſpeciei Martinus e-
rat factor,& miniſter,non nudus, ſed modifi-
catus . His præmiſſis vtile videtur examinare
quomodo, uel pro qua parte huiuſmodi mini
ſtri,& eorum domini pręfati teneantur ad re-
ſtitutionem vſurarum extortarum in talib ſta
tionib.& gl.in c.Michael.de vſuris,videtur di
4 cere , quod † miniſter [h] non teneatur ad reſti
h tutionem,& gl.in ca. ſicut non ſuo. 46.diſt.vr̃
idem ſentire in eo,ꝙ dicit,quod tutor tenetur
ad reſtitutionem vſurarum: ſecus in procura-
tore æquiparando iſtos factores, & miniſtros
procuratoribus, videtur ſecũdum dictam gl.
ꝙ non teneantur.Inn.in d.c.Michael. tenet, ꝙ
teneantur ad reſtõnem.& hoc idem vr̃ ſentire
ibi Hoſt.qui alleg.ad hoc c.mulieres,de ſent.
excom.quod potius facit contra,in eo , quod
ibi dicitur quorum mandato, uel authoritate
mittit manus in clericum, ſunt mittendi ad ſe
dem apoſtolicam,de ijs vero,qui mandato al
terius percutiunt,an ſint mittendi, ille tex. nõ
dicit.Io.And.alleg.c.penul.de pecu.cle.quod
melius facit in eo, quod dr̃ , ꝙ presbyter non
debet de reb.eccleſiæ noĩe alieno poſſe eme-
re,quia ſicut non ſuo, ita nec alieno noĩe frau
dem facere debet , & ſic concordat cum capi
tulo ſicut non.46.diſt.& alleg.ibi gloſ.ipſe tñ
Hoſt.in ſumma.de vſuris tenet quod tales mi
niſtri teneantur in ſubſidium, videlicet ꝓ eo,
quo ſunt extortæ nõ exiſtẽte ſoluẽdo,hoc etiã
tenet Goffre.in ſumma de vſu.& Hoſt.in ſum-
ma



ma de vſur.eodem titu.in fin. Nil tamen plus
dicunt,& Archidiacono,in dicto capitulo ſi-
cut nõ ſuo,46.diſt.nil firmat,ſed remittit, nec
aliter hunc articulum doctores explicant. Io.
And.olim in ſua lectura ante compoſitionem
nouellæ,cuius copia non habetur , ſuo capite
dicebat,quòd miniſtri primæ ſpeciei,de qui-
bus ſupra retuli, non tenentur ad reſtitutionẽ
vſurarum,ex quo nudi miniſtri erant,quia nil
commodi ad eos perueniebat, ſed miniſtri ſe
cundæ ſpeciei, de quibus etiam ſupra retuli ,
tenentur ad reſtitutionem uſurarum; quia ad
eos aliqua quota commodi perueniebat , qđ
tamen dictum ipſe Ioan. And. poſtea in ſua
nouella non inſeruit,& iſtud dictum Io.And.
videtur continere æquitatẽ,tamen circa iſtud
vidi dubitari an ipſe intelligat , ꝙ tales mini-
ſtri ſecundę ſpeciei teneantur inſolidum ad
reſtitutionem, an pro quota,quæ ad eos perti
nebat,& certè pro quota non eſt dubium,ſed
pro toto intelligitur maximè cum ſecundum
prædictos, alios etiam nudus miniſter tenea-
tur inſolidum . Item vidi dubitari, an intelli-
gat eo caſu quo vult miniſtros teneri ad re-
ſtitutionem , ꝙ magiſtri etiam teneantur , &
non videtur dubium , ꝙ ſic , & fortius cum
maiorem quotam percipiant,& ſunt authores
facinoris,& is verò committit, cuius authori
tate delictum committi probatur, de ſentent.
excommuni.mulieres,in fi. tenentur ergo in-
ſolidum,vno tamen ſoluente,alter liberatur a
creditoribus.Sed nũquid, qui ſoluit iſto caſu,
habeat actionem contra eum,qui non ſoluit ,
ſaltim pro parte ſua,an debeat pauperibus er
rogari modo non exanimo.Ego dico ꝙ opin.
Inno.eſt vera , ꝙ etiam nudi miniſtri fenoris
tenentur inſolidum ad reſtitutionem per di-
ctum cap.non ſuum.46.diſt.& per dictum c.
pe.de pecu.cle.nam per dictum textum ęqui-
parantur quantum ad prohibita talis exerci-
tij,qui nomine ſuo , & is qui nomine alieno
exercent fænus,& quia pares ſunt in prohibi-
tione;pares debent eſſe in pœna. ſ.reſtitutio-
5 nis,& qui † participat crimini cum crimino-
ſo,eadem pœna debet ligari, de ſent.,excom.
ſi concubinæ:vnde idem dicerem de tali mini
i ſtro,quo ad [i] teſtamenti factionem,& quo ad
ſepolturam,ut nec teſtamentum ualeret , nec
tradi deberet eccleſiaſticæ ſepolturæ non re-
ſtitutis vſuris,uel cautione non præſtita, quia
ſicut non ſuo,ita nec alieno nomine mutuare
debuit,& ideo ſicut ſi ſuo nomine mutuaſſet,
pateretur dictas pœnas reſtitutionis uſurarũ,
ita ualiditatis teſtamenti,& ſepulturæ ſimili-
ter patiatur quando non ſuo,ſed alieno nomi
ne mutuauit,& illud ſic erit omnino ſecuriſſi
mum.Et quia ſicut indecens fuit crimen ſuum
alienis commodis impendere, ut dicit text.in
dicto capi. ſi quis ſuo , ita quoque dicendum
eſt , vt ſubſtantiam ſuam purgationi alterius
criminis impendat , & puniatur in eo in quo
deliquit.de transla.epi.ca.1.& ca.quando.de
tempo.or.literas,de offic.delegat.cum olim.
6 cum† multis. rectè igitur ex præmiſſis inferat
talem miniſtrum etiam nudum teneri ad re-
ſtitutionem vſurarum, & ſubiacere aliis pœ-
nis prædictis , & ita fuit exaggerandum hoc
crimen vſurarum,& eius pœna extendenda,
& amplianda,quia multum inoleuerat,& fe-
rè aliis exercitiis honeſtis non uacabatur. ex-
tra de vſur.quia in omnibus.Modo prædictis
omnib.ſic diſcuſſis facile ad principalem q̃-
ſtionem reſponderi poteſt. Et primo ad pri-
mam,& dico ꝙ prædicti hæredes , & ordina-
rius poſſunt licitè dicta pignora debitoribus
reſtituere ſolum uera ſorte contenti,& nullis
exactis uſuris,nec pro quota Bonacurſij,nec
pro quota Martini miniſtri,non ſolum nudi ,
ſed qualificati: cum habeat certam quotam,
ut ſupra retuli,quia ut præfertur quilibet tene
tur inſolidum ad reſtitutionem , ergo Marti-
nus non hẽt querelam;nec prodeſſet modo ſi
diceret,fateor tam ex officio,quam ad petitio
nem exactorum poſſe me cogere ad reſtitu-
tionem uſurarum,& prohibere ne exigerem.
Sed peto mihi ſeruetur mos de facto conſue-
tus, uidelicet ut viuus non cogar inuitus re-
ſtituere,quia ad hoc reſpondetur,nam non ſit
contra dictum morem , licet prædicta pigno
ra libere reſtituantur : ratio,quia ille mos ſer
uatur de uſuris extortis per uiuentem nomi-
ne proprio,& de per ſe ſoluet , at quando tan
quam miniſter, & factor defuncti,cuius vitiũ
eſt purgandum , tunc propter connexitatem
reſtitutionis porrigitur etiam ad viuentem .
Item quia ſi Martinus exigeret quotam ſuam
ſuper dictis pignoribus,nõ eſt dubium, quod
hoc faceret ex dicto contractu per ſe inito cũ
dicto Bonacurſio defuncto , ſed cum contra-
ctus prædictus non ſit licitus, & ſine peccato,
non poteſt ſeruari , nec executioni mandari ,
& ordinarius intendat, ſicut debuit ad purga
tionem animæ dicti defuncti., quæ purgatio
ſtat,tam in reſtituendo , quæ male accipit, q̃

in ceſſando ne ulterius malè accipiat, uel ex contractu ſuo illicito male capiatur, præſertim cum voluerit ut extortæ vſuræ reſtituerētur, & ulterius non exigerētur; & licet ex hoc idem Martinus conſequatur damnum, hoc eſt ex connexitate prędicta inſeparabili, nā non poſſet exigere uigore dicti contractus illiciti initi cum dicto Bonacurſio, quin laceraret animam dicti Bonacurſij, & ideo ex perſona alterius conſequetur damnum, quod ex propria ſua non conſequeretur, ff. pro ſocio. verum, §. ſi eum, ff. mandati. ſi ita, ff. de uſuris exportandi. ſi Titius cum ſi.

Sicut aliquando conſequitur quis cōmodū ex perſona tertij, quod ex propria perſona cō
k ſequi non poſſet. de conce. præben. autho. k lib. 6. & per prædictas rationes idem dicatur ſi prædicti Martinus, & Bonacurſius fuiſſent ſocii in dicta ſtatione ſic qualificati, & moderati per quotas, quia libere deberet fieri dicta reſtitutio pignoris, & ſine ſolutione alicuius quotæ vſurarum, cum alias anima ſocij prędmortui purgari non poſſit, & hoc de primo. De ſecundo dubio, dico ꝙ ſi ſoluit pro capitali, capitale eſt extenuandum vſque ad dictā quantitatem, ut de ſe patet, ſed dico quòd ſecundum mores talium magiſtrorum ſemper capitale tenetur firmum, & augetur, & nunquam per particulas ſolutionis extenuatur, ſed & completo exercitio totum ſimul capiunt, ſed uſuras annis ſingulis recipiunt, & ideo præſumenda ſunt dicta duodecim centenaria pro uſuris, non pro ſorte ſoluta.

Sed quid refert hoc, certe nihil: quia ſi ſoluit pro ſorte, reſtat ſoluere pro uſuris duodecim centenaria ſiue ſoluerit uſuras, ſiue reſtet ſoluere talem quantitatem debet reſtitui exactura non remanere penes Martinum, uel hæredes Bonacurſij, quia ut ſupra dictum eſt tenentur ad reſtitutionem inſolidum, & ratione contractus connexi, & communis criminis debet reſtitui, & totum prohiberi, ne ulterius exigatur. Item quòd Martinus non poſſet petere, ut dicta quantitas 12. centenariorum cōputaretur in ſortem, cum ipſe ſit uſurarius, & non reſtituens uſuras, non poteſt ab aliis pete
l re, de uſur. capitulo quia fruſtra: l dico tamē, quod expenſę factæ per Martinum in penſionibus ſtationis, diſcipulis, maſſariciis, & aliis occurrentibus debent ſolui per hæredes Bonacurſii, & per dictum Martinum pro rata quotarum, quas extrahere debebant de lucro, ex quo uſurę omnes reſtituuntur, & nemo percipit ſperatum lucrum, et damnum æquè partiri inter eos æqualance, ſcilicet pro rata quotarum ſperati lucri. Et prædicta ſunt vera de iure, et de æquitate, et ſunt prędictis Bonacurſio, et Martino fauorabilia, et ideo etiam in dubio ſequenda, nec indennitas Martini digna eſt fauore, uel pietate, cum ſit de commertio illicito, ſicut alias dicimus, quod licet præſtari alimenta filiis ſit fauorabile, hic tamen fauor non reſpicit ſpurios, qui nō
m ſunt digni fauore, m ſic licet alias conſeruatio indemnitatis tertij ſit fauorabilis, tamē quando eſt circa retentionem uſurarum non eſt fauorabilis, quia dicto caſu, quod uocatur damnum, eſt utilitas, ſicut alias dicimus, quòd eſt malus dolus, & bonus dolus, ut de eo, qui eſt coactus intrare religionem, dicitur enim pati bonum dolum, & hinc eſt ꝙ ſi minor eſt, non tamen petit reſtitu. quia verè non eſt leſus, cum in meliorem ſtatum tractus ſit, pari ratione non eſſet ſeruare Martinum indemnem ſi permittatur in quota vſurarum. Sed potius indemnis ſeruatur, ſi ad reſtitutionem cogatur, & bono grauamine grauatus eſt, & bono dolo deceptus eſt, & quod ſibi reſeruatur quod eſt ſtatim reſtituturus eſt contra regulam dolo facit, de reg. iur. lib. 6. q̄ regula per gloſſam ibi exemplificatur in uſurario, qui petit uſuras cum ſtatim reſtituturus ſit. 13. q. 4. nullus. cum ſi.] patiatur ergo Marti
n nus liberam reſtitutionem fauore animę n magiſtri ſui, & ſuæ propriæ, & ne cum teneat repentina mors, & incauta ipſius Bonacurſij magiſtri ſui, quòd quantum cupidè cumula
7 bat, tam larga manu diſpergatur. †Nam fœlix eſt ille quem faciunt aliena pericula cautum, & uerè in uanitate mentis, & ocioſitate ſenſus oberrat is, qui per fas, & nefas diuitias congregat, quas uno momento ſui ſit reiecturus. 47. diſt.

Addit.



Addit. Quint. Mandoſij.

a ¶In reſtitutione capitalis.] *Diſtingui conſueuit quo ad reſtitutionem capitalis, aut a principio quis illud dedit, ut communicaret, aut ut ſuum remaneret. primo caſu communicatur, ſecundo vero non. Aut ſumus in dubio, & ſic non apparet, an ſit datum, ut communicetur, uel reſtituatur, & tunc ſi ſumus in ſocietate omnium bonorum tex. in l. 1. §. fi. & in l. 2. ff. pro ſocio ſupponunt, quod non ſit faciēda reſtitutio: In alijs vero ſocietatibus, glo. idem tenuit in l. 1. C. eo, contra quam concludunt ibi Cyn. Bal. Saly. & communiter alij, & communem eſſe contra gl. in alijs ſocietatibus, quam omnium bonorum teſtatur Hieron. Paul. in libro nuncupato prouinciale, folio 43. verſi. Duo contraxerunt ſocietatē omnium bonorum. Et ꝙ in dubio capitale nō cenſeatur communicatum, ſed remaneat præcipuum illud ponentis eſt communis, & communior, prout per Io. de Ami. de Vena. conſilio 16. factum taliter, nume. 6. & ſeq.*

b ¶§. De illo.] *Lege tu. Et §. de illa. Inſti. Idem voluit Hoſt. in ſum. de vſur. q. 8. col. 8. verſi. Eſt tamen veritas. Et hanc opin. dicunt communem poſt Fulgo. Corn. conſi. 133. viſo, poſt nu. 1. & D. meus in l. ſi paſcenda, poſt nu. 6. C. de pact. Et adeo eſt verum hoc dictum Lapi ꝙ plus ponens pecuniæ, uel operæ plus habeat, ꝙ ſi pactum eſt inter ſocios, quod unus hēat duas partes lucri, alter unam, intelligatur ſi ille plus poſuerit pecuniæ, uel operæ. Salyc. in l. mutius, in 7. q. poſt num. 8. C. pro ſocio. & Io. de Ami. de Vena. conſi. 62. caſus ſuper quo. num. 8.*

c ¶Si non fuerit. §. de illo.] *Lege ut ſupra ſi non fuerit, §. de illa, inſti. de ſocie. & pro his, quę dicit hic Lap. uideantur Salyc. in alleg. l. mutius, in principio, ff. pro ſocio.*

d ¶Lucrum.] *Et glo. in verſic. & adeo, in alle. §. de illa. inſti. eo. & ibidem Ang. poſt nu. 4. & Chriſto. por. Idem etiam uoluit Rom. Singu. 660. incipien. Cyn. in l. vbi ſocietatem, & bonam amicitiam ius fraternitatis obtinere dicit, & Sozzi. conſilio 265. præſentis, col. 5. verſi. tertio ſocietas. Et adeo fraternitas inter ſocios conſideratur, ut plures ſocij pro uno, & unius loco habeantur. iuxta tex. in l. ſed & loci, §. ſi communem, ff. fini. regun.*

e ¶In l. ubi ita.] *Et Bald. in l. 2. colum. 1. poſt nu. 4 verſi. Aduerte aut pactum, C. de iu. emphi. Et Bar. hic adductum ſequūtur Feli. in c. cum M. poſt nu. 73. de conſtit. & præceptor meus D. Phil. Dec. in l. contractus, ante num. 37. verſi. Ad hoc intelligitur, ff. de reg. iur.*

f ¶Subſtantiam contractus.) *Conuentio, ſeu pactum contra ſubſtantiam contractus non ualet, l. cum præcario, ff. de præca. D. meus qui alia iura adducit in alleg. l. contractus poſt nu. 36. verſi. Et iſta concluſio ff. de reg. iur. Idem uoluit Alc. conſi. 18. viſis, ante nu. 2. & nu. 8. & ante lib. 2. Et hanc opi. dicit ueram, & cōem Cur. Iun. conſi. 56. præſupponitur, nu. 2.*

g ¶Vt no. Io. And.] *Legerem ut no. gloſſ. Ioan. quæ eſt in verſi. negociatoribus. Et ꝙ illa gl. ſit Ioan. colligitur ēt ex uerbis Saly. in authen. ad hęc in 14. q. num. 12. C. de vſur. & Sozzi. conſi. 275. prędentis, col. 4. poſt nu. 4. verſic. Confirmatur iſta opin. Et ꝙ non ualeat pactum, vt ad unum tantum periculum, ſeu damnum ſpectet, habemus tex. in alle. l. ſi non fuerit, §. ariſto, q hanc ſocietatem leoninam appellat, ff pro ſocio, & in § ſeu. ver. & adeo. inſti. eo. Idem uoluerunt Bartho. Brixien. in 3. quæſtio. Domi. nu. 3. Bal. & alij in l. 1. C. pro ſocio, Abba. in c. nauiganti, num. xi. de vſur. Pariſ. conſilio 90. vidi, num. 44. lib. 1. Prefata concluſio, quam omnes tenent, & dictum Lapi hic limitari poßet nō procedere quādo pactum de non ſentiendo dānū, ſeu periculum eßet in fauorem ponētis opas, & ſic*

contra

*contra ponentem pecunias, ea ratione quia ſatis amittit qui operas ſuas perdit: Et quia hic non tam ſocius, quam operarum locator dici poteſt. Hoc ſentiunt Saly. in authen. ad hæc in 14. quæſt. num. 12. verſic. Aut hoc pactum eſt appoſitum ab eo qui operam. C. de vſur. Abba. in alle. cap. nauiganti, eo. ante num. 12. dum dat alium intellectum ad §. de illa inſtitu. de ſocie. Et hæc limi. colligitur etiam ex pulchra diſtin. Ange. in dicto. §. de illa, nu. 4. Hanc tamen limi. reſtringo, & intelligo quando damnum non contingeret facto ipſius ponẽtis operas, alioqui ad illum periculum, ac damnum ſpectare deberet, iuxta tex. in l. item quæritur, in prin. & §. 1. & alijs, & in l. ſi merces. §. qui columnam ff. Loca. Quod etiam voluit Ambro. de Vigna. in Tracta. Vſura. concl. 9. num. 172.*

h ¶ Miniſter.] *Ad Lap. hic ſe remittunt, & ipſum ſequuntur Ludo. Roma. Syngu. 271. fui interrogatus, vbi relatis opin. dicit Lapum plenius omnibus diſcutere, & ſic cum eo reſidere videtur. & Laur. de Rodulph. in tracta. vſura queſt. 57. vbi in fi. dicit omnino videndum Lap. hic, qui firmat opin. Inn. ad eundem ſe remittit Phi. Fran. in cap. 1. ante nu. 3. & ibidem Apoſtil. 1. ad Gemini. de teſti. lib. 6. Idem Fran. in cap. 2. num. 14. de uſur. eod. lib. Andr. Barba. in Apoſtil. ad Bal. in cap. 1. §. ſimiliter, in ver. quæro an proxeneta. de cõtro. inueſti. Apoſtil. ad Abb. in alle. hic, cap. Michael, in ver. nomine alterius. de uſur. Lap. etiam hic citant Alex. in l. ſi quis iniquum. §. ſi procurator. poſt nu. 12. & Sozzi. poſt nu. 11. ac Io. Firma. in ſuo Reper. in ver. proxeneta contractus uſuraij. Hyppo. de Marſi. in l. ſi ſciente, num. 5. & ſeq. ff. ad leg. pompe. de parri. vbi etiam de notario conficiente inſtrumentum uſurariũ, & Aduocato dictante. Ex dictis Docto. in alle. cap. Michael, & Pau. Caſtren. in dict. §. ſi procurator, num. 1. Alex. & Sozzin. vbi ſupra, Iaſ. nu. 15. Dominus meus nu. 18. Iac. de San. Geor. in 2. lectu. nu. 8. Cur. Iun. nu. 12. & Claud. Seyſel. nu. 9. conſtat quòd uerior, & magis communis opin. eſt quòd factores, proxenetæ, tutores, procuratores, & ſimiles teneantur ad reſtitutionem vſurarum in ſubſidium videlicet quando dominus non eſt ſoluendo, & hãc opi. cum iſta limi. teſtatur magis communem Sozzi. in dicto. § ſi procurator, num. 12. verſ. magis communis. Ego autem declararem, & intelligerem dicta Doct. ubi ſupra, & alibi de ijs tractan. iuxta declarationem Geminia. in cap. fin. 46. diſtin. vbi reaſſumit dicta Lapi hic, omnia pulchrè dilucidans, & iuribus, ac rationibus optimè ipſius intentionem probans, nec ab eius dictis recedi poſſe exiſtimo.*

i ¶ Quo ad.] *Hæc vera puto iuxta tamen modificationem, & declarationem Gemi. in alle. cap. fin.*

k ¶ Authoritate.] *Videlicet verſic. Licet enim ex perſona ſua, & per Pariſ. conſil. 117. ſi quærimus, num. 21. vol. 4. Ad idem eſt tex. in l. ſi poſt §. fin. ff. de bono. poſ. con. tabu. & in l. petendæ. vbi glo. fin. dat concordan. C. de temp. in inte. reſt.*

l ¶ Quia fruſtra.] *Et cap. Michael. Exceptio illius cap. quia fruſtra quando locum habeat declarat idem ſupra Allegat. 55. quidam coram. nu. 3. & ſeq.*

m ¶ Digni fauore.] *Supponere videtur quòd filijs ſpurijs denegari poſſint alimenta quippe qui digni non ſint fauore, ſcilicet alimentorum, ſeu vt eis alimenta præſtentur. Contrarium vt verius, & communiter comprobatum tenendum eſt iuxta æquitatem canonicam, quæ diſponit filijs ſpurijs præſtanda, & legari poſſe alimẽta, vnde ea præſtari debere eſt tex. clarus in l. cum haberet in fin. de eo qui dux. in matri. Idem uoluit Bar. in l. fi. nu. 7. ff. de his qui. vt indi. & in authen. ex complexu C. de inc. nup. Matheſi. not. 147. no. ſingulare Ange. de Aret. Inſti. de iu. natu. poſt num. 5. verſic. Sed ſecus de iure canonico. Abb.*



*Abb. conſi. 50. videtur, num. 2. verſic. De iure verò, & conſi. 115. uidetur, poſt n. 1. verſ. ſed profectò, & num. 2. & ſeq. lib. 2. Sozzi. in l. 1. num. 45. ff. ſolu. matr. Anto. Corſet. in ſuis ſingu. in uer. filij ſpurij. Dec. Neapo. cap. 181. in cauſ. Cur. Iun. conſil. 37. circa controuerſiam, verſus fi. Præceptor meus conſil. 311. in caſu, num. 4. & 576. pro reſolutione, nu. 1. Lamber. de iur. patro. art. 6. quæſt. 3. lib. 3. num. 14. Quod non ſolum procedit in terris eccleſiæ, ſed etiam imperij, & vbique locorum iuxta communem opin. quicquid dixerit Ioan. de Imo. in l. Lucius. §. in teſtamento. ff. de leg. 1. prout voluerunt glo. fi. ad fin. Anto. de But. Cardi. & Abba. in alle. c. cum haberet de eo qui dux. in matri. Bal. conſil. 262. recolo, poſt num. 2. lib. 2. loquens in ciuitate Mediolani. Ange. vbi ſupra, verſ. Sed aduerte, vbi dicit quòd ipſe, & aliqui ampliſſimi Docto. ita in facto conſuluerunt in caſu qui occurrit de facto apud Regium. Abba. in alleg. c. cum haberet in vlt. not. Feli. in cap. eccleſia S. Mariæ, nu. 45. de conſti. & Corſet. in ſingu. in dicto ver. filij ſpurij, verſ. Et in hoc hodie ſtatur iuri canonico, etiam de iure ciuili. Ruin. conſil. 102. ſuper fideicommiſſo, ante num. 10. verſ. & quamuis. lib. 3. Qui Lapum defendere vellet, reſpondere poſſet quòd ipſe loquatur ſecundum iura ciuilia, præſertim iuxta authen. ex complexu, ibi omnes paternæ ſubſtantiæ beneficio indigni, vt nec a patre alantur. C. de inceſt. nup. Verum hæc defenſio in fauorem Lapi maximi, & præclariſſimi Canoniſtæ non videtur congrua, cum ſupponat vel quòd ipſe a iure canonico recedat, ac inhæreat opinioni iuris ciuilis a canone reprobatæ, ſeu modificatæ. Vel quod peius eſſet, quòd Lap. neſciuiſſet hoc iure canonico caueri, vnde tutior reſponſio mihi videtur vt dicamus alimenta quæ dantur filijs legitimis, & naturalibus eſſe fauorabilia, fauorabiliterque ex omni iure illis concedi, ſiue loquamur de iure naturali, etiam primeuo, ſiue de iure gentium, ſiue de iure ciuili, ſiue de iure canonico, ſiue etiam de iure diuino; At ea alimenta quæ ſpurijs conceduntur non continent fauorabilem cauſam, ſed ſolum quandam pietatẽ, ſeu æquitatem canonicam ab omni alio iure extraneã, ea præſertim ratione quòd ſpurij nec veri filij, nec naturales dici mereantur. dicta authen. ex complexu. Imò tales cũ earum matribus eijciendi ſunt prout Gene. c. 21. Eijce ancillam hanc & filium eius, non enim erit hæres filius ancillæ cum filio meo Iſaac, & poſtea ſurrexit itaque Habraam mane tollens panem, & vtrem &c. Et ſic intelligamus Lapum non negare quin alimenta ſpurijs ſint præſtanda, ſed ſolum inferre quòd in præſtatione huiuſmodi alimentorum non cadat conſideratio alicuius fauoris, ſed alicuius pietatis, quæ inter ſe valde differunt, ad tradi. per Doct. in l. 1. ff. ſolu. matri. Et illa pietas non permittit aliquem qualitercunque natum fame perire. Gene. dicto cap. 21. Noli timere, exaudiuit enim Deus uocem pueri de loco in quo eſt & cæt. Vel alio modo ipſum defendamus, vt dato etiam quòd aliquis fauor conſiderari poſſet in tribuendis huiuſmodi alimentis ſpurijs, tamen ſi præſtationem alimentorum conferimus quæ fit filijs legitimis & naturalibus, huic quæ fit ſpurijs, illã uerè fauorabilem dicemus, omnique iuri conſonam Hic verò minimũ fauorem cõſiderabimus iuxta ea quæ nos docet philoſophus in prædica. de quanto tex. 24. vbi comparatiuè montem paruum dici poſſe oſtendit, ſic minimum hunc, & quaſi inconſiderabilem fauorem pro non fauore exiſtimare debemus iuxta tex. in l. Seio. ff. de in inte. reſti. l. ſi oleum in fi. ff. de dolo. c. licet cauſam verſic. modica, vel nulla. de probatio. & ad Cumu. per Corſet. in tracta. de Minimis.*

n ¶ Fauore animæ.] *Qui fauor operatur vt conſuetudines, & multa alia ceſſent. Luc.*

*Luc.de Pen.in l.quoties, columna 9. C. de*
*digni. libro xij. Et dixit Ancha. conſilio*
*411. & prima, numero 5. quòd præſum-*
*ptionibus etiam.l.merito, ff. pro ſocio. lo-*
*cus non eſt, quando de ſalute animæ agi-*
*tur, ſequitur Dominus meus in capi. præ-*
*ſentia, licet corruptè Ancha. citet poſt nu*
*merum decimumquintum, de probat. ubi*
*etiam dicit, quòd tutior via pro anima eli-*
*gi debet. De fauore animæ, eiuſque effe-*
*ctibus aliqua ſcripſi in 6. quæſtione. Reg.*
*de Impe. bene. viuen. numero 2. & in 6.*
*de Veriſi. num. 6.*

*SVMMARIVM.*

1 *Sacerdoti an impune liceat aliquo caſu de-*
*cedentium confeſſionem reuelare.*
2 *Iudex, & teſtis nemo poteſt eſſe in cauſa*
*propria.*
3 *Confeſſiones audire eſt actus iuris diſpoſi*
*tione ſecretus in quo teſtes non poſſunt*
*exhiberi.*
4 *Probatio leuis ſufficit ubi difficilis eſt pro*
*batio.*
5 *Sacramento rei ſtatur in materia dubia & et*
*pœnali, quæ ſtat in ſecreto, & conſcien*
*tia alterius.*
6 *Præſumptio præſumptione reconditur.*
7 *Confeſſioni annexa, ſeu dependentia, aut*
*cohærentia, quæ ſint.*
8 *Confeſſio alicuius, an ſufficienter pro-*
*bet.*
9 *Corrigi quædam ſtatim permittuntur, quæ*
*non cum interuallo.*

## ALLEGATIO XCIIII.

1 Q Vidam † presbyter audiuit con
feſſionem in articulo mortis
dum deceſſit cuiuſdam mulie-
ris coniugatę, & illa inter cæte
ra confeſſa eſt, quod ex alie-
a no uiro a prolem ſuſcepit, quam tanquam
prolem viri ſui legitimi nominauit, repu-
tari, credi, & tractari fecit per uirum ſuum,
& alios. Poſtea contigit, quòd præfatus ſa-
cerdos reuelauit viro hoc delictum: ordina-
rius procedit contra dictum presbyterum ex
officio tanquam reuelantem confeſſionem,
presbyter citatus, & conſtitutus in iudicio fa
tetur ſe reuelaſſe dictum de licentia, & com-
miſſione facta ſibi per ipſam mulierem mo-
rientem vt ſuam conſcientiam purgaret, &
hoc paratus eſt iurare. Quęritur nunquid cō-
ueniri poſſit tanquam reuelator confeſſionis.
Et uidetur prima facie ꝙ ſic, quia confeſſus
eſt ſe reuelaſſe confeſſionem, ſed in confiten-
b tem b nullæ ſunt partes iudicis, niſi in condem
nando, igitur &c. Pœna autem grauis eſt de
pœn. diſt. 6. ſacerdos, de pœn. & re. omnes. §.
caueant. nec ipſi presbytero dicenti ſe prędi-
cta reuelaſſe de licentia, &c. ut ſupra: quia
hoc ſibi credi non debet ad effugiendam pę-
nam prędictam; & licet confeſſus fuerit, ꝙ
coniugi reuelauit, ſed de licentia, tamen ipſi
confeſſioni ſtari debet contra ſe, & in ea par
te in qua contra ſe facit: in ea autem parte in
c qua facit pro ſe, ſtari non conuenit: alias faci-
le quilibet reuelans confeſſionem poſſet pœ
nam effugere aſſerendo ſe hoc feciſſe de li-
centia peccatoris, & ſic lex eſſet impoſita ver
bis, non rebus contra decre. commiſſa. §. por-
rò, de elect. libro 6. dicere enim, ꝙ confeſſio
ſua reuelauerit eum a pœna, & in cauſa pro-
2 pria probaret, abſurdum eſſet, cum † in cau-
d ſa propria d quis & iudex, & teſtis eſſe non
poſſit. & prohibeatur, ergo &c. prętere a poſi-
to, ꝙ cedi deberet de licentia, adhuc non ex-
cuſaretur presbyter, cum enim videret ex ta-
li reuelatione promptum periculum immine
re poſſe, forſan homicidij: nō debebat dictus
presbyter peccanti parere, nec ad id arctaba
tur, prę ſertim cum ex tali reuelatione, & peri
culo ſecuto irregularitatis defectum poſſit
e merito formidare. In contrarium e videtur ve
ritas, & alio non dato, quam in themate ſit ꝓ
poſitum dictus ſacerdos damnari non poteſt
tanquam reuelator confeſſionis, & maximè
directè, uel pœna ordinaria inferenda per di
ctum cap. omnes. §. caueant, & hoc oſtendi-
tur infra ſcriptis pluribus rationibus.

Primo, quia ſacerdos poteſt confeſſionem
reuelare de licentia peccatoris, ut ſcribunt,
& not. doct. in capitu. ſignificaſti, de adult. &
in c. nemo, de ſimo. & probatur in c. Matthę⁹.
eo: ti. & ibi no. & ratio eſt in promptu. Si igi-
tur præfatus ſacerdos hoc dicit de licentia
præfata excuſatur, ſed quod fecerit de licen-
tia probatur, ſeu ſaltem præſumitur ſufficien
ter, niſi aliud in contrarium probetur per in-
fraſcripta, uidelicet in primis propter natu-
3 ram actus, † nam audire confeſſiones eſt actus
iuris diſpoſitione ſecretus, in quo teſtes non
poſſunt, nec debent adhiberi, ſicut nec
examinationi teſtium qui ſecreto, & ſigilla-
tim deponunt, uel inſtrumenta, quæ teſtes re
quirunt, probare non poſſunt, & ſic taliū pro-
batio efficitur impoſſibilis, ſecundum regulas
communes. Et ideo inſurgit alia regula ſpe-
cialia per iura, ſecundum diuerſas qualitates
negotiorum diuerſos modos probandi indu-
xerunt, nec uoluerunt anguſtare qualitates ꝓ
bationum, ſed potius ampliare, & habilitare;
exempla patent, difficile eſt probare paterni-
tatem, & filiationem, copulam carnalem, &
conſanguinitatem longinquam, unde iura in
f ijs f & ſimilibus caſibus, qui non recipiunt cō
ſuetas probationes contentantur probatione,
quæ haberi poteſt. vt extra de probat. eodem
g tit. g de ſi. presby. Michael, de teſtam. licet ex
4 quadam cum ſimi. Item † in leg. ſi quando.
h C. vnde vi. h difficile eſt probare res abla-
i tas. & in le. ſancimus, C. de iud. in taxatione i
ne expenſarum, ideo lex prouidet, ꝙ ſufficiat
probatio leuis. Item ea, quæ fiunt domi, & in
capitulo non poſſunt per extraneos commo-
dè probari, ideo ad ea probanda admittūtur
k domeſtici, k & illi de capitulo. l de teſti. ve-
l niens. 2. de proba. c. 3. m & ibi not. vnde Inn.
m in c. ſuper eo. ꝙ me. cau. extendit. l. ſi quando.
n C. vnde vi. ad quamcunque violentiam. n Itē
o ad eccleſiam de dolo. o Item ad fructus. p Itē
p quando dominus banniuit, & hoc idem ap-
probat Hoſt. Item tutor, pręlatus, executor ali
qua expendit, nunquid in qualibet minuta ex
penſa erunt duo teſtes, abſit. Sed ſufficit pro
batio, quæ conuenienter poteſt haberi ſecun-
dum naturam actus. Item de facto etiam pro-
prio quæritur ab eo, qui alias non eſt idoneus
teſtis, ut in l. ſerui reſponſo, canonizata, 4. q. 3.
vbi tex. 2. reſponſo dicit, ꝙ tunc credendū eſt
q qn̄ alia probatio ad emendam ueritatis q non
eſt: vnde gl. ibi dicit, ꝙ propter defectum ad-
mittitur minus bonus. ad hoc facit d. teſt. cog.
c. fin. & 14. q. 3. in c. fi. & C. de hęreticis. l. vlti.
de elect. cum dilect. no. glo. in d. cap. fin. de te
ſti. cogen. cum multis ſim. Quid igitur miran
dum eſt ſi ſacerdoti bonæ famæ, & qui alias
r viuit honeſtè, r de actu qui obuenerit in foro
pœnitentiali ſecreto, & vbi nullus eſt, nec cō
ſuetus eſt eſſe, credatur maximè in materia
aliquando reuelabili, ut eſt prædicta; vt infra
dicetur. Sed licet nō ſtetur confeſſioni per ſe,
nec ſit præciſa probatio, tamē in tm̄ operatur
hæc præſumptio, ꝙ transfert onus probandi
in agentem, quia is debet probare contra quē
facit præſumptio, ut eccle. benefi. cap. vni. Præ
ſertim cum non accuſet peccator, ſed tertius,
tunc enim ipſi tertiò verè incumbit probatio,
ꝙ facere poterit probando, ꝙ ſacerdos ipſe
coram pluribus confeſſus fuerit ſe reuelaſſe,
& non adiecit de dicta licentia, uel corā plu-
ribus ſimpliciter reuelauit nil addito de licen
tia. Talis. n. probatio ſufficit iſto caſu, licet a-
lias in crimininali talis probatio non ſuffice-
ret, ut infra dicam. Si autem ipſe eſſet pecca-
tor, qui accuſaret ſacerdotem de reuelatione
ſuæ confeſſionis, tunc fortè ſecus ſecundum
ea, quæ ſcribit Ioan. And. poſt Inno. de accuſ.
ſ ſuper ijs, ſ nam ſi accuſo Titium de periurio,
qui promiſit Sempronio ſoluere centum inf.
decem dies, & dico eum non ſoluiſſe, & pro
duco promiſſum, per lapſum dierum, & iura-
mentum, certè non probo, etiam ſi accuſatus
fateatur ſe promiſiſſe, & tempus lapſum, dum
modo aſſerat ſe ſoluiſſe, quia tibi tertio nō de-
bui ſeruare probationem ſolutionis ſed Sem-
pronio: vnde ſi ipſe accuſaret, tunc dicenti ſe
ſoluiſſe incumberet probatio: ut ibi no. ita re
cte in propoſito, cum ipſe peccator de hoc nō
referat quęſtionem, ſed alius, ſufficit ſacerdo-
ti aſſerere de licentia hoc feciſſe, ex quo pec-
cator qui de huius licentia erat conſcius non
refert quæſtionem ſecundum prædicta, & no
ta in d. c. ſuper ijs, & ſecundum ea ſuper hoc
infra latius dicam, & hoc de primò. Secūdò
5 † quia in materia dubia, etiam pœnali, q̄ ſtat in
ſecreto, & conſciëntia alterius, ſtatur, ſacra-
t mento t rei, ut eſt text. in ca. ſi verò aliquis. de
ſenten. ex com. & ibi eſt gl. ordi unde nota, ꝙ
percutiens clericum ſciret eum clericum, ſta-
tur ſacramento ſuo: ut ibi, ad idem eſt tex. &
gl. ordi. not. in cap. in lectum, 24. q. 2. ubi per
iuramentum probat uir, quòd ſororem uxo-
ris cognouit, credens eam propriam fore vxo
rem: quando occulta negatio probetur; uide
not. in c. 2. de tornea. in nouel. & ꝙ not. de ho-
mici. ſignificaſti. 2. ſuper glo. not. ꝙ nulli igi-
tur dubium debet eſſe, quòd ſi in iudicio con
ſtitutus confeſſus fuiſſet ſe ſororem uxoris co-
gnouiſſe, ſed ſe hoc feciſſe ignoranter credēs
illam

illam uxorem,& hoc iuraret,effugeret pœnã
prædictam.ca.in ſec. marit. & dicit ibi gloſſ.
hoc ideo,quia alij teſtes non poſſunt haberi. y
Patet igitur,ꝙ in meteria pœnali ad euaden-
dam pœnam ſtatur ſacramento rei, ratione
materię,& impoſſibilis probationis,niſi con-
trarium probaretnr; ita recte in propoſito cũ
de dicta licentia habita in confeſſione, & in
actu ſecuto, de quo teſtes haberi non poſſunt
ſtari debet aſſertioni iuratæ ſacerdotis, niſi
vt præmiſſum eſt contrarium probaretur per
agentem. Tertio, quia in materia non reuela-
bili pręſumitur peccatorem nolle prodi,tamẽ
in materia iuris permiſſione aliquando reue-
labili ceſſat iſta præſumptio, ſeu ſaltem faci-
6 liter tollitur alia pręſumptione, q̃a † præſum
u ptio u pręſumptione reconditur,qui ſi.ſint le 7
gi.tanta.& ibi no. Illa autem materia de prę-
ſumptionibus partium eſt alii reuelabilis iu-
ris permiſſione ſecundum ea, quæ plenè le-
guntur,& no.in ca.officii, de pœniten. & re.
vnde quando mulier non eſt potens reſarci-
re damnum marito, & videt periculum non
imminere,tunc poteſt,& debet reuelare. Ta-
lis igitur materia cum aſſertione presbyteri,
& iuramento tollitur præſumptione,ꝙ pecca
tor noluerit prodi, immo pręſumitur, ꝙ po-
tius in caſu a iure permiſſo prodi mandaue-
x rit. Pręſertim cum Sacerdos hoc aſſerat,[x] &
iuret:& facit pro hoc optimè, quia ipſa mu-
lier moriens, dicitur alteri commiſiſſe hanc
reuelationem,& illa parens reuelauit,& hoc
atteſtatur,igitur patet, ꝙ non prodi curauit,
nec nocet ſi dicatur commiſit alteri ergo non
ſacerdoti. Primo quia non infertur hoc, quia 8
potuit committi duobus,& merito ad ſecuri-
tatem,quia non erat certa, ꝙ unus pareret, a-
lias quare non potius ſacerdoti hoc commiſiſ-
ſet tanquam honeſtiori,& cui uniuerſa ſecre-
ta conſcientię ſuæ propalauerat. Quarto ite-
rum non fuit confeſſus ſimpliciter ſe reuelaſ-
ſe, ſed cum qualitate,videlicet cum licentia
peccatoris,modo ſic, ſi Titius probaret inten
tionem ſuam per confeſſionem meam,opor
tet ꝙ aut meam confeſſionem recipiat, aut
reſpuat, & maximè qñ confeſſio, & qualitas z
adiecta prolata ſunt ſub vno conſtructu ver-
borum prout hic, quia non ſimpliciter, & de
per ſe eſt confeſſus ſe reuelaſſe,ſed de licẽtia
peccatoris, ſm ea quæ ſcribit Ioan.And.poſt
Archidiaco.de confe.c.2. lib. 6. Iſtud etiam
declaratur per tale exemplum,pone ſtatutum

imponit pœnam nuntio citanti ad domum,
niſi cedulam citationis, & nomen ſuum ibi-
dem dimiſerit, nuntius [y] retulit ſe citaſſe ad
domum, cedulam, & nomen ſuum dimiſiſ-
ſe; accuſatur ꝙ citauit ad domum, & nomẽ,
& cedulam non dimiſerit, producit accu-
ſans ad probandum ꝙ ad domum citauit,re-
lationem nuntij referentis ſe ad domum ci-
taſſe, reus producit totam relationem, ſcili-
cet quòd ad domum citauit, & ꝙ cedulam,
& nomen dimiſerit, obtentum eſt accuſatio-
ne non probata,& nuntium effugere pœnam
per propriam relationem, & hoc ex natura
actus: ita in propoſito, vnicuique enim ſtatur
in ijs quę ad ſuum officium ſpectant, ſaltem
præſumptiuè de frigi.& maleficia fraternita-
tis.de teſtibus. olim. De officio † enim ſacer
dotis eſt audire confeſſiones,& etiam pecca-
tori ſatisfacere, & iuuare circa ea quæ ten-
dunt ad purgationem animæ, & in execu-
tione iniunctorum ſibi per presbyterum, hæc
enim ſunt ipſi confeſſioni annexa & cohęren
rentia, & dependentia, & idem iudicium ha
bendum eſt de conſti.cap.translato. Quinto
quo ad puniendum ſacerdotem ſufficit pro-
bare quia etiam extra iudicium hoc dixit,
licet alio caſu confeſſio extraiudicialis in cri
minali non probet, & hoc ideo quia alia ꝓ-
batio haberi non poteſt propter naturã actus
ſecreti.ita ſcribit Io.And.de pe. & re. omnis,
ponit Vincen.in d. §.caueant,pari ratione idẽ
ſacerdos debet ſe poſſe defendere per aſſertio
nem ſuam,uel iuramentum, ex quo alia pro-
batio non poteſt haberi,quia actoris,& rei æ-
qua debet eſſe conditio.† Nec obſt.ſi dicatur
confeſſio alicuius non probat per ſe,quia pro
priè non dicitur probare, ſed dicitur, quòd
ſit eius confeſſio qualificata, & ſic aſſerta, &
iurata inficitur propter naturam actus, & fa-
cit eam eſſe non idoneam confeſſionem, nec
ſufficientem ad damnandum de tanto crimi-
ne,ſeu ſaltem, vt ſupradictum eſt transfer-
tur onus proban.in aduerſarium. Sexto hæc
quæſtio uidetur expedita per ea, quæ ſcribit
Io.And.poſt Hoſt.in ca.omnis,de pœn. & re.
ſuper ver.reuelare [z] vbi format talẽ q̃onem.
Pone parochianus accuſat presbyterum,ꝙ re
uelauit peccata in confeſſione depoſita: ſacer
dos confitetur ſe illud dixiſſe, ſed ab eo non
habuiſſe in confeſſione,ſed alio modo, dicũt
quidam, ꝙ niſi probetur contra presbyterũ,
ꝙ per confeſſionem illud ſciuerit nõ puniet.
Alij



Alij quòd punietur niſi probet presbyter ſe
alio modo ſciuiſſe. Hoſtien. eligit quoddam
medium,ꝙ punietur aliqua pœna extraordi- c
naria,facit de exce.prælato. quam ſit, ſed quo
ad pœnam.cap.omnis. probari oportet,quod
per confeſſionem ſciuerit,ita in propoſito, ad
hoc vt locus eſſet pœnæ d.capit. omnis,opor
tet probari ꝙ ſine licentia hoc reuelauerit, &
hoc poſſe probari per modum, de quo ſupra
dictum eſt,& fortius in caſu noſtro hoc pro-
cedit,ubi eſt tertius accuſans,& nõ peccator,
& tamen in caſu ubi peccator accuſaret hẽt
locum quod prædicitur. Septimo,ſi in crimi-
nali cauſa ad defenſionem rei, & ad fugien-
dam pœnam ſufficit ex interuallo confeſſio- a
nem ſuam exponere dummodo nõ perimet,
ſed exponat,ut in c.dilectis,de accuſa.fortius
licebit confesſionem exponere, & qualifica-
re ſimul cum confesſione, & ſine interuallo.
9 †nam quædam permittuntur ſtatim corrigi,
quæ cum interuallo non conceduntur,ut in te
ſte qui antequam ad aliud diuertat põt dictũ
ſuum corrigere,ſecus cum interuallo, ut not.
a de teſti.cum clamor.[a] Iſte ergo qui dicit ſe re
uelaſſe cum licentia non fuit ſimpliciter con-
b feſſus, [b] ſed cum expoſitione, & qualificatio-
ne prædicta,quæ cum fuerit coniuncta,& per
mixta,& uno contextu uerborum prolata,to-
ta debet recipi,aut tota expelli,ut ſup.dictum
eſt,nec nocet eidem ſacerdoti ſi dicatur non
debuit procedere propter periculũ, q̃a iſta
electio an ſit periculum,uel non,erat peccato
ris melius informati,non ſacerdotis,ut in d.c.
officijs,de pęn.& re.ſed etiam poſito,ꝙ ex cã
parere non debuiſſet, tamen non poteſt puni-
ri tanquam reuelator, ubi eſt licenta peccato
ris,ut ſupra dictum eſt in omni.d.cap. ſignifi
caſti.de adulte.& c.nemo,de ſimo. & proba-
tur,& no.in d.c.Matthęus eod.titu.eſſet aliud
peccatum extraordinariè puniendum, & ſi
fortè errauit,quia putauit non eſſe periculum
ex aliquibus coniecturis,ubi errat: mitius dẽt
puniri.Præterea dictus alius commiſſarius iã
reuelauerat,& periculum ortum erat ab alio,
immo forte periculum fuiſſet contra ipſum b
primum reuelantem, niſi presbyter ad hoc in
terrogatus aſſenſiſſet,quia relata ab alio non
credens,ſed ſibi ad iniuriam reputans fortè,
eum veriſimiliter offendiſſet, & ſecundũ hoc
ſacerdotis ceſſauit periculum,& non attulit ſi
periculum erat.Si verò attenta conditione ꝑ-
ſonæ nullum periculum eſſe dicitur,ſaltẽ tale c

propter quod relatio deberet ceſſare,præſer-
tim in ciuitate Floren.ubi nemo contra leges
c mutire,aut mugire [c] audet, & pœnam formi
dat,& iuſtitiam conſtantiſſimam:& ipſa mu-
lier mortua melius noſſe hoc debuit, cui uiri
conditiones notisſimæ erant, & præſumitẽ be
ne deliberaſſe,niſi contrarium appareat, uel
probetur,& per prædicta patet clarè reſpon-
ſio ad contraria,& ſic obtinui.

Lapus de Caſtiglionchio.

## Addi. Quint. Mandoſij.

a ¶Ex alieno viro.] *Non declarat Lap. hic an aſſertioni matris, ꝙ ex alio uiro filium ſuſceperit credendum ſit, & per illã filio præiudicetur? Tu dic,quòd iuxta terminos huius Alleg.quæ ſupponit nominationem,reputationem,& tractatum pro filio,videtur tex.in c.per tuas,de proba.pro negatiua,& hanc opin.pro negatiua communem eſſe dicit Abb.in dicto capit.per tuas,num.4.Dum autem ſubdit. Etiam ſi ambo parentes negant illum filium,dic tu quòd ſi ſupponimus parentes id negare, caſus eſſet de indubitabili,ſi enim ſunt parentes, qui id negant eis credi non poſſit, ex quo ſi ſunt parentes,ergo & ille filius, quia ad conuertentiam, ſeu ad aliquid, ſed intellige tu Ambo parentes reſpectiuè,Mater vero parens,& illius maritus pro parte habitus.Et hanc etiam communem teſtatur Hieron. Gig. reſpon. 146.in cauſa,num.3.lib.2.Immo Feli. in alleg.c. per tuas,numero 14 ad idem probãdum, quòd non ſtetur confeſſioni coniugum, contra filium, ſtante priori tractatu pro filio, citat, & ſequitur Lap.hic,Ego autẽ non uideo,vbi latius hoc dicat.*

b ¶In confitentem.) *Vt l.proinde 2.in fi.ff.ad legem Aquil.l.vnic. C. de confeſſ. Bald.in l.2.numero 3.C.de cuſto.reo.Th. Gramma con.crimi.49.in cauſa, num.17. & ſequen.& ante.nume.14.numero 16.et ſequen.*

c ¶Non conuenit.] *Idem uoluit Bart. in*
*lege*

*lege Aurelius,§.idem,nume.2 ff.de libe. lega.inferens ad confitentem ſe hominem ad ſui defenſam occidiſſe, quo caſu ſtatur confeſſioni quòd occiderit,ſed non quòd ad ſui defenſionem.idem notauit Sozzi.Reg. 186 in 2. fallen. De hoc clarius loquitur infra Lap.poſt numerum ſextum,verſicu. quarto iterum,& poſt num.9.uerſi.iſte ergo,& nos plenius tractabimus in ver.ſimpliciter coſeſſus.*

d ¶ In cauſa propria.) *Idem dixit ſupra alleg 38 an dignitas,num.2.& ibi addo. De quo etiam per Gemin.in c. cum perſonæ,§ ſi autem,ſuper gl.in ver. ordinarijs, & ibi Apoſtil in ver.cauſa Lap hic citare uoluit,ad quem ſe remittit,de priuile.li.6. Idem Gemin qui diſtinguit in cap. preſentium,poſt num.17.vbi Apoſtil. in ver.eſſe teſtis,ad Lap.hic ſe remittere uoluit, de teſtib.eod.lib.6.*

e ¶ In contrarium.] *Hoc dictum Lapi elegans dicit Feli.in cap.Matthæus,poſt princ.ver. Et eleganter Lap.cum quo poſtea verſ.Item ex opi.reſidere uidetur, de ſimo.Lapum etiam citat,& ſequitur idem Feli.in c.1.col.2.circa medium,verſ.Quia confeſſor,& poſtea verſ.Et conſuluit Do. meus,col.4 verſi.In fi.glo.licet poſtea ſubdat,quod hoc dictum Lap.non uidetur procedere ſine dubio,de exceptio. Et hunc ēt citare uoluit,ad quem ſe remittit idē Fel. in c.tertio loco,ante numerum octauum,ſuper glo.2.de probat.Lapum etiam hic ſequuntur Apoſtil.ad Hoſtien.in ſum.tit.de pœni.& remiſſ.§.in quo tenetur ſacerdos, in uer.præſumpſerit reuelare,& Apoſtil. ad Abb.in capit. omnis utriuſque ſexus. col.3.in ver.peccat.eo.tit.Hoc igitur dictū Lapi ut uerum,& communiter comprobatum, ac pluribus rationibus per ipſum Lap.corroboratum omnino tenendum eſt, etiam quia in humaniorem, & benigniorem partem tendit.*

f ¶ In ius.] *Hæc ſunt verba Fede.de Sen.cōſilio 119.nulli dubium,poſt princ.ubi dicit Difficile eſt probare paternitatem,filiationē,&c.unde iura in ijs,& ſimilibus caſib. qui non recipiunt conſuetas probationes probationes,contentantur probationibus,q̄ haberi poſſunt.Et mirum eſt,quod Lap.adducens motiua Fede. de Sen.de eo mentionem non faciat, prout etiam aduertit citans,& ſequens Fede.ibi,& Lap. hic Fel. in c.ueniens 2. de teſti. poſt numerum vigeſimum primum,verſic.Et hoc probatur per Feder. Idem etiam quod Lap. hic uoluit Alex.alios citans conſi. 24. animaduerſis,num 6.& ibi Apoſtil.in uerſicu. contenta,citat ad id Lap.hic,& alios lib. 2. Et Lap. hic refert etiam, & ſequitur Pariſ.conſilio 57.& ſeq.libro 1. Vide latius per Iaſ.qui multos citat, & ad multa infert in l.ſi quis ex argentarijs, §. prætor ait, a numero 20. vſque ad 29. ff. de edend.*

g ¶ De proba.eodem titu.) *In aliquib. libris legitur, De proba. c.ei. neutra ex ijs lecturis eſt bona.Ego legerem. De prob. c.tertio loco,ex quo tex.probatur cōcluſio Lapi,& etiam ex text.in l.conſenſu,§.ſeu, verſ ſuper plagijs,C.de repud.Idem etiam uoluerunt Matthæ. Matthæſi. not. 189.q in ſubſidium,Alex.in 1.Addi.ad Bartol. in l.ex libero,ff.de quæſtio. Domin.meus, conſilio 342.in cauſa, numero tertio, ubi dicit hanc eſſe communem regulam,& alios citat.*

h ¶ C.vnde vi) *Et l.in actionibus iun.gl. in ver.planè,in fin.quam communiter ibi ſequuntur,ff.de in lit.iuran.Et illam gloſſ. communem teſtatur Caro.Rui.conſil.29. plura,poſt numerum tertium,uolum.5.& gloſſ.in authen.nouo iure,ad fin. C. de iudic.Vide etiam Sozzi. Regu.190.in ver. intereſſe per ſolum iuramentum probatur.*

i ¶ C. de iudi.] *Et l. properandum, §.ſin autem alterutra,& authen.nouo iure,capitu.fin.§.quod fieri,3.quæſtione 3.capi. olim,iun.glo.in verſi. taxationi, de iniur.*





*c.dilecti,iun.glo. fi.de for. compe.*

¶ Domeſtici.] *Qui admittuntur ſuper pendentibus a factis ſecretis, & iis quæ melius ſciri poſſunt per domeſticos, imò tūc eis magis creditur,l.quoties,C.de naufra.lib.11.& ibi ad hoc no. Bar.nu.2.quē ſequuntur Iaſ. in alle.l ſi quis ex argentarijs,§.prætor ait,n.28.ff.de eden.& Nic. Boe.Dec.59.& ſimiliter in fi. Et hanc opin.teſtatur communem Grat. reſpon.81. viſo legat. nu.65.li.2. Idem etiam voluit Anto.Corſet.in ſuis Syngu.in ver.mors, & in Addi. vbi alios citat, & D. meus conſi.13?.viſo proceſſu, col. fi.verſ.vltimo non ob.ſi dicatur.*

l ¶ Illi de capitulo.] *Idem voluit Spec. de teſte,§.2.num.22.verſ. ſed nunquid in cauſa vniuerſitatis,intelligit in defectum aliorum.Bar.in l.in tantum, num.2.ff.de rer.diuiſio.iuxta diſtinct.Gui.vult ſuper ijs quæ ſecretè tractantur, & per alios veriſimiliter probari non poſſet, puta ſuper concernentibus electiones teſtes de collegio idoneos eſſe. Idem voluerunt Felyn. poſt Abba.in c.in ſuper, nu.1.ſuper glo. 1.de teſti. Cur. Iun. eod.tracta.conclu.3. poſt nu.12.verſ.Quin imò.Spec.& Steph. Aufre.in Tracta.Reproba.Teſtium poſt nu.91.in ver. Teſtes an poſſint eſſe ſinguli de vniuerſitate. Et hanc eſſe communē opin.teſtatur p̄ceptor meus con.342.n.4.*

m ¶ Cap.3.] *Lege c.tertio loco,vt etiam ſupra aduerti in ver. de probatio. vbi alios ad id citaui.Aduertendum eſt,q omnia ſupra poſita poſt nu.3.verſ.Et ideo inſurgit alia regula ſpecialis, vſque ad illa verba de quibus infra videlicet. Ad hoc facit de teſti.cogen.c.fin. ſunt Fede.de Senis.in alle.conſi.119. incipien. nulli dubium,& ſic tacito authore Lap. quaſi ad verbum tranſcribit pleraq; fundamenta ipſius Fede. qui oſtendere intendebat ad probandam pecuniam acceptam mutuo a prælato fuiſſe conuerſam in vtilitatem eccleſiæ, non eſſe opus ad omnes expenſas habere teſtes,quod etiam cōprobat vtroſque ſequens Fely. in allega.hic c.veniens 2.de teſti. poſt numerum 21.*

n ¶ Quancunque uiolentiam.] *Siue ſit compulſiua, ſiue ablatiua,ſiue expulſiua,vel turbatiua, aut inquietatiua, prout poſt Inn.per Abba.in Alleg. hic c ſuper eo,aliàs fi.num.6.verſ.Secundo infertur, quod met.cau.*

o ¶ Ad eccleſiam de dolo.] *Legendū eſt ad actionem de dolo,vt poſt Inno.legere eſt ī dicto con. Fede.119 ante nu.2.uer. Itē ad actionē de dolo.Et idē voluit glo.fi. ad fi.in c.dilecti,de fo.cōp & Alex.conſ. 103.videtur, poſt n.4.ver. & nō ſolū,ubi poſt alterū Imo.hanc dicit cōem opi.lib.1.*

p ¶ Ad fructus.] *Dic tu ad furtū,prout colligitur ex uerbis Inn.hic citati,& Abba.poſt eū,ante nu.7 ver.Idē ēt concludit in furto, & Fede Senis dicto conſ.119. ante num.2.ver. Item ad furtum.*

q ¶ Mendam veritatis.] *Lego ad eruēdam veritatem prout ſunt verba tex. in Alle.hic l ſerui reſponſo.ff.de teſti.quem ad hoc etiam citat Federi.dicto conſ.119. poſt numerum 2.*

r ¶ Aliàs vixit honeſtè.] *Similè habemus in l.non omnes,§. a barbaris,ibi,etſi bonus miles ante eſtimatus fuerit,ppè eſt vt aſſirmationi eius credatur ſi māſor, aut negligens ſuorum, aut ſegnis, aut extra contubernium agens non credetur ei, & c.ff.de re mili.per Bal.in l.1.nu.4. C. loca latè per Fely.in c.cum contingat,nu.1. & ſequen. de reſcr.& in ca ſuper ijs,col. penul.de accuſ. D.meus conſ.463.in cauſa nu.24. Pariſ.conſ.132.prima facit,nu. 21.conſi.151.paucis,num.13.& conſ.153. in cauſa,num.33.& 35.uolu.4 Sic contra ex præmiſſis dicēdum eſſet ſi hic preſbiter fuiſſet male uitæ, & famæ, & tanto magis ſi ſolitus probaretur confeſſiones reuelare, ſemel enim malus in eodem genere mali, ſemper malus præſumitur. vulgar. capit.ſemel malus de*

*regu. iur. lib. 6. & latè per Hyppo. de Marſi.in praxi crimin.§.diligenter, ver. vlterius quæri poteſt, num.99. cum pluribus ſequentibus.*

ſ ¶ Super ijs.] *Et per hunc ſupra Alleg.53.an oporteat, nu.3.& Alle. 89.factum ſuper quo, col. fin. vbi alios cito in Apoſtil.ver. infertur. Et Lap. hic citat, et ſequitur Fel.in d.c ſuper ijs, poſt nu.16.*

t ¶ Sacramento.] *Idem voluit ſupra allegat.47.Factum ita, poſt nu.6. Et Lap. hic citat, & ſequitur Feli. in c.ſignificaſti.1.poſt.nu.4.in 3. fall. ver. Et eleganter Lap.de homici.*

u ¶ Præſumptio.] *Quæ præſumptionem alteram tollit.l.diuus, iun.gl. in ver. exiſtimari.ff.de in integ reſti.Gui.de Ludo. Singu.142.incip.gl.eſt ꝙ præſumptio. Et ſi præſumptiones ſint pares altera alterā tollit.c.mulieri, vbi glo.& Abb.in 3.no. nu.3 de iureiur.Et illā gl. in l.diuus cōmuniter teneri teſtatur Cur. Iu.conſi.35. D.Benedictus, nu.6.vbi vult fortiorē pręſumptionem tollere minus fortem.*

x ¶ Hoc aſſerat.] *Quòd huic aſſertioni ſtetur voluerūt ſequentes Lap.hic Feli.in alle.hic.c.veniēs.2.col.penul.poſt nu.21. de teſti.& Hyppo. de Marſi.in l. ſi quis ne quæſtio, num.178.ver.quibus addo.ff. de quæſtio.*

y ¶ Nuntius.] *Nuntio ſolito exercere legaliter officiū ſuum quod credatur concludunt glo.in c.cum parati, in ver ſuus numerus.de appe.& ibi D.meus poſt num. 10 hanc magis cōem affirmat.Bar.in extra ad reprimen.in ver. per nuntium, & in l.1.§.cura carnis, per illū tex. nu. 2.ff. de offi.præfe.vrb.Ludo.Roma.conſi.497. diligenter, nu 5.Ang.Aret.in §. quadrupli, num.20.Inſti.de actio.Et hanc opin. communem eſſe teſtatur Hiero. Grat. reſpon.30.viſis, in fi.lib.1. In quibus autē & quando nuntio credatur vide pleniſſimè per And.Tiraq.de Vt.Retra.§.8 gl. 9.a nu.1.vſque ad 32.*

z ¶ Reuelare.] *Et ad ibi dicta ſe remittit Io.And.in Addi.ad Spe. §. 1. ad fin. de probatio.in ver.contra. Opin. Hoſt. de qua hic ſequuntur Pet. de Ancha. in d. c.omnis vtriuſq; ſexus, nu.17. & Abb. nu.26.Card. ibidem in fi. dat modū aliū probandi contra Sacerdotem, videlicet, ꝙ probet per teſtes, ꝙ illum viderint in actu confitendi, & tunc pręſumatur contra Sacerdotē adeo ut ſubijci debeat tormentis pp illas coniecturas, Hæc opin.Card.videtur diſcrepare ab opinione Hoſt.& eſt rigoroſa, Ego eam non ſequerer.*

a ¶ Cum clamor.] *Et c.præterea ad fin. ibi. Et ſe incontinenti correxerat, vbi ēt glo.fi.& Doct.de teſti.cogen. gl.magna, quæ eſt penul.in §.qa verò multi, iu ver. non habebit, circa medium.in auth.de teſti.Spec.de Teſte.§.1.poſt. num.71.ver. Ego vero dico.Bar.in l.eos, nu.3.ff.de falſis.& in l.repeti in prin ff.de quęſt. Bal. conſi.34 ſtatuto, poſt num.9.vol.5 Abb. conſi.73.circa primum, poſt nu.1.ver.3. dictum teſtis.lib 2.Ludo.Roma. conſilio 59.ad diſcutiendum, nu.12.verſi.1. quia ſicut teſtis incontinenti Iaſ.in l.iuriſgentium.§.quinimo.num.7. ver. hinc eſt, ꝙ teſtis ff.de pact.Rot. 293.ſi teſtis, in fi. in no.Capit.Dec.Neapo.61. in cauſa Mag. & Dec.142.frater, nu.3.& And.Tiraq. de Vt.Retra.§.1.gl.5.nu.18. verſi.13. ijs ſuffragatur.*

b ¶ Simpliciter confeſſus.] *Super ijs quæ dicit Lap.hic, & ſupra ante num.2. ver.Et licet confeſſus fuerit, & poſt nu.6. verſ. Quarto iterum, longa caderet diſcuſſio, Quantum ad id in quo vltimo reſidet concludere poſſemus, ꝙ ſiue ſimus in confeſſione prout hic, ſiue in inſtrumento, & regulariter in quacunque materia, aut totum comprobari, aut totū reprobari debeat, nec circa eundem actum admitti debeat diuiſio, vt pro parte actum approbabare, pro parte reprobare liceat. arg.tex. l.neminem.ff.de leg.2.Ex quo text.Curt. Iun.*



*Iun.conſi.29.habita.poſt nu.2. elicit regulam, quæ eſt Teſtatoris voluntatem diuidi non poſſe. in l.cum quæritur in fin. ibi.Aut in totum agnoſcere, aut in totū recedere.ff.de admi.tuto.quem tex.ad hoc adducit Bar.in l.ſi negocia.ff.de nego.geſto.volens dominum negocium pro ſe geſtum vel in totum approbare debere, vel in totum reprobare.Illum tex.etiam in ſimi.citat Cur.Iun.conſil 47.contra ea, poſt nu.9.& nu.10.& ſeq.Eſt etiam tex.in l. Pōponius.§.1 ff.de acq.poſſ. et dixit Cy. in l.1.C. de confeſ.& in l. 2. C. de dona. prop. nup. ꝙ ſi per aliquem producatur inſtrumentum regulariter in totū & non in parte illi ſtare cogitur. Idē voluit Barto.in l.Aurelius.§.idem quæſiit, in prin. ff.de libe.leg. & hoc pro regula iuris ponit Sozzi.pręalle.Regu.186.Inſtrumētum ſi per aliquem. Et in proprijs terminis confeſſionis ab aliquo emanatæ, ꝙ qs non poſſit illam pro parte acceptare, & pro parte improbare ſentit Bal.in l.ſi quidem.C.de tranſactio. Et hanc opin.tenuit alios referens Alex conſi 87.in cā, lib.1. conſi.171.in cauſa nu.15.vol.6. & conſil. 80.in cauſa, poſt nu. 5. vbi cōſiderat etiā prout Lap.hic, ꝙ confeſſio erat ſub vna, et eadem conceptione verborum, ſeu in eadem oratione.vol.7.Idem voluerunt Rot. 408 fuit dubitatum, ad fin.ver.præterea ex quo dictam confeſſionem. in no. Iaſ. in alle.l.Pomponius.§.1.ff de acq. poſſ. Tiraq.de Vt.Retra.in ver.ſeu.§.fin.num.9. verſi. Et quod alias in omni prope materia, & ante, & poſt, vbi more ſuo infinita cumulat.Ad Lap.hic ſe remittūt Phi. Fran.in cap.1.ante num. 13. de confeſ.& Apoſtil.ad Gemin.in d.c.in ver.purè cōfeſſus.lib.6.& Nic.Boe.Dec.243. & circa, col.4.poſt prin.Intelligerem tamen cōcluſionem pręmiſſam iuxta diſt. Bart.in d.l.Aurelius, quam ſequuntur communiter Docto. inter quos Ludo. Roma. conſil. 346.in hac.poſt princip.D. meus conſil. 317.viſis, nu.7.& in c.2.num.20 de fi. inſtru.Bar.etiam diſt.in d.l.Aurelius ſequuntur alij ſupra per me relati. Et illā diſt. Bar. vti magis communem comprobat Iaſ. & illa vtitur in repet. l. admonendi, ante nu.130.ver. Si in libro ff. de iureiur.Et idem Iaſ. theo. ſeu deciſionem Bar.vt ſupra dicit magis communiter approbatam in l.vt vim, col.3.ante fin.verſi. Et licet illa. ff. de iuſ & iur. Et communem etiam dicit Clau.Seyſel.infra citandus, & Nic.Boe.dicta Dec. 243. col. 3.verſus fi.ver.Tertio, & vltimo. Et pro illa vulga. quęſtione ſuper confeſſione in qua dicitur interfeci, ſed ad meam defenſionem, vltra Bar.in alle. l. Aurelius uideantur Iaſ in d.l.vt vim, num.13.Clau. Seyſel.ſuper eadem. l.in 1. lectu. nu. 81. ver.Poſtremo in materia, & latius in repet.nu.103. & ſeq.& ibi dicit cum Bar. communiter Docto.tenere.Soz. pręalleg. Reg.186.in 2.fallen.Lanfran.de Oria.de confeſſio.nu.16.ver. quæro iuxta pręmiſſa de vna quæſtione, & Io. Neuiza. qui alios citat in ſua Syl.nuptia.lib.1. nu.67.*

c ¶ Mutire, aut Mutire.] *Declaratu, Nemo mutire audet contra leges, i.ſignum facere, eſt metaphora ſumpta a muto, qui ſignis voluntatem ſuam oſtendit. Mutire ēt accipimus pro ſubmiſſa voce loqui.Teren.in Adria.Itaq; hercle nihil iam mutire audeo.Plaut.in Cur.Non mutit Cardo.i.non crepitat. Mugire ıīc a voce bouum, & mugitus pro quocunque ſono vſurpatur.Plin.lib.18.cap. 35. Equidem & montium ſonitus, nemorumq; mugitus prædicunt. Poſſet etiam legi Mutire, aut murmurare, & quæuis lectura innuit, quòd Florentiæ nemo audebat contra leges etiam ſecrete, ſeu leniter loqui, vel legibus contradicere.Simili modo loquendi vſus eſt ſupra Lap.Alle.78. vacauerat, poſt num.10. verſicu. Item non debet intelligi, Vide quæ ibi addo in verſi.mutire audet.*

*SVMMARIVM.*

1 *Tempus præſentandi quando incipiat currere nouiter eccleſiam ędificanti.*
2 *Patroni an poſſint ſecundo præſentare vbi videtur deuoluta poteſtas per primam malam præſentationem.*

## ALLEGATIO XCV.

1 Quædam †eccleſia ſine cura iux
ta diſpoſitionem teſtatoris cō
ſtructa eſt, & completa, cum
omni licentia epiſcopi, nec ip
ſa eccleſia, vel ſua altaria ſunt
conſecrata. Quæritur quando incipiat curre-
re tempus patronis ad præſentandum recto-
rem ipſi eccleſiæ. Item quædam eccleſia ſine
cura, & ſine oratorio S. Fridiani ſecundum di
ſpoſitionem teſtatoris conſtructa, & etiam
completa patroni eiuſdem eccleſiæ præſen
tant presbyterum Iacobum in rectorem di-
ctæ eccleſiæ, tamen non præſentant eum or-
dinario loci, ad quem ſpectat confirmatio;
ſed cuidam alteri prælato non habenti pote-
ſtatem id faciendi, & ſic dictus rector confir
matur ab illo qui confirmandi poteſtatem nō
habuit, & ita cum iſta confirmatione dictus
presbyter Iacobus præſentatus prædictus, tā
quam rector dictæ eccleſiæ eam, & eius bo-
na tenet, & poſſidet libere, ſine aliqua cōtra
dictione per plures annos, deinde cum licen
tia ordinarij loci, & coram ipſo ordinario p̄-
dictus presbyter Iacobus permutat dictā ec-
cleſiam S. Fridiani cum quodam presbytero
Anaſtagio rectore S. Damiani, & vnuſquiſq;
ex cauſa permutationis renuntiauit dicto ſuo
beneficio, & collationē accepit alterius præ-
dictorum beneficiorum, à dicto ordinario, &
ſic dicto modo eccleſiam S. Fridiani tenet, &
poſſidet per plures annos tanquam rector ip
ſius eccleſiæ. Moritur ipſe presbyter Anaſta-
ſius rector dictæ eccleſiæ S. Fridiani, patroni
volūt eidem eccleſiæ pręſentare rectorem, &
pręſentant infra quatuor menſes à die obitus
dicti presbyteri Anaſtagij ordinario loci
quem præſentatum in rectorem ordinarius
2 confirmat. † Quæritur nunquid illa confir-
matio valeat cum dicti patroni infra tempus
debitum non præſentauerint, eo ꝙ prima pręſentatio facta de ſupraſcripto presbytero Iacobo fuit facta coram non iudice competente, qui confirmandi nullam habebat poteſtatem, & ſic dicta eccleſia nullum habuiſſet rectorem, & ita collatio dictæ eccleſię ſpectat ad ſedem apoſtolicam, eo ꝙ dici non poteſt per mortem alicuius vacare, ſed vacare vſq; tunc, ſeu nunquā fuit ibi rector, & patronos fuiſſe negligentes in præſentando. Quæritur
a ergo quid iuris. Ad primum [a] dicendum ꝙ
cum eccleſia ſit conſtructa, licet non cōſecra
ta authoritate Epiſcopi, ſtatim currit tp̄s qua
tuor mēſium laicis patronis de iurepatr. quo
b niam, & c. cum pp. Ad ſecundum [b] licet pa-
troni præſentauerint pręlato qui non habuit poteſtatem inſtituendi, maximè ſicut dicebāt ipſum habere, & maximè ſi ſic credebant, vt excludatur craſſa, ſiue ſupina ignorantia, nō poſſent excludi à præſentando hoc prętextu, quòd eccleſia ſit deuoluta ad ſedem apoſtolicam per Concilium Lateran. quoniam deuolutio, & per Concilium Lateran. ſit propter negligentiam, quę non fuit hic, cum præſentauerint, licet minus legitimè, probatur hoc de concel. præben. cum noſtris, & quod notat Innoc. ibidem, imò ſi ille qui inſtituit, erat in quaſi poſſeſſione iuris inſtituendi, licet de iure ad eum non ſpectaret; titulum habuiſſet canonicum, de iure patro. conſultat, de electio. querelam, aliàs procedit quod ſupra dictum eſt, ſcilicet quòd non ſit neglecta, nec ſit locus Concilio Lateran. licet millies titulus reſcindatur.

### Addi. Quint. Mandoſij.

a ¶ Ad primum.] *Idem conſuluit in
alio caſu Fede. de Se. conſi. 129. caſus talis eſt teſtator, col. 2. verſ. Dico quòd iſti patrono non currit tempus niſi ab eo tp̄e, &c. Hoc dictū Lapi citant, & ſequuntur D. meus conſ. 135. ad iuſtificationē, nu. 3. verſ. Tertiò dicitur, vbi ꝙ ſtatim ꝙ capella eſt edificata vacare dicitur, & ab illo tempore currunt quatuor menſes de quibus hic. Roc. de Cur. de Iur. patro. qu. 29. num. 60 in ver. honorificum, dum quærit quando incipiat currere tēpus ad præſentandum in eccleſia nouiter conſtructa, licet ſub alio numero hanc alle. adducat, & ibi alios idē tenentes refert. Rebuff. in ſua praxi. benefi. ti. de deuolutio. num. 11. vbi tamen inquantum dicit ꝙ requiritur ꝙ eccleſia ſit conſecrata malè loquitur, & contra mentem, & verba ipſius Lapi, quē ibi ad id citat, verba enim Lapi ſunt clara ibi, Licet non conſecrata, & in poſitione caſus in prin. Et Lamber. de Iu. Patr. art. 16. q. 1. part. 2. lib. 2. vbi poſt numerū 5. ſubijcit quaſdā declarationes, & limitationes ad illud cō. Fede. de Sen. & ad hāc alleg. Ex præmiſſis concludi poteſt hoc dictum Lapi vt verum, & cōiter comprobatum tenendum eſſe, licet illa duo iura per ipſum adducta non probent id ad quod ipſe ea inducit vt etiā aduertit Lamber. vbi ſupra poſt num. 5. verſ. Et licet Lap. pro hoc. Amplia licet Lap. loquatur tantum in præſentatione patronorū laicorū, ad præſentationem clericorum ex identitate rationis, & ex mente Lamber. poſt Gaie. in dicto art. 16. poſt princ. verſ. Hoc etiam vult Gaie. & Rebuff. vbi ſup. verſi. Item currit hoc tempus ſex menſium.*

b ¶ Ad ſecundum.] *Lapum hic citant,
& ſequuntur Roc. de iu. patro. in ver. honorificum, qō. 37. nu. 68. Lamber. in e tracta art. 24. q. 1. par. 2. lib. 2. nu. 1. poſtea verò nu. 2. & ſequen. declarat, & limitat vt ibi. Sarnen. ſuper Regu. de Publi. an. qō. 18. poſt Rebuff praxi. de deuolu. nu. 56. verſ decimoſeptimo ſi patronus. Prob. in Addi. ad gl. pragma. de collatio. §. Item voluit, in ver. prouidere. ad fi.*



*SVMMARIVM.*

1 *Beneficia patronorum laicorū an vacent in curia.*
2 *Legatos an poſſit conferre beneficia patronorum laicorum.*
3 *Beneficia patronorum laicorum an includantur in literis in quibus cōfertur beneficium ad pſentationē quorūcūque*
4 *Permutatio beneficiorum a patronis laicis facta in curia valeat non facta mētione patronatus.*

## ALLEGATIO. XCVI.

1 Beneficia vacantia in curia [a] Rò
mana, † ſeu apud ſedem apo-
ſtolicam quod idem eſt vt no.
b gl. [b] in c. ſtatut. de præben. lib.
6. nō poſſunt per alium quam
c per Romanū pontificem [c] conferri, ut in c. 2.
de pręben. lib. 6. & quę beneficia in curia Romana vacare dicantur, habetur in c. præſent. e. titu. & lib. & vltra illa vacant in curia, ſeu apud ſedem apoſtolicam alia beneficia vacantia per mortem capellanorum D. Papę cō
d menſalium, vt in extraua. eadem [d] Ioan. 22.
§. rurſus, de quibus plenè videre potes in opuſculo meo quod incipit. Quia ſæpè; & licet in pręđictis beneficijs ſic in Romana curia vacantibus de iure currat tempus vnius mēſis D. Papę ad dicta cōferendum, ita ꝙ poſt menſem per ordinarium conferri poſſint, qa ſunt oīa talia beneficia ſedi Apoſtolicæ referuata, per extrauagant. domini Benedicti. 12. quę incipit ad regimen. item per extrauagāt
e D. Bonifacij vj. quæ incipit pia ſolicitudine, [e]
de quibus facit mentionem Ioan. Andr. in c. 2. de pręben. lib. 6. etiam poſt menſem non poſſunt per ordinarium conferri. Modo quæritur a me Lapo de Caſtiglionchio decretorum doctore an inter pręđicta beneficia in Romana curia vacantia, & ſic etiam vt pręfertur hodie per dictos ſummos pontifices reſeruata, includantur beneficia vacantia per mortem capellanorum, commenſalium domini papæ, & aliorum prædictorum, ad quę beneficia laici Patroni habent ius pręſentandi. Et ut veritas clarius eluceſcat. Primo dicemus ꝙ ſic, ſecundo quòd non. Tertio concludemus quod putabimus eſſe uerum. Et primo videtur ꝙ includantur. Nam licet laici patroni ius pręſentandi habeant, tamen quātum ad hoc iuſpatr. quod annexum eſt ſpirituali ſubſunt domino Papę. de iudi. quanto, unde Papa talia beneficia confert. de iurepat. cum dilec. de offic. deleg. dilec. & no. gl. in cle. ij. de prębend. & facit ad hoc opinio eorum qui dicunt ꝙ legatus de latere talia be-

neficia poteſt conferre, quod videtur placere
cõpoſt. in c. capitulum, de reſcrip. in magna
gl. vltra medium antepenul. col. & Specu. in
titu. 2. §. nunc tractemus, ver. Sed nunquid le
gatus, & Gui. no. in d. cap dilec. & Vin. in d.
c. dile. 3. de præben. lib. 6. & in ipſo proprio
articulo quem tractamus videtur quod glo.
in cap. 2. de pręben. lib. 6. quæ incipit nil di-
cit, inclinet ad iſtam partem, ſcilicet, ꝙ talia
2 beneficia laicorum includantur. † In quibus
f facit [f] opi. quę habet ꝗ legatus de latere ta-
g lia beneficia [g] non confert per penul. glo. or
di. ſuper verbo præſentare, in cap. cum dilec.
de iurepa. quæ plus dicit, videlicet, ꝙ ſi Papa
concedit prælato, ꝗ poſſit eccleſiam inuitis
patronis concedere, tamen non ſequitur ꝙ
h conceſſerit patronis inuitis habentibus [h] ex
iurepatro. & placet etiam Goff. & glo. ordi-
nariæ in c. dilectis, de offi. legat. & facit opti
me quod recitat Ioan. And. ſuper dicta gl. in
i nouel. [i] videlicet Hoſt. vidiſſe literam Papa-
lem directam prælatis Anglię in qua contine
batur, ꝙ quando Papa ſcribit pro aliquo be
neficiando, non eſt ſuæ intentionis ꝙ ei con-
ferat eccleſiam in qua laicus hẽt ius patrona
tus & per hoc dictum conſuluit Ioan. And in
3 dicto articulo. † Quidam habebat literã ge
neralem à Papa de beneficio eccleſiaſtico
cum cura, vel ſine cura, etiã ſi dignitas &c.
conſuetum ab olim clericis ſecularibus aſſi-
k gnari ad cuiuſcunque, [k] ſeu quoruncunque
collationem, vel præſentationem, ſeu electio
nem, ſeu quamuis aliam diſpoſitionem perti-
nentem cõiter, vel diuiſim ſi aliud in dicta
diœceſi vacat, vel in poſterum vacauerit, qđ
duxerit acceptandum infra menſem à noti-
tia &c. Executor cõfert ſibi eccleſiam ſpectã
tem ad præſentationem patronorum laicorũ,
quæritur nunquid ualeat talis collatio, & cõ-
ſuluit, ꝗ non per hęc dicta, dicens ita ſeruari
per verbum pręſentationis iuxta præſcriptã
formam expreſſum in literis non includi prę
ſentationem laicorum patronorum, pro, &
contra facit quod ſcribit Io. And. in d. c. 2. de
præben. lib. 6. in nouel. ſuper glo. nil dixit,
vbi tractat an reſeruatio beneficiorum vacan
tium includat beneficia quæ laici habent cõ-
ferre ex priuilegio apoſtolico, in quo articu-
l lo Archi. & Ioan. And. [l] ſunt contrarij ut ibi
recitatur. Veritatem puto in q. principali ꝙ
talia beneficia in dicta reſeruatione non ca-
dãt, ad hoc moueor per rationes: & authori-
tates, ſupra pro hac parte inductas, & per
rationem glo in d. c. cum dilectus. de iurepa
tronatus, quę eſt, ꝙ ſi talia beneficia per iſtũ,
vel alium modum per Papã, vel pręlatos ec-
cleſiaſticos conferrentur, laici retraheren-
m tur [m] à fundatione eccleſiarum contra quã
rõnem non eſt veriſimile ꝗ dñs Papa in ſpe-
cie venerit; ergo in ſuis generalibus verbis
venire non intelligitur. de offic. vica. cum in
generali. lib. 6. nec obſtat, ꝗ ſupra dicatur ꝙ
Papa talia beneficia confert, ut in d. cap. dile
ctus. & cum dilectis, quia illud intelligitur
quando hoc exprimit, vt ibi no. & no. glo. in
d. cle. 2. de pręben. nam non diſputatur de po
tentia Papę quia planum eſt, ꝙ poteſt ſi vult,
ſed diſputatur de eius intentione, an velle ꝓ-
ſumatur hoc non expreſſo, & dr̃ quòd non,
propter rationes prędictas, & nimiam cupi-
ditatem in collatione oſtenderent prælati ec
cleſiaſtici ſi ſuo iure laicos priuarent, potiſ-
4 ſimè cum reſeruato iure laicorũ plus habeãt
in confirmatione, & inſtitutione, quam laici
in præſentatione. † Et per iſtud ſępius dixi,
n ꝙ permutationes, [n] quæ fiunt in curia taliũ
eccleſiarũ non facta mentione ꝙ in illis ſpe-
ctat præſentatio ad laicos, nõ valent, ſed ſunt
ſurreptitię, ſic eſſet impetratio talis benefi-
cij hac qualitate tacita. de reſcr. ſuper literis,
nam per talem modum permutandi poſſet
longo tempore, imò perpetuò etiam occur-
rere, ꝙ præſentatio de facto non rediret ad
patronos, & habere etiam contingeret recto
res ſibi non gratos, quæ ſunt magni ꝑiudicij,
& hac rõne dicimus ꝙ huiuſmodi permuta-
tiones non poſſunt fieri ſine conſenſu eorum
ad quos ſpectat collatio, electio, uel præſen-
tatio rectoris in talibus eccleſijs, ut no. glo. in
o c. vnic. [o] de rerum permu. lib. 6. & indiſtin-
cte vidi ſic ſeruari per dominum Grego. Pa-
pam. xj. nam dum contuliſſet eccleſiam San-
cti Romuli Florent. domino Cęſari de Vrſi-
nis, ad ſupplicationem domini Iacobi de Vr
ſinis Cardinalis, non facta mentione, quòd
ad illam parochiani eiuſdem eccleſiæ habe
rent conferre & præſentare rectorem, & idẽ
Cadinalis inſtaret vt gratia ſeruaretur, & ut
mentio fieret, non potuit hoc obtinere, & ſic
impetratio caruit effectu, & ita ſeruandum
puto maximè de honeſtate ad quam iura
trahenda ſunt, quarta diſtinctione, erit
autem.





Addi. Quint. Mandoſij.

a ¶ Beneficia vacantia in curia.] *Ma-
teria huius Alleg. cum in theorica tum
in praxi vtilis, & quotidiana eſt. Huic in
pluribus ſimilem deciſionẽ habemus ſu-
pra. 84. incip. D. Papa gratioſè conceſſit,
plura ex ijs quæ ſuper illa ſcripſi inſer-
uient etiam huic alleg. Lapus ibi ad hãc
alleg ſe remittens eam citat ſub nu.* 100.
*licet hodie ſit ſub nu. 96. Rationem qua-
re nunc ſit ſub alio numero ibi adduco in
verſi. alleg.* 100.
b ¶ Gloſſ.] *eſt* 2. *in ver. in curia. Vide
quæ ſcripſi in 1. q. 5 Reg. Reſeruat. nu. 16.*
c ¶ Quam per Roma. Pont.] *Nec lega
tus a latere circa reſeruata principi ſe in-
tromittere poteſt. Ang. in l. ſi quæramus.
ff. de teſta. Marti. Lauden. in tracta. de le
ga. principum, quæſt. vlt. incipien. in lega
tione generali.*
d ¶ In extra. eadem.] *Puto legendũ eſſe
in extra. Ex debito, quæ eſt Io. xxij. ſub ti
tu. de elect. poſita tamen inter cõmu. quæ
in §. rurſus. ver. Et id ipſum ẽt, probat id
quod Lap. hic dicit. Idem ẽt diſponit ex-
tra. Cũ Matthæus de hæreti. inter cõmu.
Vide Rot. 725. no ꝙ beneficia, in anti. &
Aene. de Falco. in tracta. Reſerua. in ij. ef
fe. in prin. Lap. hic citantem, et declaran-
tem poſtea in quibus differant aliæ reſer
uationes ab illa uacatione in curia, &
eundẽ in 6. effectu poſt num. 4. verſi. De
quo per Lap. etiam Alleg. 105. voluit
ille citare hanc alleg. 96.*
e ¶ Piæ ſollicitudinis.] *Quæ extra. eſt
Boni. 8. non autẽ 6. ut hic & eſt 1. ſub tit.
de præben. inter cõmu. Pro qua vide Rot.
207. licet iuxta in no. Et Lap. hic citat, &
ſequitur Phil. Fran. in c. ſtatutũ, poſt nu.
6. ver. Et vide ẽt per Lap. de præben. lib.
6. An autem per dictã extr. piæ ſollicitu
dinis. ſit reuocatum c. ſtatutũ, de præben.
lib. 6. Rot. prædicta. 207. tenet ꝙ ſic. Idẽ
ẽt voluit Gemin. conſ. 78. formatur, ante
nu. 1. Contrariũ tamen voluit Aene. de
Falco. in tracta. Reſerua. in 6. effe. nu. 2. re
ſpondens ad Rot. vbi ſupra et ad alia. Pro
quibus etiam vide Sarnen. de Expecta.
nu. 21. & ſuper Reg. de Trien. q. 31. nu. 5.*
f ¶ In quibus facit.] *Ex hac lectura nul-
lus ſenſus elici põt, diu laboraui, vt men-
tem Lapi colligerem, tandem conſiderans
ꝙ Lap. hic diſtinctè et doctè ꝓcedens, prę
miſit (tractans an beneficia iuriſpatrona-
tus laicorũ vacent in curia, ſeu ſub reſer-
uationibus cõprehendantur) ſe prius par
tem affirmatiuã comprobaturũ, poſtea ne
gatiuam, deinde quid ipſe ſentiat ſe decla
raturũ pollicetur, comprehendi, ꝙ iactis
fundamentis pro opi. affirmatiua iam ad
negatiuam deueniebat, quod ẽt mihi de-
monſtrabant ea quæ ipſe adducit, & per-
cepi a dicto ver. incipere argumẽta opi.
negatiuę. Vnico verbo immutato clarus
erit ſenſus, Legendũ itaq; eſt in cõtrariũ
facit, & hic incipit (ut præmiſit) cõproba
tio partis negatiuæ, in qua Lap. hic (vt vi
des) reſidet. Lapũ hic citant, & ſequuntur
Gemi. in alleg. hic c. 2. col. 3. ver. Et hanc
partẽ tenet Lap. & ibi. Fran. nu. 8. Idem
Fran. in c. preſenti. §. ſanè, nu. 4. & Apo-
ſtil. ad Gemi. in c. cũ in illis. §. 1. nu. 9. in
ver. quoruncunq; de præb. lib. 6. Alex. cõ
ſi. 75. viſis põderatis, poſt prin. qui tamẽ
hanc alleg. corruptè citat, vol. 4. Apoſtil.
Compoſtel. in c. capitulũ. col. 15. in verſi.
conferre. de reſcr. Lamber. de iu. patr. art.
22. q 6. part. 1. lib. 2. poſt num. 3. ver. Lap.
Abb. & poſtea ver. Et demũ D. Phi. &
arti. 16. q. 9. par. 3. lib. 2. ver. idem dicit te
nuiſſe Lap. Et hanc opin. Lapi cõem aſ-
ſerit Lamber. in d. tracta. art. 2. q. 8. par.
3. lib. 2. Et hanc eſſe magis cõem oſtendo
in 8. q. 1. Regu. reſeruat. vbi latius tracto
hanc materiam, & pono tres caſus, qui ibi
videri poterunt, primus eſt de quo hic
per Lap. in iure patronatus laicorum,
Alter in iure patronatus clericorum, Ter
tius in iure patro. mixto.*

g ¶ Talia beneficia. ] *Et ſic ſentit Lap. quòd regulariter legatus a latere beneficia conferre poſſit.cap.1.§.fi. de offi. leg. lib.6.Mart. Lauden. in tract. leg. principum,q.14.ver. Hinc eſt ꝙ legati non Cardinales. Gaſp. de Peru. ſequens Lap. hic de reſerua.in 10.q.j.par.in ver. Quę autẽ beneficia poſſit legatus, ibi. Quia de latere legati,poſt num.3.Io.de Sil. de benefi. qui Lap.hic citare voluit,par.2.q. 3. nu. 34.quem alibi recte citat uidelicet par.4. q.9.nu.2.*

h ¶ Patronis inuitis habentibus.] *Ex verbis gl.de qua hic,& Doc. infra citandorum ita legendũ eſt,tamen nõ ſequitur ꝙ conceſſerit inuitis patronis laicis habẽtibus ius præſentandi ex iure patronatus, ita legunt, ſeu legendũ eſſe ſupponunt ſequẽtes Lap.hic And.Barba. cõſi.23.ſcripſit propheta, col.7.verſi. Et hanc doctr. etiam refert, & ſequitur Lap.lib. 1.Do. meus Phi.Dec.conſ.124. placet mihi,col. 3.poſt medium,& Lamber.in tracta.iur. patro.art.4. quæſt.9.par.3. lib. 2.ver.Et ſequitur Lap.in Alleg.99 dic tu 96.*

i ¶ In nouel.] *Et etiam Cardi.in d.c. dilectus,ver.Et in eo,ꝙ dicit glo.de offi lega. Ange.in l.ſed ſi hac.§. patronũ, vbi ꝙ ſi quis impetret beneficium ſpectans ad præſentationem patroni nihil agit & Ioan. Bapt. Ferret.qui ſequitur Lap conſi. 211. in cauſa iuris patronatus, ante num.11.*

k ¶ Ad cuiuſcunque. ] *Vide ſupra Alle.84.D.Papa,nu.6.& quæ ibi addo,& Abba.conſi.18.in cauſa communis,verſi. Quia talis gratia non extenditur ad eccleſiam patronatam laicorũ lib.2.Vide duas pulchras Apoſtil. ad Abba. in c.ad aures,in ver.iuriſpatronatus, de reſcri. quæ Lap.hic citare voluerunt. Et ꝙ per clauſulas quantuncunque generales non cenſeatur Papa tollere ius patronatus laicorum propter rationem de qua hic ne retrahantur laici ab ędificatione eccleſiarum concludit Barba.conſi.33.ſcripſit pſalmiſta,col.fi.verſi. Vnde Papa per generales clauſulas,poſt nu.1.lib.2.Præceptor meus conſi 126.in cauſa,col.2.in fin. & colu. fi. poſt mediũ.& conſ. 148. Reueren.col.1. ad fi.vbi citat,et ſequitur Lap.hic.Et La. hic poſt Feli.& Barba. vbi ſupra ſequitur Lamber.de iur.patr.art.3.q.9. par. 3. lib.2.poſt nu. 1.ver.Et hoc dictũ latè firmat Lap.et poſtea ad fi.dicti arti.vbi etiã alios citat,& art.ſeq.nu. 2.& ante Io. de Syl.de Bene.par.3.q.11.num.13 & Staphi.ſuper ſigna. dum de modo, & forma impetrationum tractat fol.54. ver. tertio, an ſit locus.*

l ¶ Ioan. And. ] *Cum Ioan.Mona.& Ioã. And.tenent Domi.ibidem,ac Imol. in c. dilectus.de offi.lega. Cum quibus etiam, & Lapo hic concludit Pariſ.conſi.114. cũ reſeruatio,num.18.& ſeq.vol.4.*

m ¶ Retraherentur. ] *Hoc dictum Lapi referunt,& ſequuntur Geminia.in cap.2. poſt nu.11. ver. Et hanc partem. de præb. lib.6.Alexan. conſi.75.viſis ponderatis, num.1.vol.4.Roc.de Cur. de iur. patro.in ver.honorificum,num.22.ver. Sed hic ſuboritur,& in ver.competens, quęſt. 24. nu.54.Lambert.in eo.tracta arti.17.q. 6. part.1.lib.2. in prin. vbi etiam alios refert.& Joan.Syl.de bene.par.3. quæſtio. 11. ver. Et ipſe Lap. aſſignat rationem, poſt numerum xiij. & numero 21. in 2. fallen. Aliam rationem vltra eam quòd retraherentur & cætera habes in nouiſſimo Concilio Tridenti. Seſſio. 25. de Decre. reforma capit. 9 ſub ijs verbis. Sicut legitima patronorum iura tollere, piaſque fidelium voluntates in eorum inſtitutione violare æquum non eſt.*

n ¶ Permutationes. ] *Idem voluit Rot. Bellame.181.in eo.quam,& Lap. hic ſequitur Staphi. ſuper Signa. de modo & for. impe.in ver.Tertio,an ſit locus.ad fi. ibi infert etiam ibidem Lap.fol.54. iuxta primam impreſ. Et Lap. hic citant, & ſequuntur Felin.in cap.cum acceſſiſſent, ante*



*ante numerum 18.ver. Idem ſi vult autorizare.de conſtitu.& Jo.de Syl.de Beneſi.par. 3. q. 11. ante numerum 20. & Gig.de penſio.quæſt.23. num. 5. Tu autẽ pro declaratione huius dicti Lapi vide omnino.per Andr.Gamma.in repet.cap. vni.de re.permu.lib. 6.ſeu in tracta. permuta.ſuper gl.in ver.in fraudẽ nu.91.verſi.Et ita firmat Lap. fol. mihi 14. & per eundem And.Gamma. in præceden. glo. in ver.diœceſis, ante numerum 72. verſi. ſecunda concluſio:qui etiam Lap.hic citare debuit, Et vide diſtin. Feli. in tracta. quan. lite. Apoſto.in 9. Amplia & eundem Feli. in cap. cum Bertoldus numero 15.de re iudi. & Lamber.de iur. patr.art. 12.quæſtio.9. par. 3.lib. 2.& art.21. ante numerum 2.vbi latè & pulchrè. Vide etiam in ſequ. Apoſtilla.*

o ¶ In c.vni. ] *Vbi etiam Phi. Fran. qui Lap.hic ſequitur. Idem voluit Gaſpa.Cal de.conſi. 2. an permutatio, ſub titulo de permut.Rebuf. in Praxi, in 3. par.ſigna. numero 40.ver.Etiã in permutatione requiritur conſenſus patroni, & idem firmant alij per me relati in proxima præceden. Apoſtil.latius autem, & plenius Lamber.de iur.patrona.artic. 6. quæſt. 6. par.1. lib.2. ante numerum 7. ac numero 13.cum alijs ſequen.numero 18.& 19. & in alijs locis, vbi hanc opin. communem, & veriorem affirmat.*

## *SVMMARIVM.*

1 *Clementina vnica de cauſa poſ. & proprieta.qualiter ſit intelligenda.*

2 *Petitorium quo caſu poſſit per exceptionem ſpoliationis ſuſpendi.*

3 *Reus contra quem agitur rei vendi. an poſſit ſuper eadem auctorem reconuenire.*

4 *Conuentio & reconuentio an poſſit ſuper eadem re fieri.*

## ALLEGATIO XCVIII

1 Quęris a me non † incautè de intellectu cle.vni.de cau. poſ. & proprieta. quę diſponit quod in cauſa beneficiali ad ſedem Apoſtolicam deuoluta liceat tam appellato,quã appellanti nedum petitorium, ſed etiam poſſeſſorium intentare, & ante concluſionem ſuſpendere petitorium a ſe,& ab aduerſario intentatum in ſolo poſſeſſorio procedendo, dubiũ tibi facit quod non videtur quomodo intentato petitorio per aduerſarium auctorem reo competat poſſeſſorium interdictum,nã petitorium actoris præſupponit reum poſſidere,ſed poſſeſſorium rei præſupponere dẽt actorem poſſidere, & ſic iſta iudicia ſe non compatiuntur,& quod ſuper eadem re petitorium ab vna parte, & poſſeſſorium ab alia fieri non poteſt niſi in caſu c.ex conqueſtione.de reſti. ſpo. & tangit glo. in decr.fi.de ord.cogni.Caret ergo exemplo, & practica dicta cle. & fruſtra membranas occupat,& quia prudenter quęris,prudenter tibi, & exquiſitè reſpondendum eſt,& fateor tibi de re iſta hæſitandum,& gloſſatores,nudè,& tanquam muſcipula ſuper pennas tranſiuerunt,qui eorum reuerentia ſalua, melius illum tex.gloſſando aperire debuerunt. Audiui D.meum Io.de Lignano dicere, & hoc intelligere debere quando actor poſt intentatũ petitorium ſpoliauit reum,quo caſu reus poteſt ſuſpenſo petitorio poſſeſſorium intentare,& ſic ſecundum eum, eſt dare aliud exemplum, excepto caſu decr. ex conqueſtione pręall. in quo petitorium ab vna parte, & ab alia poſſeſſorium ſuper eadem re põt intentari; ſed iſte non videtur mihi ſanus intellectus illius cle. pp multa. Primo, quia in hoc caſu aliud paratum erat remedium, quia non ſolum ea quæ poſt litem conteſt. ſed etiam ea quę ante ſaltem poſt citationẽ[a] attẽtata ſunt,
a
ſine libello, [b] ex puro, & mero officio iudicis reuocantur in ſtatum priſtinum, ut plene
b
no.glo in cle.1. ut lite penden. & ſecundum eandem gl.in hoc differt iſte modus a regula de reſti.ſpo.quia hoc modo de plano expeditur,in reſtitutionibus libellus offertur, & lis conteſtatur,& ſic facilior,& fauorabilior.Nõ eſt igitur veriſimile ꝙ noua,& inutilis prouiſio, & ſuperflua facta fuerit.Item,† poterit di
2
cto

ćto caſu petitoriũ ſuſpendi per except. ſpol. quæ ēt poſt litē conteſtatā [c] pōt opponi ſi de nouo emergat de offi.deleg.c.inſinuāte.Item cũ petitorium non detur niſi aduerſus poſſidentē, ſi intētans petitorium ſpoliat poſſeſſione,vr̃ hoc ipſo ſuſpendi petitorium ſuũ,quia qđ quærebat intus hēt & reo deſinente poſſidere ſine dolo dēt abſolui.ff de rei vend.l.ſi aũt.vnde nō expediebat per nouā prouiſionē ſuſpendere.Quare melius vr̃ mihi in alio exēplo poſſe dicta cle.practicari,vt videlicet dicamus,qđ ego agebā contra aduerſariũ poſſeſſorio,qđ fieri pōt,& ſic proponebā ipſum poſſidere; ipſe reconuenit me petitorio, qđ
3 pōt ſuper eadē re, ꝓ iſto caſu † non obſtat quia reus contra quem agebatur rei vendicatione nō pōt ſuper eadē re reconuenire actorem,q̃a tunc ageret ſuper re quā poſſidet, qđ non licet:q̃a ut ſcribit Io.An.in decr. in præſentia,de ꝓbat.ſuper ver.cęteris,hoc accidit ꝑꝑ nimiā petitionē conuenti,cui alia petitio reconuentionis eſt annexa,alias non liceret,
4 & ꝙ † conuentio,& reconuentio poſſit fieri ſuper eadē re eſt clarũ,& ꝓbatur in l.ſi inter me. de exce.rei iud.qđ plenius vr̃,ſupra cle. alle. Mō ſi iſta cā ꝑ appellationē deuoluatur ad curiā potero ꝓcedere in ſolo poſſeſſorio meo, & ſuſpendere petitoriũ meũ conuentionis,& petitorium aduerſarij reconuentionis,q̃a vtrunq; petitoriũ intendebat, & facit ad hoc litera dictæ cle.: quæ loquitur coniunctim de petitorio a ſe,& ab aduerſario intentato, & idem eſſet ſi ago, licet poſſem agere petitorio,& poſſeſſorio,ut in c.j.de reſti ſpo. & aduerſarius me reconuenit & ſic vterque petitoriũ intentauit, & cũ eſſet appellatũ ad ſedem apoſtolicā uolui ſuſpendere utrunq; petitoriũ, & agere poſſeſſorio, & dr̃ in iſta cle. qđ hoc poſſũ,& ſic planus eſt itellectus iſtius clem. Sed dum hic eſſem occurrit mi-
d hi quod ſcribit Io.And. [d] in Spec.de peti. & poſſeſ.§.vltim.ad fin.vbi refert iſtam practicam fuiſſe in tali exemplo decre. extrauag. execrabilis Ioan.22.Impetrauit A. contra B. literam Papalem ad ordinariũ, ꝙ ſi conſtaret dictum B. contra dictam decret. tenuiſſe decanatum,& præpoſituram quorum utrunque haberet curam animarum; præpoſiturā illam conferret authoritate apoſtolica illi. A.ordinarius executor illo.B.non citato,nec cognito,de facto præpoſituram illam contulit, & in poſſeſſionem induxit dictum A.expulſo.B.qui appellauit ad curiam ipſe.B.petebat ante omnia reſtitui,& fateor, ꝙ beneficium dictæ clemen.ſe porrigit ad iſtud exemplum,quod ſępius occurrit in ezemplo meo prædicto nec eſt inconueniens, ꝙ una lex ad plures caſus ſe porrigat, & ita tuæ quæſtioni ſatisfactum puto.

## Addi. Quint. Mandoſij.

a ¶Poſt citationem.] *Poſtquam lis pēdere dicitur,ergo quicquid poſtea attemptatum fuerit reuocari debet. toto titulo vt lit.penden.nihil inno. etiam lib. 6. & in cap.cum M.in fi.de conſtitu.c. ad diſſoluendum in fi.de deſpon.impu.c.ex literis,ubi glo.magna,& Docto. de iur. patrona. Pro clariori autem,& generali intelligentia diſtinguendum eſt,ꝙ aut ſupponimus reum attemptaſſe,aut actorem, primo caſu requiritur quòd ad inſtantiā actoris citatio ſit decreta , item quod ſit executa,& ſic decreta,& executa citatione contra reum lis pendere dicetur.l. & quia.iun glo.penul. ff. de iuriſ. om. iudi. c.propoſuiſti.de foro competen.cap. gratum, & c.relatum.de offic.deleg.clem.2. vt lit.penden ] innocen.in c fi.num.2. & ibi Hoſtien. & Abba.eod. Iaſo. in l. 2. col.1.verſi.Tu tamen.C.ut lit.penden. In ſecundo verò caſu ſufficit ad inſtantiam actoris citationem decretam fuiſſe, licet executio facta non ſit ad hoc, ut quod ad ipſum actorem lis pendere dicatur, & quicquid ipſe in præiudicium rei fecerit attemptatum dicatur, & reuocandum ueniat.Rot. de Appella. 2. utrum poſtquam , Biſigne. in antiquio. 428. not. vtrum, ac 456.not.clemen. in antiq. & in no.75.quod dicitur. Bellame. 380.ſi faciens committi. Ludouic.Roman conſi. 330.circa primum, ante numerum 3.verſicu.Illud autem, & Felin. in capitu.ſuper literis , numero 13. verſi. dicitur autem.de reſcript.*

b ¶Sine



b ¶Sine libello.] *Vide quæ ſcripſi in glo.faculta.ſuper 14.commiß. Attemptatorum, in verſicu.cauſam, & cauſas attemptatorum , dum de primo priuilegio attemptatorum tracto, vbi etiam oſtendo quòd duobus probatis, videlicet innouatione, & quòd lite pendente iudex ex officio de plano, & ſine libello attemptata reuocabit.*

c ¶Poſt litem conteſtatam.] *Lapum hic citare voluit Ioan.de Imol.in clementina vnic. ante num.decimumquartum, ibid.Et Lau.de Caſt. in Alleg. 24.Lege tu & Lap. de Caſtellio.in Allega.97.de cauſ.poſſeſſ. & propri. An autem poſt concluſum in cauſa? videtur dicendum, quòd non per ea quæ adduco in gloſſ.facul.in 7.commiſ. in verſi.pendeant indeciſæ, ver.poſſet etiam dubitari.*

d ¶Ioan.And.] *Et ante ipſum plenius Old.conſi.227.de toto.*

## SVMMARIVM.

1 *Minor compromiſſum faciens ſine curatoris authoritate an poſſit poſtea illud compromiſſum petere pronuntiari nullum.*

2 *Appellatione facta a diffinitiua ſententia appellationis articulus non diſtinguitur a negotio principali.*

3 *Iudex appellationis & nullitatis poteſt pronuntiare ex veteribus actis validis reprobatis inualidis, ſecus ſi omnia acta forent inualida.*

4 *Cauſa nullitatis & appellationis qualiter ſunt contrariæ.*

5 *Iudex appellationis poteſt abſoluere & ſtatim eundem ex alia cauſa condemnare.*

## ALLEGATIO XCVIII.

Factum ita ſe hēt, Andreas propoſuit corā iudice ordinario ſe feciſſe cōpromiſſum cũ Dardo certo loco,& tpe,q̃ tpe dicti cōpromiſſi erat minor annis, & ipſum cōpromiſſum feciſſe ſine authoritate curatoris,quare petebat nullũ ꝓnuntiari cōpromiſſum,ſuper qua petitione partibus citatis,& lit.conteſt.& dato peremptorio termino ad ꝓbandũ,dictæ partes dilatione prædicta pendente fecerunt aliud cōpromiſſũ de ꝓdictis quæſtionibus in aliũ arbitrum. Poſt quæ idem Andreas cōparuit coram dicto iudice,& ꝓpoſuit ꝙ dicta lite pendente factũ erat dictum ſecundũ cōpromiſſum, & finitũ erat primũ , & ei per dictas partes tacite renunciatũ , & ſic litem ſuper primo ulterius proſequi non tenebantur: & iō ſe petebat abſolui ab obſeruatione dicti iudicij ſuꝑ primo dicto cōpromiſſo,citata parte, & contra dicente Andreas probauit, & fidem fecit de primo,& ſecundo compromiſſo,& pars aduerſa negabat primum cōpromiſſum per ſecundũ expiraſſe, quare idem Andreas petit ſuper hoc ſibi dari conſiliũ ſapiētis,& iudex de conſenſu partiũ ſuper petitione conſilij , & ad conſulendũ cōmiſit cuidam iuris perito,qui viſis actis, & actitatis,cōſuluit in effectu,ꝙ dictus Andreas nō erat abſoluēdus ab obſeruatione dicti iudicij,& ꝙ dictus Dardus diffinitiuè erat abſoluendus a dicta prima petitione dicti Andreæ,& cōtentis in ea, ex eo quia ut aſſeruit ꝓducta, propoſita, & ꝓbata ꝑ dictũ Andreā non erāt ſufficiētia. ad inferendũ intentũ d. Andreæ, & iudex
a ꝓdictus qui ꝑꝑ reformationē citat. [a] cogebatur ſequi cōſiliũ,pronuntiauit ſecundum formam dicti conſilij, a qua ſnīa pro parte dicti Andreæ fuit ad ſuperiorē iudicē appella-
b tũ, [b] & de nullitate oppoſitũ,& ſi aliqua foret,fuit appellatũ,& ꝑ cās nullitatis, & iniquitatis dictæ ſnīæ fuit dictũ in ipſa appellatione, q̃a dicta ſnīa erat nulla, ſeu ſaltē iniqua ex eo,ꝙ lata ꝓtextu cōſilii ꝓdicti, & ꝙ dictũ conſiliũ erat nullũ, & ſequi nō debebat, ex eo q̃a redditũ extra. tp̃s iudultũ a lege municipali eidē ꝯſultori ad conſulendũ ſub pęna nullitatis cōſilii. Itē ꝑ eo quia dictum conſilium fuerat redditum ultra formam mādati & com-

& commiſſionis factę dicto conſultori per di
ctum iudicem, nam cum ſibi fuiſſet cōmiſſū
ꝙ cōſuleret ſuper dicto articulo an idē And.
debere: abſolui ab obſeruatione dicti iudicij
prętextu dicti ſecundi cōpromiſſi, cuius vi-
gore dicebatur finitū primū cōpromiſſum ſu
per quo agebat; ipſe cōſuluit ipsū Dardū fo-
re diffinitiuè abſoluendū a principali petitio
ne, cū tñ ēt ſm dictū cōpromiſſum idem An-
dreas adhuc non debuiſſet abſolui ab obſer-
uatione dicti iudicij, tñ adhuc ſuper petitio-
ne ꝓbare poterat de iure ſuo, & de minori ę-
tate, quia non erant elapſa tēpora ꝓbationis.
Item pro eo quia dictum cōſilium fuit reddi-
tum loco, & tpe vetitis à iure ſcilicet noctis
tempore, & non de die, & non ad banchum
iuris, ſed ſuper porta palatij. Modo rebus ſic
ſe habentibus quæritur de pluribus. Primo
quęritur vtrum procedendum ſit in cauſa ap
pellationis, & nullitatis, facit dubium quia
2 hęc fuit ſententia diffinitiua, † & quando ap
pellatur a diffinitiua ſententia articulus ap-
pellationis non eſt diſtinctus a negotio prin-
cipali. de appellatio. non ſolum libr. 6. &
not. in capitulo, Raynal. de teſtamentis ſu-
per gloſſ. & ita in Specu. de appel. §. qualiter,
verſicul. & ſm hoc videtur ingrediendum li-
tem, & narrare ſententiam nullam, ex cau-
ſis prædictis, & petere eam nullam pronun-
tiari, & dictum Andream fore abſoluendum
ab obſeruatione dicti iudicij, ex cauſa præ-
dicta, & hoc eſt planum, vbi per ſm com-
promiſſum primum fuiſſet expiratum, & vbi
actor ex tali cauſa poſſit petere ſe abſolui ab
obſeruatione iudicij verum in hoc eſt vnum
periculum, quia ſi per ſecundum compromiſ
ſum non expiraret primum, iſta cauſa non eſ
ſet ſufficiens & non poſſet pronuntiari An-
dream abſoluendum ab obſeruatione dicti
iudicij, eſto quòd dicta ſententia eſſet nulla,
vel iniqua ex dictis alijs cauſis, ſed potius
contrarium, vnde dicto caſu deberet iudex
dicere pronuntio ſententiam fuiſſe nullam,
vel iniquam ex tali cauſa, vel ex tali defectu
proceſſus, tamen ex alijs prioribus actis pro-
nuntio dictum Andream non fore abſoluen-
dum ab obſeruatione dicti iudicij.

5 Nam † iudex appellationis, & nullitatis po-
teſt pronūtiare ex veteribus actis validis, re-
probatis inualidis; licet ſecus, ſi omnia facta
forent inualida, vt probatur, & legitur, & no-
tat Accur. in l. conquerebatur. de re iudica. &
cod. titulo. iudex, vide per dominum Bart. &
Specu. in Spec. de ſententia excommunica-
tionis: §. iuxta. verſicul. ſi cauſa. & Ioan. And.
c ſuper dicto ver. plenius. [c] Sed quomodo igi-
tur debebat Andreas redire ad ſuam cauſam
principalem, & ad probandum contenta in
ſua prima petitione, a qua diſceſſerat putans
ſe debere abſolui ab obſeruatione iudicij ex
cauſa prędicta? nā non videtur ꝙ poſſet redi-
re: nā hęc appellationis & nullitatis cauſa eſt
vna, & diuidi non poteſt, ſimul ergo eſt tra-
ctanda. Item per l. municipalem, cauſa appel
lationis nullitatis, & iniuſtitię habet breuē in-
ſtantiā, quæ ſimul finietur cū deciſione pri-
mi articuli, ita ꝙ poſtea non poſſet tractari
alius, & quòd iſta ſimul tractentur, videtur
impoſſibile per incompatibilitatem, nam in
vna parte petere abſolui ab obſeruatione iu
dicij videtur, & in alia parte tēdere ad litē ꝓ
ſequendam, & finiendam, vt pronuntiaretur
ſuper principali petione, hęc ſunt inuicē cō-
traria: [d] tamen puto ꝙ ex iſta euidenti cauſa
d poſſit Andreas vtranque cauſam ducere ſi-
mul ſub verbis quę denotēt conditionem &
ordinem ſucceſſiuum, ſicut dicimus ꝙ † cau-
4 ſę nullitatis, & appellationis ſunt contrarię,
quia vna præſupponit ſententiam valere, &
alia eſſe nullam: tamē ſub iſto ordine ſucceſ
ſiuo ſimul ducuntur: [e] dico ſententiam nul-
e lam, & ſi qua eſt [f] remedio appellationis pe
f to eam reuocari. vt plene no. Innocen. & alii
docto in capitulo, dilecto, de appellationibus
& eſt vſque adeo talis conditio, ſiue ſucceſſio
in tali libello neceſſaria, quod Hoſtien. not. in
dicto. capitulo. dilecto quod taliter agens de-
bet proteſtari, quod in proceſſu cauſæ alterū
dictorum modorum eliget, & proſequi in-
tendit, & hoc propter contrarietatem, quæ eſt
inter nullitatem, & iniquitatem. Ita in propo-
ſito dicendum uidetur ut ſcilicet proponat
Andreas dictam ſententiam nullam ex dictis
cauſis, & nullam pronuntiari petat & ſi qua
eſt remedio dictæ appellationis reuocari
tanquam iniquam, & pronuntiari ipſum An-
dream abſoluendum ab obſeruatione iudicii
ex prioribus actitatis, quia facta eſt fides de
ſecundo compromiſſo, ut ſupra, & ſubiungit
verū, ſcilicet caſum alias per dictū primū cō-
promiſsū apparet per dictū ſm non fore reuo
catum, & ſic dictum Andream non fore ab-
ſoluendum ab obſeruatione dicti iudicij,
peto pronuntiari dictum primum compro-
miſſum



miſſum nullum ſecundum formam petitio-
nis, proteſtans quòd in proceſſu cauſę al-
terum eligere, & proſequi duntaxat in-
tendo, tamen hoc non eſt in vſu, & ſine ta-
li proteſtatione procedunt tales libelli, & in
Romana curia obſeruantur. Sed pro hoc eſt
cauendum, quia in cauſa principali non ſunt
factæ probationes minoris ętatis, & ideo por
recto libello prædicto in nullita. & appel-
la. petatur dilatio, & remiſſio ad partes, nec
fuit factum in cauſa principali, quia in cau-
ſa appellationis a diffinitiua nō probata pro
babo, & non propoſita proponam. de teſti-
bus, fraternitat. & capitulo. Ioannes, de fide
inſtrumento. cum vtrobique notatis, & om-
nia ſimul deducere poſtea omnibus actita-
tis, & elapſis dilationibus examinabuntur
acta, & totus proceſſus recenſebitur, & ſi per
ſecundum compromiſſum apparebit dicto
caſu actorem potuiſſe petere ſe abſolui ab
obſeruatione dicti iudicij ex dicta cauſa, ſci-
licet quia per ſecūdum compromiſſum fuit
primum finitum, & condemnabitur pars ad-
uerſa in expenſis prioris cauſę, & ſecundæ,
Si autem examinato proceſſu, & allegationi
bus & diſputationibus auditis appareat per
dictum ſecundum compromiſſum primum
non expiraſſe, ſeu dictum actorem nō potuiſ
ſe de iure ſic petere, tunc ſi ſententia appa-
reat nulla, vel iniqua ex alijs cauſis, pronun-
tiabit ſententiam nullam, vel caſſabit ex cau
ſis ſuis, ac demum ex prius actitatis pronun-
tiat dictum Andream non fuiſſe, nec eſſe ab-
ſoluēdum ab obſeruatione iudicij, & ipſum
condemnabit in expenſis, & hoc non eſt no-
6 uum, quòd † iudex appellationis poſſit abſol
uere, & ſtatim eundem ex alia cauſa con-
demnare, vt no. Io. And. in cap. Raynal. de te
ſtam. ſuper glo. allegat. de accuſatio. ad peti-
tionem, & not. in cap. dilecta. de appellatio.
ſuper verſi. latas, in nouella, & ſi ſecundum
g vtilitatem [g] appareat eſſe probatum de mi-
nore ætate, vel aliquod aliud de nouo propo
ſitum, vel probatum, ꝙ inferat nullitatē pri-
mi compromiſſi, quod fieri poteſt in cauſa ap
pellationis, quia non propoſitū proponā &c.
tunc adiiciet iudex in ſententia, & quia con-
h ſtat nobis eſſe probatum [h] ius dicti Andreæ
i ſuper petitione principali, pronuntiamus [i]
dictum compromiſſum primum fuiſſe, &
eſſe nullum, & partem aduerſam in expen-
ſis condemnamus. Si vero nil de principali
petitione appareat eſſe probatum, tūc iudex
dicet cōtrarium, videlicet & quia ſuper prin
cipali petitione pro parte dicti Andreę nil
conſtat eſſe probatum: ideo dictum Dar-
dum a dicta petitione, & contentis in ea dif-
finitiuè abſoluimus, & partem aduerſam in
expenſis condemnamus. Sed pone quòd ſen-
tentia pronuntietur nulla, vel iniuſta ex ali-
qua cauſa, ſed non ex eo, quòd primum cō-
k promiſſum ſit finitum per ſecundum, [k] im-
mo pronuntietur Andream non eſſe abſol-
uendum ab obſeruatione iudicii. Quid erit
de expenſis? dubium facit: quia in iſto caſu
utraque pars ſuccubuit, & vtraque obtinuit
in parte, nam in eo, quòd pronuntiatur ſen-
tentia nulla, & iniqua, obtinuit Andreas, &
Dardus ſuccubuit, & ſic debet in expenſis
condemnari; puto Dardum debere condem
nari in expenſis principalis cauſę, & pręſen
l tis; & non quidem in omnibus, [l] ſeu pro om
nibus actitatis prioris cauſę, ſed a die latæ
m ſententiæ, quia [m] dum videbat ſententiam
nullam, vel iniquam ex actis eam ſatagens
defendere vexabat defendendo, & Andreas
iuſtam habuit defendendi cauſam cum ſen-
tentia eſſet nulla, vel iniqua, licet pronuntiet
Andream non fore abſoluendum, non tamen
n & hoc expreſſe Dardo [n] immo debet habe-
re gratias Andreæ, quia ex appellatione, &
proceſſu reportat ſententiam pro ſe. Fateor
tamen quod per hanc ſententiam apparet
quia Andreas iniuſtè litigauit, ut in principa
li, petendo ſe abſolui ab obſeruatione iudi-
cij, & ſic vexaſſe dictum Dardum quòd de-
bet condemnari in expenſis factis per Dar-
dum ab ea die qua petit, vſque ad illū actū
in quo iudex grauauit Andream, videlicet a
die in qua ſententiam protulit, quam ex de-
fectu conſilii promere nō debebat, ſed quid
ſi poſtea iudex ſecundum pręmiſſa pronun-
tiet compromiſſum primum nullum, quia
in cauſa appellationis probatus eſt defectus
ętatis, qui proponebatur in primo libello.
Dico quòd Dardus debet condemnari in
expenſis cauſæ appellationis; & pronun-
tiari ex nouis probationibus, & non ex ve-
teribus actitatis, & ſic ſine culpa primi iudi- 2
o cis vel partis, ut in c. Ioannes. [o]

## Addit. Quint. Mandoſij.

a ¶ Propter reformationem citat.] *Legerem propter reformationem ciuitatis cogebatur ſequi conſilium. De ſtatuto quòd quis teneatur ſequi conſilium, & eius effectu, & quòd excuſet a ſindicatu ſi ſequutus fuerit conſilium iniquum vide Ioan. Andr. in c. nullus ex conſilio, colum. 3. verſic. ſoluebat Nico. lib. 6. Barto. in l. ſi conuenerit, poſt numerum 4. verſ. Item puto quòd ſufficeret, Alexan. latius numero 11. verſ. Extra gloß. & Iaſo. numero 18. ff. de re iudic. ac Ioan. Andr. & Bartol. vbi ſupra ſequitur Ludouic. Romanus conſilio 228. pro plena ante numerum. 15.*

b ¶ Appellatum.] *Appellari poteſt a ſententia lata ſecundum conſilium Barto. in Allega. l. ſi conuenerit, numero 5. ff. de re iudica. & ibi Alexand. & Iaſo. idem Bartol. in l. 1. §. quæſitum in fi. ff. de appellat. Roman. præallega. conſil. 228. numero. 15. & in fin. Abba. in cap. cauſam de re iudic. in princi. & ibi Felyn. hanc communem ſupponit numero 2. Et hanc communem teſtatur Iafre. Dec. 453. incipien. a ſententia lata de conſilio. Immo volunt Doctor. vbi ſupra ſententiam latam ad conſilium ſapientis non tranſire in rem iudicatam, prout etiam voluerunt Anto. de But. in capit. propoſuiſti, colu. 1. de probatio. Alexand. in l. ſi ab hoſtibus, numero 12. ff. ſolut. matri. vbi etiam loquitur quando ſtatutum arctat ad ferendum ſententiam ſecundum conſilium periti in iure. Et hanc eſſe communem opinio. teſtatur D. meus conſil. 278. non leuis, numero 7.*

c ¶ Plenius.] *Idem voluit Lap. infra Allega. 207. allegatio. Rot. Bellam. 440. ſi proceſſus.*

d ¶ Contraria.] *Prout per Barto. in l. ſi expreſſim, poſt numerum 4. verſic. Alij dicunt contra, quia appellatio, & nullitas ſunt contrariæ, ff. de appel. Vide tamen quæ poſt Innocen. ibi ſubdit, quòd cauſæ nullitatis, & iniquitatis non ſint contrariæ, & poſtea diſtinguit, vt ibi. Vide etiã Bald. in l. 1. numero 5. & ſequ. vbi poſtea ſubdit, quòd illi qui dicunt libellum huiuſmodi continere contraria non dicunt uerum: deinde poſt numerum 12. pulchrè declarat quæ ſint contradictoria, quæ contraria, & q̃ ſeparata, ſeu diuerſa. C. de furt.*

e ¶ Ducuntur.] *Aliàs deducuntur. Quando autem nullitas veniat acceſſoriè, vel incidenter, & quando æquè principaliter, & cumulatiuè tracto in gloſ. facul. in 17. commiſ. in ver. nullitatis, in 1. qu.*

f ¶ Et ſi qua eſt.] *Gloſ. in ver. non obtinebit in l. 1. C. quan. prouoca. non eſt neceſ. & ibi Cyn. in 6. quæſtio. Specu. de ſent. §. iuxta, verſ. ſed nunquid, numero 28. & ſequ. Et ſubdit quòd hoc Romana Curia ſeruat, & quòd pluries ita de mandato Papæ pronunciauit, ſequitur Nico. Mil. in Reperto. in verſ. Libellus alternatiuus. Bart. in l. 1. §. libelli, numero 9. & in præallega. l. ſi expreſſim, numero 4. in 3. quæſtio. & ante poſt. Et ſubdit ante numerum 5. quòd conſuetudo talem appellationem admittit, ff. de appellatio. Bald. in l. 1. numero 5. & ſeq. C. de furt. Archi. in c. ſtatutis in fi. 2. quæſtio. 1. Iaſo. in l. 1. colum. 4. verſi. Iſtæ duæ regulæ, ff. de iuſ. & iur. Et hanc eſſe communem legiſtarum, & canoniſtarum teſtatur Abba. in Allega. hic c. dilecto, poſt numerum 8. verſi. Quandoque appellans vult proſequi. de appella. & ibidem Franc. quæſt. 21. Idem Abba. conſi. 97. in princ. lib. 1.*

g ¶ Secundum vtilitatem.] *Legerem ſecundum veritatem. Infert euidenter Lap. hic, & infra ad fin. verſic. Sed quid ſi poſtea iudex, ꝙ probatio minoris ętatis tẽpore primi compromiſſi illud nullum reddat ſuppoſito etiam quòd non interuenerit curator prout ſupra in princ. thematis.*





*In compromiſſo pupilli abſque interuentu tutoris quòd non ſubſiſtat habemus tex. in l. ſi pupillus ſine tutoris auctoritate. ff. de arbit. & ibi glo. in ver. peti, ver. Sed cum ipſo iure non teneatur hic pupillus. l. ſi minor xxv. annis filiofami. §. minores, iuncta gl. 1. ibi. Sed ſine tutore non valet ipſo iure. ff. de mino. Quando autem abſque interuentu curatoris ſit cõpromiſſum, vel cum eo ex quo compromittendo videatur lęſus, & de reſtitutione in integrum tunc petenda, & quid quando ſit compromiſſum mandante iudice, vel ex forma ſtatuti, prout in ſtatuto noſtro vrbis tractant Bar. & alij in d. §. minores, Bal. in l. non videtur, & alij. ff. de in inte. reſti. Abb. conſi. 31. circa primum. lib. 2.*

h Et quia conſtat nobis eſſe probatum.] *Altera lectura erat. Et quia in vobis eſſet probatum. Alia verò Et quia in bonis eſſe probatũ, Lego, & quia inuenimus eſſe probatum. Monet hic Lapus iudicẽ ut in ſentẽtia adijciat dicta verba, altera (vt puto) ex tribus rationibus, vel quòd ipſe ſentiat quòd indiſtinctè iudex in ſentẽtia cauſam exprimere debeat, ſeu expediat, vt exprimat arg tex in l. quod ait. §. ignominię, ver. ſemper enim debet addere cur miles mittatur. ff. de ijs qui notan. infa l. ſed & ſi. ff. de euictio. c. fin. 21. diſt. uel potius quia in ſententia reuocatoria, ſeu reformatoria primę exprimenda ſit cauſa, licet regulariter aliàs cauſæ expreſſio non requiratur, ut per Spec. de ſenten. § vt autem, nu. 27. ver. Sed pone ecce, & in § præceden. ante num. 15. in 6. caſu, uel forſan, quòd in terminis Lapi cõcurreret aliquis ex alijs caſibus de quib. per eundem Spec. in alleg. §. qualiter autem ſententia, & per Abba. in c. ſicut, et ibi per Feli. nume. 13. cum pluribus ſeq. de re iudic.*

i ¶ Pronuntiauimus.] *Melior lectura pronuntiamus, quod apparet ex verbo infra cõdemnamus, quod eſt pręſentis tẽporis, ita & hoc uerbum præcedens eiuſdẽ temporis eßet debet, ne appareat difformitas, utq; pariformis determinatio fiat argu. tex. in l. nam hoc iure. ubi omnes. ff. de uulga. l. 2. & l. quamuis. C. de impube. cum uulga. Rurſus cum hic Lapus aduertat iudicem quibus uerbis uti debeat ſequitur, ꝙ hęc ſint uerba in ſchedula ſententiæ apponenda, in ſententia autem iudex loquitur per uerba præſentis temporis, puta, dicimus, pronuntiamus, ſentiamus, ut omnes norunt, & uidere eſt in diuerſis formulis per Spec. collectis ſub titulo de ſenten. & per eundem Lap. infra ibi Et partem aduerſam in expenſis condemnamus.*

k ¶ Sit finitum per ſecundum.] *Aliàs ſit ſublatum. Regulariter autem per ſecundum compromiſſum cẽſetur receſſum a primo, primumque amplius non ſubſiſtere, ut probat tex. in l. ſed etſi, in fi. cum l. ſequ. & principio ſubſequen. ff. de arbit. Idem uoluerunt Spec. tit. de arbit. §. finitur, nu. 7. Cardina. in cle. quamdiu, nu. 4. de appella. Sozzi. conſi. 87. penſatis, numero 3. uol. 4. Et hanc teſtatur communẽ Grat. reſpon. 118. uidetur Vincentium, numero 14. lib. 2. uide omnino Io. Baptiſtã Bar. pronepotem in tracta. de arbit. cap. 3. lib. 13. ubi diſtinguit, concludens primũ reuocatum, dicens etiam Lap. hic nihil boni allegare, & nihil firmare.*

l ¶ Nunquid eſt in omnibus.] *Legerem non quidem in omnibus. Sed contra imò in omnibus ex ſtilo ſacræ Rotæ, iuxta quem indifferenter ſit condemnatio expenſarum, non attento an quis iuſtè, vel iniuſtè, ſeu calumnioſè litigauerit, prout teſtantur Gaſſa. Dec. 13. nu. 2. de reſcr. & Sarneu. quæſt. 41. Regu. de Anna. in prin. Quem ſtilum ut rationi conſonum defen. in 11. q. Regu. de ſubro. num. 4.*

m ¶ Curia.] *Hic nullus ſenſus elici põt. Aliqui legũt quia, quam lecturam non probo. Ego duplicem lecturã excogitaui,*

*vel vt legamus Citra,& reſpiciat ſuperiora, hoc modo, ſed a dic latæ ſententiæ citra, & corrigenda eſſent aliqua verba ſequentia Altero modo vt coniungamus cum verbis ſequentibus,& legamus loco verborum curia non videbat,cum iam videbat vt ſenſus ſit, quòd Dardus qui videbat, ſeu videre poterat ex actis ſententiam latam eſſe nullam,vel iniuſtam,obſtinate, & per calumniam illam defendere conatur,merito in expenſis condemnandus veniebat argu.tex.in l.eos. §. ne temerè,C.de appella.& in l.ab executione,ad fi.cum ibi nota.C.quo.appel.non reci.c.finem litibus.de do.& contuma.c.calumniam.de pœnis.*

n ¶ Et hoc expreſsè Dardo.] *Puto aliqua verba mutanda fore,aliqua verò addenda, alioqui impoſſibile erit mētem Lapi percipere, lego igitur, non tamen ex hoc expenſæ Dardo debentur. In ſumma ponderatis verbis de quibus ſupra, & infra percipiemus,quòd intentio Lapi eſt inſtruere iudicem quas expenſas, & qualiter taxare debeat reſpectu cuiuſque, conſideratis præcipuè in quibus, & vſq; ad quod tempus alter ex collitigantibus iuſtam, vel iniuſtam cauſam litigandi, ſeu ſe defendendi habuerit. Pro opin. Lapi, & ꝙ iuſta,ſeu probabilis cauſa litigandi excuſet ab expenſarum condemnatione videãtur Bal.in l edita,in lectu.Paduan. nu 52.in 8.oppo.C.de æden & quæ ſcripſi in 11.q.Regu. de Non indi.iux. for. ſuppli num.12. vbi oſtendo hanc eſſe cõmunem opin.*

o ¶ In c.Ioannes.] *Vel Lapus hic non curauit oſtendere ſub quo titulo ſit iſtud c. Ioannes quod adducit,pro claro omnibus illud ſupponens,vel impreſſorum incuria deeſt titulus ſub quo canon ille collocatus eſt:ſi impreſſoris deſidia id accidit,difficile foret diuinare quid hic deſit, Et ego cum Soſia Terẽtiano dicere poſſem Danus ſum,non Aedipus. Si verò Lapum conſultò titulum celaſſe ſupponimus, quaſi lex ab eo citata ſit omnibus nota, fateor illam mihi ex improuiſo non occurriſſe, mente verò reuoluens omnes leges ſic incipientes perſpexi nullam ex illis ad rem facere,tandem in hanc opinionem deueni,vt tex.de quo Lap. ſenſit, ſit c.cum Ioannes hæremita.de fi.inſtrumen.quem tex. etiam ſupra poſt numerum 4. cū ibi nota citauit, & quæ ego pro iis quæ Lap. hic vult ſic induco, concluditur ibi quòd prima ſententia fuit iuſta ex quo non ſolum nō fuerat probata illa exceptio, imò nec obiecta,illam tamen ſententiam ex nouiter deductis, & probatis Papa quo ad illud caput infirmat, & ſic ex fi. illius c. iun.iis quæ præmittuntur, & nota.ibid. per glo.& Doct.eliciuntur duæ concluſiones pro Lapo hic, quarum altera eſt non deductum deducam, & non probatū probabo.iuxta regulam l ſcio,ad fi.ff.de appella.& l.per hanc C. de tempo. appella. & ſicut in illo cap. cum Ioannes in prima inſtantia obiecta,uel probata non erat illa exceptio, quæ tamen in ſecunda deducta,& probata fuit,ita in caſu Lapi licet defectus ętatis allegatus fuiſſet, in ſecunda tamen inſtantia non in prima probatus fuit,Et ex dictis Lapi qui æquiparat iſtos caſus videlicet eſſe obiectam exceptionem,non tamen probatam, & non eſſe obiectam,nec probatam in prima inſtantia ampliari, ſeu declarari poteſt ille tex in c.cum Ioannes, ꝙ procedat etiam ſi illa exceptio in prima inſtantia obiecta fuiſſet. Altera concluſio Lapi eſt ꝙ appellatus,ſeu is qui victoriam reportauit in prima inſtantia, ac in ſecunda ex nouiter deductis,et probatis ſuccubuit,cõdemnari debeat in expenſis cauſæ appellationis,& ſic in ſecunda inſtantia factis ex ratione tex.in d.c.cum Ioannes, in fi. cū.n. ibi dicatur,ꝙ iudices primæ inſtantiæ aliàs iuſtè pronuntiarunt, ſequitur ꝙ is qui primam ſententiam obtinuit, &*

*iuſtam*



*iuſtam ſententiam reportauerat,non debeat in expenſis condemnari, ſed potius aduerſarius,& ſic iuxta terminos noſtros Dardus in prima inſtantia victor ad expenſas primę inſtantiæ condemnari non poterat.ſubdit ille text.quòd exceptio in ſecunda inſtantia fuit obiecta,& probata,& ſic prima ſententia quo ad illud caput infirmata, conſequenter ſequitur ex iuris diſpoſitione, ꝙ appellatus victus, victori in expenſis condemnandus erat. l.properandum,§.ſin autem alterutra.C. de iudi.c.finē litibus.de do.& contu.c.fi. & ibi gl.fi.de maio.& obe. Rot. 353. ſi auditor,poſt nu.3.in no.Lanfran.in repe. c.quoniam contra, in verſic. expenſæ.de proba. In terminis Lapi cum Andreas in 2.inſtantia ex nouiter probatis contra Dardum obtinuerit,Dardus victus Andreæ victori debebat pariter in expenſis condemnari pro illa inſtãtia. Pro iis,quę vltimo dixi vide omnino glo. pragma.titulo de friuo.appel.in ver. expenſarum, col.fi.ver. Aduerte circa prædicta, quòd vbi quis obtinet ex nouiter productis.*

*SVMMARIVM.*

1 *Commune Floren. conceſſit quibuſdam officialibus priuilegium,ut poſſint ferre arma & vni alio concedere.itē conceſſit ſapientibus communis illud idē: vnus fuit de dictis officialibus & etiā ſapientibus: an poſſit concedere quatuor.*

2 *Iura diuerſa an poſſint in eadem perſona concurrere.*

ALLEGATIO XCIX.

1 a COmmune† Florentiæ [a] conceſſit in priuilegio quibuſdā officialibus ſuis,ꝙ poſſint impunè deferre arma per ciuitatē Florent. ac etiam poſſent concedere licentiam huiuſmodi arma impunè deferenda per ciuitatem vni quem eligere voluerint, & hoc conceſſit dictum commune prædictis officialibus, & hoc in honorē, & præmium quarundam legum conditarū per eoſdem pro libertate dicti communis. Quod etiam priuilegium conceſſit dicta cõmunitas tribus ſapientibus dictæ ciuitatis, ꝙ dictas leges dictauerunt, & ordinauerunt. Contingit, ꝙ vnus de dictis officialibus fuit etiam de numero dictorum ſapientum electus ad dictandum dictas leges: & etiam in dicto priuilegio conceſſo dictis trib. ſapientibus expreſſis, & nominatis. Modo quæritur nunquid prædictus talis qui fuit officialis, & nominatus in priuilegio conceſſo dictis ſapientibus nominatis,poſſit concedere licentiam portandi dicta arma duobus; vni tanquam officialis, & alij tanquam ſapiens; & dicitur ꝙ ſic,& hoc modo probatur, certum eſt, ꝙ illud quod in duabus perſonis recipitur,in vna duplici iure conſiderato recipi debet.ff.ſi cert.peta.l. ſingularia,de pœn. diſt.3.adhuc inſtant,vbi no. & 9.q.1.in ſcriptis.
2 Prima † certum eſt, ꝙ quis põt habere vices plurium perſonarum. hinc eſt,ꝙ prælatus vnius eccleſiæ põt habere iura canonicalia in eadem eccleſia, de conceſ.præb. cū in eccleſiis.lib.6.ff.quando appel. ſit. l.j. §. ſolet in fin.de hoc de proba.ex literis, cū ſuis remiſſ.& ꝙ duo diuerſa iura poſſint in eadē perſona concurrere.21.q.1.relatio.ff.de operis liberto. l. duorum liber. & facit quis aliquid tanquam alius.29.q. 1. §. ſuperiori. & c.ſi eccleſi.23.q.3.duo iſta.& c.ſi eccleſia.in fi.ff.de adop.ſi pater.§.quis duos. & l.ſi conſul.de inoffi.teſta.Papiniani.§.impuberes.& l. filius. & l.aduerſus. §. 1. de poſtula. l.vlti. can.3.q.7.§.tria.verſi.ſi contra.ff.qđ cuiuſq; vniuer.item eorum. 1.reſponſo. pro ſocio.l. ſane in princi.ff.ſolu.mat.l.ſi ratio.§.itē nunquid.ff.ad trebellia.debitorum.§.fin. de ſuc. ex con.l.j.§.videndum.C. de admini.tuto.l. cum quidam, de adulteriis.l.iur. mariti.extra de elect.cū inter.& c.ꝙ ſint. §. præterea. de offi.ordi.ſi ſacerdos, de rebus eccle.non alienan.ſi que.de ſo.compe.licet. de præſcriptio.ad audientiam, in fi.qui fi.ſint legit.per venerabilem. Item quando duo iura ſimul concurrunt in vna perſona de duobus iurib. diſtinctis per ſe de quolibet eſt iudicādū,nō vt de vno tm̄,hoc patet ex verbis legis dicentis,quòd diſcreta ſunt iura: aliud quidem tutoris, aliud legatarij licet in eadem perſona

concurrant,vt in d.l.tuto rem.& C. de admi-
tuto.l.cum quidam. Hinc eſt, ꝙ æqualiter ſe
colligēs, & collocans in duobus locis vtrū-
que dr̄ habere domicilium. ff. ad municip.
l.Labeo.& l.aſſumptio.§. iuris prudentibus.
de ſepultu. cum quis. ſecundo reſpon.lib.6.
vice quorum locorum grauatur, & honora-
tur,vt ibi & ff.ad municip.l.incola.Itē eligit
quis iure ſuo proprio ſibi competenti, & ꝓ-
curatoris: ac ſi duę eſſent diuerſæ perſonæ,
ad hoc facit de elec.c.ſcriptum,& eod.tit.c.
penul.§. porro.lib.6. Item epiſcopus legata
rius percipit legatum ſibi factum,ut legata-
rius, & nihilominus, vt epiſcopus percipit
canonicam portionē de legatis factis eccle-
ſię cathedrali, vel alijs eccleſijs ſibi ſubie-
ctis,de teſt.officij,& c. requiſiſti, & filius in-
ſtitutus hęres rogatus de reſtituenda hære-
ditate detrahit legitimam debitā iure natu-
ræ vt filius,& quartam trebellianicā, ut hę-
res.eo.tit.Raynutius,& c Raynaldus, & ge-
neraliter vbi diuerſa iura non repugnantia
concurrunt in vnam perſonam poteſt uti,ſi-
cut poſſent duo,vt patet in pręall.iuribus,ita
in propoſito cum prędictus de quo quæritur
fuerit inter dictos officiales cōis tanꝗ prin
cipalis officialis, & induſtria ſua in ipſo of-
ficio vſus eſt,ſicut vnus ex alijs,patet, ꝙ ex
iſto capite de per ſe debet conſequi priuile-
gium armorum portandorum pro ſe,& vno
alio, ſicut quilibet ex prędictis officialibus.
Item conſtat,ꝙ eadem perſona de qua quæ-
ritur fuit inter Aduocatos electa ad dictan-
dum dictas leges & tanquam Aduocatus,
& doctor iuris intra dictos principales offi-
ciales laborauit,& iuris peritia, & induſtria
ſuæ artis vſus eſt,& ex iſto capite debet con
ſequi,& habere priuilegium armorū pro ſe,
& vno alio, ſicut alij ſapientes, qui cum eo
ſimul laborauerunt,nec obſtat, ꝙ ex alio ca
pite hoc habeat pro vno ſocio,& ex iſto ha-
bebit pro vno alio ſicut ſi eſſet perſona di-
uerſa.Conſtat enim quòd ſi fuiſſet una alia
perſona hoc haberet, igitur, & ipſe hoc ca
ſu per iura prædicta.

## Addi. Quint. Mandoſij.

a ¶Commune florentiæ.]*Vide conſi. Bald.cui Card. ſe ſubſcripſit, aliqua addens, quod eſt inter conſilia ipſius Card. 53.incipiens caſus talis eſt.Decanus.Vide ēt Lud.Roma.conſi.25. viſo facto, & conſi.422.Iſte Franciſcus, & quæ addidit ad vtrunque dictorum conſi. Lud.Roma.Horat.filius meus.Et hanc Alleg.Lapi citant, & ſequuntur Feli.in c.cū olim, poſt nu.1.ver.Ideo dicit Lap. Alleg.99. Idem Feli.in c. ex literis, poſt num.10. ver.Et copioſè Lap.Alleg.99.& Apoſtil.ad Abba.in d. cap. in verſi. notario. de proba.*

## *SVMMARIVM.*

1 *Statutum excludēs fœminas a ſucceſſione maſculis exiſtentibus an valeat.*
2 *Lex antiqua ſemper fuit ratione vallata aliter non eſſet lex: & lex noua corrigens primam poteſt aliquo reſpectu eadem dici cum prima.*
3 *Statutum laicorum diſponens,quod frater excludat ſorores fratris an extendatur ad clericos fratres.*
4 *Lex municipalis fauet eccleſiis ne cōcernit perſonas eccleſiaſticas niſi per Papam ſit approbata.*
5 *Diſpoſitio legis municipalis diuerſimode conſideratur.*
6 *Verba ſtatuti debent intelligi generaliter prout ſonant.*
7 *Ius ſanguinis tolli non poteſt.*
8 *Lex vel ſtatutum laicale an poſſit ad clericos extendi.*

## ALLEGATIO C.

1 IN † quæſtione propoſita a de
a facto non videtur grande du-
bium an ſtatutum excluſiuum
filiarum ſit validum per not.
per Dyn. in regula indultum,
de reg.iur. lib.6. & Cyn. in l.ſancimus, de
nup.& Ioan. And.in addi. Specu. in titu.de
ſucceſ.ab inteſta.ſuper Rubr.quoniam ualet
nec facio grande dubium utrum ſit rationa-
bile,vel irrationabile, quia lex fuit rationa-
bilis diſtinguens ſexum in ſucceſſione, fuit,





rationabilis tollens differētiam ſexus in ſuc-
ceſſione habitis reſpectibus ad varietatem
vtilitatis publicę prouenientis pro temporis
tranſcurſu generaliter, vt ſic variata ſit lex
generalis principis,& ſic attentis circunſtan
tijs durante eadem menſura temporis,ut ſic
leges contrariæ diuerſorum locorum om-
nes ſint rationabiles attentis varijs reſpecti-
b bus, propterea permiſit princeps b faculta-
tem ſingulis populis leges ſibi condendi, ēt
contra legem ſuam.ff.de legi.l. omnes popu
li,quia non potuit princeps prouidere per le
gem generalem ſingulis circunſtantijs facti
c quas veriſimiliter ignorat, c de conſti. ca.1.
lib.6. licet omnia iura habeat in ſcrinio pe-
ctoris ſui vt l.omnia. C. de teſt.& propterea
2 voluit demonſtrare ꝙ † lex antiqua erat ra-
tione vallata,alias non foret lex,vt c.lex eſt.
j diſtin & c.erit.4.diſt.& l.ꝙ non ratione,ff.
de legib.lex noua corrigens antiquam ratio
ne ſuperueniente abolita ratione legis anti-
quę per diſcurſum medialem anfractuū ſit
vna,& eadē lex, attento pręcedenti dictami
ne rationis in mente legislatoris,& hoc ple-
niſſime examinaui, & demonſtraui in quo-
dam tractatu quem pridie compilaui in tit.
De ſomnio contra eccleſiaſticam alias cano
nicam ſcientiam, & ciuilem. His ſuppoſitis
pro indubitatis iudicio meo ſurgunt duo du
bia pleniſſimè examinata per profundos do
minos Lapum & Frāciſcum decretorum, &
legum doctores egregios, ſed ſuccinctè ali-
3 quid tangam, licet ex abundanti. † Primum
an primum ſtatutum ciuitatis Floren. quo
frater excludit filias fratris concernat fra-
trem clericum,ut gaudeat illo beneficio.Se-
cundum dubium an ſecundum ſtatutū quo
diſponitur, ꝙ ſecundum canones ſolum fiat
iuſtitia clericis litigantibus in foro ſeculari
ſicut fieret laicis litigantibus in foro eccle-
ſiaſtico non obſtante aliquo ſtatuto exclu-
dente clericum,uel eccleſiam litigantem in
foro ſeculari a beneficio primi ſtatuti, pri-
mo de facto poteſtatis legislatoris qui nihil
diſponere poteſt contra perſonas eccleſiaſti
cas.26.diſt.bene quidem, de conſt. eccle.de
rebus eccleſi.non alie.c.vlti.C.de epiſ.& cle
ricis auth.ſtatuimus,facit regula tradita per
Hoſtien.in c. fi.de ſolutioni.ubi tradit regu-
4 lam † ꝙ lex municipalis ēt fauens eccleſijs,
vel perſonis eccleſiaſticis nō concernat per-
ſonas eccleſiaſticas, uel eccleſias,niſi ſit ap-
probata per Papam.26.diſt.bene quidem. de
conſtit.quę in eccleſiarum, ſecus in legibus
imperialibus, quia illæ concernunt etiam ſi
non ſint probatæ per Papam dummodo ſint
fauorabiles eccleſijs.10.diſt.c.1.& 2.per to-
tum.37.diſt.ſi quidē. de priuileg.c.2. de no.
ope.nun.c.1.de cap.poſ.c.1.& 2. Nec obſt.di
ctum Bar.in l.1.C.de ſum.Trini.qui dicit, ꝙ
lex municipalis diſponens per verba gene-
ralia non infringens eccleſiaſticam liberta-
tē ſtringit eccleſiaſticas perſonas, & ſic in-
telliget glo.in l.ex ea.ff.de poſitio. probat ꝑ
c.cum ueniſſent, de eo, qui mit.in poſſeſ.&
c.cauſam, de re iudi. Opinio ſua approbari
videtur per tex.in cap.Eccleſia S.Mariæ, ut
lite pendente, quia vbi ſtatutum diſponit ꝑ
verba Generalia non exprimens perſonas
eccleſiaſticas non infringit libertatem eccle
ſię,& tamen non concernit eccleſias, & ibi
legendo per tex. illum reprobari conſueui;
& ſic vr̄,quòd ſtatutum primū non cōcernit
eccleſias, nec perſonas eccleſiaſticas. Pro
5 † euidentia huius dubij eſt aduertendū, ꝙd
conſtitutio municipalis aliquando diſponit
d in modum inhibitionis,ſiue præcepti, d ali-
quando in modum conceſſionis, ſiue priuile
gij,ſiue beneficij: Si conſtitutio municipalis
diſponit in modum inhibitionis, ſiue pręce-
pti,& præceptum,ſiue inhibitio dirigatur in
perſonam,ſiue in rem relatam ad perſonam,
tunc municipalis conſtitutio non concernit
eccleſiam,ſeu perſonam eccleſiaſticam, niſi
ſit approbata per Papam,ēt ſi ſit fauorabilis
eccleſię,ſic intelligitur.c. bene qdam.96.di.
de conſt.eccleſia.cum ſi.ſupra alleg. & præ-
terea traditur in regula ſua, ꝙ non ſtringit
eccleſiam,vel canonicos,& diſtinguit,quod
debet intelligi authorizabiliter ut effluat a
pręcepto.14.q.1.quod præcipitur, vel inhi-
bet.x.diſt.vides. C. de legibus non dubiū.Si
e autem e conſtitutio municipalis diſponit in
modum conceſſionis,vel priuilegij, nō ſtrin
gendo beneficiatum, vel priuilegiatū,& ma
ximè ſi diſponit imperſonaliter; tunc credo,
6 ꝙ ſtatutum † concedendo,vel priuilegiādo,
vel beneficiando ſi diſponit per verba gene-
ralia in materia indifferenti, ꝙ clerici gau-
deant,vel gaudere debeant beneficio illius
diſpoſitionis, dixi verba generalia quę ex
ſuo ſignificatu clericos ſunt implicantia, vt
cum dicitur omnes Florentini, omnes Angli
ci, & ſic de ſimilibus nominibus appellati-

nis,& cũ dixi in materia indifferenti ſic dici
f mus ſicut de concep.maſculini [f] in fœmini-
num iux.no.de verb.ſign.l.1.& l.quicunque.
C.de ſer.fugit.c.ſi quis ſuadente.17. q. 4.&
c.generali.de elect.lib.6.pro ijs eſt caſus,in
c.dilecti.de foro comp. & iſte eſt unus intel
lectus in c.cũ veniſſent,de eo, q mit.in poſſ.
hic autem in propoſito ſtatutũ diſponit non
reſtringendo prȩceptiuè,nec inhibitiuè, ſed
conceſſiuè,ſiue priuilegiatiuè, quia priuile-
giat fratres contra filias fratrum, & hæc ver
ba appellatiua generalia cũ dicit frater. Et
hoc nomine venit frater ẽt monachus, nã li-
cet monachus ſit mortuus actibus ciuilibus
liberis.16.q.j.monachus.& c.placuit,in l.fi.
7 C.de ſacroſan.eccle. † tñ non perdit ius ſan
guinis,quod tolli non pōt: ut l. iura ſangui-
nis.ff.de reg. iur. Cum autem actus ciuilis,
ut profeſſio, nō poſſit tollere ius naturale ex
tinguendo,licet aliquando actũ verũ ſuſpen
dendo.ff.de capit. diminut. l. eas obligatio-
nes inſtit.de legit.agn.tute.§ fi.Et licet ſit du
biũ an factus monachus, vel clericus perdat
gradum conſanguinitatis,quo ad iura digni
tatis,de quo.xx.q.3.cap.præſens.27.q. 2.ca.
ſcripſit.& Spe. de ſta. mona. Tñ qđ retineat
ius agnationis proueniẽs, à naturali ſangui-
nis coniunctione non dubitatur. Remaneat
ergo frater licet monachus, dixi vbi diſpo-
nit ſtatutum conceſſiuè, ſiue priuilegiatiuè
in actu indifferenti ſicut hic:nam actus con-
ceſſus eſt hic indifferens, cum eccleſiæ ſuc-
cedere poſſint ad minus non mendicantiũ,
de qbus dubium, vt in c. præſentia.de ꝓba-
tio.& l.fi.C.de ſacr.ſan.eccle. & auth.ingreſ
ſi & auth.ſi qua mulier eo.tit.confirmatur ſi
diſpoſitio huius ſtatuti non concerneret per-
ſonã eccleſiaſticam,aut hoc eueniret ꝑꝑ ca-
rentiam poteſtatis legiſlatoris,aut ꝑꝑ ſigni-
ficationem verborum non implicantium, ut
non fiat implicatio extenſiua, quæ non pro-
cedit in ſtatutis,cũ ſint ſtricti iuris.ff.ad mu-
nici.l.conſtat.l.quicquid aſtringendæ,de ver
bo.oblig.& l.ita ſtipulatus.§.Chryſogonus.
eo.tit.aut propter mentem legis non conſo-
nam propoſito cauſȩ, quæ eſt præponenda
ẽt verbis,vbi conſtat. de verb.ſig.in ijs. & c.
8 intelligentia. & c. præterea. † Non pōt dari
primum quin lex & poteſtas laicalis non
poſſit ſtringere perſonas eccleſiaſticas,ut iu
ribus ſupra alleg.tamen poteſt eis priuile-
gia & beneficia concedere; Non poteſt da-
ri ſecundum quando ex ſignificatione uer-
borũ venit perſona eccleſiaſtica, tñ retineat
ius ſanguinis, vt ſupra monſtratum eſt, imò
monachus per monachatum non perdit iu-
ra ciuilia. C.de epiſco. & cle. l. Deo nobis.
Item aſcẽdit ad maiorẽ ſtatũ. in auth. de mo
nachis.in prin.ſed ꝑ gradũ ſuperuenientem
non tollitur perſona eccleſiaſtica,vt l.filii.ff.
ad municipa.& l.fi. ff. de ſenatori. & ſic per
monachatum nedum retineat iura, ut dica-
tur frater imò & iura ciuilia,ut dicatur ciuis
Florentinus ſi erat ciuis, licet deſinat teneri
ad onera perſonalia, cum ſit conciuis priui-
legiatus, nec poteſt dari tertius quin mens
non repugnet. Nec eſt veriſimile, ꝙ ex men
te voluerit legiſlator eccleſias ab hoc bene-
ficio excludere,imò eſt potius veriſimile,ꝙ
voluit ĩcludere, ex quo ſignificatio verbi im
plicat,cum ſumma ſit ratio, quæ fouet reli-
gionẽ.ff.de religio. & ſum.fu.l. ſunt perſo-
næ, & fauor eccleſiarũ inducit præſumptio-
nẽ mentis incluſiuȩ legiſlatoris, vel ad mi-
nus excludit inductio ꝓſump. mentis ꝯriæ.
g Pro hoc induco no.Inn.in c.nouit.de iudi. [g]
vbi not.ꝙ illa lex abrogata, quæ priuilegiat
eccleſiam licet abrogat, durat priuilegium
eccleſiȩ cõceſſum ſicut lex,& aliqñ non ſtat
in terminis nudæ diſpoſitionis, ſed trãſit ad
h naturam priuilegij, vt alius ꝯctus,ſicut dici-
mus in teſta.ꝙ alii [h] ad naturã cõtractus.ff.
de teſt.l.hæres palã.ff.de aſſign.liberto.l.aſſi
gnare, & not.in regula iuris ſemel. de regu.
iur.lib.6.& no.Bar.in l.oẽs populi.ff. de iu-
ſti. & iure in materia ſtatutorũ, & maxime
hoc dubitãter,vbi ante monachatũ ius illud
quæſitum fuit ex beneficio ſtatuti,vtpote fa-
cultas excluſiua filiarum fratris:qñ dedicã-
do pōt ſe,& ſua trãsferre in mona.cũ illo iu
re.vt in auth.ingreſſi.C.de ſacr.ſan. eccl.vel
oĩa iura competentia dedicata non conſona
ſtat.monaſtico tranſierunt in monaſteriũ, vt
emphyteotico iure in auth.de nō alie. §. re-
ſcribit.Dy.in l.ſi ita.§.j.ff.de le.ij.licet ius co
hereat pſonæ, & cõmoditas penes monaſte
riũ.ut l.ſi poſtulauerit.§.in qua. ff.de adul.Si
ergo trãſiuit ad ſtatũ monaſticũ cũ illo iure,
quo tranſiuit ad monaſteriũ,cũ nō repugnat
ſtatui monaſtico,facultas ſucceſſionis priui-
legiata imò cõſonat, cũ & lex priuilegiet ec
cleſiam circa actũ illũ iuxta ea quȩ hñr in l.
fin.C.de ſacroſanct. eccleſ.& not.de proba.
in prȩſentia,& dixi maximè: quia ſi proue-
nient



nient beneficio ſtatuti, ut ſupra monſtratur.
Circa ſecundum dubium plene monſtratũ
eſt per duos conſultores, quod ſtatutum il-
lud nullo modo excludit monaſteriũ a bene
ficio primi ſtatuti,idcirco ulterius nō inſiſto.
Vide materiam huius conſilij infra al-
leg. proxima. C I.

Addit. Quint. Mandoſij.

a ¶In quæſtione propoſita.] *Hæc, & ſequens Allega. eandem materiam tractant, & ad idem citari conſueuere, prout a Ludoui. Roma ſyngu. 442. ca. eccleſia. & ab alijs quos referam in ſequen. Allega in qua omnia ferè quæ in hac Allega. ponuntur multò diffuſius habebis, quo etiam in loco videre poteris ea quæ ibi addemus.*

b ¶Permiſit princeps.] *Nonnunquã probibet, quo caſu probibitione huiuſmodi ſtante nec ſtatutum, nec conſuetudo valebit. l.cos.§.cæteros, verſi. Nec liceat iudici. C.de vſur. auth. caſſa. C. de ſacro ſanctis eccleſiis. Bar. in l. Allega. in l. omnes populi. nu. 26. & ibidem alij.*

c ¶Ignorat.] *Quòd princeps ea, quȩ ſunt facti veriſimiliter ignorare poſſit, probat etiam text. in c. vni. ver. porrò cum donatio. ut eccle. beneſi. & glo. pragma. de electio c. licet, in ver. impediri, ver. Et prȩſumitur Papam oblitum, & Prob. ibidẽ in Addi. numero 5 in ver. no.*

d ¶Prȩcepti.] *Lapum hic citare voluit eundem ſequens D. meus in c. eccleſiæ S. Mariæ poſt nu. 50. ver. Et procedit. Et ſi inſula fauorabilia ſine quando loquuntur præcipiendo de conſti.*

e ¶Si autem.] *Pro hoc ſecundo membro vide omnino Io. Bap. Bar. pronepotem in tracta. de arbi. c. 19. quod eſt penul. 2. lib. nu. 6. vbi Lap. hic citare voluit.*

f ¶Maſculum.] *Tradunt.n. varijs in locis ſcribẽtes. ꝙ in materia indifferẽti maſculinũ concipit femininũ, prout inquit Bar. in l. 1. ff. de verb. ſigni. De hoc tamen vide quod ſcribit Archid. in alleg. hic c. ſi quis ſuadente. 7. q. 4. & omnino Ludo. Roma. in conſi. 35. viſa facti ſerie, & quæ ſcripſi in 3. quæſt. Reg. de infir.*

g ¶De iudi.] *Et Inn. ſequitur Lud. Rom. cõſi. 252. pro deciſione, nu. 3. Et Inn. vbi ſupra, & Lap. hic referunt, & ſequuntur D. meus in alle. hic. c. nouit, nu. 13. de iud. & Sarnen. qui alios citat in c. 1. poſt num. 141. ver. poſt iſta. de conſti. lib. 6.*

h Quod alij.] *Lego qđ accedit. Teſtamentum. n. dicitur quaſi contractus. ad tex. in l. apud Iulianũ. § fi. ff. qui. ex cauſ. in poſſea in l. ex maleficijs. §. hæres. ff. de Act. et obli. & in §. hæres quoque inſti. de obl. quæ ex qua contra. Non aũt propriè contractus dicitur, vnde cõtrouertunt Doct. an ſtatutũ de contractu loquens in aditione hæreditatis locũ ſibi vendicet, de quo per Bar. in l. more. ff. de acq. hær. per Bal. Ang. Imo. Paul. Caſtren. & Alexan. in l. mutum. ff. eod. & per Iaſ. in l. Barbarius. num. 4. ff. de offic. præto.*

*SVMMARIVM.*

1 *Statuta duo Florent. reuocantur in dubium, & nu. 2.*
3 *Statuta laicorum quo caſu clericos ligare dicantur.*
4 *Monachus an ſit capax dominij rerum.*
5 *Monacho non ſucceditur: ideo nec ipſe ſuccedere debet.*
6 *Perſonæ ſtatuenti non ſubditæ non ligantur ipſius ſtatuto.*
7 *Iura ſanguinis an diſpoſitione iuris poſitiui mutentur.*
8 *Limitari non dẽt quod lex non limitat.*
9 *Verba ſtatuti debent intelligi generaliter prout ſonant.*
10 *Statuta interpretantur ſecundum ius commune, & num. 16.*
11 *Monachus an ſit admittẽdus ad ſucceſſionem iure conſanguinitatis.*
12 *Ius iniquũ dici non pōt vbi inductũ eſt generaliter ab eo qui ptãtẽ hẽt ſtatuendi in loco in quo id ius inductum eſt.*

13 *Statuta aut conſuetudines an poſſint dici illicita.*

14 *Statuta ſimpliciter in genere diſponentia niſi ſint improbata porriguntur etiam ad clericos.*

15 *Imperare, & vetare præſupponunt authoritatem ſuperioritatis.*

17 *Mulier ſterilis an hēat priuilegia dotis.*

18 *Dignitas non debet attribui ex diuitijs, quia cadunt ēt in viliſſimis perſonis.*

19 *Egere non dicitur nec in paupertate ſordeſcere qui habet ea, quæ ſunt ſibi neceſſaria.*

20 *Egeſtas qualiter euitari dicatur per acquiſitionem monaſterij.*

21 *Finita cauſa beneficij finitur beneficiū.*

22 *Acquiſitio hæreditatis an poſſit prodeſſe monacho, rōne momētaneę poſſ. &c.*

23 *Mulier tranſiens ad ſecūdas nuptias infra tempus luctus olim non ſuccedebat ſed bene ſibi ſuccedebatur.*

24 *Iura non porrigi ad non ſuppoſitos qualiter intelligatur.*

25 *Iura tam communia quam municipalia debent clericis obſeruari ſicut, et alijs.*

26 *Statutum repellens filiam à ſuccedendo extante patruo an in foro eccleſiaſtico obſeruetur.*

27 *Clericum arctari ſtatutis laicorum inconueniens eſt.*

## ALLEGATIO. CI.

a † IN ciuitate [a] Floren. † ſunt duo ſtatuta de quorum vnius intellectu hęſitatur. Vnū eſt poſitū ſub Rubrica de modo ſucceſſionis mulierum ab inteſtato, in quo ſtatuto ſic inter cętera cauetur, videlicet. Item ꝙ nulla mulier, ſeu natus ex linea fœminea poſſit ab inteſtato ſuccedere patri, auo, vel proauo ſuo, exiſtente aliquo filio, uel filijs maſculis, vel fratre carnali, ſeu nepote, ex fratre carnali, ſed habeant tales mulieres ſi non fuerint dotatæ congruenter dotari de bonis eius de cuius hæreditate agitur &c.

Et aliud ſtatutum eſt poſitū ſub Rubrica qualiter reddatur ius clericis, cuius verba ſic ſe habent, ſeu habebant tempore quo caſus ſucceſſionis occurrit, videlicet ſic; Ne noſtra municipalia iura quæ quandoque contra ſacras leges facta eſſe noſcuntur in clericorum negotijs uolentiū agere in noſtro foro aduerſus laicos noſtrę iuriſdictionis ſubiectos lędant eccleſiaſticam libertatem, ſtatutū, & ordinatum eſt, ꝙ dn̄s poteſtas ciuitatis Florentinæ, & quilibet eius iudex, & officialis, & omnes, & ſinguli alij iudices, & officiales teneantur, & debeant in omnibus, & ſingulis quæſtionibus, ſeu cauſis ciuilibus, quas aliquis clericus mouerit coram aliquo dictorum officialium contra aliquem laicū, quacunque de cauſa procedere tam in cognoſcendo, quam in terminando ſolum modo ſecundum formam ſacrorum canonum: & etiam ſicut eccleſiaſtici iudices faciunt in cauſis quas laici mouerent coram eis, contra perſonas eccleſiaſticas in cauſis eorundem, quos ſacros canones oſtendere teneantur, idem clerici in cauſa quam ipſi mouerent contra laicum, non obſtante aliquo ſtatuto, vel ordinamēto dictæ ciuitatis Floren. quod in contrarium loqueretur.

Modo de facto accidit, ꝙ dominus Simon tucti. de Podiobonizi ab inteſtato deceſſit ſine filijs, & deſcendētibus maſculis, & abſq; aſcendentibus, ſuperſtite ſibi Do. Lapo Tuc. fratre carnali dicti Do. Simonis, monacho, & Abbate monaſterij S. Miniati ad montem, & ſuperſtitibus ſibi dicto Do. Simoni filiabus una, uel pluribus dotatis ab eo, nec non nepotibus, & neptibus, etiam ex filiabus ſuis dictis dotatis, & defunctis, & aliquibus nepotibus, ſeu neptibus ex filiabus viuentibus, ꝗ dominus Lapus Abbas hęreditatē dicti Germani ſui ſolemniter agnouit, & ſe pro hærede geſſit, quæritur utrū dictus Dominus Lapus, ſeu dictum monaſterium ex perſona dicti domini Lapi ſucceſſerit, & ſuccedere potuerit in hęreditate prędicta vigore maxime dicti ſtatuti non obſtantibus exiſtentibus filiabus dicti Domini Simonis, & deſcendentibus ex eiſdem.

a Quantum † ad effectum primi ſtatuti duo maximè reuocantur in dubium. Primo valor ſtatuti. Sed hoc dubium faciliter ſopitur maximè per ea quæ ſcripſit Dy. in c. indultū, & Io. And. poſt eum in d. c. indultum, & in opere Spe. in tit. de ſucc. ab inteſt. ſuper Rubrica, & Cy.



& Cy. in l. ſancimus. C. de nupt. qui omnes
b Doctores tenent affirmatiuam [b] partem, per
rationes iuridicas, quas repetere omnino eſſet ſuperuacuum. Secundo reuocatur in dubium vtrum per eius exiſtentiam filię repellantur, & ipſe admittatur. Et primo ad negatiuam arguitur ratione ſumpta ex iniquitate dicti ſtatuti, quia conuertit ordinem ſucceſſionis iuris communis, præferendo lineam tranſuerſalem linee deſcendenti, cui repugnat tam ratio naturalis, quam ordo iuris ciuilis. ff. de bonis dam. l. cum ratio. in authen. de triente & ſemiſ. in prin. §. 1. de ſucceſ. ab inteſta. §. 1. ff. vnde liberi. l. ſcripto. in fi. cū ſimi. Item in eo, ꝙ induxit prærogatiuam ſexus virilis contra ſexum fœmininum, cōtra naturalem rationem de libe. præte. l. maximum uitium, de legiti. hęred. l. lege. 12. tab.
3 † Igitur tali conſuetudine, vel ſtatuto non licet uti perſonis eccleſiaſticis tanquam irrationabili. de conſue. c. fi. Secundo ex defectu authoritatis legiſlatoris: quia non licet ciuitatibus condere ſtatuta quę porrigantur ad clericos, ſeu res eccleſiaſticas, de conſti. c. eccleſia S. Mariæ: 96. diſt. in c. bene quidē. Tertio ex effectu, ſeu ceſſatione rōnis, & per cōſequens mentis dicti ſtatuti, quo ad perſonā, & reſpectu perſonæ patrui monachi, qđ ſic oſtenditur. ratio finalis leges condendi ſi nō appareat aliud, colligenda eſt ex effectu ipſius ſtatuti, ſeu legis alle. ff. ad mu. l. 4. §. 1. cōiuncta. l. ita autem. in prin. eo. tit. & l. j. §. non autem omne. ff. de pac. de condi. indeb. l. dānum, de leg. 2. cum pater. §. dulciſſimis. de iure patr. adigere § quamuis. Effectus autem huius ſtatuti eſt conſeruatio dignitatis, & ſtatus agnatorum, quæ conſeruatur in perſonis agnatorum per diuitias, & productiones prolis. ff. de ven. in ſpi. l. 2. §. 1. C. de quæſtio. l. ſuper ſtatu. qui effectus non cadunt in mona-
4 chum, † quia non eſt capax dominij reū, & eſt in paupertate: pauperes autem cum ſua
c paupertate ſordeſcunt. C. ad l. Iul. maieſta. l. quiſquis. igitur ex perſonis talium non conſeruatur dignitas agnationis, nec in pſonis eorum prolem eorum ſperare licet, ſic in eis ceſſat ratio, & mens dicti ſtatuti, qua ratione quaſi ſimili proximo dicto, quia ſtatutum per priuationē fœminarum intellexit prodeſſe maſculis, & ad eos velle deuolui ſucceſſionē quam abſtulit fęminis, ut ipſi maſculi haberēt, & fruerētur ea, & eis prodeſſet. ff.
d de leg. 2. l. peto. in prin. Agnatis [d] ꝗbus prodeſſe non pōt ut apud quos ꝑ momentum remanere non dēt, & per conſequēs non ſenſit de monachis, quia penes eos hęreditas non eſt remanſura per momentū, ſed ſtatim tranſit in monaſterium, in cuius poteſtate eſt monachus. C. de ſac. ſan. eccl. auth. ingreſſi ff de acq. hęr. l. pe. & pro hoc totū illud generale, qui non admittitur ad partem non facit partem & c. ff. de bon. poſſ. contra tab. l. 2. § fi. de bon. poſſ. l. ſi neceſſe. § de portat. de leg. j. l. huiuſmodi. §. ſi Titio cū ſua materia. Allegabantur inſuper aliæ duæ rōnes licet videātur quodā mō abundare & per ſeipſas ſolui poſſe de facili, videlicet rōne noſtræ ſucceſſionis ab
e inteſtato quæ ſolet eſſe reciproca [e] vt quēadmodū quis ſuccedit ita ei ſuccedatur & ſuccedi poſſit alij cui ipſe ſuccedit. ff. de inoffic. teſta. l. nam & ſi parētibus cum ſimi. quę reciprocatio non pōt dari in terminis propoſitis,
5 quia monacho non pōt ſuccedi, † vnde non eſt æquum quod ipſe ſuccedat. Secundo ratione formę quę cum ſit facta per verba ſimplicia, & prolata in gn̄e non dēt referri ad pſonas non ſuppoſitas, arg. l. extra territoriū. de iur. om. iu. l. cunctos populos, de ſumma trin. & a ſimili eius quod dr̄ de ſtatuto ſimpliciter condito, quod non extendit ſe in dubio extra locū ſuppoſitum ſtatuent. extra de cōſti. c. ut aīarum. § ſtatuto. & quod ſcribit Bar. in d. l. cunctos populos, & l. cum unius. §. 1.
6 de bon. auth. iud. poſſ. † ergo primū dictum ſtatutum tanquam ſimpliciter ęditum ad pſonas eccleſiaſticas non eſt extendēdum. ꝗa non ſunt ſuppoſitæ ſtatuēti. In contrarium, ꝙ dictum ſtatutum indifferēter locum hēat in quocunq; ſucceſſore capace, & tam in clerico, quam in laico, quā ēt in monacho religionis ſaltim nō mēdicantis locū poſſit habere probatur ex multis. [f] Primo quia priuile-
f
g gium conceſſum in gn̄e [g] laicis, comprehendit clericos, extra de for. compe. c. dilecti. & ibi not. ſuꝑ verſi. anglicis in nouel. cū remiſ. ibi poſitis. Scđo probatur ex verbis dicti ſtatuti ꝗbus deſeruiēdū, & ſtandum eſt niſi conſtet de mēte contraria. de leg. 3. l. non aliter & de lib. poſth. l. Gallus. §. 1. de exercit. l. j. §. in re igitur dubia. Sed verba dicti ſtatuti ita
7 comprehēdunt patruum monachū, † ſicut laicū ꝗa iura sāguinis diſpōne iuris poſitiui
h nō mutantur. [h] ff. de pac. ius. agna. de re. iur. ſanguinis, & ꝗa ubi pſonæ demonſtrantur,

& monachus qui ſtatum non mutat in me-
i lius,qm̃ ad dignitatẽ [i] aſcẽdit, in authen. in
prin.& per aſcẽſum dignitatis non amittitur
ciuilitas,vel agnatio,vel aliud iuris impedi-
mentum.ff.de ſenato.l.penul.ff. ad municip.
l.filij.C.ꝙ metus cau.l.ad dimidiã, & nota.
8 in l.deo nobis.C. de epi. & cle. † Tertio illa
rõne qa illud quod lex non limitat, nos non
debemus limitare,& vbi lex non diſtinguit,
nos non debemus diſtinguere, de off. prętо.
l.3.in fi. de euictio.l.ſi rem quam mihi.§. fin.
de contrahen.empt.qui fundũ.ff. de bon.au-
to.iudi.poſſi.l.in vend.§.de tpe,ſed iſtud ſta-
tutum diſponẽs de exiſtẽtia fratris,ſeu de ex
cluſione mulierũ à ſucceſſione p exiſtentiã
fratris defuncti, non inuenimus limitatũ iu-
re municipali,nec ẽt correctum, imò potius
inuenimus contrariũ,videlicet,ꝙ in materia
ſucceſſionis diſpoſitio iuris eſt indifferẽs in-
ter clericos,& laicos,& ẽt religioſos,ſaltem
qui poſſunt habere propriũ in cõi.C.de epi-
ſco.& cler.l.deo nobis,ergo debemus intel-
9 ligere verba ſtatuti prout ſonant. † Quarto
alia rõne, qa vbi verba legis,ſeu ſtatuti ſunt
clara de per ſe, & habent ſignificationẽ cer-
tam,& mẽs ſtatuentis eſt dubia, & obſcura,
ſeu ſaltẽ non ſumus certi de mẽte contraria,
nõ debemus verba legis reſtringere,nec ex-
tendere, ſed econuerſo in ſua figura ſeruare
quamuis lex dura videatur.ff.ad muni.l.con
ſti.qui & à qui.l.proſpexit,de lega. 3. l. ille,
aut ille.§.cum in verbis, de verbo. oblig. l.
quicquid aſtringendę,cum multis ſimilibus
iuribus in ſuperioribus rationibus alle. De
claritate autem verborum dicti ſtatuti ſatis
de ſe patet; de mente autem contraria, vel
diuerſa nil apparet, ut etiã clarius inferius
oſtendetur per reſponſiones ad reſpectum
fratris monachi non debet dari in iſto ſtatu-
to,qa de ijs,quæ non apparent, & nulla le-
ge probantur abſurdum eſt iudicare, præſer
tim contra id,quod eſt ſatis lege expreſſum.
C.de colla. l. illam. Quinto ratione ſumpta
ex mente ſtatuti rationabiliter coniecturata,
quia debemus pręſumere, quòd non minus
voluerit fauere perſonis religioſis,quam lai
cis,quia magna ratio eſt, quę pro religione
facit, quæ nunquam in ambiguis legum di-
ſpoſitionib.ſolet ommitti.ff.de reli.& ſump.
fune. ſunt perſonæ. in fi. & quia non minus
ſunt meriti, & fauorabiles, & reipub. utiles
Deo ſeruientes,quã ſeculo.ff.de iuſti. & iur.
l.ius publicum, & in fauorabilibus diſpoſi-
tionibus non minus cenſendum eſt compre
hendi magis meritos, quam minus meritos.
de libe.& poſthu.l.Lucius §. Lucius Titius.
de man.l.cũ pater,§. rogatio igitur,cum di-
ſpoſitio huius ſtatuti cõmunis ſit ad omnes
laicos, & diſcolos abſurdum eſſet dicere,
quòd religioſos fauore ſuo cenſuerit indi-
10 gnos. † Sexto ratione ex congrua ſtatutorũ
declaratione, & intellectu, quia regulariter
ſtatuta recipiunt intellectum a iure commũ
ni ſecundum, quòd ius commune inuenitur
in ſimilibus terminis diffinitum, & declara-
tum.C.de noxa.l.2.de actio.& obl.l.1.§.1.&
tangit Bar.in l.fi.ff. de legi.& l. ſed cum po-
ſteriores,& quod ibi no.in l.fi. §. licentia.de
11 iur.delib.† Sed hoc dubium utrũ monachus
ſit admittendus ad ſuccedendum iure con-
k ſanguinitatis,nõ obſtãte religione:& utrũ [k]
profeſſio poſſit allegari ad excluſionem,nec
ne, inuenitur diffinitiuam ex diſpoſitione
vtriuſque iuris pro parte affirmatiua,& ꝙ re
ligioni proſit,potius quam obſit.ut d.l. Deo
nobis, & ibi not.ſuper ver.parentum.& no.
in auth.de ſan.epiſco.§.nullam,& 18.q.1. ca.
ſtat.& 18.q.vlt.cap. penul. ergo conſonũ eſt
ſic intelligere diſpoſitionem dicti ſtatuti,&
quòd in hac diſpoſitione communis nume-
l rus [l] imitetur, & non ſit difformis ab eo, ut
præalleg.iuribus.ff.de vulga.&pupil.l.ex fa
cto.de ma.teſta.ſi ita fuerit.ad fi. & de ſtatu
lib.l.Labeo.

Reſtat uidere, & reſpondere rationibus
factis in contrarium: quoniam hęc pars eli-
genda videtur,& primo non obſt.ratio ſum-
pta ab iniquitate dicti ſtatuti,qa hęc ratio du
pliciter remouetur, videlicet demõſtratiuè,
& pręſumptiuè. Demonſtratiuè quidẽ p in-
tentionem alias interpretationem, quia non
eſt verum, ꝙ diſpoſitio huius ſtatuti repu-
gnet rationi iuris naturalis,qa non aufert fi-
m liabus debitũ iure naturali, ſed alterat [m] il-
lud in qualitate, reducẽdo ipſum ad cõgruę
dotis dilationẽ,quo reſpectu ius naturale va
riabile eſt, & mutabile diſpoſitione iuris ci-
uilis, & tam in quarta, quam in quinta, &
ẽt in ponenda differentia circa ſexum, & ut
n filia ſit contenta dote, [n] ut plenè not. p Cy.
in l.ſancimus.C.de nup.& per Ioan. And.in
Spe.de ſucceſ.ab inteſta. ſub rubrica in illa.
q.quæ incipit ſuppoſito ſtatuto, vel cõſuetu-
dine &c. Et qa cũ hoc ius ſit inductibile pa-
cto



o cto iuramento pallato [o] extra de pact.c.quã-
uis lib.6. inconueniens eſſet non poſſe idem
ius licitè induci municipali iure;quo nõ mi-
nus, ſed magis iuri tam ciuili, quam gentiũ
derogari poteſt,quam pacto: vt not. in l.ne-
que pignus.& l.nec ex prætorio. ff. de regu.
iur. ſubſequenter probatur præſumptiua ra-
12 tione,† qa præſumptiuè ius non põt dici ini-
quum poſtquã inductũ eſt gñaliter ab eo q
habet poteſtatẽ ſtatuendi in loco, in quo id
ius inductũ eſt.4.diſt.c. erit autem lex. ff.de
verb. ſig.l. ſi qua pœna.ideo.n.ius dictũ eſt,
quia iuſtum eſt.1.diſt.c.ius generale,& quia
omne ius, quod ſubſiſtit, cenſetur rõnabile,
ſaltem præſumptiuè præſumptione iuris, &
de iure;& ideo non poteſt impugnari ex de-
fectu rationis.C. de diuerſ.reſcrip. l.ſacrile-
gij inſtar eſt,de ſacrile.l.j.Cum.n.præſuma-
mus pro iudice, videlicet, quòd actus eius
ſit iuſtus ex cauſa.ff.de iud.l. ſi prętor. ff. de
vſucap.l Hęrennius,de re.iur.l.non videtur.
§.qui iuſſu: quanto magis præſumendum eſt
pro legislatore argu. C.de teſta.l. omnium.
13 † Idcirco non dicitur ſtatutũ, vel conſuetu-
do illicitum,licet repugnet iuri poſitiuo,vel
iuri naturali mutabili,niſi expreſsè inuenia-
tur improbatũ à iure,vt l.ius ciuile. & l.om-
nes populi.de iuſti. & iur. & not.in l. neque
pignus,& in l.neque ex prætorio de re.iur.&
l.4 §.diuus,de ſepul vio. facit etiam de edi-
fici.priuat.l.an totum,ff. cõia prędio.l.vendi
tor.§.ſi conſtat.& ideo dicimus,quod cõſue-
tudo facit licitum id quod aliter erat illici-
tum: quia immutat iuris cõis diſpoſitionem
in eius oppoſitum in auth.de defen. ciuita.§.
præcepta verò,& ibi nota.Secus eſt vbi ſtatu
tum vel conſuetudo repugnaret iuri diuino,
vel iuri naturali, vel ẽt eſſet improbatum à
iure,quia illud eſſet ſtatutum,& conſuetudo
irrationabilis,q̃ corruptela vocatˀ,ita loqui-
tur dictum c. vlt. extra de conſue. & ibi not.
per glo.& per Doc.Statutum aũt de quo quę
ritur repugnat illi ſpeciei iuris naturalis,quę
mutabilis eſt diſpoſitione iuris tractantis de
debito iure naturæ filiorũ;& improbatur dif
ferentia in iure ſuccedendi inter mares & fę
minas,& agnatos,& cognatos, de quo variè
ſtatutũ inuenitur à iuris latore, & ſecundũ
diuerſitatem tẽporum,quia portio debita ali
quando fuit minor,& aliquando fuit maior,
& aliquando fuit neceſſe conferri quocunq;
titulo, & aliquando iure inſtitutionis, &
vnoquoque tpe ius fuit ęquũ ſm ſuum tem-
p pus [p] ff.de inof.teſta.l.Papinianus.§. quarta
autem,C.eo.l.parentibus,& in auth.nouiſſi-
ma.& in authen. de trien. & ſemiſ. §. j. & in
authen.vt cum de appel.cog.§.aliud quoque
capitulũ, & aliquando ius fuit ęquũ ponens
differentiam inter mares & fęminas & agna
tos & cognatos,& aliqñ non. C. de collat.l.
illã.& Inſti.de legi.agna.ſuc.in prin & in §.1.
cũ mu.ſi.Et per hoc rñdẽtur ad l.maximũ vi-
tiũ & l.xij.tabularũ, quia æquitas dictarum
legũ verificatur generaliter, ſed non illis in
locis in quibus viget lex, vel conſuetudo cõ
traria,& cum leges municipales ſint permiſ
ſę à iure, & ſic iure principis approbatę vt
d.l.omnes populi. & l.2.§.omnia. C. de ve-
teri iure enu. & quia æquitas eſt quæ neceſ-
ſitatur iuribus ſm diuerſitatem temporis, &
locorum.ff.de vul.& pupil. l.1.& l.ex facto.
de ſuppel.leg.l. 1. ergo princeps qui ſingu-
las circunſtantias facti,& conditionis perſo
narum, atque locorum non potuit ſcire, &
in ſuis regulis diffinitiue varietatem boni,&
etiam locorum,& maximè omnium varie-
tatem, & exigentiam vtilitatis eorum,relin-
quitur hoc diſcretioni, & poteſtati ſingulo-
rum populorum, videlicet ſtatuendum ius
proprium cuilibet iuri cõi cõtrarium appro-
bans illud in rationibus cõibus, non in pro-
prietate ſpeciei, & iuri diuino, vel naturali
immutabili non repugnantibus, vt prężalleg.
iuribus. Non obſt. ratio ſumpta ex defectu
authoritatis legislatoris:quia dicta rõ eſt ve-
ra inquantum ſtatuta expreſſa de perſonis,
vel reb.eccleſiaſticis diſponant in ſpecie, &
14 ita loquuntur iura in contrarium alleg.† Se
cus eſt de ſtatutis diſponentibus ſimpliciter
in genere; quia niſi ſtatuta ſint improbata
porriguntur etiã ad clericos pręſertim in eo-
rum fauorem,vt no.in l. ex ea.ff. de poſtu. &
probatur extra de eo qui mit.in poſ.cã rei ſer
uan.c.cum veniſſent, & ita cum dicta diſtin-
ctione debent intelligi dicta iura,& tenet do
minus Bar.in l.cunctos populos, in illa quę-
q ſtione [q] vtrum ſtatuta ligent clericos: vel di-
cendum ſecundum alios doct. Quòd aut ſũt
prohibitiua,vel arctatiua,uel grauaminis in-
ductiua,& illa non ligant clericos,uel eccle
ſias, etiam ſi in effectu concernant eorum fa
uorem,vt puta quia ſunt impeditiua dilapida
tionis, vel ſimilium,& ita loquitur alle.c.ec
15 cleſia S. Marię. & d. c. bene † quidem. quia
imperare,

imperare, & vetare non poteſt fieri niſi qua-
dam authoritate ſuperioritatis, aut ſunt ſta-
tuta permiſſiua, ſeu præbentia conſilium, vel
priuilegium, non autem arctatiua eccleſiaſti
carum perſonarum, vel rerum, & illa porri-
gunt effectum ſuum, & ad eccleſiaſticas per
r ſonas, [r] & res, C de epiſ. & cler. l. omnia pri-
uilegia, extra de conſuetu. c. 2. & eod. tit. c. 1.
a ſenſu contrario, & præſertim vbi cauſa agi
tur in foro ſeculari, vt no. extra de for. cõpe.
c. ꝙ clericis, & ita poteſt intelligi quod no. in
l. ex ea. ff. de poſtu. quia conſulere, & permit-
tere, & priuilegium pręſtare poteſt lex etiam
non ſuppoſito, C. de emancip. lib. l. 1. ff. de
pact. l. conuentionum, de cap. l. non dubium,
& l. poſtu. §. induciæ, & de legib l. fi. proba-
tur a ſimili, quia ſicut iura permittunt ꝙ laici
poſſint conferre beneficium eccleſiæ, & ec-
cleſiaſticis perſonis, & huiuſmodi actus pri-
uilegiant vt C. de ſacroſan. eccle. l. 1. & l. il-
lud, & l. fi. ita per ſtatuta localia, & conſuetu
dines poteſt conferre clericis beneficium fa
cta æquiparatione poteſtatis contrahentis, ad
poteſtatem ſtatuentis, ff. de pact. l. non impoſ
ſibile, de pigno. actio. l. nec eſt mirũ, & quod
no. C. de decre ſuper rubrica, alia ratione ẽt
euidenti excluditur dicta obiectio, videlicet
ꝙ hoc ſtatutum reſpectu maſculorũ repellẽ
tium fœminas non diſponit præſertim tali-
ter ꝙ neceſſe ſit maſculum ex diſpoſitione
ſtatuti ad ſucceſſionem venire, quia procedit
remouendo fœminas a ſucceſſione propter
exiſtentiam maſculi. igitur maſculi ſunt in
f conditione, non in diſpoſitione, [f] l. ſi quis ſub
conditione ſi quis om. ca. teſt. & reiectis fœ-
minis ueniunt ſuo iure, quo venirent ſi fœ-
minæ non extarent, & ſic potius de iure com
muni, quàm ex forma ſtatuti, quaſi ſublato
antecedenti gradu potiuntur beneficio hu-
ius ſtatuti ex quadam conſequentia, non di-
recto, & ideo admittuntur. Non obſt. quòd
diſpoſitio ſtatuti ipſos non contingat, & dire
ctò eis prodeſſe nõ poſſit, vt in l. poſthumus,
§. ſi quis hæres de inoffi. teſt. de ſuc. edic. l.
1. §. qui ſemel, C. de natu. libe authen. licet.
Non obſt. 3. ratio ex qua arguitur a ratione
ceſſante, & præſupponitur ꝙ ratio ſit conſer-
uatio dignitatis agnat. quæ dignitas conſiſtit
in diuitijs, & propagatione prolis, quæ non
cadunt in monachum propter ſtatum pau-
pertatis, & continent. æ, &c. quæ ratio multi
t pliciter tollitur. Primo per interép. [t] quia ef-
fectus huius ſtatuti non eſt, vt agnatus dite-
tur, & propagatio prolis ſed vt ipſe præfera-
tur filiæ, & deſcendentibus ex ea; quia effe-
ctus cadit ita in hæreditate damnoſa, ſicut in
lucroſa; & ita in perſonam ſterilem, ſicut in
perſonam aptam ad producendam prolem;
quia non requiritur hęc aptitudo vt quis poſ-
ſit eſſe hęres, ff. de libe. & poſthu. l. quod di-
citur; nec exigitur quòd bona ſint ſoluendo,
vt priuatus poſſit in eis ſuccedere, quia ſpe-
ciale eſt in fiſco quòd non quęratur ei hęre-
ditas, niſi ſit lucroſa, vt l. 1. §. an bona, de iure
fiſci. ergo hęc eſt ratio fallax, quia non eſt ge
neralis vt no. in l. non omnium, ff. de legi. &
ſtatim clarius oſtendetur. Secundo non po-
teſt dicta ratio allegari pro ratione limitan-
te hác legem ratione ſuę incertitudinis, quia
quòd hęc ſit ratio non probatur lege aliqua,
& erubeſcimus cũ ſine lege agimus; & quia
rationes poſſunt reddi videlicet tam ratio
prędilectionis ſexus, quæ ratio mouit anti-
quos legiſlatores, vt inſti. de hęred. ab inteſt.
§. Item vetuſtas; quam ratio delationis ho-
noris, vt agnati. ſ. inſignerentur titulo hęredi-
tario honoris loco. Eſt enim iſte titulus qui
datur cauſa honoris de lega. præſtan. l filius,
§. ſi legata, verſ. ſed etiam, in fi. hæc eſt ratio
quare filio debetur titulus inſtitutionis per
iura noua vt ibi not. quòd etiam ratio dela-
tionis commoditatis acquiſitionis bonorum,
quæ in multis conſideratur effectibus, & pręe
ſertim in eorum uſu ad euitandam egeſtatẽ.
qui effectus habetur in eo, quòd quis ex bo-
nis alitur, argu. de reg. iur. l. in damnatione,
& de re iud. l., cum ex cauſa, vt infra dice-
tur, & ex multiplicitate cauſarum quæ ele-
ctiue poſſunt adaptari huic legi infertur in-
certitudo rationis finalis huius l. vbi autem
non apparet in princ. & §. qui illud, de ver-
bo. obli. & per rationem ſeu mentem incer-
tam non debent verba reſtringi, l. non aliter,
& l. proſpexit, qui & à quib. & in §. in rebus
dubijs pręalleg. Et quòd iſta non ſit ratio cer
u ta a qua ceſſante argui poteſt [u] tenet do. Bar.
in l. libellorum, de verb. ſigni. Nec obſt. quod
ratio tollitur ex defectu, &c. quia hęc con-
cluſio nullo modo ſequitur quod ratio alle-
gata conſeruationis dignitatis per acquiſi-
tionem diuitiarum, & propagat. prolis ſit ra-
tio neceſſaria huius ſtatuti, a cuius ceſſatione
argui poſſit, ſed potius eſt quędam ſuaſio, ſi-
ue ratio probabilis, quę legem non limitat;
vt



vt l. ſi cum excep. §. poſt annum, ad fi. & ibi
not. in gloſſ. ſuper verb. & rei habet, ff. quòd
met. cauſa: quod oſtenditur euidenter a con-
ſequenti deſtructo, quia vt ratio ſit talis a cu
ius ceſſatione argui poſſet debet eſſe cauſa
neceſſaria non ſolum probabilis videlicet ſi-
ne qua nunquam ſit dare quòd lex ſortia-
tur effectũ ideſt vbicunque ratio ceſſat, ceſſet,
lex, & vbicunque habet locum ratio, habeat
locum, & lex vt not. in d. §. poſt annum, in d.
gl. & in l. non omnium, ff. de legi. ſed hęc ra
tio non eſt huiuſmodi, quia iſtud ſtatutum
ſortitur effectum in multis caſibus in qui-
bus dicta ratio ceſſat, quia per ipſum defer-
tur omnis hæreditas tam quę ſoluendo eſt,
quam quæ non ſoluendo, & cuicunque fra-
tri, tam apto productioni prolis, quam inepto
ad prolis productionem nulla facta differen
tia. Nam defertur fratri cuiuſcunque ſit æta-
tis, & in quocunque exiſtente mortis articu-
x lo, [x] quo caſu certum eſt eum non eſſe ap-
tum productioni prolis, & ſimiliter eccleſia-
ſtico quam viri potenti, & per conſequens
tam volenti contineri, quam volenti vxorari,
& ſi ſecus diceremus nimis reſtringeremus
legem iſtam, & contra omnem obſeruantiã
16 ipſius, & contra omnem regulam † delatio-
nis hæreditatis: nam ſtatuta ſecundum ius cõ
mune recipiunt declaratiuam interpretatio-
nem, vt l. 2. C. de noxa. Sed ius commune in
materia ſucceſſionum non inuenitur limita-
tum hoc modo, ff. de libe. & poſthu. l. quod
dicitur, cum ſi. Ex quibus infertur quòd iſta
fuit vera ratio ſua, & probabilis, non finalis,
probatur hoc aliter, videlicet quòd vbi plu-
res rationes legis reddi poſſunt quarum quę-
libet poteſt eſſe finalis, vt contingit in propo
ſitis terminis, ſi vellemus coniecturare huius
ſtatuti rationem; inferri, & argui non poteſt
y ex ceſſatione vnius rationis [y] ad euitationem
legis, C. qui potio. in pig. ha. l. aſſiduis, & l. ſi
ventri, §. in bonis de priuilegijs cre. Sed in
propoſito ſtatuto plures ſuaſiuæ rationes red
di poſſunt, vt ſuperius eſt oſtenſum, igitur ab
vna earum ceſſante non rectè arguitur. Et
per hoc eſt determinatio quaſi quę ponitur
17 per docto. in l. 1. ſolut mat. vbi quęrunt † vtrũ
mulier ſterilis habeat priuilegia dotis, & de-
z terminant quòd ſic [z] quia ratio propagatio-
nis prolis, non eſt ſola ratio illius priuilegij,
ſed bona matrimonij, vt l. aſſiduis: & ita in
propoſitis terminis. Remouetur etiam aliter
dicta ratio in qua potiſſimè confidunt reſiſtẽ
tes: videlicet quòd per monachum non con-
ſeruetur dignitas agnationis, &c. quia falſa
eſt hęc ratio dupliciter vno modo, quia per
monachum non derogatur dignitati, ſed trã
a ſit in dignitatem [a] vt in authen. de mona-
chis, in princ. & maximè per monachum in
prælatura exiſtentem: vt extra de pręben. in
Rubrica. & eod. tit c. de multa. & quia cleri-
b ci dicuntur eſſe in dignitate [b] ex ſolo clerica
li ſtatu, C. ne quis vel a rega. l. 2. 4. diſt. deni-
que 3. q. 1. c. reperiuntur, in fi. extra de ſeruis
non or. c. cum libertus, & quia clerici dicun-
tur eſſe in dignitatibus ex ſolo clericali ſta-
tu, ex diuitijs ſolis non tribuitur dignitas quę
accipitur pro qualitate perſonæ faciente dif-
ferre perſonas in dignitate poſitas a plebeis,
ff. de decur. l. ſpurij. in princ. & C. de digni.
per totum lib. 12. & ideo aut tribuitur ex offi
cio cui dignitas eſt annexa, vt in dicta Rub.
de pręben & digni. & in d. c. de multa. aut cõ
tingit ex militia, aut gradu ſacerdotij, vt d. l.
2. ne quis vel a regia cum concor. alleg. Aut
contingit ex genere, ſeu ex progenie, & in
fantium dignitate, C. de diuer. offic. l. 2. lib.
18 12. & de ſenat. l. fœminæ, & l. pen. † Ex diui
c tijs autem non tribuitur dignitas, [c] quia ca-
dunt etiam in viliſſimis perſonis, & diſcolis.
Sunt enim bona fortunæ quæ cadunt etiam
in infames in quibus non cadit dignitas; vt
C. de digni. l. 2. igitur dignitatem non tri-
d buunt, [d] nec conſeruant dignitatem pœnes
indignos; hinc eſt quod virtutes animi, & bo
ni mores diuitijs pręualent. ff. de excu. tut l.
ſcire oportet, §. cum reliquis, & ſic dignitas
potius cadit in religioſum hominem, & vir-
tuoſum, & magis conſeruatur per eum, quã
per hominem diuitem, quis enim ſanæ men-
tis diceret quòd per pręlatos virtuoſos digni
tas non ſeruetur de quo multa extant exem-
pla contraria, & maximè in domo vrſinorũ,
e & curſinorum. [e] Nec eſt verum dicere quod
monachi propter abdicationem proprij pau
pertate ſordeſcant ſi ſint tales regulę quę poſ
ſint habere proprium in communi, & quę a-
ctualiter habeant bona ſufficientia ad ſuſten
tationem monachorum, quia nõ dicitur ege-
19 re, † neque in paupertate ſordeſcere qui ha-
bet ea, quæ ſunt ſibi neceſſaria ad victum:
hinc eſt, quòd ei qui debet conueniri dedu-
cto ne egeat, ſufficit tantum relinqui quan-
tum ſibi ſufficit ad vitam ſuam, ſecundum
digni-

dignitatem ſuam, ff. de re iudi.l.cum ex cauſa, de regul.iur.l.ſin condemnat.ſolu.matri.l. maritum,& de lib.ag.l.ſi quis.Præterea dicta ratio paupertatis rectè conſiderata non facit ad propoſitum,quia monachus ratione paupertatis magis indiget, & magis ſibi conſuli expedit ne nimia egeſtate laboret, extra de ſup.negli.prælat. cap. ſecundo, euitat autem
f egeſtatem [f] ex acquiſitione † monaſterij per
20 participationem, & vſum eorum ex quibus poteſt videri quaſi dominus, ſicut vxor dici-
g tur domina [g] domus, & filius familias ratione promiſcui uſus, l. in rebus, C. de iure do. de cri.expi.hære.l.aduerſus,& ſi quis diceret quod ad conſeruationem prolis agnatorum diſpoſitio huius ſtatuti emanaſſet,ſequeretur ꝙ ille qui vellet admitti ex beneficio huius ſtatuti haberet docere de aptitudine producendę prolis per aliquam experientiam,ſicut fit in ſeparatione matrimonij,quod inuſitatũ eſt,& abſurdum,& ſequeretur quod qui vellet retinere commodum huius hæreditatis teneretur contrahere matrimonium,& intendere propagationi prolis quod eſt abſurdiſſimum,& contrarium voto continentiæ,& ideo huiuſmodi onus ſi eſſet appoſitum remitteretur à iure volenti continere; vt in auth. niſi rogati : ergo ſi iſta ratio mouiſſet legiſlatorē non excluderet monachum, quia lex repræſentat impletionem huius conditionis, vt d. auth. niſi rogati & ibi ſcripſit Ricard. Ma. vt refert ibi Cy.Præterea ſi iſta eſſet ratio huius ſtatuti, ſequeretur alia abſurditas; videlicet ꝙ ſi decederet frater ſine filijs,deberet redire hæreditas ad filiam, quia finita cauſa benefi-
21 cij finitur beneficium: † vt l.Titia Seio. §. vſuras, de legat.2.ſed hoc eſt abſurdiſſimũ ꝙ hoc ſtatutum ſic reſtringatur, & inuſitatum, & eſt falſum: vt no. Bart. in l.fin.§.ſi ad Trebel. igitur iſta non fuit ratio huius ſtatuti, & maximè ibi, non ob. dicta ratio quia conſideratur aptitudo naturalis potius quam impedimentum accidentale: vt l.2 de adop patet etiam quòd iſta non ſit vera ratio, quia ſi lex voluiſſet proſpicere proli, deuolueret bona ad agnatos ita, vt tenerentur ſeruare liberis, & denegaretur poteſtas alienandi bona: vt l.fi.§.quę res,C.communia deleg. Sed hoc eſt falſum, & contrarium, obſeruatur ergo non cauſa liberorum, ſed charitas ipſius hæredis, cui ſucceſſio primo defertur: fuit illa quæ mouit ſtatuentem: quia ſibi tantum proſpexit, vt patet ex effectu prædicti beneficij. Non ob.4. ratio: videlicet ꝙ acquiſitio hære-
22 ditatis non poteſt prodeſſe monacho † ratione momentaneæ retentionis,&c.quia iſta ratio eſt de ſe falſa dupliciter.Primo quia vtilitas conſideratur reſpectu honoris, non commoditatis tantũmodo: vt ſupra tetigi, & quia eſt particeps commoditatis, vt ſupra proxima ratione oſtendi: quia particeps eſt vſus rerum,& euitat egeſtatem,& ex quacunque perceptione commodi quantuncunque modica, quia poſitus eſt in conditione ad excludendum,alium excludit: vt l.1.§ aduerſus,ſi quid in frau.patro. & ſcribit Bar.in propriis terminis huius ſtatuti in l.1.§.pe.& ſi.de bon.poſſ. contra tabu.in 4.q. & facit,l.huius,§.ſi Titio, ff.de leg.1.cum ſua materia, & quia quando in aliquem cõfertur ſupremum iudicium ſeu delatio hæreditatis, ſolum conſideratur effectus perſonæ acquirentis: vt admittatur ab illa diſpoſitione non attento cui per eum acquiratur hæreditas, etiã ſi conferatur ab ignaro conditionis ſuæ perſonæ: nam ſi quis ſcribat ſeruum quem putabat eſſe liberum, & admittitur ſeruus licet per eum alteri acquiratur propter propoſitum teſtatoris: hinc eſt quòd ſi ſibi detur ſubſtitutus, vel grauetur: fit quæſtio vtrum admittatur ſubſtitutus, & inquantum ibi dicitur ꝙ ratione dicti erroris ſubſtitutus admittitur in quartam partem tantum, & in tres partes admittitur dominus ſerui: ergo ſi non haberet ſubſtitutum,non eſſet quæſtio quòd retineret totum, ff.de hęre. inſti.l.ſi ipſe licet ſecus ſit in eo, qui inſtituat propinquum ſuum errans in conſanguinitate: vt l.ſi ipſe. C. de hæred. inſti. & rationem differentiæ tangit Cy. in l cum proponas,eo. titu.in 3. contrario, & quæ diſponit de ſeruo inſtituto in illa materia,habent locum in monacho, vt ſcribit Guil. de Cu. in d. l. proponas. Ex hoc patet, quòd dicta ratio non facit ad propoſitum, & maximè quia non poteſt dici, quòd legiſlator fuerit ignarus huius caſus, cum diſpoſitionem ſuam retulit ad fratres in genere, & non certam perſonam, in quo genere bene ſciebat includi tam clericos, quam ſeculares, quia non amittunt iura conſanguinitatis, vt dictum eſt: ergo videtur voluiſſe eos admitti, ex quo eos non excluſit cum facilè potuiſſet eos excludere ſi voluiſſet,arg.l.1.§. vltim.de cadu.tol.Alia ratione, quia ſi quis diceret ꝙ monachus non haberet

beret



beret voluntatem teſtatoris errantis in conditione perſonę, quod tñ non eſt verum: ut ſupra oſtenſum eſt: non tñ hoc bene diceret in diſpoſitione legiſlatoris, quia monachus ita habet uoluntatem legis præſumptiuè in ſucceſſione, ſicut laicus religionis fauore: vt l.deo nobis.C.de epiſcop.& cle.l.ſunt perſonæ in fi.ff.de relig.ex quibus rectè concluditur,& apparet,ꝙ rationes in contrariũ inductæ ſunt potius coloratæ, quam concludentes,ſeu ſubſtantiales, & hoc quo ad intellectum primi ſtatuti. Nec ob. quinta ratio ꝗa illa regula,ꝙ ſucceſſio debeat eſſe recipro-
h ca, verificatur affirmatiue [h] in terminis paribus,vt l.nam & ſi parentibus,de inoffi.teſtamen.In terminis verò diſparibus ſecus,puta ſi vnus de ſuccedentibus habeat liberos, & alius nõ: nã prior cauſa ſucceſſionis eſt liberorum,unde filius excludit auum, & tamen pater filii ſuccederet patri ſuo, ut in authen. defuncto. in corpo. de hæredi.ab inteſtato, §.primo.

Negatiuè vero dicta regula non verificatur,ut probatur in l.1. C. de ſecund.nup. & l.quiſquis ad leg.Iuliam maieſta.& l.deo nobis,de epiſco. & cleri.& l. cognouimus, de hære.coniun.l. pe.eo.titu. nam licet mulier,
23 quæ tranſit ad † ſecundas nuptias infra tempus luctus olim non ſuccedebat, & tamẽ ſibi ſuccedebatur,quia caſus non exceptus remanet ſub regula,& idem de filio rei criminis leſę maieſtatis; idem de monacho,idem de hęretico,ut dictis iuribus; & probatur ꝑ noſtrum ſtatutum,quia filia non ſuccedit patri extante filio uel extante fratre, & tamen pater ſuccedit ſibi:& ſi ſecus diceretur,eſſet magna abſurditas,ꝗa eſſet trahere iura corrigentia ad conſequentiam contra legem præcipimus, contra id quod not. in authen. quas actiones.

24 Nec ob. † ſexta ratio quia illud quod dicitur,ꝙ iura non porrigantur ad non ſuppoſitos verificatur in iurib. quæ arctant,non tñ in ijs quæ conſulunt,uel prouident,ut C. de emancip.lib.& l.conuentionum. ff. de pact. cum ſimil.alleg.aliàs quia beneficia legum habent ſimilitudinem cum diſpoſitione teſtatoris,& contrahentis,vt l. non impoſſibile de pac.& l.non eſt mirum; quis autem dubitat, quòd diſpoſitio teſtatoris gratis porrigit ſuum effectum ad non ſuppoſitos quantũ ad eos ſitos in territorio ſtatuentis.l.an in totum,de ædific.priuat. l. vbi in rem actio. & not. in l. 1. ad fi. C. quę ſit lon. conſue. Item illud quod dicitur,quòd leges non porriguntur ad non ſuppoſitos verificatur de non ſuppoſitis, & omnino extraneis; non autem de
i clericis [i] loci vbi ſtatutum viget, quia ad eos porrigitur ſi non ſit vitiatum, & non diſponit de eis in ſpecie,ut no.in l.ex ea.de poſtu.& per Bar.in l.cunctos populos, & hoc vbique ſeruat practica, & aduocati tenent hoc,quod ſcribit Ioan.And.in opere Specu. in titu.de conſti.§.j.Vltra hoc ſi bene aduertimus, diſpoſitio propriè dirigitur contra perſonas, quę excluduntur, ideſt contra fœminas. Illi vero qui præter excluſionem eorum admittuntur, veniunt eorum iure pro-
k prio ſublato obſtaculo, [k] ut l. poſthumus.§. ſi quis ex ijs, de inoffic. teſtam. & de ſucceſſ. edic.l.j.§.qui ſemel. C. de legi. hæred. auth. ceſſante.de bo.poſſ.con.l.1.§.fi. ergo in propoſitis terminis diſponit hoc in ſibi ſubditos, & quia illę mulieres, quę excluduntur ſunt laicę. Ex quibus rectè concluditur, & apparet ꝙ rationes in contrarium inductæ ſunt potius coloratę, quam ſubſtantiales, & hoc quo ad intellectum primi ſtatuti.

l Circa ſecundum [l] ſtatutum dicendum eſt ꝙ ſtatutum non obſt.monacho pluribus rationibus; Primo virtute cauſæ mouentis le-
m giſlatorem expreſſe in eius exordio, [m] quæ de ſui natura reſtringit totam diſpoſitionem. ff.de ijs,quæ inteſt.delen.l. cancellauerat,de hæred.inſtit.l.pacto.de iure patro.l.adigere. §.quãuis,de appe.ſtipulatio.2.de leg.3.cum pater.§.dulciſſimis.cum multis ſim. Nec ob. quod no.in l.1. ſol. matr. 3. q. vtrum mulier ſterilis habeat priuilegia,quia illud ideo cõtingit, ꝙ procreatio liberorum nõ eſt ſola ratio dotis fauore, quia multa alia ſunt bona matrimonij,vt l.aſſiduis,& de condi. appo. c.fi.& idcirco licet ceſſet ratio procreandorum filiorum,ſeu liberorum, non ceſſat lex,
n quia non ceſſant alię rationes, [n] & ita determinat Iac.& Archid.Cy.& Bar.in d.l.j.ſolu. matr. ergo dictum ſtatutum reſtringendum eſt ad excluſionem ſtatutorum,quę obuiarent eccleſiaſticę libertati, & iſte eſt ſanior intellectus: quia hoc non deuiat à diſpoſitione iuris communis, ſed conſonat, & promptum eſt iura iuribus concor. &c.Secũda ratio non obſt.quia ſtatutum priuatiuum regulat certã cauſam tantũ, videlicet, vt clericus

agat

agat contra laicum; igitur extra ſuos termi-
nos trahitur ſi dicatur contra clericum , uel
habentem ius ab eo conuentum in foro ſe-
culari, ꝙ non eſt faciendum pręſertim quan
do dictum ſtatutum deuiat à diſpoſitione iu
ris communis,ſicut faceret hoc ſtatutũ ſi ex-
cluderet clericos à beneficio huius iuris ,
prӕterquam iuris canonici,vt verba eius ſo-
25 nare videntur,† quia clericis debent obſer-
uari iura,tam communia,quam municipalia
ſicut & alijs in foro ſeculari.C. de epiſco.&
cle.auth.ſtatuimus, ad fi. extra de re iud.ca.
in iudiciis , nam non eſt acceptio perſonarũ
habenda.10.diſt.ſi in adiutoriũ, etiam ſi de-
bent trahi ad diſſimiles.l.Papinianus. exuli.
de mino. l. naturaliter. §. nihil.de acq. poſſ.
Sed diſſimiles ſunt tituli ſtatuti denegantes
fauorem actori,à negantibus fauorem reo.l.
fauorabiliores,de re.iu.& de act. & oblig.l.
Arrianus, & promptiores ſumus ad ſoluen-
dum &c.ff.de pœnis.l abſentem, & cui de-
negatur actio , non proprie negatur defen-
ſio,de in ius vocan.l.1.cum ſimi. igitur ſi ita
pure intelligimus ſtatutum , ꝙ velit clericis
agentibus denegare auxilium iuris ciuilis,
tam communis,quam municipalis, non de-
bemus propterea hoc extendere ad caſum
conuerſum, videlicet conuentorum clerico
rum,vt dictis iuribus,& l.ꝙ verò.& l.ius ſin
gulare.ff. de legib. Nec obſt. ſequens parti-
cula dicti ſtatuti vbi dicit ſicut vt primo, qa
reſtringitur ſicut præcedens clauſula ad ca-
ſum ſubmiſſum ratione dicti ſtatuti, videli-
cet vbi ius municipale læderet eccleſiaſticã
libertatem , & ubi clericus eſſet actor in fo-
ro ſeculari ; quia iſta oratio determinat præ-
cedens verbum, ſicut præcedens oratio, cui
adiungitur,& eodem caſu loquitur, ut patet
ex tenore uerborum dicti ſtatuti. Item qa in
eccleſiaſtico foro laicis obſeruantur ſynoda
les conſtitutiones, ergo & ecõuerſo iura mu
nicipalia debent ſeruari clericis agentibus
in foro ſeculari , aliàs non verificaretur di-
cta oratio,& nõ obſeruaretur dicta pars ſta-
26 tuti clericis agentibus. † Nec obſt. ſi dica-
tur quòd ſtatutum , quòd repellit filiã à ſuc-
cedendo extante patruo non obſeruaretur
in foro eccleſiaſtico contra filiam monialẽ,
primo,quia hoc de ſe eſt falſum qñ ſtatutum
o præcedit monachatum o quia iura quæ in-
habilitant eam, excludebant ante profeſſio-
nem , excludunt , & afficiunt eam puellam
tanquam præuentam, ut l.cum quædã puel-
la.§.fi.ff.de iuriſ.om. iudi. vnde, &c. tranſit
enim in mona.cum honore ſuo , & cum ob-
noxitate ſuæ regulæ. C. de epiſ.& cler.auth.
caſſa,quæ fit cum monacho.ff. ad municip.l.
incola.& ibi no.in gl.authen. item nulla cõ-
munitas,& ibi per Iac.Butr. & hoc expreſſe
tenet dom.Bar.in l.fi.C. de iure fiſ.videlicet
quòd ſtatutum inhabilitans monachũ a ſuc-
ceſſione,quod præuenit eum ante monacha
tum valet, & debet obſeruari etiã poſt mo-
nachatum . Secundo qa dicta allegatio eſt
extra terminos noſtrę quęſtionis totaliter cũ
ſtatutum non eſt extendibile, maxime, quia
continet ius iniquum , quia non debent re-
torqueri iura in utentem niſi ipſe impetraue
rit aliud ius.l.1.§.j. & ibi no. ff. quod quiſq;
iur.ff.de legi.l.nulla iuris regula. C. eo.titu.
l.quòd fauore.Tamẽ quia in caſu noſtro ſta-
tutum repellit laicum, & in eiſdem terminis
ualet contra monialem, quæ ex perſona lai-
ca eſt expulſa , ius ſeruaretur ẽt in foro epi-
ſcopi,per no.in l.ex ea. de poſtulan.& de re
gu.iur.l.in his.§.nõ debeo,& ſic patet,quòd
dicta rõ terminos queſtionis non aſtringit.
Vltra hęc oĩa uidelicet , quòd dictum ſtatu-
tum non afficit clericos ſecundum fauorem
eorum tantum intelligitur ſm quòd in ratio
ne ſui exprimit,facit uſus,& communis ob-
ſeruantia,nam uidemus,quòd in fauorẽ cle-
ricorum ſemper inſtrumenta mandãtur exe
cutioni,ſm formam ſtatuti,& ſic in ſimi. &
quia ſi aliter intelligeremus daremus ma-
27 gnum inconueniens,videlicet† quòd ſtatu-
ta laicorum arctarent clericum , ẽt cum de
eo facit mentionem in ſpecie , quòd ab om-
nibus negatur & nuſquam dictũ, & nuſquã
relatum eſt.Nec obſt.quòd verba ſtatuti re-
ferantur ad iudicem; quia non refert cũ quo
p loquatur, p ſed cuius regula, & in cuius fa-
uorem,uel odium,de leg 1. l. ſeruo legato,
de leg.2.l.cum pater.§. dona. de leg.3.l.fide
iuſſ. §. interdum. cum multis ſim. & in toto
illo titulo, ſenſum non verba ſpectamus. de
adimen.leg.l.3.§.conditio , & qa qui impe-
dit ne qs cõmode percipiat impedimento,
me impedire vr.ff.de dam.infec.l. Paulus.ff.
ſi qs aliquem teſta.prohi.per totũ,& C.eod.
tit.l.1.ff.q ſatiſd.cogan.l. fi. extra de immu.
eccle.c.vlt.lib.6.Non obſt.quòd not. Iacob.
Butr.ſuper auth.ſtatuimus, qa ſicut ipſemet
dicit ſolummodo vno modo fieri poteſt ne
clerico



clerico ius reddatur , videlicet ſubtrahendo
iudici iuriſdictionem ſuam,faciendo eũ pri-
q uatum q in cauſis clericorum , ſed ſecus eſt
ſecundum eum ſi relicta ſibi iuriſdictione ar
ctat iudicem ad denegandum ius clerico ,
ſeu arctando iudicem ad reddendum cleri-
co minus fauorabile ius,quàm laico: qa hoc
eſt rectè ſecundum naturam cõtra eccleſia-
ſticam libertatem,cum ex priuilegio debea-
tur ſibi par iuris obſeruantia, ut d. auth.ſta-
tuimus,ad fi.& d.cap.in iudicijs. Ex quibus
omnibus ſupradictis pro hac parte alleg.cõ
cludimus nos conſultores concorditer dictũ
dom. Lapum Abbatem prædictum dicti mo
naſterij S.Miniati ad montem ſucceſſibilem
fuiſſe ab inteſtato dicto Dom. Simoni fratri
ſuo,& eidem dictam hæreditatem delatam
fuiſſe excluſis filiabus dicti Dom. Simonis ,
& deſcendentibus ex eis, & dictam hęredi-
tatem ad monaſterium S. Miniati ex perſo-
na dicti Dom. Lapi pertinere ex diſpoſitio-
ne ſtatuti communis Flo. de quo ſupra pri-
mo loco fit mentio habere locum in caſu p̃-
dicto,& dicto Do.Lap. & dicto monaſterio
ex eius perſona prodeſſe,non obſtantibus in
contrarium allegatis. Conſilium Do. Anto-
nij de Machiauellis.Io.de Podio.Lapi de Ca
ſtiglionchio. Donati de Barbadoris. Richi
Baldi de Sechino veneris; Iacobi, Laurentij,
Angeli. Et Do.Scolai de Berti.

## Addit. Quint. Mandoſij.

a ¶ In ciuitate. ] *Maximam hęc Alleg.
cum pręcedenti conformitatẽ habet, ean-
demq; materam pertractat, ex quo faci-
le conijci poteſt non ambas has Alleg.
a ſolo Lapo conſcriptas fuiſſe, ſed alterã
(vt puta priorem) ab ipſo, hanc autem
ab eodem Lapo,ac ab Antonio de Ma-
chiauellis,& alijs de quibus in calce, ſeu
ſubſcriptione huius Alleg. vel Ioan. de
Ligna.cum quo idem Lap. & plures alij
præſtantiſſimi viri conſuluerunt, quod
colliges ex Zabba.in Repe.cap. perpendi
mus,col.12.verſi. Quid ſi conſtitutio. de
ſenten.excom.ex Pano.in c.eccleſia San-
ctæ Mariæ.verſus fi.verſi.Si verò ſtatu-
tum,& ver.Ad iſtũ tex.dico. de cõſtitu.
ac repet.eiuſdem c.nu.37.ver. præterea
in c.quod clericis.ante nu.42.de fo. com-
pe.ex Sozzi.conſil.141.circa primã.col.
1.num.2.lib.2.ex Andr. Barb.conſi.53.
præclare ſcripſit.in fi.lib.2. conſil. 50.il-
lud afferam in mediũ.in 1.dub.col.4.lib.
3.quo etiam in loco primam huius Alle.
partem ex integro ferè paucis immutatis
tranſcripſit.*

b ¶ Affirmatiuam.] *Quam etiam tenuit
Bal.in l.cunctos populos,col.11.ver.Sub
ſequenter quæritur.C.de ſum.Trin.Lap.
ſupra in præceden. Alleg.in prin. præce-
ptor meus D.Phil.Dec.conſi 627.in ca-
ſu.num.4.Noſque ſimile Statutum habe
mus in ſtatutis vrbis lib.1.cap. 85.*

c ¶ Sordeſcunt ] *Alex. vel quiſquis is
fuerit inter eius conſilia conſi. 52. circa
hanc,colum.penul.num.42. vol. 4. Bar-
ba.conſi.50.illud afferam,col.1.lib.3.pro
quo Eccleſiaſti.cap.40.Melius eſt mori,
quàm indigere. Vnde non immerito mo-
naci agnationem non extollere videntur:
nõ enim egeſtate(quæ turpis a poeta de-
ſcribitur) ſed diuitijs familiæ dignitas
conſeruatur. Diuus Auguſti.de ciui.Dei
cap.121.Bal.inter conſi.Ang. conſi.68.
Martinus,col.2.ver.ſecundo ratione. Lu-
do.Roma.conſi.16.viſo,num.5.Barba.cõ
ſi.14.ſcripſit.col.2.lib. 1. conſil. 57. cle-
mentiſ.col.antepenul.ver. facit etiam, ꝙ
iſte nobilis,conſi.ſeq.col.5. in fin.volu.4.
Mar.Sozzi.Iun.conſi.181. de duobus,
num.36.lib.2.*

d ¶ Agnatis.] *Legerem non autem intel
lexit de agnatis , prout loquitur Barba.
qui multa ad verbum ex hac Allega.
tranſcripſit conſi. 50.illud.col.1.lib.3.*

e Reciproca.] *Hanc rationem arguendo
adducit Barba. in prænarrato conſilio
50. libro tertio.*

f ¶ Probatur ex multis.] *Idque tenent
idem Lap.ſupra Alle.proxima.Bal.in l.
cunctos populos,col.7. ver. ſed hic vlte-
rius quæritur.C.de ſum.Tri.cõſi.30. præ
ſuppoſi-*

ſuppoſito ſtatuto, col.2.verſic. quæritur vtrum ſtatutum.lib.1.Card. in repet.ca. perpendimus, col. 12. ver.ꝗ ſi conſtitutio.de ſenten.excom.Pau.Caſtren. in l.omnes populi,num.8.ff. de iuſ.& iur.Abb. in c.quod clericis, nu.42. de foro compe. in c.conſtitutus,in 5.not.de reſti.in integ. in c.eccleſia S.Mariæ.ante fi. de conſtitu. & in repet.eiuſdem c. col.15.ſub nu.37. ver.ſecundus caſus,ibique Feli.num.80. verſ.ſeptimo quæro, & præceptor meus, nu.53.Alex.conſi.211. viſa facti, col.1. lib.2.conſi.41. ex multis. vbi tamen dubiè loquitur,nu.4.vol.7. et clarius conſi. 111.videretur prima col.2.e.lib.Barb.cõſi.53.preclarè.in fi.lib.2. Idemq; Barb. in præalleg.conſi.50 illud afferam, in 1. dub.lib.3.Ioan.Firma.in Reper.in verſi. ſtatuta de vltimis voluntatibus. Lauren. de Pala.in tracta.ſucceſ.maſcu.excluſis fœmi.par.1.q.vlt.nu.59. Ioan. Cirier in tracta.de primogeni.lib.1.q. 24. nu.20. & 28.iterum lib 2.q.11.nu.11. D. meus conſi.282.viſo puncto,in fi.Mar. Sozzi. Iun.cõſi.10.ſi in præſenti,num.23. lib.1. Pariſ.conſi.vlt.cum in facto,nu.8. lib.2. conſi.40.ſi ius commune,nu.21.conſ.47. ſi cõſideramus,nu.62.lib.3.Et licet Angc. (ſuboſcurè tamen) contrarium ſentiat conſi.283.inaduertentia ſtatuentium,in fi.quem ſequitur Mar.Sozzi. Iun. (licet illud corruptè citet) conſi.1.præſentis conſultationis,nu.63.lib.1.tamen (quicquid etiam ſenſerit Matthe.no.111.) priorẽ ſententiam communiter eſſe receptam teſtatur Sozzi.conſi.241.circa primam difficultatem,col.1.nu.2.lib.2.& conſil. 127. primo videbatur,nu. 6.vol.4.

g ¶In genere.] *Veluti ſi de Florentinis fiat mentio per tex.in d.c. dilecti, cui innititur Ioan.And. in regula ſine culpa, col.penul.ver.ſuaderent.lib.6.Lap.ſupra Alle.præceden.And.Barba. in prealleg. conſi.50.col.3.lib. 3. Item ſi fiat mentio de vniuerſitate prout inquit Oldra. conſ. 32.quæſtio eſt vtrum ſacerdos, ſequitur Ancha.cõſi.155.optimis rationibus, col. 1.ver.2.principaliter.Io.Cirier in tracta. de primogeni.lib.1.q. 24.num. 21. Amplius ſi fiat mentio de diſtrictualibus, vt aſſerit Bal.in l.1.§. huius ſtudij,in fi.ff.de iuſ.& iur.Ancha.in c.fi.§.fi.in 4.not.de offi.delega.lib 6. Gem.in c.ſi ſententia,in prin.ver. Quid ſi diſpoſitio. de ſen. excõ. lib.6. Rurſus ſi fiat mentio de ciuibus, ut dicit Bar.in l.1.nu.11.ff. ad municip.Gemini.in c. penul.§.fi.in prin. de tempo.ordi.lib.6. Abba in c.cum cauſa, nu. 4.de re iudi.Glo.Pragma.tit. de cauſis.§.1 in ver populo.Alex.prealle.cõſ. 41. vol.7. Afflit.de iure protomi.in prin.legis,nu. 9.Nico.Boe.Dec.260.præſuppoſito,nu. 30. Et eſt communis opin. teſte Alex. in l.in prouinciali.§.ſi in publico,nu.12.ff. de no.op e.nuntia.*

h ¶Non mutantur. *Monacus iura ſanguinis non amittit, & iure ſuitatis potitur,prout de vtroq; latiſſimè ſcribit Andre.Tiraquel.de nobilitate,cap. 26.num. 8.& ſequen.*

i ¶Ad diuinitatem.] *Idem dicitur infra hac Allega.ſub nu.17. & an monacus nobilis dici poſſit,videatur Tiraq.in proximè Alle.tracta.de nobili. cap. 26.*

K ¶Et vtrum profeſsio non poſſit allegari.] *Sic legit Barba.præalle.conſilio 50.col.3.ad fi. verſi. ſed hoc dubium eſt lib.3.*

l ¶Communis numerus imitetur,& non ſit difformis ab eo. ] *Ex ijs verbis auctoris mens colligi non poteſt, niſi legas commune ius imitetur, & non ſit difforme ab eo, præmiſſa verba Andr. Barba. d.conſi.50.col.3.lib.3.licet totam ferè huius Allega.primam partem tranſcripſerit conſulto fortè omiſit cum ex illis ſenſum percipere nequiret.*

m ¶Alterat.] *Statuto enim legitima augeri, & minui poteſt, & in hoc omnes (quos referre longum eſſet) concordant* teſte



teſte Ludo.Rom.conſi.16.viſo themate, in fi.& D.meus conſi.106.& pro tenui, nu.4. hanc communem aſſerit, ac Cur. Iun.conſi.10. viſa, numero ſecundo.licet magna ſit inter ſcribentes controuerſia an in totum tolli poſſit, ego magis communem, & veriorem puto diſtinctionem illam videlicet,aut ſine cauſa, & negatiuè reſpondendum ſit, aut cum cauſa & affirmatiuè prout per eundem D. meum Phili.Dec.in l.iura ſanguinis, col.fin.ff. de regu.iur.Cur.Iun.d.conſi.10.poſt nu. 6. verſi.ſecundo principaliter, & nu.10. verſi. Non ob.ſecundum.

n ¶Dote.] *Dos enim loco legitimæ ſuccedit.l.quoniam nouella.C.de inoffic. teſta. & tradunt Roma.conſi. 64. hæc quantitas,in 1.& 2.dub.Alex.conſi.7.viſis,nume.6.lib.2.conſi.208.viſo ſummario,nume.8.eod.lib.& Corn.conſi. 122. primo aſpectu,nu.12.lib.2.*

o ¶Iuramento.] *Roma.conſi.43.ad primum,in 3.dub. Alexan. conſi.181.perſpectis.lib.6.D.meus conſ.26.& diligẽter,col.2. verſiculo præterea & ſecundo, conſilio 89.viſo puncto. in vlt. dub. pro declaratione tamen d. cap. quamuis. vide Ancha.coſi.39.pro clariori,Alex.in l ſtipulatio hoc modo concepta,nu.8. & ſequen. ff. de verborum obligatio. eundem Dec. conſil. viſo puncto, numero 6. conſilio 203.vt vera. in ſecundo dub.conſilio 12.viſa tranſactione,col.2. nume.5. conſi.246. ad excluſionem, col.fin.verſi. Vltimò non obſt. Cur.Iun. conſi. 53 habita num.10.conſil. 141. cuius idem eſt initium,num.6.& ſeq.& Grat.reſpon. 109. viſis inſtrumentis.lib.5.*

p ¶Suum tempus.] *Lap. Alleg. præceden. in prin.*

q ¶Illa quæſtione. ] *Scilicet quinta. Eius tamen opin. reprobat Lap. Alleg. præced. ſub numero quarto. verſi. Nec obſtat dictum Bartoli, pro quo videantur quæ ſcripſi ſuper Alleg.81. non valuit,poſt prin.in ver.Bar.*

r ¶Perſonas. ] *Eandem diſtinct.habes ſupra Alleg. præced. numero quinto, & ſequen. Eamque ſequitur Geminia. in capitulo fin. in princ. numero 8. de offic. deleg.libro ſexto. Ludouic. Roma. Sing. 442.capitu.eccle.Alexan. conſilio 210. ponderatis,colum.fin.verſi. Accedat id, quod not. lib ſecundo, Barba. præalleg. conſil.50.in primo dub.lib.3.Calcan.conſi.7. quia a me,ante numerum 24 Ioan. Cirier in tracta.de primo ge.lib.1.quæſt. 24.nume.4.Et circa primum membrum huius diſtin. addo,quòd idem dicit Lap. ſupra Alleg. 92. inſpeximus. Anto. de Butr.conſil.40.ſtatuto ciuitatis.Ancha. conſil. 258 ſupradictum ſtatutum. Cur. Sen. conſi. 72. magnifice vir, in fin. Et iſta eſt magis communis, atque verior ſcribentium concluſio, vt inquit Alex. conſil. 211. viſa facti, numero 3.libro ij. Circa ſecundum membrum addo, quòd idem tenet Raph. Cuma. conſil. 41. ad primum quæſitum in fi. Abb. in c.fin. in 1.not.de vita,& honeſt.cler.D.meus conſi.114.& pro tenui,colum.2.conſil. 156. dubitatur,num.2.Et hoc etiam affirmant ij quos retulimus ſupra in ver. probatur ex multis, quorum opin.communiter eſſe receptam ex Alberto Brun. (quem ibi refert) teſtatur Pariſ. conſi.48. certum eſt,num.15.volum.4. Id ipſum quoque teſtatur Dom. meus conſil.182.viſo puncto, verſus fin. vbi hoc etiam oſtendit procedere ſi ſtatutum nuncupatim de clericis loqueretur ex nonnullorum (quos ibi citat) ſententia. Eumque ſequitur And.Tiraq. de Vt. Retra.titu. 1. glo. 8.num.41.Et licet Matheſil. not. 111.nonnullique alij ab iſtorum ſententia diſcrepent,eorum tamen opin. communiter improbatam eſſe Sozzi. inquit conſil. 241. circa primam,num.2.lib.2.*

ſ ¶Diſpoſitione.] *Exemplo eius, quod tradit glo. & Barto.in l. Lucius. 1.ff.de bare.*

hære.inſti. ꝙ filij a teſtatore poſiti in conditione non cenſentur poſiti in diſpoſitione, prout latiſſimè adnotat Horat. filius meus in Addit ad Roma.conſil. 32.viſa municipali. Sed aduerte ꝙ iſtud eſt falſum in caſu noſtro, nam ſtatutum ponens maſculos in cõditione, eoſdem in diſpoſitione ponere intelligitur ducto arg.a contrario ſenſu, & ita cõcluſit Cy. de quo conſi. per Bal. (vbi & ipſe quoque poſt Dy. hoc tenet) in l. conuenticulam, col. 1. ver. ſuper hac materia. C. de epi. & cler. Idq; etiam tenet Gui. Pape Dec. 184. in illa quæſtione Alex. in l. num. 44. ff. de offi. eius, & ibi quoque D. meus numero 49. affirmat hanc eſſe communem opi. prout etiam ipſemet teſtatur conſi. 507. in cauſa Mutinen. nu. 2. Si tamen Lap. vel aliũ qui hanc Alleg. conſcripſit tueri velis, reſpondere poteris ꝙ licet maſculi ſint poſiti in diſpoſitione, non tamen ſunt poſiti in diſpoſitione expreſſa, ſed tacite a ſtatuto inuitati cenſentur ducto argum. a contrario ſenſu, quod argumentum vocatur ſubauditus intellectus a Bal. in l. 2. num. 3. C. de condi. inſer. Idemq; aſſerit Abb. in c. cum Apoſtolica, ſub nu. 8. de ijs quæ fi. a præla. ipſosque, & alios refert, & ſequitur Iaſ. in l. 1. nu. 40. ff. de offi. eius. Et hoc idem fundamentum habes infra nu. 24. verſ. vltra hoc ſi bene aduertas.

t ¶Per interruptionem.] Lego per intentionem, vt arguendum ſit ab intentione ſtatuti, ſeu ſtatuentium, quæ intentio ſemper attendi debet. c. intelligentia. de verbo. ſign. D. meus ſuper rubr. de proba. col. 2. in fin. ver. prædicta ſaluatio. Pariſ. conſi 20. gratia præſens. num. 2. vol. 4. Et quod hic ſubijcitur. Quia actus huius ſtatuti non eſt, idem ſonat ac ſi dixiſſet intentio, ſeu mens huius ſtatuti non eſt, &c. poſſemus etiam legere per interpretationem, aut per prælationẽ, de qua prælatione poſtea loquitur. Qui legit per interemptionem ſupplere poſſet. ſ. argumenti, vel alicuius ſimilis, puta interemptionẽ, ſeu deſtructionem conſequentis, ut infra ante nu. 16. arguitur a conſequenti deſtructo.

u ¶Argui poteſt.] Idẽ tenet Alex. conſi. 80. viſo, & opportune, nu. 7. lib. 1. conſi. 97. viſo themate, col. penul. lib. 1. & eſt communis opin. teſte præceptore meo D. Phi. Dec. conſ. 13. & pro tenui, poſt num. 7. ſed contrarium tenent quã plures, quorum ſententia eſt magis communis, prout oſtendit Horat. filius meus in Addi. ad cõſil. 16. Ludo. Romani, incipiens viſo themate.

x ¶Mortis articulo.] Hoc dictum refert, & ſequitur Pariſ. conſi. vlt. cum in facto, numer. 7. lib. 2. In articulo mortis quando quis conſtitutus eſſe dicatur tracto ſuper ſigna. titu. de confeſſionali.

y ¶Vnius rationis.] Bart. ex illo text. in d. l. ſi ventri. § in bonis. ff. de priui. credi. Iaſ. in l. dedi. in 1. not. ff. de condi. ob cau. D. meus conſi. 153. ſuperioribus, ad fi. conſi. 565. clariſſime, num. 6. prout etiam dico ſuper Reg. de Infir. q. 13. ad fi.

z ¶Quod ſic.] Vltra omnes ſcribentes in d. l. 1. ff. ſoluto matrimonio, hoc idem habes infra in 2. par. huius Alle. ante numerũ 25. verſi. nec obſt. Idque etiam tenet Bal. in auth. res quæ. col. penulti. verſi. quæro nunquid iſta auth. C. commu. de leg. in l. aſſiduis, col. 1. ver. quæro an vera numeratio. C. qui potio. in pign. habe. Idẽque Bald. poſt Iaco. Aret. in l. 2. ff. de iu. dot. & in rub. C. de priui. dot. col. 2. verſi. ſed hic quæro, quod iſtorum trium bonorum. Andr. Barba. conſi. 50. illud afferã in medium, colum. 4. verſi. Et pro hoc facit determinatio, lib. 3. Sarnen. in §. fuerat, num. 4. Inſti. de Actio. Ioan. Boſche. in tracta. de Legi. nup. lib. 6 nume. 5. Et eſt communis opin. prout teſtantur recentio. in d. l. 1. ff. ſolu. matri. quicquid dixerit Barto. in l. ſi quis poſthumos, in fin. prin. ff. de libe. & poſthu.

a ¶In dignitatem.] Bar. in l. 1. nu. 12. ff. ad muni, Anch. in c. fi. num. 6. de offi. deleg. lib. 6. Barba. dicto conſi. 50. in 1. dub. col. 4. lib. 3. Lau. de Palat. in tracta. ſucceſ. maſc. exclu. femi. par. 1. num. 52 Hoc idem habes ſupra in hac Alle. nu. 7.



b ¶In dignitate.] Prout etiam affirmat glo. 1. in dicto cap. denique. diſt 4. in ver. dignitas. eſtq; conſimilis glo. in c. 1. in verſi. dignitati. de vita, & honeſtate clerico. lib. 6. & inquit Bar. conſi. 180. ſi aliqua, poſt medium clericatum, quocunque ſeculari honore maiorem eſſe, ſequitur Iaſ. in l. generaliter, nu. 6. ff. de in ius vocan. And. Tiraq. in Tracta. de Nobili. c. 9 nu. 4. vbi allegat tex. in l. 2. C. ut nemo priua. cuius eſt initium, ne quis vel aregia, quam legem Lap. vel quiſquis is fuerit citare voluit dum hoc in loco, & paulo inferius allegat text. in l. 2. C. ne quis vel aregia. qua in l. oſtenditur non eſſe clericum inter plebeios cõnumerandũ. Denique ordinem clericatus nobilitatẽ continere tenẽt Hoſt. Io. And. Cardi. Anch. Anto. de But. & Abb in c. eo libentius. de ſer. non ordi. Aſpiciant igitur noſtri tẽporis clerici quanta dignitate ſint decorati, quantoque ſint laicis digniores, atq; præſtantiores, quod etiam oſtendit text. in c. duo ſunt genera. 12 q. 1. & tamẽ plures reperiuntur qui ſe puros clericos profiteri dedignantur, ſeque infimos exiſtimant niſi aliqua ſuperiori dignitate refulgeant prout inquit Hoſt. in c. 1. de offi. leg. lib. 6. Quanta autem fuerit, & ſit dignitas, ac poteſtas ſacerdotum, qui Dij, & Angeli nuncupantur in ſacra pagina explico in tracta. Ingratitu. ſpecie. 15. et duabus ſeq.

c ¶Dignitas.] Barba. præalleg. conſ. 50. col. 4. lib. 3. Lau. de Palat. in tracta. ſucce. maſcu. exclu. fœmi. par. 1. numer. 57. De hoc tamẽ vide And. Tiraq. diffuſe admodum loquentem in tracta. de Nobili. cap. 3. Et an virtus, atque ſcientia nobilitet latiſsimè ſcribit idem Trac. c. 4. & ſeq. et ſcribitur Sapien. cap. 8. omnibus nobilib. nobilior eſt ſapientia.

d ¶Dignitatem.] And. Barba. in toties citato conſi. 50. lib. 3. col. 5. in prin. legit. Dignitas non tribuit, nec conſeruat dignitatem. tu vero ne cum ipſo decipiaris, lege Diuitiæ non tribuunt, nec conſeruant dignitatẽ: Alioqui nec ex hac Alle. nec ex conſil. Barba. ſenſum percipies.

e ¶Vrſinorum, & curſinorum.] Si ſic leges ſuppones de duabus familijs antiquis hic mentionem factam altera Romana nobiliſſima, & præclariſſima, altera vero Florentina non ignobili. Quod ſi de vtraq; familia Romana antiquiſſima, & fere ſemper præſtãtiſſimis, & præclariſſimis antiſtibus referta interpretationem faciendam fore exiſtimas, legere forſan poteris vrſinorum, & columnenſium, ſeu ſabellorum, aut Cæſarinorum, in iſtis enim dominos præſules, & Antiſtites, et omni virtute, & dignitate fulgentes naſci, enutriri, ac inſtitui conſueuerunt. Verũ quia parui refert de quibus familijs author huius Alle. ſenſerit id otioſis cogitandum relinquimus. Aduertendũ tamen eſt circa illa verba præcedentia vide licet. De quo mixta extant exempla contraria, ꝙ interpretatio hic facienda eſt taliter impropriando verba, vt intentioni ſeruiant, vt potius mens, quàm verba attendatur iuxta ſapientis ſñiam. Qui tantum verba ſectatur nihil habebit, qui autẽ poſſeſſor eſt mentis diligit aĩam ſuam diuus Tho 2. 2. q. 122. ar. 6. c. is aũt, in fi. 22. q. 2. c. intelligẽtia. de ver. ſig. D. meus ſup rub. de prob. col. 2. in fi. Sic igitur verba pmiſſa interpretẽtur, ut ſenſus ſit multa extant exẽpla aduerſus contrariã opi. Ita in contrariũ eorũ quæ ex aduerſo deducuntur. Vel ſi hæc lectura tibi violẽta videatur legere poſſes abſq; illa dictione cõtraria. Vel imutare illud adiectiuũ vtrũ, & ſic legere. De quo multa extant exẽpla cõia, ſeu vulgatata, vel uulgaria.

¶ Egeſtatem.] *Et ſic ſordidum monſtrum euitat. hinc poeta. Et turpis egeſtas: Monaſteriũ.n.monachos ſuos alere tenetur, vt inquit Gemin.conſi.28.attẽta forma,nu.4.Abb. in c.ſuper inordinata, nu.10.de præben. Et hac rõne ſi monaſteriũ tot monachos reciperet quot alere nõ poſſet, receptio irrita eſſet iuxta text. in c.vni.§.ſane.de ſta.reg.lib.6. Sed aduerte,ꝙ iſtud vltimũ nõ eſt verũ,q̃a ille tex. in d.§.ſanè in monialibus loquẽs,in monachis locum non hẽt iuxta gl. ibi in verſi.irritũ,& ibi quoque Io.Mona. Archi. Io.An.& Anch.& ita loquitur Fed. de Sen.conſi.29.quidam volens.nu.2.*

g ¶ Dicitur domina.] *Vide pleniſſime loquentẽ Andr.Tiraq.in leg.connu. par. 1.gl.1.num.6. quo etiam in loco inter cætera hanc Alle.citat.*

h ¶ Affirmatiuè.] *Hæc eadẽ verba ad literã refert Barb.in ſæpius ꝑnarrato conſi. 50.col.4.ver.Nec ob.ſecũda ratio. lib.3.*

i ¶ De clericis.] *Qui licet non ſint ſubditi,vt inquit Signo.cõſ.21.ſtatuto ciuitatis,nu.5.& 6.Anch.conſi.258.ſupradictum ſtatutũ,poſt prin. nihilominus non prorſus extranei intelligũtur nec ſunt forenſes, cũ ipſi in ciuitate habitent onera q̃ ſpũalia ſubeant. Idẽ Anch. cõſil.61. iſta quæſtio,ad fi. Alex. conſi.41.ex multis,vol.7.Barba.in ſępiſſime repetito conſi.50.col.4.ver.Itẽ dicitur,ꝙ leges.li.3. D.meus in c.eccleſia S.Mariæ,nu.53.de conſtit.cõſ.114.& pro tenui,col.2. conſil. 276.in cã quæ Lucæ,nu.1.q̃d con. impreſſionis in curia ponitur ſub nu.275. Rip. reſpon.4.tres ꝓſupponũtur,in fi.lib. 1.Io. Cirier in tracta. de primoge.lib.1. q.24. nu.17.Aimo.de Anti. tẽpo.par.4.num. 248.Et iccirco vniuerſitatis, diſtrictualiũ, & ciuiũ appellatione in fauorabilibus clerici quoq; cõtinẽtur,ut ſup. diximus in hac eadẽ Alle.in ver. in genere.*

K ¶ Obſtaculo.] *Hoc idem dicitur ſupra ſub nu.13.ver.alia ratione.*

l Secundum ſtatutũ.] *Pro hmõi ſtatuto Florentino uideatur Sal.in auth. Caſſ. in x.q.C.de ſac.ſan.eccl. Abb.in repet.c. eccleſia.S.Marię.nu.33. de cõſt. Matthe. de Affl.in c.1.nu.20.de pa.iur.firmã. Alber.Bru.in 3.par.ſtatuto.in ver.clericus, verſi.ſtatutum dicit, ꝙ clericus.*

m ¶ Exordio.] *Ex præfatione.n.ſtatuti diſpoſitio,atq; mens reſtringitur,extẽditur, ac declaratur prout hæc tria probat Lud.Ro.conſ.16.viſo themate. col.1.ver. in contrariũ, pro q̃b. videri poterunt ea quæ ſcripſi in 15.Regu.Cancel.q.2.nu.2.*

n ¶ Aliæ rõnes.] *Prout etiam diximus ſupra in verſic.quod ſic.*

o ¶ Præcedit monachatum.] *Abb.in c.eccleſia S.Mariæ,nu.25.de conſt. Lud. Roma.in l.ſtipulatio hoc modo concepta, nu.18.ff.de verb.obl. Sozzi.conſil.81.in preſenti conſultatione,ad fi.lib.1. conſil. 241.circa 1.col.2.ver. Aliquando ſecundo,lib.2.Rip.reſpon.6.viſo,nu.11. lib.1. Caro.Rui.conſi.42.viſo ſtatuto, nume.5. lib.3. Quod tamen intellige dummodo a ſtatuto non fiat ſpecialis mentio de moniali, tunc enim ſecundum nonnullos hoc pacto diſtinguendum eſſet,quod aut ſtatutũ loquitur de filia ingrediẽte monaſteriũ, aut de ingreſſa,primo enim caſu filia excluderetur propter prguẽtionẽ ſtatuti ante monachatum. Secundo caſu non excluderetur,quoniã verba illa poſt monachatum,diriguntur, ita Bar.in l.fi.num.6.et ibi etiam Bal.num.14.verſi. Item faciũt prædicta.C.de pact. Itemque Bald. in l. Deo nobis.§.fin.numero 5.C.de epiſc.& cleric. Sed contrariũ quod dictum ſtatutum de monialibus nuncupatim loquens non liget moniales, ſiue de ingreſſis,ſiue de ingredientibus loquatur tenent Bald. in l.omnes populi,nume.15.ff. de iuſt.& iur. Pau.Caſtren.in l.ſi quis id quod,numero. 8. ff. de iuriſdictione omnium iudicum.Geminia. in capitulo quamuis,numero 10.& ibi etiam Imo.de pact.lib.6.*

*Abba.*



*Abba.in repet.dicti cap.Eccleſia.S.Mariæ,nume.35.& præceptor meus ibidem numero 52. verſicu. Et idem Abba.dicit de moniali,ſequens Lap. hic.de conſtitu. Idem Abb.in capitulo,quod clericis, numero 40.de for. compe. Matheſi.no. 145.nota mirabile.Ludo.Rom.in d.l.ſtipulatio hoc modo concepta, numero 16. & ibidem Alexan.numero 25.ff.de verbo.obliga. Laur. de Palat in tracta. ſucceſ.maſcu.exclu.fœmi. per ſtatu. par. 1. col.10.verſiculo. An autem hoc ſtatutũ. Iaſ.in l.fin.num.25.Feli.in d. c.Eccleſiã S.Mariæ,numero 78. de conſtit. & in cap. in præſentia. numero 38. de proba. Et iſta eſt communior opin. teſte Sozzi. dicto conſilio 241.col.2.verſiculo. Secunda eſt opin.magis communis.lib.2.Alexan.conſi.139.viſo themate,ad fin. libr. 2.Si quis tamen priorem ſententiam amplecti velit,ſciat ipſam tantum procedere quando ſtatutum cuiuſcunque generis filias,non autem ſolas moniales excludit,licet etiam de ipſis monialibus mentionem faciat, tunc enim iſtud ſtatutum non impedit religionis ingreſſum ob metum non ſuccedendi, nec moniales deterioris efficit conditionis, quoniam tam moniales, quã aliæ filiæ excluduntur, prout inquit Abba.in d.c.quod clericis,num 40. ver. ſed in omnem euentum.de fo.compe. cuius doctri.ſequitur Feli. in d. c. Eccleſia S.Mariæ.num. 79. Idemque etiam tenet Lau.de Palat.in præalleg.tracta ſucceſſ. maſcu.exclu.fęmi.par.1.col.penul. verſi. Si vero Statutum. Non deſunt tamẽ qui indiſtinctè affirmẽt ſtatuto fœminas excludente nunquam moniales excludi, vt tenet Ancha conſi.108. in paucis Ant. de But.in cap.quod clericis,col.penul.de fo.compe.quem ſequitur Alex. conſ.44. videtur,num.15.vol.5.ſed horum opin. communiter eſt improbata.*

m ¶ Cum quo loquatur.] *Rom. in l.ſi cum dotem.nu.44.ff.ſolu.matr. conſi.32. viſa municipali,col.3. verſi.Tertio hoc idem probatur.*

n ¶ Priuatum.] *Hoc dictum refert,& ſequitur D. meus alios referens in c. fi.nu. 9.de conſti.*

## *SVMMARIVM.*

1 *Clericus an poſſit ſine epiſcopi licentia compromittere: aut vaſallus ſine licentia domini.*

2 *Metropolitanus an ſit iudex ſubditi epi.*

3 *Epiſcopus non poteſt iura eccleſiaſtica in aliquo remittere.*

## ALLEGATIO CII.

1 a NOn poteſt † clericus [a] ſine licẽtia epi compromittere. ad hoc de arbit.peruenit, ſm Hoſt. & de hoc in ſumma per eũ.§. ſed quæret. Sed nunquid vaſallus ſine licentia dñi,& de hoc in Spe. de arbi.§.
b reſtat.verſi.ſed nunquid vaſallus, [b] vbi expreſſè tenet Spec.quòd clericus ẽt ſecularis non poteſt compromittere quo ad perpetuũ eccleſiæ præiudicium;per iura ibi alleg. per eum. De cauſa ſpirituali annexa non poteſt compromitti in laicum etiam authoritate ſuperioris de arbit.contingit, & c.per tuas, cũ
c ſuis glo.& concordant. [c] Videtur, quod de iure poſſit fieri compromiſſum, ratio, quia nil compromittitur cum effectu arbitrio alicuius,ſed de iure,quod ſi non fuerit ſeruatũ locus eſt appellationi,& ſic eſſet periculum
d appellantis. [d] Contrarium videtur, quia nõ poteſt epiſcopus in cauſa quam habet, vel habiturus eſt cum ſubdito dare iudicem,uel eligere, quia hoc non eſt iure cautum, nam aut talis iudex cognoſceret authoritate epiſcopi,& hoc non poteſt, quia in cauſa propria iudex eſſe non poteſt,aut ut ordinarius, & hoc epiſcopus facere non poteſt, imò eſt iure cautum, quòd ſi epiſcopus vult agere contra ſubditum agit, & cogit eum eligere arbitros, & eſt ratio, quia Metropolitanus
2 † non eſt iudex ſubditi epi. 11. q. 1. ſi clericus. Secus ſi ſubditus ſit actor, ut ibi, quia tunc aditur Metropolitanus, q̃ eſt iudex ſuffraganei, & hẽnt tales arbitri ordinariã a iure,ut no.de offi.ordi. cũ ab eccleſiarũ, ſuper

 glo.

gl.circa fi.ſuper ver. conſtiterit circa mediū ſupplet. Sed committere ad conſilium iuris hoc videtur fieri poſſe, quia talis eſt conſultor iuris, non arbiter, uel iudex, & conſilium non obligat; & de natura conſilij non eſt, ꝙ neceſſario ſtetur ſibi ut in regula nullus ex conſilio, & in decr.cum in ueteri, de elect. & ꝙ talis commiſſio poſſit fieri, facit Spe.de re
e quiſi.conſilij. [e] Et poſito, quòd poſſit compromitti cum poteſtate procedendi de iure, & de facto, & ſententiādi de iure, ratio mul
3 tiplex, † quia epiſcopus non poteſt iura eccleſiæ in aliquo remittere; ſed ponendo proceſſum eſſe de facto in manu alterius, eſt re-
f mittere, quod poſſet commiſſarius [f] ommiſſo iure de facto probationes eccleſiæ repellere, & probationē aduerſarij de iure repellendam de facto admittere.

Hinc eſt, quòd is qui iurauit non alienare Romano Pontifice inconſulto, non poteſt
g compromittere, [g] ne per arbitrium contingeret alienationem fieri, vt ſcripſit Io.Andr. poſt Hoſt.de arbit.cum tempore ſuper verſi. lumina. Sed nunquid poſſet compromittere cum poteſtate procedendi, ſeu cognoſcendi, breuiter, & ſūmariè, & ſine ſtrepitu &c. & ſententiandi de iure uidetur, quòd non ſecundum Ber. & Hoſt.qui hoc notauerūt de offic.deleg. de cauſis; nam ꝙ iudicando, & ꝓcedendo, & ꝓnuntiando ommittatur ſolennitas ſubſtantialis fieri non poteſt ſecun-
h dum eos, & de hoc eſt glo. or. [h] in decre.fi. de re iu.lib.6.& quòd procedatur ſine figu-
i ra iudicij non poteſt facere niſi princeps, [i] ratio dicit gl.quia ſolus princeps poteſt ius alteri aufferre & de hoc in Spe. de ſentētię ꝓlatione.§.nota.verſi.non valet, & in Spe. de appella.§.j.verſi.& nota. & in ſumma Hoſt. de libel.oblatio.§. vtrū libellus, & ipſe Speculator clarius de libel.concep.§. nunc uideudū. verſi.9.vbi dicit, quòd vbi agitur ſecundum formam iuris non poteſt pacto remitti. nec obſt.not.in contrariū in d. gl. vlti.de re iud. lib.6.& in Specu.in pręalleg. locis quæ intelliguntur quando partes renuntiant in totum ordini iudiciario; ita quòd nec locus eſt libello, nec prolationi ſentētię, & d.gl.hæc tamen renunciatio, & ſi laicis concederetur cum ſuo iuri poſſint renuntiare, tamen clericis hoc non eſt permiſſum, quia eccleſiaſticarum rerum procuratores ſunt, non domini. In caſu tamen prædicto videtur, quòd epiſcopus poſito, ut præfertur committere poſſet talem modum procedendi, & concedere poſſit, ratio hoc caſu eſt, quia eſt a iure expreſſum, quòd ſic procedatur per cle. diſpendioſam, de iudi.

## Addi. Quint. Mandoſij.

a ¶ Non poteſt clericus.] *Idem voluit ſupra Alle 92.inſpeximus, poſt num. 7. verſi.Item ex eo, quòd dicta reformatio. Fede de Sen.conſi.94.caſus talis eſt prælatus. Abba.conſi.56. videtur 1.lib.1.numero 2.qui Fede.vbi ſupra.& Lap. corruptè citat. Lapum etiam hic citant, & ſequuntur idem Abba. in c.cum tempore, poſt nu.3.verſi. Ex hoc collige, licet hanc Allega. ſub alio numero adducat. de arbit. Idem voluerunt Abb. in Alle. hic c. peruenit, ex illo tex.& glo ibi poſt num.4 ver. Et ex hac glo Cardina.conſi.95 B. Abbas, nu 15.ver. Ad quod reſpondet, vbi diſtinguit. Ludo. Roma.conſi.175.dictum vltimum, num.3. Alex. conſi.32.opportunè, num.2.lib.2. Corn. conſi 57.in cauſa.num.2.Et Lap.ſequuntur Sozzi.conſi.18.proſequendo. nu.34. Caro. Rui.conſi.11.viſo, nu.3.vol 4.& cō ſi.129.viſo compromiſſo, poſt nu.3.volu. 5 D.meus conſi.39. iuridicam, nume.4. conſi.44.& diligenter, ante nu.3. Hiero. Grat. reſpon.155 dubitatur, nu. 20. lib. 2.Steph. Bertran.in conſi. 206. ad maiorem, ante numerum 3.lib.1. par. 1.*

b ¶ Vaſallus.] *Et Bal.in Addi ad Spec. in verſi. Vaſallus poteſt compromittere. Idem Bal.conſi.121.a capite, nu. 10.verſi. Secundo alia.lib.3.Hoſt.in ſum. de arbit.§.impeditur, nu.7.verſ. Sed nunquid vaſallus. Andr.de Iſern. in ca. 1.de lege Corra.§ ſeu ver. Si inter partes, num.6. ibi. Quòd vaſallus poteſt compromittere. Ludoui. Roma.in l.1.§. Et poſt operis, num.21.& Alex.num.24 ff.de nou.ope. nun.Lanfran. in tracta.de arbit.ad fin.4. par.ver. Idem dicendum eſt de vaſallo, &*



*& Loſre.in paraphra. Feuda.ſuper cap. Imperialem, de probi.Feu.alie. per Fed. col.3.in ver.compromiſſum, vbi limitat quando dominus abeſt in longinquis partibus, ſubdens hodie in regia cancellaria ſignamus ſupplicationem aſſenſus cum reſeruatione quòd laudū proferatur facta prius relatione maieſtati regiæ, vel ea abſente Illuſtriſſ. Do. Locumtenenti generali.*

c ¶ Et concordāt.] *Vide ſupra Alleg. 55.quidam coram, col.1. & quæ ibi addo in ver.laicos.*

d ¶ Eſſet periculum appellantis.] *Puto legendum. Et ſic ceſſat periculum appellantis, vt infe.at, ꝙ ſi arbiter iniuſtè pronuntiet appellabitur ab eius iniuſto laudo, & remedio appellationis reuocabitur illud laudum iniuſtum, inſtar iniuſtę ſententiæ, appellationis enim remedium introductum eſt ad corrigendam iudicantium iniquitatem, vel imperitiā. l.1.ff.de appella.l.3.C.eod. cum alijs.*

e ¶ Specu.de Requi.conſi.] *Et Specu. ſequuntur Bar.in l.2.ff.manda.& Ludo. Roma.conſi.228.pro plena. in fi.*

f ¶ Commiſſarius.] *Melior lectura videtur compromiſſarius. Idem quod Lap. firmare videtur Ange.in l.Imperatores. ff de pact.concludimus generaliter in omnibus adminiſtratoribus, ꝙ non poſſint compromittere de iure, & de facto, quia illud de facto infert remittere gratis, qđ eis non licet. Lap. tamen hic & Angel. ibi impugnat Io. Bap. Peruſi. in tracta. de arbi.cap.4.nu.13.& ſequ.& nu. 21. & cap.15 in fi lib.2.& cap.14.in 3 caſu libro 10.*

g Compromittere.] *Idem voluerunt Lud.Roma.conſi.369. circa primum. D. meus Lapum hic ſequens conſi.282. viſo, num.3.conſi.300 viſa petitione num. 2.conſi.445.in caſu, num.27.conſi. 475. in cauſa, nu.41.conſi. 479. in controuerſia, poſt num.4 & conſi.502. ex duobus, poſt nu.3.Ioan. Baptiſt. Ferret.qui Lap. hic refert, & ſequitur conſi.102.ſuper caſu.nu 15.Pariſ.conſi.134.nulli num. 11. vol.4 & Ioan.Fran.a Ripa reſpon.7.nume.12.de reſcrip.lib.2. licet ſub alio nume.hanc Alle.citent. Ratio eſt, quia compromittere eſt ſpecies alienationis ut ex ſupra adductis elicitur, & per Pariſ conſi.134.nulli, num.11. qui Lap. hic citare voluit.*

h ¶ Glo. Ord.] *Idem ſentit Rot. 88. in cauſa, in no.& Phi.Fran in alleg. hic.c. ſi.num.9. comprobans illam gl.& hoc dictum Lapi. de re iudi.lib.6.*

i ¶ Niſi princeps.] *Vide quæ ſcripſi ſuper 3.conſ.in ver.ſūmarie Et ad Lap.hic ſe remittit Apoſtil ad Gemin.in c.mulieres.§.ſed cum, in ver.& laico.de iudi.lib. 6 & in cap fi.ad fin. in ver. ne appellet. de appel.eod.lib.*

## SVMMARIVM.

1 *Executor datus ad prouidendum beneficium de iure vacans an poſſit non vocato poſſeſſore conferre.*

2 *Poſſeſſio beneficij non colorata non impedit ipſius beneficij collationem.*

3 *Poſſeſſionem coloratam habere quis dicatur.*

4 *Executor de prouidendo beneficium an poſſit impediri in ſua collatione per ea, quæ fiunt poſt ſuos proceſſus.*

## ALLEGATIO CIII.

SAepè mihi ardua fuit contentio, & diſceptatio laborioſa cum aduerſarijs patronis cauſarum beneficialium ſuper illo vulgato articulo an execu- 1
tor datus ad † prouidendum beneficium de iure vacans per alium poſſit non vocato poſſeſſore conferre, & fuit diſceptatio laborioſa, ex eo, quia doctores & glo. videntur in articulo ipſo variare, & nouitij aduocati obſeruatas concluſiones, & ſæpe obſeruatas in

articulis dubijs ignorantes, campum latum
gloſſarum ingrediuntur, & ſopitum iam in-
ter veros patronos certamẽ ſuſcitare moliun
tur. Ideoq; ut ſemel de re iſta dicam, qđ ſen-
tio, & vt ſcriptis veridicis ſatisfacere poſſim
clamoribus nouitiorum, cum quibus mihi
vlterius clamare non delectat capillo iam
a variante [a] dicam hoc ordine. Primo recita-
bo tenentes, ꝙ non. Secundo opi. eorũ quib.
placet contrarium. Tertio ponã dicta eorũ,
qui concludunt veritatem, & ꝙ practica ob
tinuit obſeruari. Quarto aliquid vltra dicta
illorũ addẽdo formabo meũ iudiciũ, & qđ
in ſcolis ſuaſi ſcolaribus obſeruandum. Re-
deundo ad primum dico, vt ẽt refert do. Io.
Cal. decr. cum noſtris, de conceſſ. pręben. in
13. q. ſui commenti. Inn. in decre. propoſuit,
& c. cum noſtris, de conceſ. præben. non vult
fateri, ꝙ teneat talis collatio, niſi primo vo-
cetur talis poſſeſſor, & cõpellatur ad dimit-
tendum, vel reſignandum beneficiũ. Et idẽ
videtur placere Hoſt. & hunc articulum ẽt
examinat Io. And. in plurib. locis poſt alios
Doc. Et primo in decret. quia diuerſitatem.
de cõceſ. præben. ſuper ver. ad eas. in nouel.
vbi refert Inn. dicere, ꝙ quamuis is ad quẽ
pertinet iure proprio poſſit eligere, non ob-
ſtante prima electione, & inſtitutione, execu
tor tamen Papę non poterat prouidere alio
exiſtente in poſſeſſione: hoc ẽt tangit Ioan.
And. in decre. cum noſtris, de conceſſ. præb.
ſuper 2. gl. in nouel. vbi refert Inn. hoc idem
tenere, hoc ẽt refert Io. And. in decre. literas,
de conceſ. pręben. ſuper verſi. conferre. vbi
idem videtur dicere Inno. tenere. Alij viden
tur dicere, quòd talis executor poſſit confer
b re poſſeſſore non vocato, [b] & hoc videtur
placere do. Io. Cal. in decre. cum noſtris, de
conceſ. præbend. in 13. q. & mouet eum, quia
cum non poſſit a poſſeſſione remoueri niſi
cauſa cognita, non fit finale pręiudiciũ per
collationem, hoc idem tenet glo. ordi. pen.
in cap. cum noſtris. de conceſ. pręben. & vi-
detur caſus ne ſede vacan. illa; hoc idem vi-
detur ſentire glo. ordi. in decre. licet epiſco
pus, de præben. lib. 6. ſuper ver. conferre, quę
dicit, quòd eſt regulare, ꝙ rem ad me ſpectã
tem poſſum in alium transferre poſſeſſione
alterius non obſtãte, & ut dicit Io. And. ſuper
dicta gl. fuerunt verba Inn. in decret. de mul
ta. vbi expreſſe hoc idem dicit. Idem videtur
dicere Ioan. And. poſt Inno. in decre. propo-
ſuit. de conceſ. præben. ſuper verſi. in veſtiũ.
Idem Inn. in cle. literas, ſuper ver. conferre.
Et eſt aduertẽdum ꝙ prædicti oẽs qui dicũt
executores non poſſe nõ vacato poſſeſſore,
loquuntur de poſſeſſione colorata, nõ de eo
qui nõ hẽt coloratã poſſeſſionem, unde ipſe
Io. And. poſt Inn. in d. decret. quia diuerſita-
tem. ubi ſupra, dicit, ꝙ ſi poſſeſſor nõ eſt in-
ſtitutus per ſuperiorem, ſed tñ poſſidet, per
hoc non admittit executor quin de alio pro-
uideat. Item Io. An. in d. c. cũ noſtris, ſuper d.
2 gl. 2. dicit, quòd Inn. finaliter tenet † ꝙ poſ-
ſeſſio non colorata non impedit collationẽ
beneficij, & hanc opin tenet Arch. & Com-
poſ. ut refert Io. An. in decr. licet eps. de pb.
lib. 6. ſuper verbo conferre, & hoc hodie in-
ter practicos nõ dubitatur, nã talis poſſeſſio
non colorata nõ impedit impetrantẽ, ut in d.
decre. cũ noſtris, & intelligit qñ aliquid cor
porale poſſidetur, vbi ergo non eſt pbenda
diſtincta, nil corporale poſſidetur, & ió tunc
non impediretur collator, nec impetrator, li-
cet prędicti alij, maximè pdicta glo. ord. in
decr. cum noſtris, & decre. licet eps. & dom.
meus Io. Cal. in prędicta decr. cũ noſtris, in
13. q. dicãt ſimpliciter executorem nõ impe
diri in collatione pp poſſeſſionem alterius,
ſed ſm prædictorũ aliorum opin. eſt exami-
nandum, quæ poſſeſſio dicatur colorata, uel
non, ita ꝙ impediat, uel non impediat impe
trantem, vel executorem, & iſta materia eſt
tractata per multos & dominus meus domi-
nus Ioan. Cal. colligit materiam in d. decre.
cum noſtris, de conceſſ. præb. in 3. q. quam
3 ſolemniter cõmentauit, † vbi concludit illũ
c habere poſſeſſionem coloratã, [c] qui habet ti
tulum ab eo qui habet, uel habuit poteſtatẽ
conferendi, licet defectus eſſet in recipiente.
Si igitur is, qui contulit non habuit ptãtem
d conferendi, uel quia [d] excommunicatus, uel
quia ligatæ erant manus ſuæ per inhibitio-
nem, uel decretum, uel alias, talis poſſeſſio
non dr̃ colorata, & in hoc concordant Inno.
& Hoſt. & cõiter omnes moderni, unde Io.
An. dicit poſt Inn. & Hoſt. in decr. literas. de
conce. præb. ſuper uer. conferre. ꝙ ſi benefi-
cium fuit collatũ per eum qui poteſtatẽ nõ
habebat conferendi, non impediuntur con-
ferre, uel eligere illi ad quos ſpectat in di-
cta decre. literas, & idẽ eſſet quando eſſet no
toriũ, ꝙ poſſidens ius non hẽt. Veritatẽ pu-
to, & ſic obtinui ſępe, quòd delegatus non
impe-



impediatur conferre beneficium per alium
poſſeſſum, & ꝙ non uitiatur hoc ipſo colla-
tio facta, quia pars non fuit citata, & mouet
me prędicta ratio domini Io. Cal. quia poſ-
ſeſſoris non intereſt, ex quo dẽt de ipſa poſſ.
e cognoſci antequã de poſſeſſione eijciatur, [e]
ubi aũt poſſeſſio non colorata eſſet, tunc nõ
haberet aliquod dubiũ. Eſt ẽt ſciendum, ꝙ
executor de quo quæritur non impeditur aſi
quo caſu conferre poſſeſſionem alterius, qñ
ipſe executor ante detentationem poſſeſſio-
nis poterat de iure conferre beneficium poſ-
ſeſſum, ut illi cui confert. ut no. Io. An. in d.
c. cum noſtris, ſuper gl. 2. in nouella puta, qa
erat inhibitum, & reſeruatum, & decreta, &
data poteſtas execu. conferendi, & uacauit
beneficium, & ordinarius prædictus contu-
lit pręueniendo executorem, modo iſto ca-
ſu ſi executor poſtea confert non uocato poſ
ſeſſore tenet collatio, & meritò, quia iſto ca-
ſu non fuit poteſtas in collatore, & ſic poſſeſ
ſio collatoris non fuit colorata, & patet noto
riè cum ius non haberet. Vnde ſubdit ipſe
Ioan. An. in dicto loco: unde uidemus, ꝙ exe
cutores qui tibi conferunt beneficium mihi
debitum, & te in poſſeſſionẽ inducũt, meus
executor illud mihi confert, non obſtante
colla. & poſſeſſione in prædictis. hoc etiã
ipſe ſcripſit in decre. ſupra de reſcr. in ul i-
mo ver. & hoc idem not. Inno. Ioã. Cal. poſt
Compoſ. in decre. cum in noſtris. de conceſ.
præb. in 1. q. & alias inhibitio, decretũ, & in-
ſinuatio literarũ, quæ fiunt ad hoc, vt ligen-
tur manus ordinariorum, non operarentur
4 effectum, ꝙ eſt falſum. † Nunquam. n. fuit au
ditum, ꝙ executor impediretur in ſua colla.
per ea, quę fiunt poſt proceſſus ſuos. Et hoc
eſt, ꝙ uult dicere Io. And. vide Ioan. Cald. in
decre. cum noſtris, in 6. obiec. dicit, ꝙ ideo
valuit collatio executoris in decre. illa ne
ſe. vac. non obſtante poſſeſſione alterius, qa
talis collatio fuit facta poſt præſentationem
literarum factarum, in quo caſu non impedi
tur executor in collatione. Lapus.

## Addit. Quint. Mandoſij.

a ¶ Capillo iã variante. ] *Seu Aetate*
*variante iuxta illud Horatij non eadem*
*eſt ætas, non mens. Infert Lapus, quòd*
*eum iam ſeniorem effectum non decebat,*
*cum iunioribus, & modernis aduocatis*
*contẽdere, & clamoribus certare, qui cla-*
*mor, & garrulitas pleriſq; cauſarum pa-*
*tronis extra Rom. Cur. peculiares eſſe cõ-*
*ſueuere, Romæ verò tãta eſt aduocatorũ*
*modeſtia, moderatio, grauitas, ut nec ſcri*
*ptis, nec voce, nec nutu quidẽ alter alteri*
*detrahere, vel alterius opinionem, famã,*
*exiſtimationem lædere præſumat: noſtri*
*non turbidis, ac clamoſis, ſed glorioſis vo*
*cibus cauſas defendunt, iuxta text. in l.*
*aduocati, in fi. C. de aduo. diuer. iudicio.*
*& Specu. in rub. de Aduo.*
b ¶ Non vocato. ] *Idem ſentit infra Al*
*leg. 127. Anaſtaſius, poſt nu. 7. verſ. Quæ*
*dicit, ꝙ ſtatim elapſo anno, & ſupra Al-*
*leg. 16. an valeat, & ibi alios idem tenen*
*tes cito in 1. Apoſtil. Et Lap. hic referũt,*
*& ſequuntur Ludo. Roma. conſi. 483. du*
*bitatur, ante nume. 15. verſi. Tertio Com*
*poſtel. Feli. in c. dudum, ante num. 25. de*
*præſumptio. & Lamber. de iur. patro. ar*
*ti. 13. q. 6. par. 2. lib. 2. num. 2.*
c ¶ Coloratam. ] *De coloratis titulo, &*
*poſſeſſione tracto in 27. q. 16. Regu. Can-*
*cel. Lapum hic citant, & ſequuntur Ste-*
*pha. Bertran. conſi. 2. viſo, num. 21. lib. 3.*
*par. 1. Pariſ. conſi. 125. an collatio, ad fi.*
*vol. 4. Caſſa. Dec. 7. proponebatur, ſuper*
*Regu. nu. 3. Io. Bapt. Ferret. conſi. 1. nu. 5.*
*vbi hanc opinio. communem teſtatur.*
d ¶ Vel quia. ] *Hoc dictum Lapi refe-*
*runt, & comprobant Bertran. conſilio*
*133. viſo, poſt nu. 2. vbi hanc opi. commu*
*nem aſſerit lib. 2. par. 1. conſi. 24. thema,*
*poſt num. 6. eod. lib. par. 2. conſi. 235. etiã*
*ſi. nume. 6. lib. 3. par. 1. Ioan. Baptiſt. Fer-*
*ret. conſi. 69. caſus, nume. 6. conſil. 93. in*
*benefi. nume. 5. conſi. 188. Legatus, poſt*
*numerum 3.*
e ¶ Antequam de poſſeſſione eijcia-
tur. ] *Idem ſentit Rot. 160. Reus. in no.*
*& Biſign. 2. an reus. de exceptio. in an-*
*tiquio. & Rotam, & Lap. hic ſequitur*
*Ioan.*

*Ioan. Baptiſt. Ferret. conſi. 184. adducitur, num. 2. Idem voluerunt alij per me relati ſupra Allega. 16. an valeat, in Apoſtil. in verſi. poterit.*

*SVMMARIVM.*

1 *Corpora infidelium non debent in cimiterio ſepeliri.*

2 *Partem corporis baptizare an ſufficiat, ut quis dicatur baptizatus.*

3 *Aquæ immerſio an ſit de neceſsitate baptiſmi.*

ALLEGATIO CIIII.

1 a Corpora † infidelium [a] non debent in cimiterio ſepeliri. modo quæritur. Quędam mulier chriſtiana prægnãs dum eſſet in parturiendo, creatura primo emiſit pedes, & crura, & quia vlterius non progrediebatur, ſed patiebatur mulier magnos dolores, obſtetrices dubitantes mortem creaturæ perfuderunt pedes, & crura aqua in forma baptiſmi; & demum mulier totam integram emiſit creaturam, ſed mortua emiſſa eſt. Ipſa tamen mulier affirmat, ꝙ poſtquam pedes creaturæ ab extra fuerunt, & dum baptizaretur ſenſiſſe creaturam viuam. quæritur nunquid poſſit in cimiterio ſepeliri,
2 & ad hoc videtur † facere illa quęſtio ſufficiat partem corporis baptizare. i. effundere aquam ſuper partem corporis, & eleuare ab aquis. Ioan. And. in cap. debitum, de baptiſ. ſuper ver. immerſerit, refert opinionẽ dicentium, ꝙ requiritur immerſio non ſolũ capitis, ſed maioris partis corporis. Item opinionem aliorum dicentiũ, ꝙ ſi modica ſcintilla aquę proiecta à baptizante eum tangit baptizatus eſt, & Inn. dicit, ꝙ hoc videtur ſatis conſonare iuri, & æquitati, licet alia opinio ſit tutior, pro, & contra facit, ꝙ ſcribit Io. And. in c. non vt apponeres. eod. tit. ſuper ver. alterũ. de puero qui dum portaretur ad ſacrum baptiſma, & portantes viderunt in illo ſigna mortis, proiecerunt eum in puteũ, dicẽtes illa verba debita, &c. an ſit baptizatus, & in cimiterio debeat ſepeliri, vbi refert opi. contrarias, & Io. Cald. hoc etiam exami-
3 nat, vt in d. c. non † vt apponeres, & dicit cũ immerſio non ſit de neceſſitate baptiſmi. de pœni. diſt. 4. proprie. & not. Ioan. Andr. in d. c. debitum, ſuper ver. immerſerit, vbi autem immerſio non poteſt fieri, nec eleuatio. ſequitur, ꝙ ſine eleuatione põt quis baptizari. Vnde ſecundum eum verius videtur, qđ dictus puer proiectus in puteum fuerit baptizatus, dummodo non fuerit mortuus ante ablutionem & finem verborum prolatorum gl. ord. in c. vulgares, de pœ. diſt. 1. ſummant aliàs, ꝙ baptizatus reputatur cui quãtalibet pars aquæ infunditur, argu. de conſec. diſt. 4. ne quicquam. gl. or. diſt. 4. de cõſecr. proprie refert opi. Hu. dicentis, quòd ſi perfundatur caput, uel præter caput maxima pars corporis baptizata erit alias non. Subdit ibi gl. vel dic eum baptizari ſi ẽt qua cadit ſupra pedem. arg eadẽ diſt. ne quicquam. ſm Lau. & glo. tangit. in d. cap. in 1. not. Hoſtien. hic tractat in ſum. de baptiſ. §. quæ ſit forma. verſi. licet autem totum conſequens & S. Thomas in 4. ſenten. in diſt. 4. artic. 3 ſed omnia procedere videntur in viuo, & nato, ſed quomodo prædicta habent de non nato viuo, ſed de ſeminato, & qui in lucem viuus non prodiit, licet mater affirmet, & dum aqua perfundebatur in pedibus & cruribus ipſum viuum
b ſentit, ſed dic, quòd idem in caſu noſtro [b] dicendum eſt. nam ſi apperitur mulier quæ prægnans mortua eſt, vt eijciatur fœtus extra cimiterium, ut not. glo. de conſecratione diſtinct. 1. eccleſia. multofortius ſi viuus in corpore matris fuit baptizatus in parte quę iam ab extra proceſſerit, argu. decretalis. ſacris de ſepulturis. Quod autem tunc viueret ſtandum eſt matri affirmanti, & quæ ſufficientem, & naturalẽ cauſam ſui reddit. Nec ob. quod ſit vnica, quia in iſtis, quæ non afferunt præiudiciũ reo, bene ſtatur dicto unius. arg. eorum quæ not. glo. in c. ex inſinuatione, de procu. & hoc intelligo ſi poſt ablutionem, & poſt prolationem verborum mortuus ſit. Lapus.

Addit. Quint. Mandoſij.

a ¶ Corpora infidelium. ] *Vide ſupra Alleg. 83. eccleſia vbi eſt ſepultus, & quæ dictæ Alle. addo.*

b ¶ Idem in caſu noſtro. ] *Hãc opinio. veriorem puto, quam etiam tenuit poſt Docto. ſubtilem diſt. 4. q. 1. art. 2. & Io. Pariſien. diſt. 3. Nico. Plou. de ſacramẽ. in 4. cap. 1. par. in 9. caute: & inter alias rationes illa aſſignatur, quia etiam in illo pede, vel in alia parte eſt tota anima, licet non omnes ſenſus, vt in capite & miror quòd ille Nico. de hac Allega. mentionem non faciat, quæ caſum ſuum decidit. Et hanc opinio. quam tenet Lap. cõmunem teſtantur Ludoui. Roma. num. 6. Alex. nu. 29. & Iaſ. d. nu. in l. 3. in prin. ff de acquiren. poſſ. Licet glo. ibi in verſi. quamlibet, & Bart. ad quem ſe remittit Bald. in Margari. in ver. Baptizatus, nõ figant pedes, Et Apoſtil. ad Alex. in d. l. 3. in ver. baptizari. citat Lap. hic, ad eum ſe remittens.*



*SVMMARIVM.*

1 *Priuilegium concedens ordini exemptionem an excludat illum a poteſtate inquiſitionis hæreticę prauitatis.*

2 *Papa non præſumitur velle reuocare ſtatuta prędeceſſorum prohibentia conceſsionem priuilegiorum, niſi ius exprimatur.*

1 Quæritur † an prędicti fratres vigore dicti primi priuilegij ſint exempti ab officio inquiſitionis hęreticę prauitatis, & vidi ſuper hoc a dictis fratribus quæſitos, & congregatos, diſceptantes reuerendos viros dom. Lapum abbatem S. miniati ad mõtem propè Florentiam, & do. Bal. de Peruſio Guidonem de Boncianis: Pierum de Corſinis, Gregorium domini Bentinentis, & me Lapum de Caſtiglionchio decretorum doctores, & aliquibus ex eis videbatur, quòd eſſent exempti, quia verba la-
2 ta, & cum prædictis non obſtantibus [a] includebant etiam officium inquiſitionis nõ obſtant. decre. officium. §. denique. de hęretic. lib. 6. cui eſt derogatum per dicta verba ſecundum no. de exceſ. præla. cap. fi. & per Io. An. in nouel. nec proſunt in contrarium verba appoſita in d §. non obſtantibus priuilegijs, vel indulgentijs conceſſis, vel concedẽdis, quia nec licuit ſucceſſori legem imponere. c. fi. extra de reſcr. Item cum ſupra dicatur in alijs iudicibus quibuſcunque, & præmiſit de diœceſi, & ordinarius, neceſſario etiã intellexit de leg. Item alius doctor diſtinguebat aut de voluntate, aut de poteſtate Papę. ſi quærimus de poteſtate Papæ non eſt dubium, quòd potuit derogare prędictę decr. officium. §. denique & etiam verba prædicti priuilegij de ſui natura cum prædictis non obſtantibus hoc important. Sed ſi quærimus de voluntate Papæ, & de virtute dictorũ verborum, ſm motum iuris, tunc vr̃ contrariũ: nam ex quo dicta decret. officium diſponit, quòd inquiſitor poſſit procedere nõ obſtan.
b priuilegijs concedendis, [b] & ipſa diſpoſitio iuris intelligatur eſſe voluntas cuiuſcunque Papę, donec, eam non reuocat, & ſic etiam videtur fuiſſe voluntas præfati Clementis, & ſic voluit intelligi prædictum priuilegiũ cõtra ius illud, & ſic prædicta verba de eius mente non eximunt ab officio Inquiſitionis. In contrarium tamen dicebat, quod prædicta verba poſita in §. denique. ſe non extendunt ad caſum noſtrum, pro eo, quia verba loquuntur de priuilegijs conceſſis perſonis, non ordinibus inter quæ eſt maxima differentia per decr. ne aliqui de priuileg. lib. 6. & per decre. ſi de re. Sed prędictum priuilegium conceditur ordini, ergo &c. Item prędictum priuilegium non eximit ordinẽ hęremitarum a ſe ipſo, & ſic nec a delegato ſuo; quia perinde eſt ac ſi idẽ Papa procederet, vt no. gl fi. in c. ad abolendam. de hæreticis. Præterea prædictum priuilegium ſm virtutem veritatis voluit concedere generalem exemptionem, & plenam, ſed contra exemptos habet locum officium inquiſitionis, ut
c in dicta decretali ad abolendam. [c]

Addi. Quint. Mandoſij.

a ¶ Non obſtan. ] *De hac clauſula non obſtan. & quando operetur, vel non tracto ſuper ſigna. gratiæ ſub titulo de derogationibus alijs. Et hanc Alle. citat, & ſequitur alios referens Lud. Ro. conſi. 436. quod*

*quod indultum poſt nume. 20.*

b ¶ Concedendis.] *Idem not. Archid. 25.quæſt.2.in ſum.num.11. & Ludo. Roma.in d.conſi.436.nu.21.*

c ¶ Abolendam.] *Et ſic concluditur contra priuilegia fratrum & quod ſubſint inquiſitori,& propterea Feli. In Alleg. hic c.ad abolendam.col.1 ad fin. ver.vlt. no.aſſerit hanc Lapi Allegatio. fruſtratoriam reddi.*

## SVMMARIVM.

1 *Aſſumentes tutelam filiorum vſurarij manifeſti, ſi contingat per Papę authoritatem compoſitionem fieri de abſolutione an prædicti executores ſequi debeant talem compoſitionem; an formam iuris de pauperibus reſtituẽdo.*

2 *Poteſtas Papalis an ſe extendat ad diſpoſitionem bonorum uſurariorum.*

3 *Ceſſante cauſa finali alicuius diſpoſitionis ceſſare debet & ipſa diſpoſitio.*

4 *Verbum cõpoſitio in diſpoſitionibus Papalibus quid importet.*

## ALLEGATIO CVI.

1 QVidam mercatores † aſſumpſerunt tutelam quorundam pupillorum filiorum hęredũ cuiuſdam vſurarij manifeſti, & qui vſuris non reſtitutis deceſſit,& penes quem erant, & hodie ſunt multæ vſurę incertæ reſtituendæ, & erogandæ pauperibus Ieſu Chriſti. Dominus Papa percepto quòd in loco illo plures erant quibus erant legata incerta, & vſuræ incertò nomine reciperent commiſit cuidam, vt cum illis componeret, & illos abſolueret, ita ꝙ ipſi ſoluentes,ſeu componentes alicui alteri pdicta ſoluere non teneantur, qui cõmiſſarius paratus eſt cum dictis tutoribus dictorũ pupillorum componere, & de prædictis magnam quantitatem pro minima remittere,& ipſos abſoluere. Ex alia parte loci ordinarius vult declarare incerta, & illa erogari pauperibus a tutoribus iuxta formam iuris. Quæritur quam viam debent ipſi tutores aſſumere ſaluis ſuis conſcientijs,an uiam compoſitionis,an plenariæ erogationis faciendę pauperibus. Et videtur quòd per viam compoſitionis, nam ipſi debent & iurauerunt [a] in aſſumptione tutelę pro ipſis pupillis utilia agere, & inutilia prætermittere, verũ cũ per uiam compoſitionis negocia ipſorũ pupillorum vtilius peragantur, & pro minori diſpendio hanc uiam aſſumere debent,alias contra iuramentum ſuum, & debitum officij,inutilia agerent, & vtilia pretermitterẽt,
2 & maxime cum ex illo ſuas cõſcientias † nõ offenderent: nam nulli dubium, quòd poteſtas Papalis ad hoc ſe extendit,ipſe enim habet adminiſtrationem liberam talium bonorum,& facit hoc pro ſalute animarũ,& poteſt totum remittere,& diſpẽſare,& ipſe lex viua eſt, & non peccat qui legis authoritate [b] peccat imò inſtar eſſet hęreſis [c] de potentia principis dubitare,nec obſt.[d] quòd tutores debent utilia &c. quia ibi eſt magna vtilitas, ut ceſſent pericula animarum unde minor [e] qui tranſit ad religionem cum tota ſubſtantia ſua non petit reſtitutionem. In contrarium facit,quia ſecũdum ordinem iuris fieri debet reſtitutio integra,& plenaria, & ab iſta uia ſine euidenti cauſa recedi non debet;ſed cauſa compoſitionis non uidetur idonea,& legitima cauſa a uia iuris recedẽdi: nam ponderari debet cauſa diſpoſitionis Papalis,& vbi ceſſat cauſa finalis diſpoſitio
3 nis, † ceſſare debet ipſa diſpoſitio, ſed cauſa finalis diſpoſitionis fuit ſalus animarum eorum qui habent penes ſe incerta, ſi uel ga auaritiæ uitio,uel incõmoditate aliqua detrahantur à plenaria reſtitutione, & ſic moriũtur in peccato ſuo, ex huiuſmodi cõpoſitione ſaltem inducerentur ad reſtitutionem,at in caſu prædicto non ſubeſt hęc ratio, ſed ceſſat,quia hæc commoditas reſtitutionis,& hæc adminiſtratio eſt penes tutores,qui libere,& ſine affectu ſubſtantiæ alienę debent eſſe parati ad liberam reſtitutionem, ab eis ergo ceſſare debet dicta compoſitio,cui cauſam dedit tenacitas obligatorum reſtitutioni,quę in tutoribus ceſſare debet.

Item quia etiam in hac compoſitione poſ
4 ſet verti periculum animarum,nã licet † Papa concedat compoſitionem, & licet verbũ compoſitio importet diminutionem; tamen diſcretam, & non quaſi extenuationem obligationis, & ſecus agens poſſet dici cõtra for

man



mam mandati agere,& non tenere quod ageret, & ſic loquens poſſet iraſci tutoribus & ſuis conſcientijs. Item incerta [f] diuerſarum ſunt ſpecierum,nam aliquando ſunt incerta quo ad quantitatem, & perſonas quibus reſtitutio eſt facienda vt in ludo, vel ex deceptione pretiorum multarum rerum venditarum, non ſolum a ſe, ſed a ſuis factoribus,vel patre ſuo, auo, vel huiuſmodi. Aliquando ſunt certæ quantitates vt vſuræ extortæ, & quę per codices rationum apparent, tamen non reperiuntur ij quibus reſtitutio eſt facienda, & iſta ſpecies eſt magis grauis conſcientię, quam alia,ſed ipſa vſura extorta omni iure prohibita grauior, cõponere ergo ſuper quantitate certa, ſuper extorſione odioſa,cum lege damnata,& cõponere ſine certa cauſa, ſed ſolum auaritiæ cauſa, non uidetur tutum, nec ſecundum modum principis, [g] nam ea ratio quæ moueret principem delegantem,debet mouere delegatum, ſed ſi iſte caſus domino papæ narraretur,nulli dubium quòd talem compoſitionem non concederet, ergo nec delegatus debet facere, & ſi faceret, indiſcretè ageret, & contra mentem principis executor talem compoſitionem recipere non deberet,per ea quæ not.gl.ord.in cap.quanto, de iureiurando.

### Addit. Quint. Mandoſij.

a ¶ Iurauerunt.] *Iuxta tex. In §. fin.in authen.vt hi qui.oblig. ſe haber.perhib. verſ.etenim volumus, & Bar. In l.prætor ait.nu.2. & ibidem per alios ff.de noui.operis nunt. & per Alex,conſil.129. ponderatis.poſt nu.3. verſ.& idem dicit Bar.lib.1.*

b ¶ Legis authoritate peccat.] *Ad tex.in l.Gracchus.C. de adul. Sed contra Lap.quòd male videatur loqui dum dicit quòd non peccat qui legis authoritate peccat, quomodo enim peccat ſi legis authoritate? ad text.in c.qui peccat non peccat legis authoritate.23.q.4. Nec ius canonicum permittit aliqua cum peccato.c.fi. de præſcrip. imò lex peccati permiſſiua ſeruari non debet in foro conſciẽtiæ,nec etiam in foro fori. Abb.in c.veniens.2.ad fi.de ſponſa. Fel.in c.eccleſia, nu.42. de conſt. Et ſi peccat quomodo ſuppoſuit ꝙ non peccet? Reſponderi poteſt ꝙ non peccat quo ad effectum.ſ. ut puniri poſſit. Vel abſolutè non peccat.i.nec quo ad forum fori, nec quo ad forum poli. Vel loco uerbi peccat legipoſſet facit, ut dicamus non peccat qui legis authoritate facit.*

c ¶ Hæreſis.] *Alibi ſacrilegium uocatur.l.2.C.de crimi. ſacri.l. ſacrilegij inſtar.iun. ſum.Bal. C.de diuer. reſcri. Pariſ.conſi.24.eſto quòd nu. 11.vol.4.*

d ¶ Nec ob.] *Melius caderet hæc reſponſio in fin. huius Alle. uel poſt comprobationem alterius opin. Hæc Lapi reſponſio eo tendit ut oſtendat utilem ſatis, utilioremq́; fore hanc uiam ordinariæ, & integræ ſatisfactionis altera uia compoſitionis propter fauorem animæ, quippe qui & pecuniario commodo,& rebus omnibus præponi debeat iuxta illud. Quid enim prodeſt homini ſi uniuerſum mundum lucretur animæ uero detrimentum patiatur? & iuxta tex.in c.præcipimus.in prin.12.q.1. Et in dubio capienda eſt uia ſaluti animæ tutior,& magis conferens.c.3.de ſponſa.c. illud.uerſ. licet autem in hoc.de cleri.excom. mini.*

e ¶ Minor.] *Hoc dictum Lapi refert, & ſequitur Iaſ.in authen. ingreſſi, nu.4.C. de ſacroſan.eccle. intelligens de minore. 25.annis,& alios citat. Vide quæ ſcripſi ſupra in Apoſtil.ad Alle. 26.diſputat primo,col.2.in uer.acceſſoria.*

f ¶ Incerta.] *Vide etiã ſupra Alle. 74. nu.7.& quæ ibi addo. in uer. diſtingui.*

g ¶ Modum principis.] *Lego Motum principis, quem cenſere debemus iuri, uel æquitati,ſeu alicui rationabili cauſę conformem.ad Bald.in l. ex facto,uerſic. in tex.ibi uoluntatem.ff.de uulga.& per alios quos refero in 4.quæſtion.11. Regul. Cancel.nu.4.uel lege mentem principis.*

*SVM-*

SVMMARIVM.

1 *Appellatio nullitatis ſententiæ transfert negotium principale ad ſuperiorem.*

2 *Appellatione facta à ſententia nulla ſi iudicatur bene appellatum an teneat ſententia.*

## ALLEGATIO CVII.

1 APpellatio † à nullitate [a] defert
a negotium principale ad ſu-
periorem, ſed primo cauſam
nullitatis, & ſi eſt nullitas in
proceſſu debet cognoſcere de
integrò: ſi in ſententia & tunc ex actis anti-
quis, vt in l. cum non ea die. C. quando pro-
uoca. non eſt neceſſe. ff. de reg. iur. l. conque-
2 rebatur. † [b] Quid ſi fuit appellatum à ſen-
b tentia nulla, & iudicatur bene appellatum,
c non tenet ſententia, quia natura repugnat [c]
quia intendit id quod eſt nullum, & ideo nõ
tenet. ff. quę ſen. ſine appel. reſcin. l. fi. quia
continet impoſſibilem effectum. Secũda ra
tio quia in caſu noſtro per appellationem à
d ſententia nulla interpoſitam deuoluitur [d] co
gnitio, & deciſio principalis negotij ad ſu-
periorem ſub hac forma, vt ſi ſententia ſit
nulla ex vitio, & defectu actorum ſubſtan-
tialium iudicij, cognoſcatur ex integro, id-
eſt fiant omnia iterato acta de iure vt. l. cum
non ea die, ſupra alleg. ſed ſi eſt nulla ex vi-
tio ſententiæ, tunc decidit eam ex primis
actis, vt in l. cum querebatur. ff. de re iudi. &
ibi per doctores. Sed ſi pronuntiat male ap-
pellatum, & bene iudicatum, tenet, quia id
quod eſt nullum poteſt confirmari, & vide-
tur pronuntiare ſententiam aliquam, & ideo
e de nullitate non poteſt amplius appellari [e]
vt in l. 1. in princip. ff. quæ ſent. ſine appel. re.
l. j. in vltima glo. C. quan. prouoca. non eſt
f neceſſe. [f]

### Addit. Quint. Mandoſij.

a ¶ Allegatio a nullitate.] *Vel allegatio nullitatis, iuxta Rot. in ſimi. 361. fuit dubitatum, vtrum ſi appelletur. in no & vt legunt Phi. Fran. & D. meus Phi. Dec. in ca. dilecto, de appel. ille colum. 8. verſ. Ad idem bene facit quod tenet Lap. in ſua alle. quæ incipit appellatio, & intelligit de hac allegat. 107. iſte verò colum. 3. circa medium.*

b ¶ Conquerebatur.] *Lego de re iudi. cum querebatur. Et vide ſupra alleg. 98. factum ita, num. 3. Rot. Bellamc. 440. ſi proceſſus eſt validus. Phi. Fran. in alle. ca. dilecto de appel. col. 8. verſ. quia ſi ſententia foret nulla uitio actorum, & voluit citare Lap. hic. Et iuxta hanc diſt. intelligenda eſt Dec. Neapo. Capitij. 87. in caſu Mag. nu. 3. verſ. Dominis de conſilio fuit viſum.*

c ¶ Repugnat.] *Vide ſupra alleg. 98. factum ita, num. 4. vbi alios refero in ver. contraria.*

d ¶ Deuoluitur.] *Idem voluerunt Rot. ſupra adducta. 361. fuit dubitatum vtrum ſi appelletur, num. 2. in not. Abb. in Alleg. cap. dilecto de appel. ante numerum 8. & ibi Apoſtil. in uer. De hoc. remittit ſe ad Lap. hic. & ibidem Fran. col. 8. verſ. ſecundo operatur appellatio effectum deuolutionis, & Do. meus col. 3. circ. medium, verſicu. & certè appellatio non videtur fruſtratoria.*

e ¶ Amplius appellari.] *Nullum ſenſum ex iis verbis Lapi elicies, niſi legas amplius agi, Ex hac mea lectura nota mirabilem concluſionem ꝙ ſententia nulla per ſecundam confirmata vlterius nulla dici non poſſit, prout etiam voluit Fano. in ca. 1. de confir. vti. vel inu. poſt numerum 2. verſ. Quid ſi pro eo lata fuit ſententia, & concluſit Rot. 117. no. quòd vbi ſententia nulla. in anti. & Feli. in c. qualiter & quando. i. num. 16. de accuſa. vbi infinita cumulat. Aduerte tamen ad duo, primo quia Rotam vbi ſupra corruptè citat. Secundò dum in 1. limi. reſtringit ſe ad confirmationem factam a ſolo principe, & ſic non a iudice ad quem non bene loquitur, prout aduertit etiam ibi Apoſtil. in uer. & primo.*

f ¶ C. quan.



f ¶ C. quan. prouo. non eſt neceſſ.] *Et ibi per Bar. nu. 9. uerſ. Circa tertium, & in fi. & per Bal. num. 20. verſ. Contrarium ſentit glo. & poſt num. 27. & Alex. conſil. 81. in cauſa, num. 5. vbi de confirmatione tenutæ nullæ per iudicem appellationis. volum. 7. & plenè de confirmatione ſententiæ nullæ per iudicem ad quem per Fran. in alle. c. dilecto. in 41. q. vbi idem alios adducit. de appel. & Alex. conſi. 181. in cauſa, num. 15. vol. 6. ver. Tertio reſpondeo.*

SVMMARIVM.

1 *Pendente vno compromiſſo ſi fiat ſecundum nulla de primo mentione facta an videatur receſſum a primo.*

2 *Voluntas contrariorum ſeu repugnantium an poſſit ratificari.*

## ALLEGATIO CVIII.

1 AN † pendente [a] vno cõpro
a miſſo ſi fiat ſecundũ nõ fa
cta mentione de primo vi
deat̃ receſſũ a primo. Ad
qđ mihi fortis eſt tex l. li-
gatori. ff. de arbitris ꝗ ſi
bene cõſideratur vr̃ velle ꝙ eſto ꝙ ſit itũ ad
alium arbitrum, non videatur à primo re-
ceſſum, licet arbiter poſſit ex hoc ſuam au-
dientiam denegare, ergo non videtur com-
promiſſum ſolutum, & hoc corroboratur
ex tex. l. ſed ſi in ſeruum. §. fi. vbi dicitur nõ
omnino ſed cauſa cognita &c. Item hoc vi-
detur. glo. firmare expreſſe in l. item ſi unus
§. 1. in fine mag. glo. Item quia iſta ſunt con-
traria & repugnantia quòd duo ſimul & in
ſolidum ſint arbitri. ut. l. 1. ff. de offic. conſul.
& probatu., ſi hoc eſſet, non poſſet hoc etiã
expreſſo conſenſu partium fieri, quia vo-
luntas contrariorum, vel repugnantium nõ
2 eſt rata. l. 1. C. de fur. & l. vbi † repugnantia
de reg. iur. cuius contrarium tamen eſt, lex ſi
quis cum. §. fin. ff. de procu. & quod no. in l.
ſi diuerſa. C. de tranſac. non obſt. glo. in l. ſi
de meis. quam alle. ſupra, imò facit potius
cõtra ut uideri poteſt ꝙ ideo uideatis bene,
vt non erremus, & quia cupio id quod vos.

### Addi. Quint. Mandoſij.

a ¶ An pendente.] *In hac Alleg. Lapus nihil firmare videtur, ſed ſolum ad partes arguere, & aduerte iudicem, vel aliũ vt bene conſideret ſuper hoc videlicet an per ſecundum compromiſſum tollatur primum. ſuper eadem re habemus alle. ſupra. 98. factum ita, & quicquid Lap. ſenſerit ibi, & hic pars affirmatiua eſt vera, & tenenda, videlicet quòd per ſecundum laudum expiret primum, vt per Spec. de Arbitr. §. finitur, nu. 7 & per alios quos refero in Addi. ad dictã allegat. 89. in ver. ſit finitum, vbi etiam probo hanc eſſe communem opinionem. Et hanc opin. quicquid Lap. voluerit, cõprobat Ioan. Bap. Peruſi. Bartholi gener. vt in titul. dicti tracta. inſcribitur, vel potius pronepos vt ipſemet ſe talem nominat. in 3. cap. 13. lib. poſt medium, in tracta. de Arbit. verſ. quid dicemus, & in illo cap. diſtinguit vt videre poteris.*

## ALLEGATIO CIX.

IN nomine Domini amen. du-
bietatis articulus &c. quædã
parro. eccleſia habens in ſua
parrochia in totũ. xl. domos
a &c. & quia hæc alleg. ſupra [a]
in lxv. ponitur ideo ſcriptor in ſcribendo
non inſtetit, ſed ad alias alle. tranſiuit. di-
b miſſis. cx. & cxj. Alle. [b] quia quaſi ſunt inu-
tiles ſequitur alleg. cxij.

### Addit. Quin. Mandoſij.

a ¶ Supra. in lxv.] *Hodie illa eſt Alleg. lxiij. quæ pariter incipit vt hæc videlicet. articulus.*

b ¶ Dimiſſis cx. & cxj. Alle.] *Hic ommittuntur duæ Alle. tanquam inutiles videlicet. cx. & cxi. Ego autem allegat. cxi. a diuerſis ad diuerſos effectus citatam reperi, videlicet à quodam in Apoſtil. ad Abb. in c. ex parte 2. in ver. cappella*

pella

pella non pertinet ad plebem. de reſcrip. à Pariſ. conſi. 134. nulli, num. 11. vol. 4. qui tamen Pariſ. non hanc (vt puto) ſed aliam Alleg. videlicet. 102. citare intendebat, & a Io. Fran. Paui. ad fi. 8. q. 2. par. nu. 29. in tract. de offi. & pote. capi. ſe. uacan. qui Paui. aſſerit eam incipere. an ſi fiat. nulla autem Lapi Alle. ſic incipit, vnde facilè coniecturari poſſet, quòd ea ſit, quę hic vltra alia omittitur, quæ tam ex illius materia, quam ex quo alij idem ſentiebant quod Lap. non videbatur inutilis, vel ſpernenda. Vide tamen quæ dicam infra alle. 113. in Apoſtil. in ver. promiſſiones.

## SVMMARIVM.

1 *Exceptio dilatoria an poſt litē conteſta. valide proponi poſſit.*

2 *Exceptio ſurreptionis contra reſcriptū dilatoria eſt, & idem poſt iudicium cęptum opponi non poteſt.*

3 *Actus per quos ingreditur iudicium habentur loco litis conteſt. & qui ſint illi actus.*

## ALLEGATIO. CXII.

1 IN cauſa † vſuraria exhibita petitione, [a] & citata parte, legitimè, perẽptorio termino [b] aſſignato reo ad accipiẽdum copiam petitionis, & opponendum, & eo continuante [c] iudex ſtatuit terminum actori [d] ad probandum in cauſa eo citato, & continuò poſt hæc omnia comparet reus, & obijcit actorem non fore audiendum, quia exegit vſuras, & non reſtituit; replicat quòd exceptio non ſit admittenda, quia dilatoria, & non debito termino propoſita; quęritur quid iuris; Et allegat actor pro ſe quòd dilatoria eſt hæc exceptio, vt patet de ſe, quia differt, non perimit, vt nota. in decret. quia fruſtra. per Ioan. An. poſt Inno. Hoſtien. & alios de vſuris. & ideo ante litem conteſt. proponendam, & non poſtea; dé exceptio. paſtoralis, [e] cum ſi. & ita no. ibi illi docto. In contrarium allegat reus quòd in dictis terminis lis non eſt conteſtata, ergo non eſt præcluſa via proponendi, nec pars per aliquem actum conſenſit in iudicē, vel in proceſſum cauſæ, ſed quam primum venit ad iudicium prædicta oppoſuit. Solutio, Dictam exceptionem non admittendā, quia vt præfertur dilatoria prout eſt exceptio ſpoliationis excommuni. & huiuſmodi, & excep. criminis, quæ opponitur cōtra perſonam vt no. in Spe. de excep. §. nunc videndum, verſic. ſed nunquid excom. Nec obſt. ꝙ lis non eſt conteſtata, quia vt no. Io. And. in c. paſtoralis, lex dicit ꝙ dilatoria debet proponi ante litē conteſt. ſeu in initio litis, &c. & decre. inter. de re iudic. dicit ante litis conteſt. ingreſſum, & tex. in 3. q. 7. exceptio debet, dicit ꝙ talis exceptio debet opponi in initio litis, & gloſ. ordi. in decre. ex
2 parte, Ade. de teſti. † dicit ꝙ exceptio ſurreptionis contra reſcriptum eſt dilatoria, & ideo poſt iudicium cęptum opponi non poteſt. Sed non eſt dubiū ꝙ in dicta cauſa poſt terminum aſſignatum ad opponendum, & poſt terminum aſſignatum ad probandum iudicium dicitur cęptum & partes dicuntur ingreſſę iudicium, imò in talibus cauſis nō
3 poteſt procedi † lite non conteſta. [f] actus ille per quem ingreditur iudicium habetur loco litis conteſtationis. [g] vt iuramentum de calumnia, terminus ad probandum, & huiuſmodi. nec obſ. quòd pars quam primum venit ad iudicium opponit quia ſi fuiſſet præſens, & vſque ibi non oppoſuiſſet modò opponere non poſſet, pro cuius contumacia vt pro præſente debeat reputari & quòd lis habeatur pro conteſtata. Item not. glo. in c. 1. de elect. lib. 6. & debet recipi, & admitti reus ad cauſam in eo ſtatu in quo cauſa reperitur & non retrocedi vt not. Ioā. An. ſuper dicta glo. & Inno. in cap. ſi duobus. de appella. ſuper verſic. cognouit, & in Spe. de appel. §. qualiter. verſicul. ſed pone, & de computa. in termino [h] verſic. ſi ſuper. & verſicul. excludere caueat. & Pau. bon. in cle. ſæpe. & iſta eſt veritas cui refricari non debet: & aduocatus qui dilationem proponit non debito tempore condemnari debet in vna libra auri [i] vt. C. de except. lege penultima.

Addit.



Addit. Quint. Mandoſij.

a ¶Petitione.] *Non dixit exhibito libello, ſed exhibita petitione, vt iuxta terminos canonum loqueretur, qui in cauſa vſurarum de qua hic non libellum, ſed aliquam petitionem requirunt, iuxta tex. in cle. diſpendioſam de iudi. iun. cle. ſæpè. §. ſeu verſ. verum quia iuxta petitionis formam. de verb. ſigni. In quo autem differant libellus, & petitio declarat Cardi. in dicta cle. ſæpè, in princ. quæſt. 17. nu. 17. Eſt uerum quòd nonnunquam petitionem pro libello vſurpamus.*

b ¶Peremptorio termino.] *De peremptorijs terminis, & dilationibus vide per Anto. de But. Abb. & Feli. in c. paſtoralis, de exceptio. Et quòd quilibet terminus qui in Ro. Cur. aſſignatur peremptorius cenſeatur firmat Nico. Mil. in ſuo Reper. in ver. terminus quilibet ſi aſſignetur in curia. Non ſolum autem termini in Roma. Cur. dicuntur peremptorij, ſed & ipſæ citationes prout iuniores (quibus prodeſſe potiſſimum ſtudeo) percipient ex lectura regeſtorum Romæ fabricatorum, in quibus extenſa videbunt hæc verba videlicet, curſor retulit peremptoriè citaſſe N. & cætera.*

c ¶Eo continuante.] *Si ſic legimus exponere poſſumus Eo continuante, ſcilicet termino, quaſi dicto termino aſſignato reo durante: Nec inconuenit quòd aſſignato termino vni ex colligantibus, eoque non finito, alteri etiā collitiganti terminus præfigatur, imò ſæpè videmus ſimul vtriq; parti, vel pluribus, ſeu diuerſis terminum ad aliquid faciendum, vel probandum ſtatutum ab homine vt omnes norunt, tum etiam a l. iuxta tex. in l. 2. §. fi. & in l. ſi maritus. ff. de adult. in c. fi. §. fi. & ibi Gl. pen in ver. duntaxat, de conſuet. lib. 6. & per Andr. Tiraq. de vt retra. §. 2. Gl. 1. & vni. num. 82. verſic. ad 21. & 22. vel potius legendum eſt Eo contumace, ſcilicet reo.*

d ¶Statuit terminum actori.] *Si reus hic ſupponitur abſens, & ſic nemo inſtabat ꝙ terminus actori præfigeretur, quomodo iudex ex ſeipſo, rurſus ad quē effectum actori terminū præfixit? Ad hæc duo quæſita breuiter reſpondeo, & ad primum dico ꝙ iudex concurrente cauſa rationabili poteſt ex officio, & ſic etiam nemine petente, etiam non petenti terminū aſſignare, Bar. in l. 1. num. 2. C. de dilatio. per tex. in l. properandum. §. 1. C. de iudi. Glo. in ver. menſium, Bald. Anto. de But. Abb. & Feli. in c. licet cauſam, nu. 13. de prob. Ad ſecundum reſpondeo quòd effectus prefixionis termini huiuſmodi eſſe potuit ad tollendum dubiū, an terminus ad probandum, ſeu dilatio probatoria ſit de ordine formali iudicij, & valeat probatio dilatione non data, ſeu termino ad id nō præfixo, de quibus latè per omnes in d. c. licet cauſam, inter quos Feli. num. 14. alios ad idem referens concludit dilationem huiuſmodi non eſſe de ordine formali iudicij, rurſus quòd valet probatio dilatione non data. Et hæc tanto magis in Roma. Cur. comprobantur vbi infinitę ſuperſtitioſæ ambages, & nimiæ ſubtilitates ex reſcriptorum clauſulis, ex terminorum ſubſtantialium obſeruatione, ex conſtitutionibus pontificijs, & ex antiquo rationabili ſtilo tolluntur, excluduntur, & reijciuntur.*

e ¶Paſtoralis.] *Vide ſupra Allega. 53. an oporteat, numero 1. ac 2. & 7. & quæ ibi addo præſertim in Apoſtil. in verſic. paſtoralis.*

f ¶Non poteſt procedi lite non conteſtata.] *Verba Lapi vt iacēt non habēt ſanum intellectum, nec veritatē cōtinēt, ideò legendum eſt, imò in talibus cauſis in quibus poteſt procedi lite non conteſtata actus ille &c. Et ꝙ ita ſit legem dū colligitur ēt ex uerbis Inn. in c. 1. n. x. in uer. abſētia. et gl. ibi ī eo. uer. de cōſue.*

lib.6.ex tradi. per Bart. in l. nulla, C. de procu. per Cardi. in cle. conſtitutionem. §. ſi. poſt nu. 7. de electi. per Nicol. Mil. in ſuo Reper. deciſiue, in uer. litis conteſtatio. vbi non requiritur, per Ludo. Roma. conſi. 174. poſt nu. 5. verſ. quod autem in propoſito, & per Rober. Maran. in x. & vlt. memb. 1. par. dū de litis conteſt. tractat poſt numerum 2.

g ¶Loco litis conteſtationis.] *Ex hoc dicto Lapi alias inferebam ad vnum ex effectibus terminorum ſubſtantialium Romæ non in caſum ſeruari ſolitorum, quòd ex illis reſultet litis conteſtatio, vel habeantur loco litis conteſtationis: Lapus enim hic iuramentum calumniæ, vel terminum ad probandum, & huiuſmodi litis conteſtationi æquipollere affirmat, fortius id efficient termini omnes ſubſtantiales, inter quos etiam connumerantur iſti de quibus per Lap. hic. De ijs terminis ſubſtantialibus tractant illi quos cito in gloſ. Facul. in 16. comm. iteratoria terminorum.*

h ¶De computa. in termino.] *Lego De comparitione. in termi. num. 6. verſi. Attendas inſuper. De clauſula. In eo ſtatu in quo reperitur, & quòd ſubintelligatur in reſcripto etiam non appoſita, & ſi ſit expreſſa quòd aliquos effectus operetur, vide quæ ſcripſi in 9. com. Admiſſion. pro intereſſe in verſic. in ſtatu, & terminis.*

i ¶vna libra auri.] *Hoc non ſeruatur, nec Romæ, nec alibi.*

## SVMMARIVM.

1 *Bona per prælatum acquiſita an præſumantur eſſe de bonis eccleſiæ vel prælati.*

2 *Bona promiſſa prælato an dicantur ipſius prælati, an talia promiſſa dici poſſint bona eccleſiæ.*

## ALLEGATIO CXIII.

IN dei nomine amē. Anno eiuſdem Mileſimo. ccclxxx. Ianuarij die. 2. Franciſcus olim Ioannis Sapiti populi San. Iacobi vltra Arnum de Floren. ex certa ſcientia, & non per errorem, ſciens, & cognoſcens vt dixi ſe ad infraſcripta, vel eorum aliquod non teneri & ſponte volens, & non coactè ſua propria mera voluntate ad infraſcripta, & quodlibet infraſcriptorū teneri, & efficaciter obligari per ſtipula. promiſit, & conuenit in toto domino Angelo olim Vannis Vgolini populi S. Iacobi vltra ar. ſe facturum, & curaturum: ita taliter omni excep. iuris remota ꝙ ſer. Raynucius Ioānis ſapiti frater ſuus dicti populi Sancti Iacobi vltra Arnum, & eius hæredes ad omnē voluntatem, & requiſitionem domini Angeli prioris eccleſiæ S. Michaelis de Caſtiglione, & filij cuiuſdam vannis Vgolini dicti populi S. Iac. vltra arn. de Floren. vendet, & cartam venditionis, traditionis, & conceſſionis, ad ſenſum ſapien. ipſius domini Angel. faciet, & fieri faciet eidem domino Angelo, vel alij cui voluerit idem dominus Angelus de infraſcripta domo: videlicet de quadam domo cum turri, & domo retro dictam turrim, via, ſiue vico mediante, cum curia, puteo, & cella ad vinum poſita in dicto populo San. Iacobi vltra Arn. confinata à primo, & ſecundo via a. tribus. hærede Philippi Berchi, & in parte Rainutij prædicti a. 4. dicti Renuntij infra prædictos confines pro pretio, & nomine pretij dictæ domus, & rei ſibi conten. & confinatæ, & dictis vend. faciendis in totum centum octo florenos auri boni, & legalis ad rectum pondus & commune, & quando dictus dominus Angelus dabit, ſoluet, & numerabit, ſiue dare, ſoluere, & pagare voluerit, & ſe paratum obtulerit dicto ſer. Rainutio, vel eius hæredibus dictos centum octo floren. auri, & etiam dabit, & tradet dicto domino
1 Angelo, & cæt. † Pro declaratione huius materiæ eſt conſiderandum quòd iſte articulus an bona per prælatum acquiſita præſumantur eſſe de bonis eccleſiæ vel prælati, eſt variabilis, & ambiguus, in multis locis per doct. examinatus, & diſcuſſus & maximè in decre. i. de teſta. & cap. cum in officijs, & decret. 1. & 3. de peculi. cleri. vbi plenè de hoc, & in cap. ſicut manifeſte. xij. quæſt. prima. Et breuiter vt refert Ioā. Andr. in dicta decre. 3. de peculi. cleri. poſt varias
a opin. poteſt ſic diſtingui [a] aut conſtat clericum habuiſſe proprium tempore promotionis, aut conſtat non habuiſſe, aut dubitatur. Primo caſu ſit vera opin. Goff. vt agens probet contra poſſiden. Secundo caſu præſumatur pro eccleſia. Idem in 3. maximè ſi non fecit inuentarium, ſed ſi in ſecundo caſu probet habere acquiſita intuitu perſonæ, in tertio probat illum aliquid habuiſſe tempore promotionis, & ſecundo probato lo-
2 cus erit opi. Goff. † Sed eſt aduertēdum an id quòd ſupra dictum eſt de bonis acquiſitis, locum habeat in promiſſis factis prælato, & non exactis. facit dubium quia in promiſſis non habet locum quòd dicitur de poſſeſſione, nec dicitur de tenendis bonis prælati mixtim cum bonis eccleſiæ, tamen non videtur ratio diuerſitatis tanta, quin & promiſſiones factę prælato [b] videantur ſubeſſe eiſdem regulis. Lapus.

Ex præmiſſis ergo poteſt ad quæſtionem principalem inferri, & concludi quis ſuccedat in hac promiſſione, ſeu in iure petendi vigore huius promiſſionis, & dico quia vt ſupra allega. eſt, paſſus eſt tactus per glo. & doctores, credo ſtandum diſtinctioni præmiſſę. Ioan. And. in cap. 3. de pecu. cler. vbi plenè per eum poſt antiquos, & modernos.
c Eſt tamen dubiū non tantū an in hæredes [c] tranſeat facultas declarandi voluntatem non declaratā per defunctum, an ad ſucceſſorem in prælatum, & iuxta diſtinctionem præmiſſam crederem in ſucceſſorem præ-
d latum tranſmitti, [d] cum concernat voluntatem ratione dignitatis immortalis de reſcr. ſi gratioſè lib. 6. de offic. delegat. quoniam Abbas. xij. quæſt. 2. liberti. Si ab inteſt. veniens. dic ut in l. illud. ff. de opt. legat. & l. ſi ſtipula. ff. de verbo. obliga. & vtrobique no. Ioan. de Lignano.

## Addit. Quint. Mandoſij.

a ¶Sic diſtingui.] *Vide Ludo. Roma. conſil. 159. ſuper eo, num. 4. & ſequ. & quæ ſcripſi ſuper ſigna. de licen. teſtan. & ſpoli. conceſ. in prin.*

b ¶Promiſſiones factę prælato.] *Ioan. Fran. Paui. in tracta. de offi. & pote. cap. ſe. vacan. ad fin. 8. quæſtio. 2. part. prin. nu. 29. ad probandum quòd ea quę debeantur epiſcopo eo mortuo tranſeunt ad hæredes, plures adducit, inter quos Lap. allegat. 3. quam dicit incipere an ſi fiat, ego potius puto quòd de hac allegat. ſenſerit, licet aliter incipiat, cum materia per eum, & ab eo relatos tractata eadem in effectu ſit quæ per Lap. hic, idem eſt enim quærere an promiſſa prælato, quod & an debita prælato debeantur illius hæredibus. Quantum verò attinet ad hanc Lapi concluſionem, in qua reſidet, quòd idem ſit in bonis promiſſis, quod in acquiſitis, qui omnia quæ pro vtraque parte adduci poſſent videre cupit, ea inueniet apud Docto. ſuper illo arduo, & ancipiti quæſito, an ſtatutum, vel quæuis alia diſpoſitio de dote, ſeu dotis parte lucranda loquens habeat locum in dote etiam promiſſa, vel ſolum in dote ſoluta, data, vel conſignata, de qua latè per Guid. Papæ Dec. Delph. 274. in contractu, 430. ſupra quæſt. & 565 in contractu, num. 3. & ſeq. Alex. conſil. 63. ſtantibus, num. 26. vol. 4. Iaſ. ſuper rubr. ff. ſolu. matri. num. 23. & in §. fuerat num. 126. & ſeq. inſti. de actio. & pleniſſimè per Nic. Boe. Dec. 22. an bona, num. 6. cum pluribus ſeq. vbi omnes de hac materia loquentes refert. Ex omnium dictis verior, & magis communis opin. colligitur quòd idem dicendum ſit in dote promiſſa. Et hæc etiam faciunt ad ſtatutum noſtrum vrbis, ca. 77. lib. 1. cap. 21. lib. 4. c. 22. & 23. in nouis Refor. Quæ ſtatuta vrbis locum etiam ſibi vendicare in dote promiſſa voluerunt R. Domini mei de Rota anno. 1550. prout Dec. Achil. 2. de dotis promiſ. Concludamus igitur hoc dictum Lapi uerum eſſe, & tenendū.*

c ¶Eſt tamen dubium non tantum an in hæredes.] *Legerem ſic. Et tamen dubium an in hæredes? Et ſic delerem illa verba non tantum. Vel aliter loco il lius dictionis tantum, ponerem paruum, & ſic legerem, Eſt tamẽ dubium non par uum an in hæredes tranſeat facultas declarandi &c. Quod autem dubium non paruũ ſit apparebit ex infradicendis, et ex varietate opinionum, & argumentorum quæ pro vtraque opin fieri poſſunt. Et primo pro affirmatiua ꝙ facultas huiuſmodi declarandi in hæredes tranſeat, poteſt adduci tex. in l. hæredem eiuſdem poteſtatis, iuriſque eſſe cuius fuit defunctus conſtat. ff. de re. iur. in authen. de iureiuran. a mo. præſti. poſt prin. vbi perſona hæredis eadem cum perſona defuncti habetur. Ex quo etiam tex. colligitur quod ſermo hæredis dicitur proprius ſermo defuncti, & ſermo teſtatoris dicitur proprius ſermo hæredis, quod etiam voluerunt Sozzi. conſil. 293. preſens. ante num. 1. verſic. vnde dicitur. lib. 2. & D. meus conſil. 262. in cauſa. col. 2. ad fi. verſic. Sexto hoc idem. Hinc dicimus hæredem ad idem quod defunctus poterat cogi poſſe. l. poſtulante. ff. ad Trebel. per quem tex. ibi voluit Bar. quòd Statutum loquens de debitore carcerando locum etiam ſibi vendicare in eius hærede, cum quo tranſeunt ibi Angel. Imol. Pau. Caſtren. & Alex. num. 2. & ſeq. ff. ad Trebel. Sozzi. dicto conſil. 293. num. 1. pro quo tamen videantur idem Bart. in l. ſi deceſſerit, num. 1. & Iaſ. & Iac. de S. Georg. ff. qui ſatiſd. cog. & de modo procedendi per Caro. Rui. conſil. 102. viſo proceſſu, nu. 4. & ſeq. volum. 5. Hinc etiam dicimus factum nomine defuncti per hæredem ratificari poſſe. l. ſi ſine. §. ſi procuratori. ff. rem rat. habe. l. ab vno, & ibi Bald. C. de neg. geſto. Dyn. in regula ratum, num. 14. & ſeq. D. meus præalleg. conſil. 262. ante num. 5. Imò generaliter dicimus factum hęredis factum defuncti exiſtimari, ad quod ab omnibus allegari conſueuit con. Angel. 185. Brunellus notarius, de quo per Dec. dicto conſi. 262. ante num. 5. Et qui promittit de facto ſuo tantum etiam de facto hæredis promittere cenſetur. Bart. in l. ſi ſeruus. ff de condi. furt gloſſ. & Bart. in l. ſi ſic. ff. de verb. obligat. Bald. in lege fin. C. de actio. empti. D. meus conſi. 281. viſo puncto, ante num. 3. verſicul. ad maiorem. Et ſubtiliter ponderauit Pet. de Anchar. conſil. 26. in quæſtione ſupradicta, ad fin. obligationem defuncti, & hæredis eandem eſſe numero, quem ſequitur D. meus Phil. Dec. conſil. 547. viſo puncto, ante num. 4. & alij ibi relati per Tiberium filium in ſua Apoſtil. ad dictum con. Ancha. 26. in verſic. ad eadem numero, pro quibus, & alijs pluribus huc ſpectantibus videantur Ludo Roma. conſil. 18. viſa facti, num. 4. vbi quòd hæredes tenentur conuentionem per patrem initam ratam habere, vbi Horat. filius meus in ſua Apoſtil in verſi. habere, alios idem tenentes refert, Alex. conſil. 18. attentis, numero 15. & ſeq. & ibi in Apoſtil. in ver hæres, & in verſicul. hæredis. lib. 5. And. Tiraq. de ut. retra. §. 1. glo. 9. num. 48. & §. 2. gl. 2. nu. 4. & ante, & poſt ti. 1. & in gl. 6 §. 1. titu. 2. num. 1. cum pluribus ſequent. Contra uerò videmus facultatem iurandi in litem non tranſire contra hæredes doloſi. l. penult. & vlti. C. de in lit. iuran. Bart. in l. in actionibus, col. vlt. & ibi Saly. Roma. & Alex. ff. eod. Et de ijs, & alijs ſimilibus tractat Tiraq. vbi ſup. de ut. retra §. 2. gl. 2. nu 3. cũ pluribus ſeq. tit. 1. & D. meus in l. Edita, nu. 50. & ſeq. vbi quęrit an hęres libellũ a defuncto porrectũ declarare poſſit. C. de eden. & Sarnen. in 14. q. Reg. de Trien. ante numerum x. Et quòd poteſtas declarandi nõ trãſeat ad hęredẽ uoluerũt Bar. i l. inter ſtipulantẽ. §. 1. n. 3. et Alex. nu. 8. ff. de verb. obl. & D. meus in al le. l. hæredem, nu 8. ff. de reg. iur.*



d ¶In ſucceſſorem prælatum tranſmitti.] *Vide Dyn. in regula ratum, nu. 26. verſ. Item quæri poteſt an ſucceſſor prælati. Bar. in l. bonorum, num. 5. ff. rem rat. habe. & Caſſa. Dec. 4. incip. mentalis reſeruatio, col. 4. cir. medium, ſub titu. de Reſeruatio.*

## ALLEGATIO CXIIII.

IN dei nomine amen. Factum ſuper quo, iſta allegatio non fuit completa quia inutilis, ideo ſequitur allegatio cxv.

### SVMMARIVM.

1 *Excommunicatio lata contra impuberem propter contumaciam an valeat.*

2 *Citatio & peremptorium contra pupillum indefenſum ipſo iure ſunt nulla.*

3 *Aetas an excuſet à ſententia excommunicationis.*

4 *Excommunicatio à delegato ſine monitione an teneat.*

5 *Pœnæ debent commenſurari delicto.*

## ALLEGATIO CXV.

QVidam expoſuit [a] ſummo pontifici ꝙ quidam clericus de facto, & per potentiam ſuorũ occupabat beneficium ad ſe ſpectans, & impediebat quominus poſſet ipſius beneficij poſſeſſionẽ apprehendere corporalem. Tacuit autem ꝙ dictus clericus erat impubes, & citra ętatẽ. x. annorũ, & obtinuit per ipſum ſummum pontificem committi cuidam Cardinali ꝙ præciperet dicto clerico ſub pœna cenſuræ, & priuationis ſuorum beneficiorum, & inhabilitationis ad futura beneficia, ꝙ dictum beneficium vacuum, & expeditum dimitteret prædicto exponenti, & de dicta dimiſſione eidem exponenti fidem faceret. Quòdq; idẽ Cardinalis prætextu dictæ cõmiſſionis mãdauit dicto clerico ſub pęna prædicta quòd prædictum beneficium vt præfertur dimitteret infra certum terminum, & fidem faceret idem exponenti de dimiſſione prędicta, & ꝙ ſi idẽ clericus aliquod ius prætenderet in ipſo beneficio, perſonaliter compareret
1 oſtenſurus, & ꝓbaturus de iure ſuo. † In termino non comparuit dictus clericus, quare idẽ Cardinalis propter eius cõtumaciã declarauit eum incidiſſe in dictas pęnas. Quæritur nunquid dictus proceſſus, & ſententiæ declaratiuę tenuerint? Et dicitur ꝙ non, Primo quia idem exponens iudicem circumuenit, tacendo dictũ citatũ fore impuberem, & pupillũ, contra quẽ taliter non proceſſiſſet,
2 & ea quæ fiũt per obreptionẽ nõ tenẽt. † Itẽ quia citatio, & peremptoriũ contra pupillũ indefenſum ſunt nulla ipſo iure, de re iudi. l. contra pupillum. ff. talis enim clericus non hẽbat poteſtatẽ agendi, vel defendendi, vt in c. ſi annum, de iud. c. 2. eo. tit. lib. 6. & ſi fuiſſet expreſſum in citatione ꝙ eſſet pupillus, cõtinuiſſet errorẽ expreſſum, & iudex ignorauit, & nõ geſſit in animo excõicandi eum, vel dictas alias pœnas infligendi, vt no. in ſimili de teſt. peruenit. imò ẽt nõ tenuiſſent dictę ſententię, & cẽſurę latę à dicto domino Cardinali delegato contra mentẽ delegãtis, per ea quæ ſcribit Io. And. poſt Hoſt. de præbend c. ſi. Non enim geſſit in mente ſummus pontifex ꝙ contra pupillũ indefenſum procederet ad pœnas tam graues. nec prodeſt
b ſi dicatur ſaltem ex cõtumacia [b] potuit ex-
3 cõicari, † quia & pueri delinquere poſſunt, & ætas non excuſat à ſentẽtia excõicationis, iuxta no. in c. j. de ſenten. excom. & in c. j. de delic. puer. quia vbi nulla petitio ibi nulla mora. ipſe enim nõ potuit cõmittere cõtumaciã in eo ꝙ ad ſe nõ ſpectabat, quia nec agere, nec defendere poterat, & cũ ibi nõ pona-
c tur eum fuiſſe doli capacẽ [c] expeditũ eſt ꝙ nõ tenuit ſñia excõicationis: vt ſcribit Spe. infra de cõtuma. §. nũc dicamus verſi. fi. imò vt pręſumatur dolus, nõ ſufficit ꝙ quis ſit adultus, niſi fuerit diſcretus, & ita dño cõiunctim requirit tex. in c. cũ illorũ, de ſent. excõ. circa fi. & de hoc ibi plenè per gl. Sed ſi fuiſſet doli capax ſecũdum quoſdã ligaſſet ſententia excõ. nõ puto hoc verũ ex quo fuit ſẽtentia lata a delegato contra mentẽ delegã-
d tis, [d] ex quo citatio nõ tenuit, & fuit nulla ut
4 ſupra probatũ eſt: † quia ſententia delega-

ti ſine citatione non teneret. Id autem quòd
dicitur impuberes doli capaces ligari ſen-
tentia canonis, intelligitur quando ipſo fa-
cto delinquunt furtum: adulterium, menda-
cia cõmittendo, & ſimilia, vt in d.c.j.de de-
lic.puero.ſed quando citantur ad iudicium,
ad quod de iure citari non poſſunt, nec ipſi
tenentur ſatisfacere, non ligantur: & quod
dicitur de doli capace intelligatur ſecundũ
l.impunitas.C. de pœnis, videlicet ꝙ tunc
ętas non prętat impunitatẽ criminis, ſi mo-
do in ætate quis ſit in qua crimẽ quod atten-
ditur cadere poteſt, & dicit ibi glo.ꝙ tunc
eſt quando ſunt proximi pubertati. Et iſte
clericus erat in octauo, vel nono anno ſuæ
ætatis, ergo non pubertati proximus, & hoc
idem videtur dicere gl.j.q.1.§.recte. Sed li-
cet impubes poſſet eſſe doli capax vt intelli-
gat malum eſſe, & peccatum furari, bla-
ſphemare, & deierare, clericum percutere,
& huiuſmodi, tamen iſte poſſet non intelli-
gere cum verbis iuris formatis, & cum cita-
tione perempt. & cũ alijs clauſulis, & quod
teneatur coram delegato comparere &c. q̃
ſpectant ad ordinẽ iudiciarium, iſtud enim
crimen non cadit in ætatis tutela, & ob hoc
prohibiti ſunt à iure agere, uel defendere &
datur forma à iure vt in dicta decre. ſi an-
num, Ne prodeſt ſi dicatur debuit tutorem
petere, quia & hoc ipſum non intelligit, nec
cogitur à iure petere, ſed iudex ad inſtantiã
partis debuit dare, vel citare cognatos, vel
agnatos, & ipſum pupillum ad petendum,
vel ad recipiendum tutorem non ad cau-
e ſam [e] principalem; vt placet Ioan. And. in
Spe de.i.decre.§. reſtat.verſ. quid ſi non re-
periatur. poſt Iac. de Are. qui hæc no.in l.j.
C. qui pe.tut. & ibi refert Cyn. quæ omnia
facta non fuerunt, & ideo nulla. Præterea
prædictis etiam ceſſantibus ſi dicatur cleri-
cus non tenebat dictam præbendam, non
commiſit aliquam contumaciam, non fuit
contumax in non comparendo, quia ad hoc
non arctabatur niſi inquantum ius præten-
deret in dicto beneficio. Item non fuit con-
tumax in non dimittendo quia quod non te-
nebat, dimittere non poterat. Item non fuit
contumax in non faciendo fidem de dimiſ-
ſione, quia fides non poterat fieri de eo. Ad
hoc ergo vt prædictæ pœnæ potuerint im-
poni debuit conſtare de fundamento, vide-
licet de occupatione, de qua nulla fides fa-
cta fuit, non etiam fuit intentio Papę quod
dictæ pœnæ imponerentur dicto clerico nõ
ſolum propter contumaciam non faciendi
fidem de dimiſſione, ſed propter occupa-
tionem a qua non deſiſteret ad mandatum
auditoris, vnde ſi nunquam tenuit, prædi-
ctæ pœnę ceſſant, vel ſi tenuit dimiſit, licet
5 fidem non fecerit, non habent locum, † pœ-
næ enim debent commenſurari delicto. de
accuſatio.delicti. alıàs delicta.de re iudica.
cum te. vnde Hieronym.contra pelagium
leuia leuibus, & grauia grauibus compa-
rantur; nec ferula pro gladio dignum eſt,
& contra Suſannam grandi plaga, alta, &
prolixa opus eſt medicina.

## Addit. Quint. Mandoſij.

a ¶ Quidam expoſuit.] *Hanc Lapi al-
le.citare voluerunt Card. in c. ſacro, col.
7.verſ.quæritur cum dictus clericus. de
ſen.excom. & Philip. Franc.in cap. ſi
annum.§. ſi verò, poſt numerum 2. de
indi.libro ſexto. vbi cum hoc conclu-
dunt.*

b ¶ Ex contumacia.] *An pupillus ex
contumacia puniri poſſit, tractat aliqua-
liter Bal. in uſi. feu. de mili. vaſal. qui
contu.eſt col. fi. vbi etiam Matthę de
Affli.ad Lap.hic ſe remittit.*

c ¶ Doli capacem.] *Vide Hoſtien in
ſum de confeſ.§.2. in uer. maior.25. &
plenius, & magis diſtinctè Abb.in c.
ex parte.eo.tit.nu.6. & ſeq & ibi Apo-
ſtil.in uer.non ualet ad Lap.hic ſe remit-
tit Apoſt. ad Gemi. in c.ut animarum,
num. 16. in uer.in utroque. de conſtitut.
lib.6.*

d ¶ Contra mentem delegantis.]
*Ad ca.cum dilecta. de reſcr.c.cum in il-
lis. ubi Arch.in prin. notat quòd pro-
ceſſus delegati contra intentionem dele-
gantis nullus eſt. de præben.lib.6.Idem
quod Lap. hic conſulerunt Ioan. de Li-
gua.Gaſp. de Cald. Lau.de Pinu & alij
prout per Cardi. in cap.fin. colum.3. in
12.q. ipſe tamen aliter ſentire videtur,
prout colligitur ex ijs quæ ſubijcit, verſ.
dic uerius quòd imò tenet.de præb. Et
cum Cardi.reſidet ibi, & ſic contra opi.
Lapi hic, & aliorum Abb. poſt num.5.
uerſ.licet.ut refert hic D.meus.*

e ¶ Non ad cauſam.] *Vide Dec. Af-
flic.Neapo.162. fuit in concilio, & quæ
plenè ſcripſi in glo. facul.iuxta Aedi-
tio.Beneuẽtan.in 4.com.in ver.ad legiti-
mè comparendum, & in gloſſis ſequen.
Vltra ibi citatos vide etiam D. Seba.
Vant. digniſſimum Antiſtitem in tra-
cta.Nullita.tit de Nulli. ſenten.ex deſe.
inhabi. ſeu mand.comp.num.144. & tit.
qui mo. ſenten. nulli, & pare.nu.16.qui
vtrobique Lap.hic citare voluit.*



*SVMMARIVM.*

1 *Tenens duo beneficia incompatibilia an
ſit puniendus.*

2 *Curam habens animarum non poteſt ſi
mile beneficium habere.*

3 *Curata beneficia duo non poßunt ab eo-
dem retineri, quia in ijs requiritur reſi
dentia corporalis: & vnum corpus
pluribus locis continue, & perſonali-
ter reſidere non poteſt.*

4 *Paternitas filiatio: caput & membrum
correlatiua ſunt, nec vnum poteſt eſ-
ſe aliud.*

5 *Rector eccleſiæ an poſſit habere capellam
ędificatam in corpore eccleſiæ.*

## ALLEGATIO CXVI.

a PHilippus [a] in ſuo teſtamento
iuſſit per eius fideicommiſſa-
rios conſtrui quandam capel-
lam in quadam parochiali
eccleſia, & mandauit per di-
ctos commiſſarios eligi vnum presbyte-
rum, qui debeat officiare ad dictam capel-
lam. Item reliquit dicto presbytero qui reſi
deret in dicta eccleſia, vel officiaret, certa
bona, quo teſtatore obeunte prædicti fidei-
commiſſarij fecerunt conſtruere dictam ca-
pellam in dicta eccleſia: poſtea elegerunt
ad dictam capellam in dicta eccleſia ut of-
ficiaret in illa quendam presbyterum, ſcili-
cet rectorem dictæ eccleſiæ parochialis, in
qua erat dicta capella, qui acceptauit, & in-
ſtitutus fuit per plebanum dicti loci, ad
quem de conſuetudine ſpectabat, & pluri-
bus annis dictam capellam ſimul cum di-
cta parochiali eccleſia poſſedit, & retinu-
it, & retinet, quibus ſic ſe habentibus ordi-
narius per inquiſitionem ex officio proce-
dit aduerſus dictum presbyterum, pro eo
quia vt dictus ordinarius aſſeruit, dictam
capellam cum dictis parochialibus eccleſi-
is de facto, & ſine canonico titulo poſſedit,
& fructus percepit, & occupauit, & quòd
de iure utranque retinere non poteſt. Quæ-
ritur vtrum ille presbyter veniat puniendus
aliquo non probato, & videtur primo quòd
ſic, nam ex prædictis apparet quòd minus
canonicè dictam capellam retinuit cum di-
ctis parochialibus eccleſijs, quia erant be-
neficia incompatibilia, ea ratione quia pa-
rochialis requirit perſonalem, & continuam
reſidentiam.de præben. extirpandæ, &c. li-
2 cet canon.eo.titu.lib.6.† & quia curam ha-
bet animarum, aliud ſimile habere non po-
teſt, de præben.de multa, & in extraua. Ioã.
22.execrabilis.§. qui verò. Sed prædicta ca-
b pella licet non ſit propriè curata: [b] quia ani
marum curam propriè non habet, eſt in
hoc ſimilis curatæ, quia perſonalem reſi-
dentiam requirit. ad hoc enim conſtrui man
dauit ipſam teſtator, & presbyterum eligi,
vt in illa officiaret pro anima ſua, & ad hoc
reliquit dotes, vt presbyter exinde poſſet
viuere, & ſic voluit vt ſingulis dieb⁹ ſic face
ret: hæc autem ſine perſonali, & continua
reſidentia fieri non poſſet. Si igitur reſiden-
tiam perſonalem, & continuam requirit: pa-
tet quòd eſt incompatibilis cum beneficio
curato quod actu perſonalem reſidentiam
3 requirit, † & iſta videtur eſſe ratio quare
duo beneficia curata retineri non poſſunt,
quia vtrunque perſonalem reſidentiam re-
quirit, quod per vnum hominem fieri non
poteſt: quia vnicum corpus pluribus locis
continuè, & perſonaliter reſidere non po-
teſt, & iſta ratione motus poſt Innoc.in cap.
clericos, de cleri.non reſiden. videtur hoc
idem dicere expreſſius poſt eum dominus
meus Ioan. Calde.in eod cap.clericos. Siue

Dd 4 re-

requiratur reſidentia de iure communi, puta quia curata, ſiue non curata. Si ſtatuto con ſuetudine, vel inſtitutione facta in ipſius or- e dinatione, propter idemptitatem rationis, ſcilicet incompatibilitatem, vt in cle. gratia de reſcrip. ſecundum ipſum dominum meū Ioan. Cald. & hoc procedit quantum ad vtranque eccleſiam parochialem, cum quibus dictus presbyter dictam capellam retinuit. Sed quantum ad primam parochialem eccleſiam; prædicta eccleſia in qua dicta capella erat conſtructa, & cum qua prior retinuit dictam capellam, videtur etiam alia ratione hęc canonicè fieri non potuiſſe: nam in eccleſia in qua quis eſt rector principalis, non poteſt eſſe rector, & canonicus, vel aliud inferius beneficium retinere: quia rector, ſiue prælatus principalis dicitur caput, & canonici, & alij inferiores clerici dicuntur filij, & membra; de ijs quæ ſi. a ma. par. cap. nouit. & ca. quanto quia ergo pater non eſt filius, & caput non eſt mēbrum: iſta enim ſunt correlatiua, quorum ea eſt natura vt vnum non ſit reliquum, & hoc placuit domino meo Ioan. Cal. in ca. poſtulaſti. de con ceſ. prębend. in 4. q. vbi hoc plenè tractat; ad prædicta facit decreta. prima. de conceſ. præbendæ. lib. 6. melius decre. uti. de præbend. Si igitur non potuit de iure retinere, canonicum non habuit titulum; & ſic de facto retinuit & occupauit dictam capellam & eius fructus, & furtum commiſit quodammodo, vel rapinam. extra de elec. dudum, & ſic merito curia epiſcopalis inquirit, & punire poteſt hos, & alios exceſſus, de offi. ordi. ca. 1. In contrarium arguitur. Et primo videtur ꝙ dictus presbyter dictam capellam canonicè tenuerit cum dictis parochialibus eccleſijs & earum qualibet, nam illud conſtat verum eſſe aliquem poſſe de iure retinere plura beneficia. i. ſimplicia, vel vnum curatum cum vno ſimplici ſine aliqua diſpenſatione. arg. eorum quę not. glo. 1. cap. gratioſæ, de c reſcrip. lib. 6. ſed ita eſt in caſu noſtro quia dictus presbyter retinuit vnum curatum beneficium uidelicet eccleſiam parochialem, & vnum ſimplex, & non curatum, videlicet dictam capellam, igitur de iure retinuit; ꝙ dicta capella non ſit curata patet in themad te, quia nec presbyterum d nec parochiam nec iuriſdictionem, vel poteſtatem ligandi, vel ſoluendi præſumitur habere. extra de elect. dudum, nec etiam requirit continuam reſidentiā, vel perſonalem de iuris conſuetudine, vel ſtatuto, vel modo e appoſito in fundatione, vt patet ꝑ verba teſtamēti ſupra in themate relicta, & ſic effugitur opi. Inno. & domini mei Ioan. Cald. quam ſupra retuli. Et tamen ſi requireret perſonalem reſidentiam ſecundū opi. Innoc. & domini mei Io. Cald. vacaſſet parochialis eccleſia, & nō dicta capella quā ſecūdo loco habuit, quia habens vnum beneficiū curatum recipiens vnū ſimile, vacat primum ipſo iure, & non ſecūdum, de præben. ca. de multa. nec etiā capellam vacare diceres per extrauan. Ioā. 22. execrabilis. §. qui vero. quia parochialem eccleſiam infra menſem de iure, & de facto non dimiſit in manibus ordinarij. Sed certè prędicta opi. Inno. & Ioan. Cald. non videtur vera, etiam vt prædixi ſi dicta capella perſonalem reſidentiam exigeret, quia pœna decre. de multa. & c. execrabilis, ſpecialiter in certo caſu eſt ſtatuta, ſcilicet in tenentem duo curata. in alijs ergo incompatibilibus remaneant iura antiqua, quæ dabant optionem, de præb. referente. & cap. prętere. Pro hac ratione facit. ff. ſoluto matrimo nio. l. ſi vero negotium. §. de viro. de elect. ſtatutum, lib. 6. hoc etiam placet Ioan. And. in Spec. de clericis non reſi. §. primo man- f det f vbi arguendo pro, & contra dicit hoc quod proximè dixi verius, & quicquid Inno. not. in d. cap. tuę. g de clericis non reſi. g tamen idem Innoc. not. contrarium in ca. ſi. de clericis non reſi. dicens quòd eo caſu neh ceſſaria eſt motio, h & hominis priuatio. Intellige igitur ſecundum Ioan. And. gloſſ. Innoc. de curatis dignitatibus, & perſonatibus in quibus eſt ſpeciale, de pręb. capitul. de multa.

Stabitur igitur iuri antiquo per quod dabatur optio. de pręben. ad hoc, & cap. prætera. & dicto cap. relatum. Non obſtat ſecundum eum illa clauſula alioquin &c. quę ſolum habet vim admonitionis excommunicationis, ſimile de pręben. non poteſt. libr. ſexto in commento cum ſua remiſſ. & licet prędicta ſic examinauerim, tamen non faciunt ad caſum noſtrum, quia ut prędixi dicta capella non requirit perſonalem, & continuam reſidentiam, de iure, conſuetudine, uel ſtatuto, vel modo in fundatione appoſito, vt patet in verbis teſtamenti



i menti contra relationem, i nec forſan dicat aliquis ſatis requirit perſonalem reſidentiam, ex quo ad hoc ędificata fuit vt ibi diuinū officium pro aīa teſtatoris celebretur, quod niſi per presbyterum reſidentem fieri non poteſt, nā hoc idem eſſet in qualibet eccleſia non curata, quæ ad aliū finem non cōſtruitur niſi vt illic diuina officia celebrētur, hęc tñ iura tali caſu non arctant rectorē talis eccleſię ad reſidentiam cōtinuam, vel ad ſacerdotium. Sufficit. n. ꝙ in tali eccleſia dik uina officia per alium k idoneum celebrari faciat, ut no. ēt ipſe Io. Cal. de præb. c. ſuper inordinata. Eodem modo, & pari ratione dicendum eſt de dicta capella, videlicet ſufficere ſi per alium deſeruiri faciat, & miſſam celebrari. Nec obſtat huic concluſioni, ꝙ dicta capella ſimul cum dicta parochiali eccleſia in qua ſita erat retineri non potuerit per rōnes ſuperius aſſignatas, quia illę rationes ēt ſi verę eſſent procedunt in prelatura principali & canonicatu, ſed nō eſt tanta cōuenientia inter prælaturā, ſeu rectorem prin l cipalem, & capellam l eiuſdem eccleſię: quā ta eſt inter ipſam prelaturam, ſeu prælatum, & capitulum: nam paternitas, & filiatio, & caput, & membrum correlatiua ſunt, & procedunt inter prelatos, & canonicos, vt ſupra dictum eſt: ſed non inter prælatū, ut rectorē, & capellanum: nam capellanus non eſt de collegio, nec pars corporis, ſed pars de per ſe, habens certum miniſterium ad miſſas celebrandas, ſicut ſi eſſet extra ipſam eccleſiā, & in alia eccleſia. Et eadē ratio ne aliud eſt in duab. canonijs eiuſdē eccleſiæ, quā in canonicatu, & capella. nā in duabus canonijs eſt patēs ratio; quia tollitur ſuffragium eccleſiæ: quia vbi duo canonici ibi duo conſilia, & duo ſuffragia, ſi duo reducantur ad vnum diminuuntur conſilia, q̃a vnius hominis vnicum eſt os, & vnica vox, & vnicū conſiliū, ſecundum not. in c. cū olim. de re iudi. in gl. 1. ſuper ea in nouella quæ ceſſant in canonicatu, & capella, quæ ut præfertur vocem in capitulo non habet, & non eſt pars collegij. Nec obſt. ſi dicatur dū deſeruit capellę ſubtrahit ſuffragium curato; tñ hoc non obſtante dicimus, ꝙ poteſt cum curato ſimplex licitè retineri, ratio eſt, quia in ſimplici pōt per alium deſeruire, & idem in dicta capella, vt ſupra probatū eſt, imò ēt in tali capella multo melius poſſet ſine præiudicio eccleſiæ in qua ſita eſt deſeruire, quam ſi eſſet apud aliā eccleſiā, ut de ſe patet: nā dictę capellę deſeruit ex diſpoſitione teſtōris, ſi vnica miſſa celebretur ibidem in die. Sed conſtat, qđ canonicus in eadē eccleſia ſummo mane poſſet dicere ibi miſſam, & ſtatim eſſe in choro ad officia diuina celebranda poſt modum cum alijs. Item principalis prælatus eccleſię poſſet etiam ſummo mane talem miſſam dicere in tali capella, & poſtea ad chorū ſe conuertere, & alia oportuna tractare. Et ſi dicas nō poſſe miſſam celebrari pro eccleſia principali quia duas miſſas &c. Reſpondeo, quod ēt in curata non arctatur ad miſſam ꝑſonaliter, ſufficit, ꝙ per alium faciat dici, hæc autē facultas non eſſet in beneficio, vel capella, quæ eſſet in capella alia remota a principali eccleſia. † Et ꝙ in eadem eccleſia q̃s poſm ſit eſſe duplex. ſ. ꝑlatus, & canonicus m placet Io. And. in decre. cum in eccleſia. de præbend. lib. 6. & dicit nil releuare id, quod ibi dicit Archid. quod pōt habere vocē, ut canonicus, ſed non eſſe canonicus. Sed quicquid ſit de prælatura, & canonicatu, & duabus ca n nonijs, tñ de prælatura, & capella, n uel de canonicatu, & capella, maximè in capella vbi non requirit perſonalem, & continuam reſidentiam, non vr̄ dubitandum, ꝙ illa ſimul, ſicut vnum curatum, & aliud ſimplex detineri poſſunt. Sed ſi non faciunt in altero eorum congrue deſeruiri, Epiſcopus prouidebit per priuationem alterius, vel per fructuum ſubtractionem, ſeu dabitur optio ipſi clerico, ut alterum, quod maluerit accipiat, altero dimiſſo, ut in c. referēte præalle.

### Addit. Quin. Mandoſij.

a ¶ Philippus. ] *Vide conſi. Oldra. 165. thema cuidam clerico. Supra Alleg. 36. vtrum abſque, & Pariſ. conſi. 50. D. Iacobus, nu. 16. uſque ad 21. qui Lap. hic, & alios refert. vol. 4.*

b ¶ Propriè curata. ] *Ex ijs verbis ampliatur regula illa de qua ſupra, ꝙ duo beneficia incōpatibilia ſimul retinere non poſſit, ut procedat nō ſolū in beneficijs, ſeu eccleſiis maiorib⁹, et dignitatib. ſed et in curatis, et alijs beneficijs reſidētiā requirentib. ꝑut ꝑ Fed. de Sen. con. 120. et 135. & noniſ.*

& nouiſſimè per Pet. Duenna Hiſpanũ Regu. 71. incipien. beneficia plura quis non poteſt habere. Tomo. 1. vbi in 4. Amplia. ad hęc citat, & ſequitur Lap. hic. Vide etiam quæ ſubdit in 5. & alijs Amplia. ac in ſubſequen. limitationibus, quæ huic noſtrę Alle. inſerunt.

c ¶ Lib. 6.] Et c. dudum 2. de electio. vbi glo. magna in ver. intitulatam. & ibidem Abba. nu. 34. aſſerit conſuetudinẽ totius orbis habendi plura beneficia ſimplicia. cle. gratiæ, a contrario ſenſu, & ibi glo. in ver. de iure, & in ver. non poſſeſ. de reſcr. Gemini. in c. 1. num. 13. vbi etiam Apoſtil. ad Lap. hic ſe remittit. de cõſue. li. 6.

d ¶ Nec presbyterum.] Vide infra Alleg. proxima, nu. 2. ver. quod autem.

e ¶ Vel modo.] Aliàs vel forma appoſita in conditione & ita legendum eſſe colligitur infra poſt ver. non ob. ſecundum, ibi, De iure, vel conſuetudine & c. Lapus oſtendere vult beneficiũ huiuſmodi perſonalem reſidentiam non requirere, nec cum altero incompatibile eſſe, quod clare demonſtrat arguendo a ſufficienti partium enumeratione. ad l. ex maleficijs. §. hæres. ff. de actio. & oblig. l. ſi dotem, in fi. C. de fal. cau. adie. Vt beneficium perſonalem reſidentiam requirat, ſeu cum altero incompatibile ſit accidit, vel quia ſit parochialis, vel parochialis, ſeu curati beneficij ſigna, vel requiſita habeat, prout infra Alle. proxima, nume. 2. verſicu. quod autem dicta. Et quæ ſint ſigna parochialis vide per Sarnẽ. qui alios refert in xi. quæſt. Reg. de Idioma. num. 8. uel id procedit, quia ita ſit iure cautum, vel conſuetudo id introduxerit, ſeu ſtatutũ id effecerit, vel contingit ex ordine, vel modo dato in fundatione, hic nullum præmiſſorum concurrit, ergo nec eſt incompatibile, nec perſonalem reſidentiam requirit. Et de beneficijs non curatis reſidentiam requirentibus ex ſtatuto, priuilegio, vel conſuetudine loquuntur Inno. in c. fin. in prin. & Abb. nu. 3. de cleri. non reſi. & Rot. Faſto. dub. vlti. vacante quadam. volu. 2. circa medium. verſic. item quia, vbi æquiparat beneficium reſidentiam requirens curato. An autem æquiparatio hæc indiſtinctè procedat tracto in 12. quæſt. 1. Reg. Cancel. iuxta 2. Aeditio. nu. 5. & ſeq. De modo verò dato, ſeu onere impoſito in inſtitutione, & quòd dari potuerit, & ſeruari debeat habemus tex. in c. ſignificatum. de præben. & in c. cum dilectus, vbi etiam glo. & Docto. de conſue.

f ¶ §. 1. Mandet.] Dictu. §. vni. ver. ſed contrarium videtur verius. Et ante ipſum Io. And. idem voluit Oldra. conſil. 165. thema cuidam. ver. Sed contrarium videtur verius, quod con. citare voluit Abba. in cap. fi. de cleri. non reſiden. poſt numerum 5.

g ¶ In dicto. c. tuę.] Legerẽ in d. c. tuæ, de cleri. non reſi. tamen idem Innoc. not. contrarium in c. fi. in prin. eo. dicens. &c. Pro quibus vide pulchrum con. Gaſpa. Calde. poſitũ inter con. Petr. de Ancha. quod eſt xvij. incipiens. ſuper primo dubio. Et cum Inno. in d. cap. fin. & Oldra. præalleg. conſil. 165. licet illud ſub alio numero referat: concludit Petr. de Anch. in c. de multa, poſt num. 10. verſi. Iura ergo antiqua. de præben.

h ¶ Motio.] Lego neceſſaria eſt mentio. Iuxta verba Inno. in Alle. c. fi. in prin. de cleri. non reſi. & Ioan. And. in Addi. ad Spec. §. vni. verſ. ſed contrarium videtur. eo. titu. de quo per Ancha. in dicto c. de multa, poſt num. 10.

i ¶ ¶ Contra relationem.] Legerem vt patet ex verbis teſtamenti ſupra relatis. Idem etiam quod hic præmiſit ſupra col. 3. ver. Nec etiam requirit continuam reſidentiam. Et circa illationem, ſeu obiectionem, quam quis facere poſſet, beneficia ſunt ædificata, vt ibi diuina officia, & c. vide infra alle. proxima, poſt nu. 2. ver. Nec ob. prædictis, ſi dicatur, & ui de



de in ſimi. con. Andr. Barba. 33. ſcripſit pſalmiſta, col. 3. verſi. Capio ſecundum, num. 24. cum pluribus ſeq. lib. 2. & pulchrè, et latè per Lamber. de iu. patro art. 27. & ſeq. ubi reaſſumit dicta per Barba. d. conſi. q. 7. par. 1. lib. 2.

k ¶ Per alium.] Idem cõcludit infra Alleg. proxima, ante numerum 3. verſicu. ſufficit enim quòd in tali eccleſia & cætera. Plura ſimilia, quæ per alium exerceri, ſeu fieri poſſunt cumulaui in 20. q. 16. Regu. Cancel. nu. 3. iuxta 2. impreſſio.

l ¶ Et capellam.] Rector, & capellanus, quòd quis poſſit eſſe in eadem eccleſia voluerunt etiam referentes, & ſequentes Lap. hic Nico. Mil. in reper. in verſic. beneficia plura, vel prębendas in fin. & Rebuff. in Praxi de non promo. infra annum, num. 76.

m ¶ Prælatus, & canonicus.] Vide quæ ſcripſi ſuper ſigna. de diſpenſa. in ver. canonicatus, & dignitas.

n ¶ Prælatura, & capella.] Idem dixit ſupra ante nume. 4. & ibi alios addo idem tenentes, in verſi. & capellam. Cum Lapo etiam concludunt Gemini. in Allega hic c. cum in eccleſia, num. 7. & Fran. ante num. 5. de pręben. lib. 6. Feli. in cap. ex parte 5. num. 3. de reſcri. & Rebuff. ſuper concor. rub. de Manda. Apoſto. in glo. in ver. ita tamen, ante fi. uerſi. Nota tamen quòd ſine diſpenſatione.

### SVMMARIVM.

1 Capitulum de multa. de præben. & extrauagans execrabilis an habeant locum in caſu quo quis retinet duo beneficia compatibilia.

2 Plura beneficia poſſe de iure communi ab eodem retineri dubium non eſt.

3 Pœna cap. de multa. de prębend. nõ habet locum niſi in retinente duo beneficia curata.

4 Diſpenſare poteſt epiſcopus in retentione diuerſorum beneficiorum: etiam contra omnem conſtitutionem.

### ALLEGATIO CXVII.

a FActum [a] ſuper quo conſilium poſtulatur tale eſſe videtur. Quidam clericus habens collegiatam, & curatam plebem in diœceſi vulteranen. de licẽtia, & cum diſpenſatione ordinarij aſſecutus eſt quoddam altare in Eccleſia vulterana, quod fuit conſtructum iuſſu cuiuſdã laici teſtatoris, vt ibidem pro anima ſua ſingulis dieb. miſſa celebraretur. Quæritur nunquid idem clericus dicta duo beneficia de iure, & ſiue de conſtitutione ſynodali domini Epiſcopi vulterani poſſit licitè retinere? Et vt veritas clarius eluceſcat ponitur pœna dictarum duarum conſtitutionum, prima videlicet ad hoc. Secunda vero ambitioſa &c. arguitur ad vtranque partem, & videtur primo, quod non poſſit ipſa duo beneficia licitè retinere idem clericus: nec de iure cõmuni, oſtenditur, duo beneficia incompatibilia ab eodem teneri non poſſunt, de præbendi. de multa. & extrauag. domini Ioan. xxij. execrabilis. §. qui vero, ſed prædicta duo beneficia ſunt incompatibilia, ergo a præfato clerico detineri non poſſunt: minor probatur, nam dicta plebs, quę curata, & collegiata proponitur requirit continuam, & perſonalem reſidentiam, de præben. extirpandę, & cap. licet canon eodem titulo lib. 6. Et quia curam habet animarum aliud ſimile habere non poteſt: vt in præalleg. iuribus de multa. & ca. execrabilis. §. qui vero. Et prædicta capella licet non ſit propriè curata, quia animarum cura ſibi non imminet tamen eſt, in hoc ſimilis curatæ, quia continuam, & perſonalem reſidentiam requirit, & iſta eſt cauſa incompatibilitatis in duobus curatis vide licet duplex reſidentia: quæ per vnum corpus ſimul, & ſemel, ſeu cõtinuè fieri nequit, & vbi eſt eadem ratio, idem ius eſſe debet. de reſcrip. inter cęteras, ad hoc enim altare conſtrui mandauit: vt ibidem certus presbyter eligeretur: & miſſam ſingulis diebus pro anima eius celebraret: hoc enim ſine perſonali reſidentia fieri nequit: ergo dictam curatam plebem, cum dicto altari, quod perſonalem reſidentiam requirit retinere non poteſt

teſt dictus clericus, & iſta ratione motus
Inno. in c.fi. de clericis non reſi. & c. ex tuæ.
eod. tit. videtur hoc dicere, & expreſſius poſt
eũ dominus meus Io. Cal. in c. clericos, eod.
tit. ſiue requirat reſidentiam de iure commu
ni, puta quia curata, ſiue non curata: ſi ſtatu-
to conſuetudine, ſiue inſtitutione, vel ordina
tione propter idemptitatem rationis ſunt in
compatibilia: ut in cle. de reſcriptis gratię,
ſecundum ipſum dominum meum Io. Cald.
& ſic voluerunt dicere, ꝙ decr. de multa lo-
cum habeat in huiuſmodi beneficijs, ita ꝙ
per receptionem alterius vacet primum cu-
ratum quod habebat, & hoc de iure commu
ni, ſed nec etiam ſecundum dictas conſtitu-
tiones vr̃ poſſe dictus clericus dicta duo be-
neficia retinere, nam prima cõſtitutio requi-
rit reſidentiam perſonalem in quolibet be-
neficio, & ſic per conſequens prohibet habe
re plura, cum in pluribus perſonalem, & cõ-
tinuam reſidentiam habere non poſſet: vt ſu
pra dictum eſt, alias conſtitutio eſſet impoſ-
ſibilis contra textum. canonis. 4. diſt. erit au-
tem lex, ſecunda conſtitutio omnino prohi-
bet pluralitatem beneficiorum, ergo prædi-
ctus clericus habens dictam plebem prohi-
beatur habere dictum altare, & quia rece-
pto eo videtur primum vacare ipſo facto,
ſecundum formam dictę conſtitutionis: ut
ex ipſis tenoribus apparet. de priuileg. por-
ro. Ad partem alteram arguitur & videtur,
quòd dictum altare cum dicta plebe poſſit
per dictum clericum licitè retineri tam de
iure communi, quam ſecundum dictas con-
2 ſtitutiones. † Et primo de iure cũmuni oſten
ditur, nam verum eſt aliquem poſſe de iure
communi tenere plura beneficia ſimplicia,
ut vnum curatum cum vno ſimplici ſine ali-
qua diſpoſitione, argu. eorum quæ not. glo.
b ord. in c. gratiæ, de reſcrip. lib. 6. [b] Sed ita eſt
in propoſito. ergo. Quod autem dicta capel-
la non ſit curata patet ex themate: quia nec
popolum, nec parochiam, nec iuriſdictionẽ,
vel poteſtatem ligandi, uel ſoluendi præſu-
c mitur habere, extra de elect. dudum, [c] nec
etiam requirit continuam, vel perſonalem
reſidentiam de iure, conſuetudine, vel ſtatu-
to, vel modò appoſito in fundatione, ut patet
per uerba pręmiſſis thematis, & ſic effugitur
opi. Inno. & domini mei Ioan. Cald. quam
ſupra retuli, & quòd non requirit continuã,
vel perſonalem dicta capella; quia de iure
hoc nòn eſt cautum in ſimplici beneficio ſta
tuto antecedenti, & conſuetudine, vel pacto
non pręſuppoſito. nec obſt. prædictis ſi dica
tur ſatis requirit perſonalem reſidentiam, &
continuam, ex quo ad hoc ædificata fuit ibi
vt ſingulis diebus miſſa pro anima teſtato-
ris diceretur per presbyterum ad hoc ele-
ctum, quod fieri nequit ſine perſonali, & con
tinua reſidentia presbyteri, nam hoc idem
eſſet in qualibet eccleſia non curata, quæ ad
alium finem non cõſtruitur, niſi ut in illa di-
uina officia celebrentur, & tamen ius in tali
caſu non arctat rectorem talis eccleſię ad re
d ſidentiam continuam, [d] uel ſacrificandum,
ſufficit enim quòd in tali eccleſia diuina of-
ficia per alium idoneum celebrari faciat, vt
no. ipſe dominus meus Ioan. Cald. de præb.
ſuper inordinata, pari ratione etiam in dicta
capella, videtur ſufficere ſi per alium deſer-
uiri faciat, & miſſam celebrari, imò etiam ſi
dicta capella requireret perſonalem reſiden
tiam ex ſtatuto, conſuetudine, uel pacto ap-
e poſito in fundatione, [e] quod negatur, tamen
ad huc nõ habet locum in ea decret. de mul-
f ta [f] quę pœnalis eſt, & non extenditur ad il-
los caſus etiam ſimiles, de pœni. diſt. 1. pœ-
3 na enim illa loquitur in duobus curatis. † Re
quiritur ergo duplex cura, ut ſit locus pœ-
nę, non ſufficit ergo una cura, & una reſidẽ
tia perſonalis. In alijs ergo incompatibili-
g bus [g] remanet iura antiqua, quæ dabãt optio
nem, de præb. referente. & c. præterea. Quic
quid dixerint pręfati Inno. & dominus meus
Ioan. Cald. in hoc, quod dixi pręedictam de-
cre. de multa locum non habere &c. placet
hodie Ioan. And. in Spec. de cle. nõ reſiden.
§. 1. in addi. vbi arguitur pro & contra, & di-
cit hoc verius, & quicquid Inno. no. in decr.
h tuæ. [h] de cle. non reſiden. dicens, quia eo ca-
ſu neceſſaria eſt monitio, & hominis priua-
tio. Intellige ergo ſecundum Inno. in 1. glo.
de beneficijs curatis, dignitatibus, & perſo-
natibus, in quibus, ideſt ſpeciale, de præben.
de multa. Stabitur igitur iuri antiquo per qđ
dabatur optio. de pręb. ad hoc, & c. præterea,
& hęc procedunt vbi dicta capella, ſiue al-
tare requirit perſonalem reſidentiam, & con
tinuam, ſed hic non requiritur, ut ſupra pro-
baui. multa ergo ſunt ſuperflua. Patet ergo
de iure cõmuni, quòd prædictus noſter cleri
cus poteſt dicta duo beneficia ſuperius in
themate præſuppoſita licite retinere. Item
quia



quia ſecundum dictas conſtitutiones poteſt
idem clericus ea beneficia licitè retinere,
quia in utraque dictarum conſtitutionũ ex-
i cipitur diſpenſatio Epiſcopi; [i] ubi ergo ad-
4 eſt † diſpẽſatio epiſcopi ceſſant dictę conſti
tutiones: ſed in caſu noſtro, ut in themate ſu
perius præſupponitur affuit diſpenſatio, er-
go cõſtitutiones pręedictæ ceſſant, & ꝙ plus
eſt in ipſa conſtitutione approbatur per eũ
diſpenſatio legitime ſi quis habeat aliquod
beneficium in diœceſi, quod requirat perſo
nalem reſidentiam, ut quaſi ab ipſa conſtitu
tione, & eius mente uideatur in caſu tali di-
ſpẽſatũ, ſed clericus prædictus in dicta diœ-
ceſi habebat dictam plebẽ ubi continuã reſi
dentiam faciebat, & ad hoc fuit diſpenſatũ
per Epiſcopum, ergo poteſt licitè retinere, &
aduertendum, quòd vbi diſpenſatio obue-
nit in ipſo actu collationis alterius fuerunt
ſublata perpetuo omnia obſtacula reforma-
tionis, & fuerunt res reductę ad regulas iu-
ris communis, de quibus ſupra vnde reuoca
tio hodie dictæ diſpenſationis in nullo offen
deret dictum clericum, & effectus diſpenſa-
tionis in ipſo tunc operatus eſt, quòd colla-
tio tenuit perpetuo, nec poteſt talis effectus
tolli, immo plus, quia ipſa diſpenſatio non
ſolum operata eſt obſtaculi remotionem re-
formationem prædictorum: ſed etiam ſi
qua alia obſtacula fuiſſent de iure commu-
ni, quæ per epiſcopum tolli potuiſſent, &
de iure communi, quam ſecundum conſti-
tutiones prædictas dicta duo beneficia per
dictum clericum licitè retineri poſſunt, &
ſufficit, quòd in ipſo altari faciat per alium
deſeruiri, ut prædixi poſt dominum meum
Ioan. Calde. Et iſtam partem puto de iure
ueram, & ſic dico, & conſulo iuris eſſe ego
Lapus.

## Addit. Quint. Mandoſij.

a ¶ Factum.] *Hæc Allega. cum proximè*
*pręceden. maximam conformitatem ha-*
*bet, & plura ex ijs quæ ibi poſui huic ẽt*
*inſeruient, & pro opinio. negatiua, quam*
*Lap. pro ratione dubitandi præmittit, vi*
*deatur plenè per And. Barba. conſil. 33.*
*ſcripſit pſalmiſta, col. 3. ver. capio ſecun-*
*dum, & col. ſeq. lib. 2. cuius dicta reaſſu-*
*mit Lamber. de Iure patro. artic. 27. q. 7.*
*par. 1. lib. 2. & arti. 28.*
b ¶ Lib. 6.] *Et cle. gratiæ eo. Idem voluit*
*Inno. in c. dudum 2. de electio. & in ca. cũ*
*iam dudum. de præbend. & Abb. qui la*
*tè tractat conſil. 96. ad claram, in 2. dub.*
*lib. 2. vbi inter alia dicit de iure commu-*
*ni] poſſe quem habere plura beneficia ſi-*
*ne cura ex quo reſidentiam nõ requirũt.*
*Idem quod hic voluit idem Lap. ſupra*
*lega. 36. vtrum abſque diſpenſatione, in*
*prin. & in proxima præceden. col. verſi.*
*In contrarium arguitur. Tu autem ſi ple*
*nius concluſionẽ hanc videre volueris re*
*curre ad Io. de Ligna. in tracta. de plu-*
*rali beneficio. in 1. q. vbi refert opinio-*
*nes, & motiua omniũ qui ante ipſum fue*
*runt, reſpondens ad c. gratia, & c. gratiæ*
*de quibus ſupra, & alia pro opin. Inn. fa-*
*cientia, & ipſe in contraria opinio. reſide*
*re videtur, ꝙ abſque diſpenſatione quis*
*plura beneficia retinere non poſſit, intel-*
*lige tu extra illos caſus ſingulares, ſeu ſpe*
*ciales quos præmiſerat, & hæc eius opin.*
*mihi tutior videtur, ac ſaluti animæ ma*
*gis conferens. Ego in hac materia ſolitus*
*ſum dicere, quòd ſi prouiſio fiat ab ordi-*
*nario in fauorem obtinentis alterum ſim*
*plex beneficium expedit, ut ipſe ordina-*
*rius ſecum diſpenſet, ſi verò Papa proui-*
*det neceſſaria ſit mentio beneficij, quod*
*iam obtinebat quantuncunque etiam mo*
*dici. cap. cum adeo, & cap. Si proponen-*
*te. de reſcript. & ad alia quę adduco in*
*37. quæſt. 16. Regu. Cancella. num. 5. Eſt*
*bene verum, quòd per clauſulam in ſup-*
*plicatione apponi ſolitam videlicet, Vna*
*cum obtentis & cætera remouetur omne*
*dubium, & etiam per clauſulas in literis*
*Apoſtolicis addi, ſeu ſuppleri ex ſtilo*
*conſuetas.*
c ¶ Dudum.] *Supple tu 2. verſi. ſed cum*
*in iure confeſſus. Idem dixit ſupra Al-*
*leg. proximè præceden. col. 3. verſi. Quod*
*dicta capella non ſit curata, & melior le-*
*ctura.*

*ctura videtur hæc dum dicit,quia nec po
pulum, nec parrochiam, quam ibi dicit* i
*presbyterum, nec parrochiam, ideo ibi
prout hic legendum puto, nec populum.
Poſſet etiam legi nec presbyterum.i.re-
ctorẽ.iuxta tex.in c.eccleſias ſingulas ſin
gulis presbyteris dedimus parrochias.*

d ¶ Ad reſidentiam. ] *Beneficia omnia
etiam ſi modici ſint valoris ſaltem ad be
ne eſſe reſidentiam requirunt. c. clericos* 1
*71.diſt.c.1.& 2.20.q.1.c.conquerente.de
cleric.non reſi. Hodie autem ex generali
eccleſiæ conſuetudine reſidentiam non re
quirunt beneficia ſimplicia, ſiue canoni-* 2
*catus, prout latè probo in 13.q.1. Regu.
Cancel.iuxta 2.Aeditio.nu. 7. & ſeq.* 3

e In fundatione.] *Et de pacto propoſito
etiam ſcriptura non exiſtente cuſtodien-
do loquitur tex. in l. pactum, quod bona
fide interpoſitum. C. de pact. Sed dices* 4
*tu quomodo cadere poteſt pactum in hu-
iuſmodi fundationibus cum non adſit cõ
ſenſus duorum,iuxta tex.in l.1.ff.eod.&
in l.pactũ.ff.de pollicita.Bal.in tracta.de* 5
*pact.nu.8.& ſeq.& Caccialu.in eo.Tra-
cta.in 5.q.reſpondeo, ꝙ ſiue hic pro pol-
licitatione, ſeu promiſſione accipiamus* 6
*in qua modus,ſeu ordo datus ſit, vel etiã
proprie vocemus pactum propter conſen
ſum ordinarij,qui pro ſua eccleſia, cũ eo* 7
*qui altare,ſeu eccleſiam fundat contrahe
re videtur, parui refert.* 8

f ¶ De multa.] *Vide omnino Card. con-
ſi.3.D.P.Staph.ſuper ſigna.dum tractat
de qualitate,et ſtatu beneficij,in 4.requi.
fol.49.iuxta primam impreſ.& Dec.Caſ
ſa.1.de conſtitu.*

g ¶ Incompatibilibus.] *Quot modis be
neficia incompatibilia dici poſſint decla
rat Card.in d.conſ.3. & Staphi.vbi ſup.
verſi.Ideo ſciendum eſt,quòd incompati-
bilitas poteſt duobus modis conſiderari.
fol.44.& ſequen.*

h ¶ In decre.tuæ.] *Lege in decre.ex tuę,
prout etiam aduerti in proxima præce-
den.Alle.in ver. in dicto cap. tuæ.*

i ¶ Diſpenſatio epiſcopi. ] *Vide conſ.
Fede.de Sen.205.Ad aures,nu.2. & cõ-
ſi.ſeq.& quæ ſcripſi ſuper Signa. Gratię
de Diſpenſatio. ver. Ad duo beneficia,
cum alijs quæ ſequuntur.*

*SVMMARIVM.*

1 *Clericus coniugatus cum virgine in habi
tu & tonſura incedens an pro debito
pecuniario poſſit inuitus trahi coram
iudice ſeculari.*
2 *Iudex eccleſiaſticus non poteſt inuitus
detinere clericum pro debito ciuili.*
3 *Priuilegium de non lędendo clericũ cor-
poraliter, latiſsimum eſt;de omni lę-
ſione iniurioſa non ſolum in corpus,
ſed etiam in res corpori adhærentes.*
4 *Iudex ſecularis pro pecuniario debito de-
tinens clericum coniugatum &c. præ
ſumendus ſit temerarius, vel iniu-
rioſus.*
5 *Percuſsio filij clerici a patre,aut diſcipu
li a magiſtro non præſumitur iniu-
rioſa.*
6 *Contra clericum delinquentem vel exce
dentem,an procedi poſsit coram iudi-
ce ſeculari.*
7 *Decretalis vnica,de cleri.coniuga.quali-
ter intelligenda.*
8 *Clerici coniugati deſerentes habitum,&
tonſuram, an gaudere debeant priuile
gijs decreta.vnicæ.de cleri.coniuga.*

## ALLEGATIO CXVIII.

1 Quæritur † non leuiter an cleri-
cus coniugatus cũ vna virgi-
ne incedens in habitu, & ton-
ſura poſſit inuitus trahi pro pe
cuniario debito coram iudice
ſeculari, & pro ipſo debito eo caſu quo ipſe
laicus poſſit detineri inuitus. Et vr̃ primo,ꝙ
ſic,quia talis clericus non retinet priuilegiũ
clericatus,niſi in duobus, videlicet in priui-
legio canonico, ꝙ is qui in eum iniurioſas,
vel



vel temerarias iniecit manus incidit in ſen-
tentiam excõicationis.17.q.4. ſiquis ſuaden-
te, & priuilegium Pariſi.de fo. compe. nul-
lus,& hoc moderatum eſt, & declaratũ de-
bere intelligi huiuſmodi clericos ſic coniu-
gatos pro commiſſis ab eis exceſſibus & de-
lictis trahi non poſſe criminaliter,aut ciuili-
ter ad iudicium ſeculare,nec ab ipſis ſecula
ribus iudicibus in eos deberi ẽt peculiariter:
ne per vnam viã concedatur eiſdẽ iudicib.
quod per aliam denegatur, nullatenus con-
demnari. Prædicta probantur de cle.coniu-
ga.c.vno lib.6.vbi ſubditur, ꝙ in cęteris nõ
gaudent priuilegio clericali. In alijs ergo re
manent ſubiecti iudicibus ſecularibus ſicut
laici.ergo patet ẽt, ꝙ ipſi clerici pro debito
ciuili detineri poſſunt, & aliqui vñr ſentire
2 pręedicta vera de iure rõnib.prædictis.† Ego
a puto contrarium eſſe verum [a] de iure, & ita
credo Romanam curiam tenere: videlicet,
ꝙ clericus coniugatus, cũ vnica & virgine,
incedens in habitu,& tonſura non poſſit pro
pecuniario debito,vel diſtringi, vel detineri
inuitus,qđ ſic oſtẽdo.Non eſt dubiũ, ꝙ ante
dictã decre.vni.de cle.coniug. lib. 6. omnis
clericus gaudebat duplici priuilegio, videli
cet canonis ſi quis ſuadẽte.16.q.4. & priuile
gio conſilij Pariſi.extra de fo. comp. nullus.
Primum conſiſtebat in eo,ꝙ non poterat ali
quis in clericum temerarias manus inijcere
3 ſine metu excõicationis, & hoc † priuilegiũ
latiſſimè intelligitur de omni corporali lę-
ſione iniurioſa,non ſolum in corpus,ſed etiã
in res corpori adhærentes, ẽt in detentione
corporis ſine alia lęſione de ſenten. excom-
b mu.nuper.cum ibi nota.per Inno. [b] & alios,
& non ſolum in lędẽte manibus ſuis, ſed ẽt
in eo qui percutere facit per alium, de ſen-
c ten.excommu.mulieres.§. illi vero, [c] & non
ſolum facientes ligantur dicta ſententia,vel
fieri facientes, verum ẽt is qui poſſit obuia-
re,& ex dolo non fecit eod.tit. quantę literę
d etiam [d] is qui percuſſionem ab alio factam
ſuo nomine licet ignorante ligatur dicta ſen
tentia ſi poſtea ratum habuit. Secundũ pri-
uilegium conſiſtebat in eo, ꝙ nullus cleri-
cus poterat per iudicẽ ſecularem diſtringi,
vel condemnari: quòd intelligebatur in per
ſona,vel in bonis,ſed in bonis erat iudex ex
communicandus,ſi in perſona,excommuni-
catus erat ipſo iure,ut ibi not.in glo.2.& ſu-
per ea in nouella. Et ex prædictis videban-
tur eſſe duæ differentiæ inter dicta duo pri-
uilegia,vna eſt, quia vnum priuilegium vi-
debatur recipere fauorẽ perſonę tantum, nõ
bonorum,ſed ſm̃ reſpiciebat vtrunque. Se-
cunda differentia erat, quia in ſecundo quo
ad bona erat canon ferendę ſententiæ,vbi in
primo quo ad perſonam erat canon latæ ſen
tentiæ. Et extendebantur prædicta duo pri-
uilegia ẽt ad clericos coniugatos non biga-
mos incedẽtes in habitu, & tonſura, ut not.
Io.And.in d.cap.nullus,de fo.compe. ſuper
ver.nullum; hæc iura cõcernentia dicta duo
priuilegia non ſunt correcta, vel reuocata,
nec aliter circa id prouiſum, niſi per prædi-
ctam decre.vni.de cle. coniugat. Examine-
mus ergo prędictam decre.& videamus an,
& quid diminuat de prædictis duobus priui
legijs,de primo,ſcilicet caſu, dico quod nil
diminuit,ſed illud repetit, uel innouat ut in
ipsa decr. in princ. per quod ẽt priuilegium
dico, ꝙ iudex ſecularis diſtringens talẽ con
iugatum, vel inuitum detinens pro delicto,
incidit in canonem latæ ſententiæ, quia ut
prædixi non ſolum percutiens, ſed ẽt inuitũ
4 detinens incidit in talem ſententiam. † Nec
obſt.huic concluſioni ſi dicatur, quod illud
priuilegium loquitur de manu iniurioſa,
vel temeraria, ſi iudex, qui pro pecuniario
debito talẽ coniugatum clericũ diſtringit,
vel detinet,non facit hoc iniurioſè,vel teme
e rariè, [e] ſed facit iuſtitiam adminiſtrando in
re,uel cauſa,de qua cognouit, igitur nõ iniu
rioſè,ſed iuſtè: nam eo ipſo eſt iniurioſa,uel
temeraria quo ad clericum quem diſtringit
contra prohibitionem iuris, quod oſtendo.
f Nam iudex [f] eccleſiaſticus clericum in re,
uel cauſa pecuniaria, de qua cognouiſſet nõ
poteſt inuitum detinere ſine metu excõmu.
licet aliud in criminibus, de ſen. excom. ut
famæ uniuerſitatis,& c.clericos,eo.tit.lib.6.
cum ſi.& tamen talis detentio ex tali cauſa
multominus fuiſſet iniurioſa quam detentio
iudicis ſecularis: ſi igitur eccleſiaſticus non
euitat ſen.excom.tali caſu,multominus ſecu
laris. Item ſi clericus conueniens laicum co
ram iudice ſeculari ibi reconueniatur, quod
g poteſt ſecundum ueram opinionem [g] not.in
c.at ſi clerici. de iudi. & ſententiam merea-
tur pecuniariam, non poteſt tamen talis iu-
dex ſine metu dictæ ſententiæ excõmunica-
tionis pro tali ſentẽtia, uel pecuniaria ipſum
inuitum detinere, ſed pro executione ipſius
ſenten

h ſententiæ debet iudex adiri eccleſiaſticus h
& tamen manus non vr̃ iniurioſa. Simili mo
do ſi pendente lite pecuniaria reus factus ſit
clericus, curreret ſuo morte,non obſtãte cle
ricatu,tñ executio ſententiæ fiet per eccleſia
ſticum, ſecundum ea quæ leguntur, & not.
per Ioan.And.poſt alios de obliga. ad ratio.
5 c.vno.de foro compe.c.verum. † Item ſi pa-
i ter i filium clericum in ſacris, vel magiſter
ſcolarem intuitu caſtigationis percuſſit nõ
eſt manus iniurioſa,& tamen non euadit ſen
tentiam excõmunicationis,de ſenten. excõ.
cum voluntate, a contrario ſenſu. & ibi not.
in glo. Non eſt ibi bona defenſio dicere iu-
dex ſecularis, qui cognouit de re, vel cauſa
pecuniaria diſtringendo non iniicit manus
iniurioſas,quia contrarium apparet ꝑ prædi
cta. Ex quo igitur reſeruatur priuilegiũ ca-
nonis clerico coniugato,& priuilegium ca-
nonis eſt, quòd inuitus detineri non poſſit,
patet,quòd eo ipſo, ꝙ detinetur ex quacun-
que cauſa inciditur in dictam pęnam, & eſt
ponderandũ,ꝙ in dicta decre. vnica.de cle.
coniug.nil diſponitur, vel declaratur de di-
cto priuilegio canonis ſimpliciter,ſed inno-
uatur,vel repetitur quicquid ſit de alio pri-
uilegio de quo ſtatim dicã. Item videamus
cũ eo iure loquamur de honeſtate, æquita-
te,& naturali iudicio quis ſani capitis ſibi ꝑ-
ſuadeat,ꝙ ſedes apoſtolica voluerit in fauo-
rem totius ordinis clericalis reſeruari tali
clerico coniugato tale priuilegiũ canonis,
per quod percutiens etiam leuiter,vel percu
ti faciens,vel ratam habens percuſſionẽ ſuo
nomine factam, eo etiam ignorante a princi
pio, vel detinens inuitum, vel non reſiſtens
ſi poteſt, cum alius prædicta facit excommu
nicati ſunt in prædictis iuribus allegatis, &
ille qui ipſum clericum captum detinet no-
toriè pro pecuniario debito in nullam pœ-
nam incidit præſertim loquendo de clerico
qui eſt in habitu,& tonſura.Cum enim iſtud
priuilegium ſit conceſſum in honorem, &
k fauorem ſpiritualiũ clericorum,k ſed totius
ordinis clericalis: & ideo ſingulares poſſũt
vti.cap.contingit.de ſen. excomu. unde ma-
ius dedecus proueniret ordini clericali an ex
leui percuſſione facta in clericum, ſeu ex
intuitu caſtigationis, vel diſciplinæ, ſeu ex
eo quòd quis per momentũ hodie clauſum
teneat ipſum clericum, ſeu ex eo, quod ratã
habuerit percuſſionem ab alio factam, ſeu
ex eo, quod non obuiaret percuſſioni, cum
poſſet,& ſimilibus, an ex eo, quòd ſecularis
iudex talem clericum in habitu, & tonſura
exiſtentem notoriè detineat,& forte inter ri-
baldos, uel in compedibus forte ſecundum
aliquarum regionum morem, quis dubitet,
quòd ex iſto ſecundo infamia iniurioſa ma-
gis,quam ex primis obueniat? Preterea ſe-
queretur quòd eſſet melioris conditionis cle
ricus talis excedens, uel delinquens, quam
ille qui forte pro honeſtis ſuis neceſſitatibus
pecuniam acquiſiuit, quam fortè ex inopia,
vel caſu aliquo in primo termino reſtituere
non poteſt contra decret. eum qui. de præ-
l ben.lib.6. l Nam † ſecundum intellectũ pri-
6 mum contra talem clericum excedentẽ, uel
delinquentẽ quoquomodo nõ poteſt proce-
di, nec ad iudicium ſeculare trahi, nec di-
ſtringi,uel condemnari criminaliter, vel ci-
uiliter, ſine dicta pœna excommunicatio-
nis,& contra remorantes vna die ſolutionẽ,
ſeu reſtitutionem mutui, omnia prædicta fie
ri poſſunt,& tamen in originali,& vero ſuo
iudice eccleſiaſtico dicimus contrarium, ꝙ
ipſos clericos detinere, vel diſtringere poſ-
ſunt pro exceſſibus,ut in alle.decret.ut famę
vniuerſita. & cap.ſi clericos, ſed non pro pe
cuniario debito cur tam uarie abſit intelle-
ctus iſte,& ſentiant, qui volunt contrarium.
Ego enim aliud tanquam honeſtius comple
ctens malo cum iſtis, quam cum alijs uera
ſentire,ut dicit Tullius in quæſtionibus Tu-
ſculanis. Reſpondeo ad ſecundum priuile-
giũ concilij Pariſien. & dico, ꝙ de cre. uni.
de cle. coniug. lib. 6. nihil de dicto priuile-
gio tangit,vt ſupra tetigi,ſed de dicto ſecun-
do priuilegio,quod loquebatur de reſtrictio
ne,uel condemnatione iudicis ſecularis, &
loquebatur generaliter de omni reſtrictione,
vel condemnatione iudicis, & loquebatur
tam de re ciuili, quã de re criminali,& tam
in perſona,quam in bonis, vt ſupra tetigi,de
clarando aliquid demit, vel extenuat de di-
cto priuilegio:videlicet cum autem genera-
liter pro nulla re poſſint trahi coram iudice
ſeculari limitat: pro qua limitatione potue-
runt trahi pro re ciuili ad iudicem ſecularẽ,
ut cognoſcat de ipſa re ciuili,& pronunciet,
& in illis diſtringat, ſcilicet ſequeſtret, &
trahat,& alienet, pro modo debiti declara
ti mittet in poſſeſſionem bonorum, pro pri-
mo, & ſecundo decreto, & alia faciet, quæ
in bo-



in bonis, vel de bonis laicorũ facere poteſt,
ſed perſonaliter ipſum clericũ non diſtrin-
7 get arg.eorũ,quę ſuperius dicta ſunt.Itẽ † ip
ſa decret. vni. prohibet ipſos clericos non
poſſe trahi ciuiliter ad iudiciũ pro delicto,
nec pecunialiter condemnari, & ſi in hoc ſi
ſtatutũ dicat, ꝙ inferens alapam teneatur of
fenſo in decem libris pro recompenſatione
iniuriæ,uel qui percuſſit gladio teneatur ad
impenſas medicorũ,clericus coniugatus hu
iuſmodi alapam dedit, uel gladio percuſſit,
non poterat trahi,uel diſtringi pro decem di
ctis libris, uel pro dictis impẽſis medicorũ:
quia ex cauſa criminali, & tñ pro decem li-
bris mutuatis,vel pro impenſis factis pro eo
in cauſa,uel negotio ciuili potuit trahi, & di
ſtringi.cum tñ dicta decem pro alapa, & de
cem impenſas pro medico ſint magis hone-
ſta, & magis debita hoc non ſentiendũ: ſed
clare intellexit text. ut nulla diſtrictio fieri
poſſit in perſonam talis clerici. Item quid di
ces de ſtatuto Florentino, per quod non ſol-
uens debitum in termino, debet condemna-
ri ſingulis annis in duobus ſolidis pro libra
applicandis pro dimidia parti: nunquid talis p
clericus poterit condemnari,& detineri? vr̃
quod ſic ſecundum opi. prædictorum; quia
pro pecuniario debito, quod non eſt prohi-
bitum ſecundum prædictos. Credo contra-
m rium m ut prædixi, & hoc probat tex.in d.
cap.vnico.vbi nec ab ipſis ſecularibus iudi-
cibus eos debere ẽt pecunialiter (ne per unã
uiã concedatur eiſdẽ iudicibus, qđ per aliã
negatur) nullatenus condemnari, & hunc
intellectum videtur ſentire gl. vlti.in d. cap.
vni.exponens verbum præmiſſum: ſcilicet
priuilegio canonis & concilij Pariſienſis:nã
8 vbi tex. dicit quòd † non deferentes habitũ a
non gaudeant & in præmiſſis exponit: ſcili-
cet priuilegio canon. & concilio Pariſien.
ergo deferẽtes dictis duob. priuilegijs gau-
dent, ſcilicet canonis per quod non poſſunt
percuti, vel detineri inuiti, & concilij Pari-
n ſien.quod ad iudicem ſecularem n diſtringi
non poſſunt, & hoc uiſus eſt ſenſiſſe Ioan.
And.in dicto concilio Pariſien. ſuper uerbo
nullum. ubi exponit etiam clericum coniu-
o gatum o non bigamum, & alleg. dictam de-
cre.unicam, hoc etiam uidetur ſenſiſſe glo.
in d.c.vnico.ſuper ver. in cæteris, exponen-
do in cæteris,ſcilicet priuilegio, ꝙ habẽt ne
vexentur collectis: quia imponuntur colle-
ctæ,& diſtringũtur bona ad ipſas ſoluẽdas,
& Io.And.in d.c.1.ſuper ver.cæteris, in no-
uel.enumerat,quæ ſunt illa cætera,i.priuile-
gia in quibus non gaudent,& nil dicit de di-
ſtrictione perſonali in cauſa ciuili; imò in-
telligit cõtrarium in eo, qđ ibi ſcribit ſuper
ver.condẽnari per iudicem ſecularẽ in cau-
ſa feudi Dominus meus do. Lapus Abbas S.
Miniati ſcribit in d.c.unico.de cleri. coniug.
lib.6.ſuper uer.in cæteris,hoc eſſe intelligẽ-
dum,ꝙ ſuberunt auditoribus ſecularibus in
rebus ſuis, inquantum in eis tantum ius peti
tur,ita quod ipſorum perſona non tangatur,
nec in ipſorum perſonam animaduertatur,
ubi uero oportet ipſorum perſonam diſtrin-
gi,non habet in eis iuriſdictionem iudex ſe-
cularis, pro hoc alle. quod ſcribit Specu. de
compe. iud. §. 1. carta 2. uerſiculo nunquid
præmiſſa,& quod ſcribit Archid. in d.decr.
uni.in gl.ſic.11.q.1.facit etiam ad prædicta
cle.1.de uita, & hone. cler. in princ.ubi iſti
coniugati certo caſu ibi expreſſo tantũ pri-
uantur prædictis duobus priuilegijs, quæ
alias retinent,& ibi not.glo.ſuper uerſic.om
nis p hoc clare ſcribit Io.An.in ca. ſeculares
iudices,de foro compe.lib.6. ſuper glo.3.in
nouel.ubi dicunt,quòd dictum cap. ſecula-
res non habet locum in coniugatis dummo
do perſonaliter non diſtringantur:& ita pu-
to verum de iure,& caueant ſibi a pęna ſen-
tentiæ excommunicationis conſulentes con
trarium, & ne participent aliquando crimi-
ni, uel criminoſo.de ſent. excommunicat. ſi
concubinæ,cum ibi not.

### Addit. Quint. Mandoſii.

a ¶ Contrarium eſſe verum.] *Idem cõ
cluſit ſupra Alle.41. an priuilegium. Et
idem quod Lap. hic voluerunt Specu. de
compe.Iudi.additio.§. 1. poſt nu. 24. &
ibi Apoſt il.ad Lap.hic ſe remittit,& Io.
And.in quodam ſuo conſi. poſito poſt con
ſi.Alex.60.incip.quia ſæpiſſimè, vol.4.
verſic.ſi verò unicam uxorem. Rot.202.
ſi clericus coniugatus, in not. Alexan.
conſil.8.uidetur,numero 4.lib.1. & con-
ſilio 149. in cauſa inquiſitionis, nume 2.
verſic.ſecundo præſuppono. vol. 6 Mar.
Sozzi. Seni.cõſi.12. quoniã in præſentia*

rum,ante num.18.ver.& non ſolum clericus.lib.1.& Lap.hic citant,& ſequuntur Gemini.in Allega.hic c.vni.de cleri. coniu.lib.6.poſt num. 8. verſ. & propter iſtud, & ibidem Phi.Fran. §.1.poſt numerum 2.vbi legendum eſt,immo Lap. in ſua Allega.118. per plures nota. rationes &c. & Steph.Aufre.in tract.de Pote.ſecu.ſuper eccle.perſo.regu.3.ante numerum 18.verſicu. Nec per huiuſmodi expenſas.

b ¶[Per Inn.] Quem ſequuntur Bar.in l.licitatio.§.quod illicitè, nume.5. & alij.ff. de publi.Bal.in l.ſi qua per calumniam, col.1.verſi.ponamus,quod aliquis nõ percutit clericum.C.de epiſc.& cler. & Innocen.ibidem,& Lap.hic ſequitur Felin. in d.cap.nuper poſt num.5.

c ¶[§.illi vero.] Et c.qui per alium,et ibi Dyn. & plenius per Apoſtil. ad ipſum poſitam in ver.Adde Bald. de regu.iur. lib.6.l.is damnum dat.ff.eod. vbi etiam D.meus, & idem Dec. conſi. 604.in caſu, num. 11. Anto.Corſet. in ſuis ſingu. in ver.extenſio.

d ¶[Literę etiam.] Legerem vnde etiam is qui percuſſionẽ ab alio factam ſuo nomine licet ignoret, ſeu licet eo ignorante ligatur dicta ſententia ſi poſtea eam ratam habeat,ſeu id ratum habeat, ſic etiã infra poſt.num.5.ver.Item videamus legitur eo ignorante,pro hoc dicto Lapi habemus tex.in c.cũ quis.de ſenten.excom. lib.6.Dyn.in regula ratihabitionem , in ver.itẽ patet in delictis, vbi bona Apoſtil.alios ad idem citat.

e ¶[Vel temerariè.] Hic exponi poteſt, ideſt iniuſtè,ſeu cõtra iuris prohibitionẽ, ad tex.in c.eum qui,§. in ſuper & ibi Gemi.in prin.de præben. lib. 6.pro hoc aduerbio temerariè vide quæ ſcripſi in Gl. Facul.ſuper 14.com.ſub hoc ver.

f ¶[Nam ſi iudex.] Ita arguit, & concludit Cardi.in c.penulti.col.fin. verſic. ſed pro cauſa ciuili, qui Lap. hic citare voluit. de cleri.coniug.

g ¶[Veram opin.] Quam etiam tenuerunt Specu.in tit.de reconuentio. §. nunc dicamus,num.7. ver. Sed pone clericus. Bar.in auth. & conſequenter, nume.19. vbi Apoſtil.in ver. clericus hanc cõmunem aſſerit.C.de ſenten.& interlo. Illam etiam tenet Geminia.in ca.diſpendia,nume.6.de reſcrip. lib. 6. Idem Gemini.in c.ſeculares,col.2.ver. An autem corã iudice ſeculari, & poſtea ver. In fi.glo.de foro competen.eo.lib.Iafre.Dec.64.clericus agens,& Dec.ſeq. & relati.ꝑ Mar. Sozzi.in c.1.de mut.petitio.in 5.art.poſt num.24.verſ.Et ſi clericus conuenit,vbi hanc cõmunem teſtatur,per Feli.in Alle.hic c.at ſi clerici,nume. 8.cum duobus ſequen.vbi poſt numer.10.ſubdit, ꝙ iſta opin. habet maiorem partem Docto. pro ſe,& per D.meum in Alle.c.at ſi clerici, nu.25.vbi vltra alios pro opin. affirmatiua Lap.hic refert,& ſequitur, hanc cõmunem affirmans, & licet plenè ad partes diſcutiat,& vtramque opin.tenentes referat, reſpondeatque motiuis,& argumentis hinc inde factis,tandem concludit ſibi magis placere hanc opin. affirmatiuam,quæ tamen limitari, & declarari debet prout per Mar.Sozzi.in d. ca.1.de muta.petitio.nu.28.& ſeq.per Felin. & Dec.ac Iafre.vbi ſupra.

h ¶[Eccleſiaſticis.] Hoc dictum Lapi referunt,& ſequuntur Maria. Sozzi.in ca. propoſuiſti.ante num.55.ver.Et vide ẽt Lap.de foro compe.& in Alle.c.1.num. 31.de mut.petitio.& Feli. in d.c.at ſi clerici.poſt num.10. in 4.fallen.

i ¶[Pater.] Licet aliqui antiqui contrarium tenuerint prout refert Abb.in Alle.hic c.cum voluntate.ad fin.qui uoluerunt patrem non incurrere excommunicationem , ea præſertim ratione quia in ſacris exiſtens ſub patria remanet poteſtate concludit Abba.in c.indecorum, con. fi.ver.ordo ſacer non ſoluit patriam poteſtatem.



ſtatem. de æta. & quali. Et hanc dicit communem idem Abba.in cap.conſtitutus,poſt num.3.de in integr. reſtitu.Tamen quo ad concluſionem Lapi verior,et magis communis opinio eſt,ꝙ pater uerberans filium in ſacris exiſtentem incurrat excommunicationem, prout per gl.fi. in Allega.hic c.cum uoluntate.quam ibi Abba.ad fi.melius, quam alios loqui dicit,Idem uoluit ibidem Feli in vlt.not. ver.ſecus in ſacris,& Lamber.de iure patrona.articulo octauo quæſtione 7.par.1. lib.2.num.7.

k ¶[Spiritualium.] Lege ſingulariũ clericorum, prout ſic legendum eſſe colliges ex alleg.hic cap.contingit.1.verſicu.cum ille canon non tam in fauorem,de ſen.excom.& ex ijs quæ ſubdit Lap.infra ibi,Et ideo ſingulares non poſſunt.

l ¶[Lib.6.] Hoc etiã modo arguit licet in alia materia Ancha.conſi.109.cõtra fratres,col.fi.circa medium, & Dom.meus conſi.456. conſuluit alias, poſt num.2. Et hoc dictum Lapi ſequitur Philip. Fran.in allega. capitulo vni. de cleric. coniug.§.& cum ante,nume.5. qui hanc Allega.118. citare voluit,ad Lap. ſe remittens.

m ¶[Credo contrarium.] Lapum ſequitur Felin. in cap. eccleſia Sanctæ Mariæ numero 103. verſiculo 17. quæro, et poſtea uerſiculo. Et ideo ſtante ſtatuto. de conſtit. Idem etiam voluit ibi Dom. meus ante nu.7. citans Lap. hic, ad probandum quòd clerici coniugati ſtatutis laicorum non ſubijciantur

n ¶[Quòd a iudice ſeculari.] Diſtringi non poſſint ita legendum & dum ſubdit, quòd Ioan.Andr.in dicto concilio Pariſien.ſuper uer. nullum exponit etiam clericum coniugatum,intelligas in ca. 2.de fo.compe.Et Io.And.ibi,& Lap. hic ſequitur, aſſerens hoc eſſe pulchrum dictũ Mart.Lauden.de principi. q. 224. incip. Caueant principes laici.

o ¶[Clericum coniugatum.] Supple tu dummodo tamen in habitu clericali incedat ad iura,& Doct.ſupra adductos, & ita declarat,& ſupplet idẽ Lap.ſupra Alle.41.an priuilegium, in fi.& colligitur ex hac Alleg.in prin. in poſitione caſus,& per Lamber.de iu. patr.art 3.q.7. par.1.lib.2.nu.5. Et Lap.ſequitur Roc. Cur.in cap.1.poſt nu.660.in 4.Amplia. de conſue.lib.6.

p ¶[Super ver.omnis.] Lege in verſi.omnino.Pro ijs de quibus hic, & de duobus priuilegijs clericorum coniugatorum, & quando illa amittant & ꝙ clericus coniugatus pro debito ciuili carcerari nõ poſſit,uide Abba.in c.Ioannes,nu.3.& ſeq. & in c.ex parte.de cleri.coniu.Phi. Frã. qui Lap ſequitur in Alle.c. vni.§.1. nu. 2.eo.& Feli.in alle.c. eccleſia S. Mariæ. ante nu.104.ver. ſunt aũt multa.de cõſti.

## SVMMARIVM.

1 Procuratore producente inſtrumentum ſi pars aſſerat uelle redarguere de falſo,& petat coram iudice per aduerſarium declarari an uelit ratam habere talem productionem, & reſpondeatur quod ſic inquantum inſtrumentum ſit legitimum; an parti aduerſæ hoc ſufficiat.

2 Dubia probatio non releuat.

3 Producens inſtrumentum debet illud ante productionem examinare &c.

4 Dubitans de inſtrumento producẽdo quibus verbis vti debeat.

5 Producenti inſtrumentũ, qđ pars aduerſa vult redarguere, dandus eſt terminus ad deliberandum ſi velit eo vti.

6 Iudex debet interrogare partes de contingentibus cauſam quomodocunque æquitas ipſum mouet.

7 Iudex curare debet, ut ab ea parte interrogationem incipiat vnde litem facilius poſſit expedire.

## ALLEGATIO CXIX.

QVæro pone, ꝙ ꝓcurator † meus
produxit in iudicio in cauſa
uertēte cum aduerſario meo
inſtrumētum ad probandum
de iure meo; pars aduerſa aſ-
ſeruit ſe uelle ipſum inſtrumētum redargue
re de falſitate: & ideo petit a me ut ego dicā
coram iudice ſi volo ratam hr̄e dictam pro-
ductionē factam per procuratorē meū de di
cto inſtr̄o, & ſi velim perſiſtere in ipſa pro-
ductione, & ad hoc petit me cogi per iudi-
cem. Ego reſpōdeo ꝙ volo hr̄e ratam talem
productionem, & in eo perſiſtere, ſi & inquā
tum ſit verum, & legitime confectū, & non
vltra, nec aliter. Pars aduerſa dicit ſibi non
ſufficere, ſed petit, vt eam certā reddā. quid
iuris? Rn̄deo vr̄ dictam reſponſionem non
ſufficere. nam per ipſam reſponſionē nō red
ditur aduerſarius certus, & ītereſt ſua ſe cer
tum reddi ad hoc, ut deliberet, an me accuſa
re velit de vitio talis inſtr̄i, quia pœna non
debetur mihi niſi ſciam illud eſſe falſum, &
poſſum deliberare an mihi expediat illud ꝓ-
ducere, & an ſit verum hoc, de elect. ut quis
duas lib. 6. cum ibi no. imò eo ipſo vr̄ inſtru
mentum reddi ſuſpectum, ꝙ producēs titu-
bans non uult eo ſimpliciter uti, ſed ſub con
ditione ſi ſit verum. Satis. n. ſuſpicatur is qui
non audet aſſerere inſtr̄m uerum, & qui di-
cit, quòd ſi ſit falſum non uult produxiſſe, &
ſuſpectę ſcripturę in iudicio non ſunt produ
a cendæ. C. de proba. l. iubemus, [a] Item is qui
ſic conditionaliter loquitur, vr̄ ſibi eſſe con-
trarius, & ſic repellēdus de appel. ſollicite.
In eo. n. quòd producit inſtr̄m ad probandū
intentionē ſuam aſserit illud ſimpliciter ue-
rum &c. approbat, & contenta in eo: ut not.
b Inno. in c. uenerabilis, [b] de except. ſicut ille
c qui ponit facere [c] contēta in poſitione uera
eſſe ita quòd ponēs contrarium eſt periurus,
ut in cap. cum impoſitionibus lib. 6. de iure-
iuran. In eo autē, quod dicit ſi eſt falſum no-
2 lo eo uti, uel illud produxiſse, ur̄ † dubita-
re, & dubia probatio non releuat producen-
tē, de probatio. in pręſentia, & ſi eſt dubium
apud partē de cuius facto agitur ſibi p̄iudi-
3 cat, quia debuit præuidere, & examinare † de
fide. ſic is qui producit inſtr̄m debet illud
ante examinare, uel ſaltē poſt productionē ſi
aduerſarius hoc petat, ſicut is, qui narrat ine
ptam actionē, & non conſonā concluſioni li
belli, ſi petatur, ut corrigat, debet corrigere,
ſecundum not. in capitulo examinata de iu-
di. & generaliter illud eſt uerum, ꝙ actor de
d bet uenire ad iudiciū paratus, [d] & delibera
tus. Itē non ualet ſi facio procuratorē Titiū
ad agendum utiliter facta mea, quia debet
æquè poſse prodeſse, & nocere, & obtinere,
& ſuccumbere in cauſa ut no. de dilatio. ex-
poſuit. pari modo is, qui utitur inſtr̄o dēt ex
illo poſse iuuari, & offendi. Sed dicere pro-
duco ſi eſt falſum, eſt ex inſtr̄o obtinere uel
le, ſi lędat aduerſarium, & ex minus licito
inſtr̄o non vult pœnam pati, quod ferendū
non eſt. Contrariū vr̄ ſentire gl. in cap. præ-
ſentium, de teſti. in fin. & hoc expreſſe dicit
Guil. in Spec. de inſtrum. edi. §. videndū re-
4 ſtat, verſiculo, ꝙ ſi velis, vbi † ad euitandū
pœnam dat talem formā: videlicet dico, &
proteſtor inſtr̄m tale quo vtor factū manu ta
lis notarij verū & verax eſſe: ſed ſi apparue
rit eſſe falſum tunc nolo eſſe vſus eo: & pe-
rinde eſſe volo ac ſi vſus non fuerim, & al-
le. in ar. de crimi. falſi ad falſariorum. & ſi
aduerſarius eius dicit certifica me, an velis
eo vti, vel non, teneris, ſed potes ſic proteſta-
ri. ar. C. de exceptio. ſi quidem. ff. de no. ope.
nun. de pupillo. §. ſi quis ipſi prætori, nam ex
ui, talis proteſtationis ſi appareat poſtmodū
verū eſſe, poterit eo uti, & hr̄e effectū ex vir
tute huiuſmodi dictionis, & tūc, quæ extre-
mum tempus ſignificat. ff. de cōditio. & de-
monſtratio. l. 4. §. ſui. & l. in ſubſtitutione. de
vulgar. ſubſtitut. Secus ſecundum eum ſi ſic
ſimpliciter diceret nolo eo vti, quia tūc non
poſſet eo uti aliqua ratione. C. de teſtam. ſi
aduerſarius, & ad l. Cor. de falſ. ſi falſos co-
dicillos, & hoc eſt de ſententia ſuper auth.
ſi quis in aliquo. C. de æden. ut refert Ioan.
Andr. in Spec. ſuper dicto ver. & hoc in Spe-
cu. etiam per eum in dicto titu. §. inſtrumen-
tum, verſiculo. item opponitur. Primam par
tem puto veram per rationes prædictas, &
melioris practicæ, & purioris, & glo. in c.
pręſentium non dicit contrarium, immo di-
cit ſi arguitur inſtrumentum limitatum poſ-
ſum dicere nolo eo vti, & ſimpliciter loqui-
tur & non ſub conditione. allega. in contra-
rium per Spec. non probatur quia aliud eſt
e in excipiente [e] qui non fatetur, & aliud in
probante qui ſimpliciter aſſerit dom. Barto.
f in l. diuus. [f] ff. ad l. cor. de fal. dicit iu-
5 dex debet ſtatuere † terminū ad deliberan-
dum an velit uti illo inſtr̄o an nō: vt l. Titius,
de accuſa. ff. & l. mancipiorū, de optio. leg.
Sed hmōi occaſione quæro ꝓcurator meus
noīe meo propria authoritate, & ſine autho
ritate ſuperioris legitime [g] de nouo ingreſ-
g ſus eſt poſſeſſionē beneficij, qđ impetraue-
rā a ſummo Pontifice poſſeſſore inuito, &
non vocato; & demū ſuper ipſo bn̄ficio liti-
gat cū ipſo poſſeſſore, & quilibet aſſerēs ſe
in poſſeſſione petit fructus dicti bn̄ficij, & ꝓ
curator meus nomine meo in cā ꝓducit in-
ſtrumentū apprehenſæ poſſeſſionis dicti be
neficij; aduerſarius petit me cogi a iudice an
h illā poſſeſſionē [h] velim ratā hr̄e, ſeu produ-
ctionē dicti inſtr̄i, & in illa perſiſtere, ut poſ
ſit deliberare an velit ꝯ me agere ad pœnā
quam incurrit is, qui propria authoritate cō-
tra voluntatē poſſeſſoris poſſeſſionē appre-
hendit. Ego reuerſus ad iudicē rn̄deo, ꝙ di-
i ctam poſſeſſionē volo hr̄e [i] ratā & dictę ꝓ-
ductioni perſiſtere ſi, & inquantū ſit iuſta, &
licitè facta & fieri poſſit ſine pęna, & alias
non. Aduerſarius dicit hoc non ſufficere, &
petit me cogi ad ſimpliciter rn̄dendum, &
eum certū reddendū. Quid iuris? Rn̄deo, ꝙ
ſum cogendus pręciſè rn̄dere, & eū certum
reddere. Et quicquid ſit in caſu pręcedenti,
in iſto non videtur dubium, ad hoc poſſunt
adduci omnes rōnes, & omnia, & ſingula iu
ra ſupra in præcedenti quæſtione inducta.

Item hic non eſt dubitatio facti, q̄ termi-
num requirat, ſed iuris, qđ non eſt licitum
ignorare, nā ꝙ ingredienti propria authori-
tate, & ſine ſuperioris licentia contra volun
tatem poſſeſſoris, & ipſo non vocato punia-
k tur ius eſt aptiſſimū [k] de præben. eū qui. lib.
6. cū ibi no. imò eo ipſo, qđ ſcit, & non con-
tradicit, vr̄ ratum hr̄e factū procuratoris, &
in pęnam incidere ſicut is, qui ſcit falſum
l procuratorē agere [l] & non contradicit, uel
m a ſn̄ia lata contra eum appellat, [m] approba-
re intelligitur factum eius. ff. rem ratā habe
ri. l. 4. §. falſus. ad hoc facit, qa ſi procurator
meus in cauſa neget poſſeſsonē aduerſarij,
ego ſum cogendus tanquam inſtior rn̄dere
veritatē præciſè per verbū credit, vel nō cre
dit, & ſi oppoſitum eſſet de inſtr̄o, uel poſſeſ
ſione non ſufficeret dicere credo inquantū
6 ſit vera, uel legitima. † Item quandocunque
æquitas mouet iudicem pōt, & dēt interroga
re partes de cōtingentibus cauſam, ſed hic
eſt ſumma ęquitas ne pars vexetur cōtra ve-
ritatem, ne iudiciū ſit eluſoriū: quia iudex
ſcire velit a parte an poſſeſsionem de qua
agitur, & per procuratorem captam, & quæ
dr̄ illicita velit ratam haberi per dominum,
& maxime, quia ſi dixerit, quod non, eſt lis
ſopita, ſi dicit quod ſic, releuatur pars, quia
ſi fuerit reperta illicita reſpondebit, ꝙ nolit
vti ad euitandum pœnā, & pro huiuſmodi
partium releuatione iudex debet ſuum effe-
n ctum expedire [n] de dolo & cōtu. ad finē. de
dila. c. j. & ꝓ hac releuatione cogitur pars re
ſpondere poſitionibus, ut releuetur alia pars
ab onere probādi. in cle. ſæpe de uerb. ſign.
7 † & id debeat iudex curare, ut ab ea parte in
cipiat vnde litem facilius poſsit expedire: ut
de ele. ſi forte. cum ibi not. in gl. no. qđ gene-
raliter eſt verū, ꝙ non licet in incerto uaga-
ri cū diſcrimine aduerſarij: ut c. ſi qs duas.
de ele. lib. 6. ſed iſte vagat̄ in incerto dicēdo
vtor vbi eſt legitimū, & nō vtor ſi nō eſt le-
gitimū, & huiuſmodi incertitudines repro-
bātur a iure, maxime contra bn̄ficia: ut in c.
2. de elect. lib. 6. Inn. dicit ibi, ꝙ ſi electores
qui pure eligunt ſi electus cōſentiat ipſi ele-
ctioni tali cōſenſu cōditionali alternatiuo,
uel incerto eorū nomina efficiuntur incerta,
& hēt locum contra eos decre. 2. de elect.
lib. 6. modo in propoſito ſi procurator cepit
poſſeſsionē beneficij libere & ſine iudice no
mine dn̄i, dn̄s non pōt illā ratam hr̄e ſub in-
o certo, ſtatus ēt [o] beneficij debet eſſe certus,
& non vacillari, dēt. n. indagare, ut canoni-
ce acceptet & poſt indagationem purè acce
ptare, & maximè ille qui pro intereſſe, quod
prætendit in tali poſſeſsione venit ad impe-
diendum aliquem in proſecutione eiuſdē iu
ris dēt allegare intereſſe certum, non ambi-
guum, facit ad prędicta, quia ille qui ponit
conditionaliter, nō vr̄ ſcire, ſed dubitare de
illo, quia conditio ponit rem dubitatiuè, &
ſuſpenſiuè, ut l. cum ad pręſens. ff. ſi cert. pet.
& ponit Bar. in l. demonſtratio. in fi. ff. de cō-
di. & demon. cū qs dubitat non dr̄ ſcire, qa
dubitare eſt ad neutrum animū applicare.
p C. de conditio. & demon. [p] l. ſi ff. de teſtam.
l. de ſtatu. & per conſequens dicta poſſeſsio
capta non dicitur eſse rata per dominū, qui
dubitat, & non videtur animum habere poſ
ſidendi, & ſic ipſa poſsesſione uti non po-
teſt ad impediēdum eum qui nunc poſsidet
& aſserit ſe uelle poſsidere.

Addit.Quin.Mandoſij.

a ¶L.iubemus.] *Et c.porrecta, ibi tanquam falſitatis actores, ſeu authores de confir.vti.Archid.in c.in memoriam,nume.12.diſt.19. Hinc dicimus ſuſpitionẽ de falſo pro falſitate ipſa haberi, prout probo in 4.q.Reg.de Impe.viuen.nu.13.*

b ¶Inno.in c.venerabilis.] *Dictu,cum venerabilis,nu.4.& ſeq. & ibidem Cardi.col.3.ad fi.ver.An autẽ producens inſtrumentum,vbi Apoſtil.Lap.hic ſequitur,& Feli.nu.22.vbi Lap. hic, & alios ad idem citat.Et regulare eſt,ꝙ producẽs inſtrumentũ ei in totũ ſtare cogatur. Cy. in l.1.C.de confeſ. Sozzi. Regu. 186.in ver. inſtrumentum ſi per aliquẽ. & Bal. in l.alia,et Pau.Caſtren.in fi.vbi apoſtil. ad ipſum Caſtren. Lap.hic,et alios citat. C.de ijs qui.ut indi. Cardi.conſi.56. Caſus ſuper quo poſt num.23.ver.Et contra iſtud nullam impugnationẽ.Caro. Ruin. conſi.162.viſo proceſſu,nu.4.vol.5.Dominus meus conſi. 558.in cauſa poſt nu. 7.Bertran.conſi.64.egregie, poſt numerum ſecundum, lib.3.par.1.qui Lap. hic referunt, & ſequuntur.*

c ¶Qui ponit facere.] *Lege qui ponit fatetur.arg.tex.in l.de ætate.§.1 ff.de interrog.actio.& in l.2.verſi. Cum ex ijs precibus.C.de inſtitutio. & ſubſtitutio. Idẽ dicunt Spec.titulo de Poſitio.§.8.in principio.& §.decimo ante numerum tertiũ. Barto.in l.2.§.quod obſeruari nu.19.C. de iuramento calumniæ. Bald. in l.ſicut. poſt numerum 6.C.de repudi. hæredi. & Alexan. conſilio 71.clariſſime, numero quarto,lib.3.*

d ¶Paratus.] *Iuxta tex. in l.qui alterius verſicu. Non etiam ſi agat, nam plane qui agit certus eſſe dẽt &c. ff.de reg.iur. Hinc videmus actori denegari dilationes, quippe qui inſtructus venire debet. Abb.poſt glo.num.13. de dilatio. Caſſa. Dec.1.eo.num.2.*

e ¶In excipiente.] *Quòd excipiens non fateatur probat tex. in l. nemo prohibetur.ff.de exceptio. in l. nemo ex ijs. ff. de reg.iur.in c.nullus pluribus.eo.lib.6. & per Lanfran.de Oria.in tracta. de Exceptio.nu.5.verſ Iſtud quoq; eſt notandũ.*

f Bar.in l.diuus.] *Videlicet.2.Et Barto. opinionem diſcutit late Raph.Fulg.conſi.177.publicato proceſſu, vbi etiam ampliat ad materiam teſtium examinatorum, videlicet ad interrogationem an quis vti velit atteſtationibus, ſeu depoſitionibus, & tunc ſufficiat reſpondere, quòd eis vti vult in quantum veritatem contineant, alias non, an vero pure, & ſimpliciter reſpondere teneatur concludens cum Barto. & concordans opiniones diſtinguendo,et declarãdo,ut ibi.Barto.ẽt ſequitur Ant. de Butr. in c.imputari, ad fi. de fid. inſtrum. Idem ẽt videtur voluiſſe Rot.282.licet quis,ver.ſecus verò ſi eſſet,in no.quam Dec. ſequitur Fel. in alle.c. imputari,ad fi.Cum Bart. etiam vbi ſupra, & Lapo hic concludũt Aug. in Addi.ad Ange.de Maleſi. in ver.falſario,poſt nu.44.ver.Tu autẽ in hac materia adde quòd Doct.Moderni.Alex.in Apoſtil.ad Bar.in d.l.diuus,in verſi.reſpondeo iudex, Felin.in c.præſentium,nu. 2.de teſti. Ioã.Fran.a Ripa in d.c.cũ M. Ferrarien.poſt num.100.verſi.Tollendo tamen de conſti.Io.Bap.Ferret. conſ.88. ſuper puncto,vbi ad fi.hanc opin.Bar. & Lapi veriorem dicit. Et hanc opin. Bart. & Lapi,ac Fulg.ſequutum fuit conſiliũ Neapolitanum prout, Deciſio Afflict. 189.incip. facta publicatione.*

g ¶Legitime.] *An ſit legendum legitime prout oẽs codices habẽt,an verò legitimi dubitari poſſet. Quòd legitimè hic non conueniat oſtẽdo ex ijs, quæ ſubijcit ibi,poſſeſſore inuito,& poſtea ibi agetur ad pęnã &c. Si.n.legitimè.i.ſecundum leges,uel iura (prout declarant glo.in ca.vni.de pace tenen.inter ſubdi. in ver.legitimè*



*gitimè,in prin.in vſi.feud.& Io. And. in c.quoniam,col.3.in verſ. legitimè, vt lite non conteſt.) poſſeſſio de qua hic capta fuiſſet non referret, ꝙ inuito poſſeſſore, nec pœnę alicui locus eſſe potuiſſet. At ſi legimus legitimi ſuperflua uidetur hęc adiectio, ſat.n.fuiſſet dicere ſuperioris, cum verba de habilibus intelligi debeant.uulga.l.1.cum glo.1.C.de ſacroſanct.eccl.ſi.n.ſupponitur ſuperior, ergo talis ſuperior qui ſuas qualitates habeat. Secunda autem lectura ſuſtineri poteſt, ut illa adiectio ſit ad maiorem cautelã, ſeu ſpecificationem iuxta l.pupilli, verſ. quod tamen.ff.de no.geſto.*

h ¶ Cogi a iudice an illam poſſeſſionem.] *Ante illa verba, an illam, deeſt ut declarem, ſeu ut reſpondeam. Et dixit a iudice, quia officio iudicis fiunt huiuſmodi interrogationes.l.1.§.1. iun.gl.ſup rub.ver.reſponde non.ff.de interro. actio. & ſupponit Lap.infra num.6.verſ.item quandocunque,& verſi. Et pro huiuſmodi partium.*

i ¶Volo habere.] *Intelligendum eſt. in aliquibus autẽ libris legitur nolo habere tunc, adde dum eſſet poſt verbũ perſiſtere,niſi: hoc modo Dictam poſſeſſionẽ nolo habere ratam, & dictæ productioni perſiſtere,niſi ſi, & inquantum &c. Et ꝙ altero ex dictis modis legendũ ſit oſtendit tota hæc alle. & elicitur ex dictis Bar.in præalleg.l.diuus 2.ff.ad leg.Corn.de fal. & aliorum,quos retuli ſupra in Apoſtil. in ver.Bar.in l.*

k ¶Ius eſt aptiſſimum.] *Potius apertiſſimum, & de hoc vide infra latius Alleg.127.Anaſtaſius,poſt nu.3.verſi. ad quartam.Et Lap.hic ſequitur Feli. in ca. in præſentia,in fi.de probatio.*

i ¶ Falſum procuratorem agere.] *An ſciens aliquem pro ſuo procuratore in iudicio ſe gerere,nõ cõtradicens, ſibi ꝑiudicet Doct. uariè locuti ſunt. Pro opi. Lapi,et ſic affirmatiua eſt tex.in l.qui patitur.ff.manda.in l.ſæpè.ff. de re iud.in l. ſemper qui non prohibet.ff.de reg.iur. & in c.fi.de iureiur.lib.6. Idem ẽt qđ Lap. hic uoluit Inno.in c.ex parte decani,nu. 2.uer.ex hoc dico.de reſcr. in c.cũ in iure.de off.deleg.& in c.cũ in noſtra.de ꝓcu.Et Inno.ſequuntur Archid. in ca.qui ad agendum,& Io.Andr. poſt princ.& Phi.Fran.poſt nu.4.de procu.lib.6. Rota.454.fuit dubitatũ utrũ,poſt prin. uer. Et uidebatur aliquibus, & Dec.ſeq quæ incipit per prædicta,in no.Bal. in l.licet, nu.15.declarando tamen id procedere ex parte actoris. C.de procu.Lud. Roma.conſi.170.ſciebãt,in prin.& in l. quæ dotis, poſt nu.42.uer. itẽ inquantũ, ubi poſtea reprobat diſtinctionem Bal.de qua ſupra, Deinde uer.ego uerò, dicit ſe ſecutũ pluries in iudicando ſnĩam Inn.pro qua plura fundamenta ſubdit.ff.ſolu.mat. Abb. conſi.7.tria circa col.2.uerſi.ſed ego lib. 2.Alex.in l.2.§.uoluntatẽ, nu.9 ff.ſolu. matri.Andr.Barba.conſi 46 ſcripſit præclarè,col.3.nu.22.uer. Et ad hoc adduci. lib.2.Feli.in c fraternitatis, col.4 uerſic. Ad idem qđ no.Inn.de teſti. Idem ẽt uoluit Corſet.in ſuis ſingu.in uer. procurator,in fi.Affli.Dec.Neapo 308.Franciſcus,poſt nu.6.uer.2.ad idem,& nu.7 ac ſeq. Contrariũ uerò tenuerunt relati per Alex.in alle.l.ſæpè,poſt nu.87.uer.contrariã opi.tenet ipſemet Inno. Idẽ Alex. poſtea uerſ.Et ex ijs ultimo,defendit dictũ præcedens Inno.in c.ex parte in x.caſibus,de quibus ibi latè.ff.de re iudi. Et dicta Alex. ibi pro pulcherrimis cõprobat,ad eũ ſe remittens Feli.in d.c. ex parte decani,nu.5.de reſcr. Pro præmiſſis ẽt uidere poteris And.Tiraq. de ut.retract. par.1.in uer.in fi.eiuſdẽ.§.glo.3. & ult. nu.11.& ſeq. Addo, ꝙ in illis caſibus in quibus procedit opi.Inno.in d.c. ex parte decani,ꝙ quis ſibi præiudicat quo ad omnes actus ita concluſerunt R. Domini mei de Rota in Placenti.Caſtri,ꝓut uidere eſt*

in Dec.23. Accoram.ſub tit. de procura.

m ¶ Appellat.] *Lectura ordinaria eſt non appellat, melior eſt hęc abſq; negatiua, prout colliges ex. §. falſus hic citato prout illum declarant Bar. Caſtr. & alij ibidē, & Pariſ. conſi.108. pro reſolutione, num. 46. volunt.n. principalem appellantē ratificare ſententiam contra falſum procuratorem latam, videlicet, tanquam ſic latā, non tanquam bene latam.*

n ¶ Suum effectum expedire.] *Lege ſuum officium exhibere. Ad tex. in l.1.§.1.ff. de interro. actio. iun. glo. ſuper rubr. ver. Reſponde non.*

o ¶ Status etiam.] *Potius legendū ſtatus enim, vt aſſignet rōnem eorū, quę proximè dixit. Et hic eſt mos philoſophorū, prout apud Ariſtotilem ſemper videre eſt, cuius mos eſt hanc dictionem.n. poſt ſuas propoſitiones ſubijcere, Mos eſt etiā iuriſconſultorum prout in l. vni. ver. credidit enim princeps.ff. de offi. præfe. præto. in l.1.§. quod autē.ff. de offi. præfe. vrb. in l. & ſeruorum.§. ingenui.ff. de ſta. homi. et in infinitis alijs locis, meritò Lapus noſter qui, & bonus dialecticus, & optimus iureconſultus fuit hoc loquendi modo vtetur. De ſimilibus incertitudinibus vide ſupra Alleg.6. inci. in hac 6. Et de pluribus incertitudinibus tracto in 4. q. 3. Reg. Cancel. nu.2. cū pluribus ſequent.*

p ¶ C. de condi. & demon.] *Lego. C. de cōdi. indeb. Et dubitare eſt medium inter ſcire, & neſcire. l.3.§. is qui neſcit, iun. gl. in ver. dubitat.ff. de libe. homi. exhi. per Tinda. in tract. Teſtium c.7. poſt nu.2. & per Matthæ. de Afflit. de iu. pro thomi.§. ſecundus, poſt num.4.*

## SVMMARIVM.

1 *Habens gratiam acceptandi primam præbendam vacaturam infra menſem acceptauit vacantē deinde vacauit alia quam alius impetrauit, acceptauit cū proteſtatione ſi ſibi eſſet debita: deinde tertius venit petens acceptā a primo tanquā ſibi prius debitam & reſeruatam quam ille dimittit, & vult acceptatā a ſecūdo: quæritur an poſſit.*

2 *Decretalis ſi beneficia, de præben. lib.6. quo caſu exorbitare dicatur a communibus regulis iuris.*

## ALLEGATIO CXX.

a FVlcinius [a] clericus impetrauit canonicatum ſub expectatione
1 † præbendæ à ſede Apoſtolica in eccleſia Florent. cū reſeruat. præbend. vacantis, uel vacaturæ, quam infra menſem à notitia vacationis duxerit acceptandam, poſtea uero in eadem eccleſia ſimilem omnino gratiam impetrauit Ioannes. poſtmodum in dicta eccleſia vacauit præbenda per obitum Titij Canonici dictæ eccleſiæ quam dictus Fulcinius acceptauit infra menſem, & ſibi conferri fecit per executorem, & poſſeſſionem pacificam fuit aſſecutus, & pluribus menſibus ipſam habuit, & tenuit. Poſtea vero in dicta eccleſia vacauit alia præbenda per obitum alterius canonici dictæ eccleſiæ, quam dictus Ioannes ſecūdus impetrās infra menſem acceptauit, & ſibi conferri fecit per ſuū executorē. Poſt hoc verò mēſe à die notitiæ vacationis in eccleſia tranſacto dictus Fulcinius primus impetrans, cōperto, ꝙ dicta præbenda quā primo tanquā ſibi debitam acceptauit erat alij debita, ut puta, quia Papa tanquam ſpecialiter reſeruatam alteri contulerat requiſitus ab ipſo impetrante, ipſam de iure, & de facto ipſi impetranti dimiſit, & dictam aliā præbendam per dictū ſecundū impetrātem acceptatā, & collatam nō obſt. lapſu menſis acceptauit, & ſibi conferri fecit, & poſſeſſionē extitit aſſecutus. Ex ijs quęritur cui ex prædictis impetrātibus dicta ꝑbenda debeatur, ſiue quis in ea canonicū ius habeat, præſuppoſito, ꝙ eſt verum, ꝙ quilibet iſtorum impetrantiū acceptauit ſub proteſtatione ſolenni, ꝙ poſſet ad aliā præbendam ſibi debitā redire, & acceptare ſi, & inquantū præbenda acceptata ſibi de iure non deberetur, & vt veritas clarius luceat arguo ad vtramque partem. Et primo arguo pro ſecundo



ſecundo impetrante, & videtur dicendum eum eſſe cui dicta præbenda debeatur de iure. Nam d. gratiæ habebant clauſulam accept. infra menſem, & ipſe ſecundus impetrans præſupponitur infra mēſem acceptaſſe, & deinde primū poſt menſem, ergo quæ ſuo expedita ꝑ cle. vni. de conceſ. pręben. Nec obſt. ſi diceretur ꝙ primus errauerit, & fuit probabiliter deceptus, quia acceptauerat pręben. ſibi non debitam, putans ſibi deberi, & quam primum ſciuit illam dimiſit, & redijt ad dictam aliā, quod videtur potuiſſe, maximè beneficio proteſtationis prędictę &c. nam dicta prima cle. in fi. induxit hunc rigorem vt dictus menſis currat ēt ignorāti, imò etiā ſecundū gl. ibi pe. quia ſecundum rerum naturā ſcire non poterat: vnde ſecūdum dictā gl. in prin. iſte rigor inductus eſt vt currat etiā illi qui nō eſt in culpa, pari ratione currit ei qui ſciebat licet deceptus errore prædicto non acceptauit, nā nō eſt minor rigor in eo qui ſecundū naturam ſcire non poterat, quam in iſto qui ſciebat, & dicto errore deceptus non acceptauit: Præciſe enim illa cle. vult talē menſem currere ignoranti, & innocenti: conſiderauit.n.
b periculum vacationis eccleſiarum, [b] de electio, quam ſit. lib.6. & habet locum ꝙ ſine culpa punitur aliquando quis ſed non ſine
c cauſa vt lite non conte. quoniam.§. porrò. [c] In contrariū vr̄ ꝙ d. præbēda ꝑtineat ad primū impetrātē, nā ipſe eſt prior in data. de reſcrip. cū adeo, & ante in canonicū receptus authoritate apoſtolica. Nec obſt. ſi lapſus ſit mēſis vacationis ꝑ d. cle. vnicā, de cōceſ. ꝑb. nā illa nō tangit hūc caſum. Illa enim determinat quādo impetrās dicatur habere notitiam vacationis vt no. gl. pen. in dicta cle. ita ꝙ ex ignorantia vacationis non poteſt poſt menſem acceptari præben. cuius vacatio elapſo iam menſe fuit nota in eccleſia, ſed in caſu præſenti loquitur de eo qui nō negat ſciētiam vacationis, ſed dicit ſe ideo non acceptaſſe quia aſſecutus fuit aliam, quam probabiliter credebat ad ſe ſpectare, quæ tamē ad alium ſpectabat, vt poſt menſem vacationis dictę præbēdę de qua agitur didicit, & ideo vigore proteſta. factæ per eum in acceptatione primæ præbendæ ꝙ poſſit redire ad aliā ſibi debitam, videtur poſſe ad dictam præbēdam redire ſibi debitam, & illam poſt menſem acceptare, quia d. cle. hunc caſum non reſpicit, aliàs fruſtra fierēt tales proteſtationes, quæ tamen a iure, & practica approbantur, & de qua proteſtatione legitur, & not. glo. vltima de reſcrip. cum in multis. lib.6. Arch. in c. gratia, eod. tit. & lib. Ioan. Mo. in decre. ſi tibi. de præb. eo. lib. Hoſtien. in d. ca. cum in multis. Ioan. Cald. in decret. cum noſtris, de conceſ. præb. & Ioan. And. in d. c. cū in multis. Item pro iſta parte benefacit decr. ſi beneficia, de præben. li.6. per quam is qui dimiſit beneficium ſuum, & aliud acceptauit quod ſibi debitum credebat ſi ſecundum poſtea ſibi apparet non debitū, illo dimiſſo pōt ad primū redire. Pari ratione vr̄ dicendū in caſu noſtro vt prima dimiſſa q̄ hodie apparet ad ſe non ſpectare redeat ad eā quā nō acceptādo dimiſit, ex eadē ęquitate quia vbi eſt eadē ratio, & idē ius dēt eſſe idē iudiciū, de reſcrip. inter cæteras. Item ex eo ꝙ ſupra dixi ꝙ d. cle. vnica. de conceſ. præbend. non cōplectitur hunc caſum; benefacit quod no. gl. pe. in d. cle. vbi dicit ꝙ per dictā cl. nō recedit ab eo ꝙ no. in decr. ſi clericus. lib.6. de præb. faciunt ēt illi caſus quos gl. ibi numerat in quibus dicit d. cle. non habere locum. Quid igitur dicēdū, & ſicut ad vtranq; partē argui, ita duas contrarias faciā concluſiones, vtranq; coloratam, & demū figam iudicio meo quā veriorē putabo. Et vr̄ poſſe cō-
d cludi pro prima parte [d] ꝙ non poſſit redire poſt menſem ad aliā præben. per rationes ſupra poſitas ꝑ iſta parte allegatas. Nec obſt. decre. ſi beneficia. quæ loquitur in alio caſu: videlicet quando is qui dimiſit beneficiū ha-
2 bebat ius in re. † Sed in caſu noſtro primꝰ īpetrās nunquā habuit ius in d. ꝑbē. & d. decre. ſi bn̄ficia q̄ exorbitās eſt à cōibus regulis iur. & innitit̄ æq̄tati nō extēditur ad alios caſus, vel terminos. Itē pro iſta concluſione facit, q̄a ad hoc ut poſſit redire ad aliā ꝑbēdā vigore ꝓteſtationis, oportet ꝙ expectet ſnīam ſuꝑ prima acceptatione, ſm̄ Hoſtien. q̄ hoc no. in decre. cū in multis, de reſcri. li.6. ac ꝯtrariū tenet, vt ſi iſte ſpontè ꝓponit̄ dimiſſe primā, & redijſſe ad aliā. Itē licet cle. vni. de cōce. ꝑbē. loquat̄ de ignorātia, tn̄ idē ī caſu ꝑſēti, & maximè ſi notitia de ꝑbēda q̄ acceptauerat q̄ deberet̄ alteri fuerat ꝑ d. mēſē vacationis ſecūdę apud eccleſiā, quia tūc ſaltem cœpit currere mēſis quo ad ſecundā, q̄a debebat infra menſem acceptare ex quo ſciebat primā ad ſe non ſpectare, & ſciebat ſecun-

ſecundum vacare. Sed videtur poſſe conclu
di pro alia parte: videlicet quòd poſſit redi
re ad ſecundam per rationes ſupra pro hac
parte inductas,& licet decre.ſi beneficia lo
quatur in alijs terminis, tamen eius æquitas
videtur poſſe extendi, vel porrigi ad iſtum
caſum,nam poteſt quodammodo dici,quòd
ius in re haberet primus impetrans in dicta
præbenda ſecunda vacante,nam erat pro eo
affecta,& reſeruata,& alijs inhibitum ne pē
dente menſe vacationis aliquid contra illā
diſponerent, & dicta proteſtatio debet ali
quid operari vt ſupra allegatum eſt. Nec eſt
vera illa opinio quæ habet, ꝙ volens redire
c ad aliam debet ſpectare ſententiam [e] ſuper
prima. Sufficit enim quòd doceat ſe ius in
prima non habuiſſe, vt ſcribit Ioan. And. in
d.ca. cum in multis. Item licet aliqui velint
dicere quòd d. clem. vnica de conceſ.præ
bend. inducat tantum rigorem quòd etiam
menſis currat ei qui non potuit ſcire vt ſu
pra tetigi,tamen vt tangit gl.pen.in ea in fi.
ex litera ipſius cle. videtur poſſe contrarium
elici, vbi imputet quidem ſibi ſi hoc caſu
quo de ipſius commodo agitur,quòd per ſe,
vel alium ſcire potuit ignorauit,& hoc pla
cet ibi Paul.Liazar. & ſufficit quòd induca
tur rigor in hoc quòd is qui potuit ſcire, &
neſciuit non excuſetur; ſed quòd diligenti,
& ſine aliqua culpa currat menſis, non ha
bet in ſe rationem,& ideo extirpandum,q[uia]
lex debet eſſe honeſta.4. diſtin. erit autem.
Veritas videtur quòd primus impetrans nō
poſſit redire ad aliam præbendam poſt mē
ſem notoriè vacantem, & quam impetrans
infra menſem acceptauit;Moueor per ſupra
allegata pro iſta parte,& potiſſimè per clau
ſulam menſis, nam gratia non fuit facta pu
rè,ſed de præbenda quam infra menſem ac
ceptaret, quandoque enim non acceptat, &
extra menſem,& extra gratiam,quo ad præ
bendam non acceptatam infra menſem:
imò etiam executor talem præbendam con
ferre non poſſet poſt menſem: quia habet
poteſtatem ſuam limitatam conferendi præ
bendam quam impetrans infra menſem à
die notitiæ vacationis duxerit acceptandā,
& hinc eſt quòd poſt menſem etiam præben
da adhuc vacans, & re integra acceptari nō
poteſt,nec conferri vt not.glo.ſuper.ver.in
fra menſem in d.clem. vnica.nec obſt. huic
concluſioni decre.ſi beneficia prælleg.quę
vt prædixi loquitur quando qui dimiſit pri
mum beneficium habebat ius in re,& pro
uidet abſurditati quę aliàs proueniret,quòd
remaneret ſine beneficio, & omnino care
ret primo,& ſecundo, ſed in caſu noſtro nū
quam habuit ius in dicta præbenda,nec pe
rit ideo gratia, imò remanet quo ad alias p̄
bendas vacaturas. ad hoc quòd not.glo.ſu
per ver. infra menſem in dicta clem.vnica.
de conceſ.præben. in fin.gloſ.hanc differen
tiam etiam not.dominus meus Lappus Ab
bas S.Miniati.in dicto.ca.cum in multis, de
reſcrip. lib.6. & in hoc operatur proteſtatio
de qua ſupra, quæ habet quòd poſſit redire
ad aliam ſibi debitam,ſed illa quæ vacat vl
tra menſem à notitia vacationis & non fuit
per eum acceptata, ſed per alium expectan
tem non debetur ſibi, & ideo proteſtatio ad
illam non porrigitur, fateor quòd ſi infra
f menſem [f] illam acceptaſſet, redire poterat
vigore proteſtationis non obſtan.accep. fa
cta de prima. Nec obſt.huic quod ſupra di
cebatur per cle.vnic.nam non reſpicit iſtud
impedimentum, ſed ignorantiam.Nam fate
or quòd dicta cle. reſpicit ignorantiam,non
impedimentum ſed tamen dat formam mā
dato, videlicet quòd infra menſem debeat
acceptari,& conferri,& ideo,ex forma mā
dati cogi non poteſt, vt not.glo.ſuper dicto
ver.infra menſem, in princip.

## Addi. Quint. Mandoſij.

a ¶Fulcinius.] *Hanc Alle.Gemini.in c.
cum in multis,ante fin. de reſcrip.lib.6.
Jo.de Syl.de Benefi. par.3. quæ.28.col.
penul.cir.medium,& nonnulli alij citāt
ſub numero 220.alias 120.Hinc puto hu
ius inſcriptionem quæ eſt, Alle.120. de
con. præben. pro Mcccx.corruptam eſſe,
& legi debere loco illorum verborum
pro Mcccx.aliàs ccxx.*

b ¶Vacationis eccleſiarum.] *Supple
tu diuturnæ, iuxta tex.hic citatum in c.
quamuis,& in c.vt circa, in prin.de ele
ctio.lib.6.Per hunc ſupra Alle.89.poſt
numerum 17.verſ. Et maximè cum nul
la eſſe debeat vacatio, & Rot.288. ma
ior, poſt princ. & 484. ſi appellatus,
num.2.in nou.*

c¶§.por-



c ¶§.porrò.] *Et l. quiſquis.C. ad leg.Iul.* 
*maie.canonizata.6. quæſt.1. ſi quis cum
militibus. Glo.1.in c.2. verſus fi.de con
ſtitu.D.meus conſil.64. & diligenter,
col.1.num.4.*

d ¶Pro prima parte.] *Hanc opin.in qua
Lap.reſidet, ſequuntur ipſum hic citan
tes,& eiuſdem verba referentes Gemi
nia.in Alleg.hic c.cum in multis,col.fi.
verſi.Sed pone quòd tu impetraſti.de re
ſcrip.lib.6.& Phi. Fran.ibidem ad fin.
Idem Fran.in ca. ſi beneficia, num.7.de
præben.eo.lib. & in c.ne captandæ, ante
num.8.de con.præben. dicto lib.6.Ioan.
de Syl.in dicto Tracta.de benefi.part.3.
quæſt.28 col.penul. verſic.& hinc eſt ꝙ
ſi aliquis,& Lamber.de iur.patro.artic.
24.in fi.quæſt.1.par.2.lib.2.*

e ¶Ad aliam ſpectare ſententiam.]
*Lege tu quòd volens redire ad aliam de
beat expectare ſententiam ſuper prima.
Idem etiam voluit Rot.141.not. quòd
vbi,in anti.Et Lap.hic citat, & ſequitur
alios referens Ioan. Bap. Ferret.conſilio
16.incipien.R.D.Ioannes,nu.15.*

f ¶Si infra menſem.] *Hoc dictum refe
runt,& ſequuntur Geminia.in Alle.ca.
cum in multis, in fin. de reſcrip. lib.6.
Fran.in dicto c. ſi beneficia in vlti.uer.
de præben.eo.lib.Ioan.de Syl.de Benefi.
quæſt.28.col.fin.verſ. Tamen ſi illam ac
ceptaſſet infra menſem par.3.*

## SVMMARIVM.

1 *Appellatio fieri debet contra perſonas
quę per ſuas literas fidem facere poſ
ſit de appellatione.*

2 *Committendo alicui aliquod negotium
omnia ſine quibus illud expediri nō
poteſt,commiſſa cenſentur.*

3 *Appellatio cum obiectione criminis cū
infamia impedit traditionem poſſeſ
ſionis beneficij collati poſſeſſore non
vocato.*

4 *Clauſula appellatione remota vires per
dere dicitur per ſolam commiſſionem
factam per papā ſuper appellatione.*

5 *Verba narratiua & aſſertiua in hoc dif
ferunt quia narratiua fidem non fa
ciunt,aſſertiua ſic.*

## ALLEGATIO CXXI.

1 QVantum ad nuntiationem fa
ctam † per perſonam authē
ticam quæ portauit literas in
a timationis [a] dicitur ꝙ ſuffi
cit,primo quia tex.in c.vt cir
ca.de elect.lib.6. dicit quòd appellatio de
bet fi ri coram perſona,quæ per ſuas literas
fidem poſſit facere de appellatione,ergo li
teris talibus per ſe ſtatur quòd fuit appella
tum, & eſt ratio ſecundum Archid.quia ibi
non eſt intelligendum quòd talis perſona
vadat ad curiam ad teſtificandum de appel
latione ipſa, ſed per literas ſuo ſigillo ſigil
latas,ſed literæ per nuntium ſolent deferri:
ergo ſi permiſſa eſt deſtinatio literarum,cer
tè & nuntij; adhoc quia quando aliquid ali
2 cui † committitur omnia ſine quibus tale ne
gotium non poteſt commodè expediri con
ceduntur,ſeu commiſſa intelliguntur; facit
ad hoc,quia vnus delegatus ſe excuſat alte
ri per literas ſuas,& nuntios,de offic.deleg.
prudentiam,& ibi not.Item vnus canonicus
citat alios per nuntium;ut not.de elec. cum
nobis olim,ſuper glo.j. in nouella, vbi dicit
Innocen.quòd ideo tenet,quia non ſunt pro
b priè citationes, ſed denuntiationes,[b] & no
tificationes,prout faciunt emptores vendito
ribus. Item Guil. Mandagot. in libello ele
ctio.capit.7.de citat. abſen. & ita habuit ab
olim obſeruantia, & conſuetudo in modo
3 citandi:ut no.de elect. in cauſis.† Quantum
eſt appellatio cum obiectione criminis cum
infamia,hanc ſuſpendere poſſet,quia clem.
conſtitutus,de elect.vocat iſtum modum ap
pellandi obijcere, & opponere,& decre.ac
cedens de accuſatio. & eius ratio trahitur
ad iſtam formam, nec mirum quia trahitur
ad modum ordinariæ actionis;& ita notatur
per Dominum meum do. Lapum Abbatem
S.Miniati ad montem propè Floren.in c. ut
circa.præalleg. & ita habet antiqua ob ſer
uantia: unde etiam ſi non eſſet facta intima-

tio

tio cum ex hoc appellatio non vitietur, ſuf-
ficeret iſta forma ad impediendum poſſeſ-
ſionem,& licet iudex, vel pars excuſetur an
te notitiam, tamen quando ſic impedit & ex
cuſatur, vnde cum in cauſa veſtra ſic coram
parte producta impeditur cauſa vlterius
procedere, & ſufficit quomodocunque ſciat
c vt no. glo. ſuper ver. plena, in clem. cauſam [c]
de elect. vide ibi quòd clauſula appellatio-
ne remota non poſſit, patet primo quia ſi li-
teræ ſint nullæ, clauſula illa non habet effe-
d ctum [d] vnde pendente lite ſuper nullitate, [e]
e ſuperſedi debet.† Item clauſula appellatio-
4 ne remota [f] perdit vires per ſolam commiſ-
f ſionem factam per Papam ſuper appellatio-
ne, vt in c. paſtoralis. de appel. fortius perdit
per appellat. & citationem peremptoriam fa
ctam authoritate iuris ad curiam. Item clau
ſula appellatione remota refertur quando
proceditur per iudicem inter partes, & ita
loquuntur omnia iura de iſta clauſula lo-
quentia. Sed quando proceditur extra iudi-
cium ſine parte, illa non habet locum. Item
ſi clauſula appellatione remota appoſita in
ter partes non extenditur ad tertium cuius
intereſt [g] cauſam commiſſam inter duos de
g fendere, fortius non extenditur in caſu no-
ſtro ad Antonium qui negat præbendam va
care in dicta eccleſia per obitum. B. & ſe in
ſua tanquam in tertia non poſſe impediri p
dictas literas, iſta enim clauſula reſpicit a-
lium qui in dicta præbenda conceſſa per Pa
pam prætenderet ius, ſed is qui negat illam
extare, & defendit ſuam tertiam tertius ad
quem clauſula appellatione remota ſe non
extendit. Item abſurdiſſimum eſſet quòd vi-
gore collationis factæ parte non citata poſ-
ſet expellere de poſſeſſione ſine remedio
appellationis, tamen omnes dicunt quòd ta-
lis appellatio tenet ſaluo iure contradicen-
di, etiam appellandi tempore ſcientiæ, aliàs
maximę abſurditates ſequerētur. Item clau
h ſula appellat. remota nil operatur [h] quantũ
ad impediendum effectum appellationis,
vt ſentit gl. ordinaria in c. vt debitus, & vbi-
cunque tractauit de materia, & idem in Spe.
de appell. §. in quibus. ver. ego dico. Item Io
an. de Lignano. in d. c. ut debitus, & idem
D. Bar. de Saxofer. quòd ſi verba narratiua
in gratia facta ad ſupplicationem partis nõ
ſint de facto proprio actiuo, vel paſſiuo. ſa-
i tis probaui in alia credula, [i] nec eſt verum
quod principaliter papa velit inſinuare be-
neficium vacaſſe de iure, ſed reſeruaſſe, &
talem appellationem ſuam bene vult inſi-
5 nuare principaliter. † Item differentia eſt in
ter verba narratiua, quæ fidem non faciunt
cum a parte ſupplicante fiant, & verba aſſer
tiua, quæ fidem faciunt, vt no. Io. And. de re-
ſcrip. nonnulli. ſuper gloſ. penul. ſed in caſu
noſtro Papa aſſerit reſeruationem, quia de
facto proprio alia narrat ad ſupplicationē
partis: ita expreſsè notant doctores vltra-
mon. & do. Bar. de ſaxoferrato hoc expreſ-
sè dicit, quòd bene notandum: Et iſtas puto
veras iuris concluſiones; & quicquid obti-
nuerim in alia quęſtione cum magno cla-
more domini Cy. punctis, & rationibus po-
teſtatis in ſecreto cum aliquo perito confer-
re; vel multis expenſis partis, habere omnes
qui ſunt de mane cras in palatio Priorum
ad dilucidationem ſcientiæ. Lapus de Ca-
ſtiglionchio.

## Addit. Quint. Mandoſij.

a ¶Intimationis.] *De intimatione, ſeu notificatione appellationis Ro. 82. cauſa & 127. vult in no. ac Phi. Fra. in c. appellatio. no. 1. qui ad Lap. hic ſe remittit.*

b ¶Denuntiationes.] *Quæ ad certiorē aliquem reddendum fieri conſueuere. Dyn. in c. eum qui certus in fi. de reg. iur. lib. 6. Ioan. Andr. & alij in c. ſi. de empt. & vendi. Alexand. conſil. 24. inſpecto, num. 4. vol. 4. & conſi. 138. viſo, ante nu. 2. vol. 7. Pariſ. conſi. 122. in cauſa, nu. 6. cum pluribus ſeq. vol. 4.*

c ¶In cle. cauſam.] *Et quando ſufficiat quòd quis quomodocunque ſciat vide per Doct. quos in proxima præceden. Alle. citaui, vide etiã tex. in l. item veniũt. §. petitum, ff. de petitio. hæredi. & ibi per Bar. & alios, & latè per Andr. Tiraq. de vtro. retra. par. 1. §. 36. Glo. 2. nu. 24. & ſeq.*

d ¶Clauſula illa non habet effectũ.] *Sic etiam dicimus precarium non valere ſi contractus principalis corruat, Bal. in teſtamento. verſus fi. C. de fideicom. & in l. ſi abſentis, col. fin. verſ. vnde ſcias. C. ſi cer. peta. Et alia ſimilia adduco in 46. quæſtio. Regu. de Anna. numero 9. & ſequent.*

e ¶Super nullitate.] *Vide Bal. in auth. quæ ſupplicatio. C. de preci. impe. offe. latè per Vita. de Gamba. in tracta. clauſularum in ver. nil noua. lite penden. & per Phi. Fran. in c. delecto, colum. 13. de appel.*

f ¶Appellatione remota.] *Octo effectus clauſulæ appellatione remota habes in tracta. clauſularum Vita. de Gamba. in ver. clauſula appellatione remota. Decem verò & ſeptē effectus eiuſdem clauſulæ ponit Phi. Fran. in c. paſtoralis. de appel. Vltra Lapum hic, & alios ſupra relatos. ſcias tu Romæ parum verſatus ꝙ clauſula appellatione remota nihil operatur in reſcriptis per contradictas, ſeu per officium contradictarum, & in alijs reſcriptis quæ non emanãt ex certa ſcientia, & de hoc nunquam obliuiſcaris, milies enim ſuper hoc dubitari continget, & hoc etiam deciſum fuit in Rota in cauſa Hiſpalen. coram R. P. D. Proſpero Sãcta Cruçe, pro vt Dec. 5. alias. 71. peregrini Fabij ſub titu. de appella. Ratio eſt quia paſſim illa clauſula per officium cõtradictorum conceditur, et abſque aliqua cauſæ cognitione, & ita etiam ego obtinui de anno 1561. coram R. P. D. caput aquen. in cauſa Tranen. Attentatorum pro D. Auguſtino Raimundo.*

g ¶Ad tertium cuius intereſt.] *Ad tex. in c. ſuper eo, verſic. non tamen eſt noſtræ, vbi omnes. de offi. deleg. Et idem quod Lap. hic volunt Bart. in l. 1. §. fin. nu. 4. ff. a qui. appel non licet. Alex. conſ. 84. in cauſa, num. 7. lib. 3. Feli. in cap. veniens 2. poſt nu. 5. in 1. conclu. de teſti. et Sernen. in cap. cum in multis, numero 98. de reſcr. lib. 6. Adducunt rationem, quæ eſt quòd hæc clauſula non extendit vires ſuas ad præiudicium tertij. Rurſus quòd reſcriptum non porrigit effectum ſuum vltra perſonas in eo contentas.*

h ¶Nihil operatur.] *Vide Abb. Phi. Fran. & D. meum Phil. Dec. in cap. paſtoralis, & Docto. in alleg. hic cap. vt debitus. de appel. Firma. in Reper. in ver. appellatione remota per principem, & in ver. clauſula appellatione remota. Et quòd ſolum appellatio friuola excluſa videatur vide docto. vbi ſupra, & Iaſon in l. ſi quis iniquum. §. ſi is pro quo, numer. 5. vbi Apoſtil. alios refert, ſe ad Lap. hic remittens. ff. quod quis iur. Et quòd (vt ſupra aduerti) hæc clauſula in reſcripto appoſita ex conſuetudine nihil operetur voluit etiam Ioan. Fran. a Ripa in cap. ſicut romana ante num. 4. de reſcr. Lapum hic ſequens, licet ſub alio numero hanc allega. citet.*

i ¶In alia cedula.] *Intelligit fortè de Alleg. proximè ſequen. Et dum ſubijcit differentiam intèr verba narratiua, & aſſertiua volens illa non probare, ſed bene hæc, loquitur iuxta tex. in capit. ſi papa. de priuil libro 6. Eadem differentia, ſeu diſtinctio elicitur ex verbis Fede. de Sen. conſil. 201. ad primum, poſt numerum 4. verſ. Sed poßet aliquis reſpondere quòd illa ſunt verba narratiua, non aſſertoria. De ijs tractat idem Lap. infra proxima alleg. diſtinguens vt ibi, & latè Felin. in cap. nonnulli. §. ſunt & ali, colum. 5. & ſequen. in 4. Amplia. de reſcrip. Et ad Lapum hic, & in Allegat. ſequen. ſe remittit Ioan. de Imol. in clemen. vnica. columna penultima verſic. Ad quod vide Lap. de probatio.*

## SVMMARIVM.

1 *Ciuitas Feſſulana qualiter & quare in omnibus dicatur ſubiecta ciuitati Florent.*

2 *Cauſæ qua ratione poſſint audiri aut com
*miſſiones fieri in diœceſi Feſulanenſi.*
3 *Loca vicina & connexa de facili poſ-
*ſunt communicari.*

ALLEGATIO CXXII. DE
probat. ponitur ſupra Alleg.67.in-
cipit Clement. ſi ſummus.

## ALLEGATIO CXXIII.

a Ciuitas Feſſulana [a] eſt ſolo æ-
quata, & deſolata notoriè,&
in ſua diœceſi non eſt aliquis
locus inſignis propriè,ſeu p
ſe, in quo peritorũ copia ha-
bitet, vel moretur, licet adhuc habeat epi-
ſcopum,canonicos, & eccleſiam cathedra-
lem.Eſt tamen verum quòd dicta olim ciui-
tas prout hodie eſt, & eius diœceſis quo ad
temporalia ſunt incorporata,& vnita,ac ſu
biecta ciuitati, & communitati Flor.& om-
nes perſonæ Feſſulanen.diœc.ſunt ſubiectæ
ciuitati Floren.& Epiſcopus Feſſulanen. ex
priuilegio apoſtolico, longeua conſuetudi-
ne ſedem retinet Floren.in eccleſia S.Mariæ
in campo. & ibi ius reddit ſuis ſubditis, &
eos citat & diſtringit in dicta eccleſia,& vni
uerſaliter tam clerici, quã laici in ſuis cau-
ſis ad conſulendum, & exercendum recur-
ſum habent ad aduocatos ciuitatis floren.
Modo rebus ſic ſe habentibus Senenſis im-
petrat reſcriptum a Papa contra Piſtorien-
ſem non in ſua diœceſi vbi non cogitur,nec
in piſtorien. vbi non arctatur ſed in tertia,
vbi permiſſum eſt à iure tali caſu ſic impe-
tranti, puta ĩ dicta diœ.Feſſulan.iudex diœ
ceſis Feſſulan. ſic impetratus committit vi-
ces ſuas cuidã abbati Florent.qui citat par-
tes in dicta cauſa inter prędictos vult cogno
ſcere, excipitur quòd non poteſt,quæritur
quid iuris. Et arguendo uerè poſſet dici ꝙ
dicta cõmiſſio fieri poterit, cum dictus ſub-
delegatus poſſit florentiæ cognoſcere, &
hoc ſic oſtenditur.Commiſſio dicta facta in
diœ. Feſſulanen. tenuit, quia in dicta tertia
non diſtanti à finibus piſtorien.vltra dictam
per decre. ſtatutum.§. cum autẽ. de reſcrip.
lib.6. & licet non ſit ibi locus inſignis, ta-
men tenuit impetratio:quia quantum ad cõ
miſſionem non videtur requiri locus inſi-
gnis,ſed ſolum quòd fiat perſonæ in digni-
tate conſtitutæ, ſecundum formam.§.cũ ve-
rò.& §.cum autẽ.in d. decr.ſtatutum, & ita
in commiſſione prędicta factum eſſe appa-
ret; quod ſic oſtenditur, Quando aliquid
non poteſt fieri in loco debito vbi manda-
tur:tunc in alio poteſt fieri, ad hoc de teſta.
b nos quidem [b] de offic. deleg.ſtatuimus.lib.
c vj. [c] ſed in dicta diœc. Feſſulanen.non po-
teſt ea de cauſa cognoſci, quia vt præfertur
non eſt ibi locus aliquis inſignis,vbi poſſit
copia peritorum haberi, ergo in alio loco
de dicta cauſa cognoſcetur.Item de iure no
uo non eſt aliquid diſpoſitum in iſto caſu,
vbi in loco commiſſionis non poteſt cogno
ſci quid fieri debeat: ergo iuri antiquo ſtabi
mus in ijs caſibus, in quibus correctum non
apparet,vt in iuribus vulgaribus.In contra-
rium dicitur & eſt verum quòd non tenuit
dicta commiſſio facta in diœceſi floren.nec
de eo poteſt ibi cognoſci per decr. ſtatutũ.
d §. in nullo [d] de reſcrip. lib.vj. Ad rationes
quæ in contrarium allegantur per impetran
tem dicitur quòd in diœceſi Feſſulan.eſt re-
perire locum inſignem,in quo poteſt perito
rum copia haberi, & ſic ceſſat ratio fundãs
contrarium,& hoc ſic oſtenditur. Locus in-
ſignis quo ad materiam de qua tractatur in
telligitur eſſe ille vbi duo concurrunt. pri-
mum quòd poſſit ibi peritorum copia habe
ri,ſecundum quòd ibi inueniantur neceſſa-
ria pro ſocijs,& equis. Sed vtrunque iſtorũ
eſt reperire in diœ. Feſſulanen.ergo ibi po-
teſt de cauſa cognoſci.De primo oſtẽditur,
copia peritorum dicitur haberi poſſe non ſo
lum ſi continuè ibi reperiantur, ſed ſi in lo-
co vicino, ita videtur ſentire glo.ordinaria
in d.c.ſtatutum.circa princ.ſuper ver.loc.et
hoc expreſsè not. Spe. poſt compo.de citat.
verſ.ſed quæ loca. & idem Ioan.And.ſuper
ver.in addit. ſi conſtat quòd cognoſcendo
in ea parte Feſſulanen.diœc.quæ per milia-
re diſtat a ciuitate Flor.vbi eſt copia perito
rum ſatis de vicino poteſt haberi. De ſecun
do idem videtur dicendum vt no.Spec.in di
cto.§.& ver.ſi conſtat quòd ex dicta vicini-
tate Flor.ciuitat. litigatores poſſunt moram
trahere Florentiæ vbi victualium abundan
tia reperitur,& ire ad dictam partem diœc.
Feſſulanen.vt præfertur vicinam,& exerce-
re cauſam, & redire florentiam pro victua-
libus, & ibi paſci, & poſtea ire,nam breui
temporis ſpatio expediuntur acta. Item in
dicta parte diœc. eſt ſtrata publica,& hoſpi
tia pro litigatoribus,& ſi ſecus diceretur eſ-
ſe dicere quòd iudex impetratus florentiæ
non poſſit de cauſa cognoſcere in eccleſia
S.Galli extra portam ciuitatis, quia locus
non eſſet de per ſe inſignis, & quia ibi non
moratur copia ſapientum quod non eſt ſen-
tiendum,cum ſępè poſſit contingere quòd
eſt aliquis locus in ciuitate plus remotus ab
habitatione peritorum,& ab hoſpitijs, & ui
ctualibus, quam ſit eccleſia S.Galli extra ci
uitatem & ſic lex eſſet impoſita verbis,& nõ
rebus, contra decret. commiſſa.§.porro.de
electio.lib.vj. realiter intelligendo conclu-
2 de† quòd ſi floren. ciuitas quæ inſignis eſt,
& ibi copia peritorum ita vicina eſt,& con-
nexa diœc.Feſſulan. quod abinde peritorũ
copia, & commoditas exercitij cauſarum
haberi poteſt, & fieri commiſſio, & audiri
e cauſa [e] in diœceſi Feſſulanen. in eadem vi-
delicet parte, quæ ita vicina ſit quòd com-
moditas prædicta haberi poſſit. Nec ob.ijs
modica incommoditas quæ eſt redire flo-
rentiam pro victualibus, & copia perito-
rum:quia conſtat quòd iudex impetratus in
diœc.pratenſi citat reos à finibus dictæ ciui
tatis,& etiam non eſt parua incommoditas
citatis,ſed conſtat quòd Piſtorien.ciuita.Fe
ſſulanen. ad locum vicinum floren.vt præ-
fertur non multum intereſt an tempore quo
cauſa ducitur habitet floren.vel in ipſo eo-
dem loco vbi cauſa ducitur: facit etiam
multum ad practicam dicta commiſſio di-
uerſarum diœceſum quo ad temporalia,
& quo ad litigantes dictarum diœc. trahun
tur ad ciuitatem floren. & recurrunt ad ad-
uocatos floren. vnde in facto quaſi vna cen-
ſeri debet, & mos regionis eſt attendendus.
f vt no.Spe. in prælleg.loco [f] quis locus di-
catur inſignis in quo poſſit peritorum copia
haberi:communis opinio eſt attendenda &
arbitrium boni viri; certe arbitrium boni
viri debet eſſe quòd litigantes in dicta diœ.
Feſſulanen. & in dicta parte ita vicina ciui-
3 tati floren. & ſic vicina, & connexa, † poſ-
ſunt & peritorum, & victualium copiam
g habere.& iſta eſt communis opinio homi-
g num [g] dictarum diœc.igitur &c.& hæc ra-
tio expedit quia dicebatur quòd in Feſſula-
nen.quia non poterat cognoſci,poterat fieri
commiſſio in flor.Sed ponamus ita eſſe gra
tia collationi quòd in Feſſulan. non poſſet
cognoſci per prædict.§.in nullo.an poſſit di
cta commiſſio fieri?& videtur quòd non plu
ribus rationibus,Primo quòd leges fiunt,&
adaptantur ad ea quæ ſępius eueniunt,non
ad ea quæ rarò, ſed ſæpius eſt quòd in ciui-
tate,& diœc. ſunt loca inſignia,& copia pe
ritorum, & generaliter probatum eſt ne ex-
tra illas fiat commiſſio, vel cauſa audiatur,
pro vno ſingulari caſu non immutatur lex,
ſed manet firma: nec procedit quod dicitur,
hoc caſu non eſt prouiſum, igitur iuri anti-
quo ſtemus:quia imò prouiſum eſt in gene-
re,quæ pruiſio in vno ſingulari caſu non tol
litur,in tali caſu adeundum eſt coram ordi-
nario:vt no.in fi.in §.nullo,ubi dicitur quòd
ſi ille qui impetrauit in diœc.extranea pro-
pter potentiam aduerſarij, dicat ceſſaſſe ti-
morem,non in communi diœc. procedere-
tur, quia ſufficit ita ſcriptum eſſe, & agere
debent coram ordinario, & tamen conſtat
quòd res ad naturã ſuam facilius redit quã
exorbitet. Secundo quòd ſi ponatur quòd
in diœc.Feſſulanen.non ſit locus inſignis,&
peritorum copia non poſſit haberi,certè cõ-
miſſio principalis non tenuit,& ſic fieri non
potuit ſubdelegatio, quod non tenuit com-
miſſio patet, quia locus commiſſionis pon-
deratur in omnibus caſibus prædictę decr.
ſtatutum,ſaltem ex mente.ita no.Ioan.And.
d.§.in nullo.unde in caſu.cap.cum uerò. &
§.cum autem, non liceret extra locum ibi
ſtatutum impetrare ut ueniret ad illum.Itẽ
nec licet impetrare in loco non inſigni, &
ubi peritorum copia non poſſit haberi,quia
ut prædixi locus commiſſionis eſt ponderã-
dus ſecundum Ioan. Andr.& eſt de mente,
& practica dictæ decre.ſtatutum.Item ratio
nes alleg.faciendo in uno loco quod in alio
fieri non poteſt; in caſu iſto maximè non
h procedunt.& primo ſtandum [h] eſt hoc non
eſſe uerum generaliter,nec de iure antiquo:
imò eſt ſpeciale in mandato facto a papa,
ut in d.c.ſtatuimus, de offic. deleg.ubi not.
gl.ordi.ſeu ſaltem correcta ſunt in hoc iura
antiqua; ſed hic ſpecialitas debet ſtare ĩ ſuis
terminis: uidelicet quando inquiſitio man-
datur fieri per papam,& per potentiam,uel
malitiam aduerſarij non poteſt in loco ex-
pediri,in quo caſu non ſumus: & id quod ſe
quitur in d.cap.ſtatuimus, uel aliquid aliud
&c.in-

&c.intelligi debet vniformiter: videlicet quando papa mandat aliquid ex officio. Secus ergo in iudice impetrato per partes, quo caſu poteſt aliter prouideri adeundo ordinarium vt ſupra tetigi.& eſt conſideran dum quòd tex.in c.ſtatuimus, dicit propter potentiam aduerſarij, vel malitiam, & ſequitur: vel alia rationabili cauſa: debes intelligere in qua pars non ſit in culpa.Sed in caſu noſtro pars quæ impetrauit in tali diœceſi cuius defectus maximè erat notus, fuit in culpa ſic impetrando,& ideo ſibi non ſubuenitur per decret. ſtatuimus, quia non eſt cauſa rationabilis impetrare in diœc.Feſſulanen. vt contra ordinariam diſpoſitionem iuris fiat commiſſio ſi cognoſcatur in illa.

## Addit.Quint.Mandoſij.

a Ciuitas Feſſulana.] *Conſiderationem Lapi in hac Alleg. ſubtilem dicit Gemini.in c.ſtatutum,in* 1.*reſpon.poſt num.*5. *Et hanc Alleg. citare voluit Phi.Fran. ibidem,num.*1.*& ſequen.de reſcr.lib.*6.

b ¶Nos quidem.] *Et Bar.conſi.*26.*teſtator,num.*3.*Idem Lap.ſupra Allega.*87. *Mattheus quondam, num.* 6.*vbi ego alios ad idem cito in mea Apoſtil.in eo. verſic. nos quidem.*

c ¶Statuimus lib.vj.] *Ex quo tex.Ludoui. Roma.conſil.*433.*quo ad primum.in* 1.*dub infert ad publicationem acceptationis prouiſionis a Regulis Cancellariæ in loco beneficij fieri requiſitam,quòd tamen alibi ex cauſa fieri poſſit, adducens plura iura, & plura alia ſimilia.& Roma. ſequuntur Fel.in c.cum dilecta poſt nu.*13.*in* 7.*limi. de reſcrip.Ioan.Fran. a Ripa de priui.contra.ex cau.peſtil.num.* 170. *volens ex cauſa peſtis in ciuitate Mediolani forſan imminentis,vel propter inimicitias Ducis, Regem Romanorum alibi coronari poſſe.Caßado. Dec.* 1.*in princ.de do.& contu. & ſuper Regu.Cancel.Dec.*22.*num.* 1. *& ſequen.& Dec.*28.*num.*2.*Sarnen.in* 13.*quæſt.Regu. de publican. in princip. & Rebuff. ſuper ead.Regul.Gloſ.*9. *verſic.Limitatur quando non poſſit.*

d ¶§.In nullo.] *Vide Gemini.in §.cum verò,numero* 3. *vbi diſtinguit, & Phi. Fran.in dicto.§. in nullo, colum.*2.*in fi. qui remittit ſe ad nota.hic per Lap. Vide etiam Rot.in num.* 380.*ſi iudex vbi etiam qualis conſenſus requiratur & Bellame.*81.*conſenſus.*

e ¶Et fieri commiſſio, & audiri cauſa.] *Hanc opin. tenuiſſe videtur Specu. in Allega. hic titul. de citatio.§.*1.*poſt num.*17. *verſic. Nec eſt neceſſe. contra hunc verò reſidere videtur Gemini.in Alleg.cap.ſtatutum,num.*4.*& poſt nu.* 5. *ſubdens quòd hæ ſunt allegationes, non deciſiones.Præcipua ratio Geminia. eſt quòd ille tex. requirit copiam peritorum in loco commiſſionis, & ſic infert quod non ſufficiat peritorum copia in loco vicino, præſertim cum in fin. illius cap.adſit decretum irritans,quo fit vt forma data eße cenſeatur, & ipſo iure nullum exiſtat quod contra factum fuerit.Bald. Imo.& Moder.in l.*1.*ff.de libe.& poſth. & alij quos refero in* 9.*q.*21.*Regul. nu.* 10. *Quædam Apoſtil. ad Geminia. vbi ſupra,in verb.quia non, dicit dictum Lapi hic ſuſtineri poſſe ſi Papa ex certa ſcientia committat.ad conſil.Oldra.*295. *orta materia, vbi inter alia ante num.*5. *voluit ipſe Oldra. quòd ſi Papa committat cauſam monacho, illũ monachum nominans quòd ſecum diſpenſare cenſeatur, per text. in l. quidam conſulebant. ff.de re iudic Hæc defenſio Lapi ad hunc caſum reſtricta indubitabilis eſt, & ſimilem diſtin.tradit idem Gemini.in eo. cap.ſtatutum.§.cum verò, poſt numerũ* 3. *verſic.crederem diſtinguendum. Aduerte tamen quòd Lap. infra hac eadem Alleg.colum.fin.verſic. Item rationes, vſq; ad fi huius Alleg. aliter ſentire videtur quam hic,vnde (mea quidem ſentẽtia) non potuit iure in hoc reprehendi.*





f ¶ Spe. in præall. loco.] *Videlicet in titulo de citatio,§.*1.*verſicul. Sed quę loca dicantur inſignia,& numero* 17.*Et pro eo quod Specul.ibi, & Lap. hic ſubdunt videlicet quòd arbitrio boni uiri uidebitur an locus ſit inſignis,uideri poterit Ludo. Roma. ſingu.*455. *ſi allegatur,ubi quærit ſi altera pars dicit locum inſignem, altera non, utrum in hac diſcuſſione arbitri eligi debeant, & ibi Apoſtil. alios refert pro utraque opin.*

g ¶Et iſta communis opinio hominum.] *Lego & ita eſt communis opin. hominum. De communi opin. ſeu credulitate hominum alicuius ciuitatis, loci, uel populi, de notorio, rumore, uel manifeſto, uide Bartolum in lege ſcriptus. ff. de religi. & ſum. fune. Abb. in capitulo ueſtra, numero undecimo cum ſequen. de coha. clericorum, & mulierum. & Caſſan. Deciſione tertia numero ſecundo & ſequent. de probatione.*

h ¶Standum eſt.] *Lego ſciendum eſt. Hanc Allegat.citare uoluit Phil.Fran. in allegat. hic capitulo ſtatuimus ſecundo de officio delegat. libro ſexto Lapus ſupra Allegation. octuageſimaſeptima Matthæus columna penult. uerſicul. Imò eſt hæc generalis diſpoſitio. hunc tex.quem hic reſtringit generaliter intellexit,prout etiam Arch.& Io.Andr. in d.c.ubi tamen Phil. Fran. ſuper hoc cogitandum relinquit.*

## *SVMMARIVM.*

1 *Iudex appellanti congruo loco & tempore ſępius & inſtanter apoſtolos petenti nil reſpondens: poſtea uero inter terminos appellantem citat ad Apoſtolos recipiendum: an dictę appellationi detuliſſe dicatur.*

2 *Denegare Apoſtolos appellanti eſt appellationi defferre.*

3 *Reſpondens ſe daturum nullum exprimens terminum: quandoque æquiparatur tacenti.*

## ALLEGATIO CXXIIII.

1 FActum ſuper quo cõſiliũ † pe
titur tale eſſe proponitur, Iu-
dex appellanti congruo lo-
co, & tempore ſæpius, & in-
ſtanter Apoſtolos petenti nil
reſpondit, ſed poſtea ſcilicet inter terminos
ipſum appellantem citauit ad apoſtolos re-
cipiendum. Quæritur nunquid dictæ appel-
lationi idem iudex detuliſſe dicatur, ita quod
inuitis partibus non poſſit in cauſa procede
a re, nec detuliſſe videatur.[a] Et hoc videtur pro
bari in ca. ab eo. de appel.lib.6.§. illud au-
tem, vbi expreſsè dicitur.& in c. vt ſuper eo.
titu.& lib. quòd iudex qui non tradit Apo-
ſtolos, requiſitus eius proceſſus poſtea fa-
ctus non valet, intelligi debet cum iudex
ſuper hoc cum debita inſtantia fuerit lo-
co, & tempore congruo requiſitus & eos
præciſè denegat, at in caſu noſtro prædi-
cto non proponitur iudicem expreſsè de-
b negaſſe, ſed nihil reſpondiſſe,[b] & po-
ſtea in iuris termino citaſſe, & ſic nec do-
losè, nec negligenter infra iuris terminum
tradere prætermiſit quod requirit. d.decr.
ab eod.in fine. Sed contrarium eſt uerum
quia ſecundum præmiſſa iudex de quo
quæritur dictæ appellationi detuliſſe uide-
tur, ita quòd inuitis partibus non poteſt
in cauſa procedere, nec grauamen reuo-
care, nec apoſtolos, & maximè refutato-
rios exhibere. & hoc clarè, & breuiſſimè
oſtenditur. Nam non eſt dubium quòd ſi
detuliſſet neutrum prędictorum inuitis par-
tibus poſſet facere iudex, ut in capitulo
cum appellationibus, de appellatione li-
bro ſexto, ſed in caſu præmiſſo detuliſſe
probatur. ergo prædicta non poteſt, pro
bo minorem; denegare apoſtolos, & re-
quiſitos non dare æquiparantur in iure.
hoc probat clemen. quamuis, de appella-
2 tione. in fine. † Sed denegare apoſtolos eſt
deferre in dicto capitulo ab ea.ergo ſi in ca-
ſu noſtro iudex denegauit ſaltem ſecundum
interpretationem iuris, apparet detuliſſe: &
c ſic non prædicta facere potuiſſe;[c] quòd

autem in caſu prædicto denegauerit oſten-
ditur euidenter. Nam ſi iudex requiſitus re-
ſpondit ſe daturum nullo certo termino ſta-
tuto, denegaſſe intelligitur vt in d.cle.quã
uis, fortius denegaſſe intelligitur ſi nil re-
ſpondit: quia plus eſt reſpondere ſe datu-
rum licet ſine certo termino, quam nil re-
ſpondere: quia in primo caſu ſatis poterat
intelligi de termino iuris, vel fortaſſis ante-
quam diſcederet à banco iuris, ſed in caſu
ſecundo, de nullo, & ita expreſsè dicit glo.
in dicta clem. quamuis, ſuper verſic. aut ſi.
& ita ſentit gloſſ. in dicta clem. quamuis,
ibi duos caſus addidi, ſcilicet quando nil
reſpondit & cæt. nec obſt. dicta decret. vt ſu-
per. de appel. quia debet intelligi quando
expreſsè denegat, quia clem. quamuis in fi.
æquiparat reſpondentem ſe daturum ſine
certo termino expreſsè deneganti, igitur vt
prædixi, fortius eum qui nil reſpondit; &
vt dixi gloſſ. in dicta clem. hoc expreſsè ſen
d tit de eo qui nihil reſpondet, [d] & hoc pu-
to de iure procedere, & ita obtinui.

## Addit. Quint. Mandoſii.

a ¶ Nec detuliſſe videantur.] *Litera hæc eſt ſatis obſcura, ſuperiorique contraria videtur, puto vel quòd iſta verba ſuperflua ſint, ac tolli debeant, vel quòd quibuſdam immutatis ita legendum ſit, videlicet, Et quòd detuliſſe videatur, hoc videtur probari & cætera. Si tamen iuxta literam antiquam legendum eſſe contendas, dum dixit idem iudex detuliſſe dicatur, intelligas iuxta interpretationem iuris vt denegans, vel tacens, vel reſpondens ſe Apoſtolos daturum termino non aſſignato, deferre intelligatur, iuxta gloſſ. in clem. quamuis de appel. infra citatam, & prout ipſemet Lap. infra ſe declarat numero 2. verſicul. ſed denegat: poſtea verò dum ſubdit, nec detuliſſe videatur, hoc verbum detuliſſe accipias iuxta veritatem, & proprium ſignificatum non autem iuxta iuris interpretationem.*

b ¶ Nihil reſpondiſſe.] *Pro hac prima opin. adduci poteſt con. Pet. de Ancharan. 224. iſte D. executor, præſertim poſt numerũ quartum, verſic. & fortè illa gloſſ. clem. 1. quæ æquiparat iudicem tacentem deneganti Apoſtolos non rectè ſentit, nam tacere tenet medium inter fateri, & negare, ad text. in capitul. is qui tacet. de regul. iur. lib. 6. & in l. qui tacet. ff. eod.*

c ¶ Non prædicta facere potuiſſe.] *Lego & ſic prædicta facere non potuiſſe: Alioqui iuxta primam lecturam Lapus (qui optimus dialecticus fuit vt hic, & alibi oſtendit) inferret iudicem a quo alia à præmiſſis facere potuiſſe, an autem præmiſſa facere potuiſſet non declaraſſet, non ſecus ac ſi diceremus, non ambulat, & ſic propoſitio eſſet infinita ex infinito nomine ſubiecto, prout per Ariſto. in 2. lib.* περὶ ἑρμηνείας *dum de propoſitionibus ex ſubiecto tantum, & prædicato tractat, & ibi Ammo. Herme. text. commen. 15. declarat. Quæ autem ſint hæc quę facere non potuerit dic tu quòd non potuit denegare apoſtolos expreſsè, uel tacitè, prę alleg. clem. quamuis, cum ibi nota.*

d ¶ Nil reſpondet.] *Contra illam gloſſ. (vt præmiſi) per verbum tamen fortè reſidere videtur, & ſic etiam contra Lap. hic concludentem pro ſecunda opi. Ancharan. conſil. 224. iſte dominus, numero 4. Ego communem & veriorem opin. puto dictæ gloſſ. quam ibidem ſequuntur Cardinal. in §. fin. in ſolutio. oppo. 1. ante num. 2. Ioann. de Imol. numero 21. & Vitali. qui ſimpliciter tranſit. Hanc Alleg. Lapi ſequitur etiam, & ad eam ſe remittit quædam Apoſt. ad Speculat. titul. de Appellat. §. qualiter autem appellatio, in verſi. ut circa ad fin.*





## SVMMARIVM.

1 *Teſtamentum vſurarij cautione non pręſtita nec de reſti. mentione habita non valet.*

2 *Cap. quamquam de vſur. lib. 6. an habeat locum in omnibus vltimis voluntatibus.*

3 *Vſurarius ſub qua forma teſtari poſſit & quę requirantur in eius cautione.*

4 *Vſuraria manifeſta qualiter probetur.*

## ALLEGATIO CXXV.

IN Dei nomine Amen Factum ſuper quo iuris conſilium petitur tale eſſe proponitur videlicet, in dei nomine Amen. Anno ab eius incarnatione &c. Poſtquam idem Philippus poſt vſuras per ſe extortas non requiſitus ſuum condidit teſtamentum, in quo ſibi vniuerſalem hęredem inſtituit, & plura legata fecit, tam ad pias cauſas, quam ad alias, & alia plura diſpoſuit, vſuris non reſtitutis, vt in forma ipſius teſtamenti latius continetur, ac deinde deceſſit alia cautione non præſtita. Ex ijs quæritur an dictum teſtamentum dicti Philippi, & prædicta, & alia contenta in eo, ſeu quæcunque alia eius diſpoſitio, ſeu vltima voluntas dictis vſuris non reſtitutis, & alia cautione non præſtita tenuerint, vel teneant, ſeu executionem aliquam mereantur. & examinatis ac ponderatis diligenter ad vnguem prędictis teſtamentis, & cautione, & omnibus ſupra dictis, & eorum circunſtantijs vniuerſis, reſpondendum, & dicendum videtur de iure dictum teſtamentum, & prædicta legata, & alia quæcunque contenta in eo, & quamlibet aliam eius diſpoſitionem, ſeu vltimam voluntatem ipſius Philippi dictis vſuris non reſtitutis, & alia cautione vt præfertur non præſtita non tenuiſſe, nec valuiſſe, nec tenere, nec valere, & fuiſſe, & eſſe irrita, & nulla eſſe ipſo iure, & nullam executionem meruiſſe, nec mereri. Quæ quòd vera ſint etiam clariſſimis iuribus, & apertis rationibus demonſtratur. Exploratı iuris eſſe non ambigitur manifeſtum vſurarium cautione non præſtita non
habere teſtamenti factionem, eiuſquè teſta-
mentum legata quoque, & contenta in eo &
quamlibet aliam eius vltimam voluntatem
non valere. Item certa forma tradita eſt à iu
re, ſecundum quam vt vſurarius poſſit teſta-
ri cautionem pręſtare neceſſarium eſt, & ali
ter condi teſtamentum non valet. Item certi
ſunt modi, argumenta, & probationes per q̃
quis fuiſſe, vel eſſe manifeſtus vſurarius cõ-
probatur, & omnibus tribus concluſionibus
firmatis, reſultabit, & inferetur veritas quę-
ſtionis, & negocij. Reſpondeo igitur ad pri-
a mã quæ expeditur per tex. decr. quanquã, [a]
2 de vſu. lib. 6. quo ad teſtamentum. † Quo au
tem ad alias vltimas voluntates probatur p
b gl. vlt. [b] dictæ decret. quanquam, & per iu-
ra alleg. in ea. & item tenuit dominus meus
Ioan. Cal. in donationibus factis cauſa mor
c tis, [c] in ſua quæſtione quę incipit canonica
inſtitutione cauetur. Quo autem ad legata
d etiam pia, [d] tangit Ioan. And. in dicta decre.
quamquam ſuper dicta gloſſ. vlt. & clarius
Bart. de Saxofer. in l. habeat vnuſquiſque. C.
de ſacroſan. eccle. Et non ſolum in iſto ca-
ſu, ſed etiam in quocunque, quem notoriè cõ
ſtaret in peccato mortali deceſſiſſe, vt quia
interfectus in furto, vel ſeipſum occidit, vel
ſimilibus. vt extra de furtis. cum fures. xxiij.
q. v. placuit, nec in eorum relictis eſt locus
priuilegijs quæ a iure ciuili, vel canonico
ſtatuuntur, de relic. ad pias cauſas, vt ſcribit
3 Bar. in præalleg. l. habeat. † Venio ad ſecun-
dam concluſionem, quæ probatur etiam in
d. c. quanquam in fin. ibi teſtamenta quoque
&c. de forma ipſius cautionis præſtandæ eſ-
ſe videntur inter alia, hęc omnia, videlicet
quod fiat coram eis quibus eſt reſtitutio fa-
cienda ſi preſto ſint, aut alijs qui poſſunt eis
acquirere, vel eis abſentibus loci ordinario,
aut eius vices gerenti, ſiue rectori parochię,
in qua teſtator habitat coram aliquibus fi-
de dignis de ipſa parochia, aut ſeruo publi-
co, de ipſius ordinarij mandato. Item ſi quã
titas receptarum vſurarum ſit manifeſta, il-
la debet exprimi in cautione, alioquin aliã
recipientes cautionem iudicis arbitrio mo-
derandam, & debet eſſe cautio idonea vide
licet per pignora, vel fideiuſſores & hęc om
nia habentur in textu in prædicta decret.
e quanquam. [e] Venio ad tertiam concluſionẽ,
quæ probatur per gl. quæ eſt in c. 1. de vſuris
lib. 6. & per gl. quę eſt in d. c. quanquã, ſuper

ver.manife.& per Hoſtien. in ſumma eo.tit. §.quæ pœna.verſic.quomodo, & plene per
f Federe.de Sen.in opere ſuo.conſil.8.[f] & inter alios modos eſt quo ad hunc caſum ſi qs fatetur publice ſe vſurarium,& vſuras reſtitui mandat, & forte libros rationum tradi vt not.in prælle.gl.in d.c. quãquam.Ex his concluſionibus ſic probatis infero ad caſum noſtrũ, & dico ꝙ dictus Philippus teſtator de quo quæritur apparet fuiſſe publicus vſurarius,quia ſic publicè confeſſus fuit coram notarijs,& teſtibus,vſuras reſtitui mãdauit, & codices rationũ ſuarum exhiberi,vt patet ex cautionis tenore ſupra relatæ,& hic modus probandi ſufficiens eſt,ut ſupra ſatis clarè,& euidenter probatum eſt in tertia concluſione. Item dico quod dicta cautio non fuit ſufficiens ſeu valida de iure, & ſic cautione legitima non præſtita ſuum condidit teſtamentum, & deceſſit; & ideo eius teſtamentum, & quęlibet alia eius voluntas, & contenta in eo non tenent,nec valent ipſo iure vt ſupra in prima concluſione probatum eſt. Quòd autem non teneat dicta cautio patet manifeſtè, quia in eo non eſt reperire ꝙ fuit pręſtita coram eis,quibus reſtitutio erat facienda,nec coram eis qui illis poſſunt acquirere,nec coram ordinario, vel eius vices gerente:nec corã Rectore parochiæ:nec coram teſtibus de parochia, in qua ipſe teſtator habitabat. & licet fuerit pręſtita coram ſeruo publico, non tamen de mandato ordinarij,quod requiritur vt in d.c.quamquam, & ibi glo. Item non fuit expreſſa certa quantitas vſurarum [g] vt requirit dicta cõſtitutio
g quanquam, & ſic quaſi omnia ſubſtantialia legitimæ cautionis defecerunt, ſine quibus dicta cautio non poteſt ſubſiſtere,quæ a iure certam formam habet,vt ſupra probatũ eſt, & ipſa cautio non tenuit; & per conſequens nec per dictum teſtamentum, ſeu quæcunq; alia vltima voluntas,vel contenta in eis non tenuerunt. Nec dicat forſan aliquis dictam cautionem fuiſſe idoneam pro eo ꝙ dictus Philippus in dicta ſua cautione pro dictis vſuris reſtituendis hypothecauit omnia bona
h na ſua, [h] quo caſu alia pignora, vel fideiuſſores non requiruntur: quia de per ſe talis cautio videtur ſufficere, per ea quæ ſcribit Ioan.And. in dicta decre. quanquam.ſuper gl.paupertas. in nouella; quia hoc non eſt verum vt vidi,& legi conſilium redditũ per ipſum Ioan. And. ſuper teſtamento cuiuſdã domini Bartoli de Prato, per quod conſuluit non ſufficere dediſſe hypotecam,cũ bona vſurarij alias reſtitutioni obligata ſint: & ſic ibi cõcluſum fuit per multos doctores Bononien. & ſic obtinuit.Sed poſito ꝙ talis hypoteca ſufficeret; tamen alia ſubſtantialia,de quibus ſupra, requiruntur, quæ etiã in cautione prædicta defecerunt,& ſic clarè infertur, & concluditur ad quæſtionem petitam & probatur reſponſionem ſupra factam de iure procedere.

## Addit.Quin.Mandoſij.

a ¶Decre. quanquam.] *in fin. Bar.conſilio 238. exiſtens, ad finem Baldus in lege falſus, columna quarta poſt numerum decimum, verſicul. Hinc dicitur vſurarius manifeſtus.C. de furt. & in le final. poſt numerum 7. verſicul. vel niſi eſſet excommunicatus pro vſuraria prauitate, vbi ſubdit hanc cautionem in extrema hora mortis præſtari poſſe, & quòd hæc decretalis quanquam eſt bene fundata in ratione lege tertia C. ſi a non compe.iudic.Phil.Fran. ſuper rubrica de teſti.libro ſexto quæſt.17. numero 34.*

b ¶Per gloſ.ulti.] *Et per Ioann.Monac. Archidiach. Ioann. Andr. Geminia. & Philip. Fran. ad fin. vbi ipſe Fran. hanc Lapi Allegatio. citare voluit, quam etiam ad idem citare debuit ſuper rubrica de teſtam. libro 6. in ſecunda quæſtione, poſt numerum trigeſimumquartum.*

c ¶Cauſa mortis.] *Contrarium conſeluit collegium Mediolanen. vt per Bal. in lege executorem, numero vndecimo verſiculo modo vidi codice de execut. rei iudicat. & ſubdit rationes differentiæ, quare magis prohibeatur teſtari quam cauſa mortis donare, dicit tamen quod hæc interpretatio videtur captioſa, & in fraudem canonum,tandẽ iudicio eccleſiæ ſe ſupponit.Et quòd diſpoſitio cap. quanquam,non habeat locũ in donatione cauſa mortis,voluit præceptor meus D.Phi. Dec.conſil.196 in caſu,numero 4. Breuiter magis communis opin.eſt pro Lapo.hic, & ſic quòd idem ſit in donatione cauſa mortis,prout Alexan.qui Lap. hic, & alium refert poſt num.2.C. qui teſta. face poſ.Et Lap.hic ſequi etiam videtur diſtinguens vt ibi Fran. ſuper rub. de teſta.lib.6. poſt nu. 34. verſ. tertio quæritur quid in donatione cauſa mortis.*



d ¶Legata etiam pia.] *Vide ſupra Alleg.30.conſilium fuit, num.3.vbi alios refero in Apoſtil.in ver. ad pias,et Lau. de Rodul.de vſur.quæſt.121.num.2.non nulli dicunt valere legata ad pias cauſas, quando apparet de contritione ipſius vſurarij, licet non caueat. Aduerte tamen ad rationem Fran. Areti.in l.1.C. de ſacro ſanc.eccle.ante num.4.vbi etiã Lap.hic citans ponderat quòd licet quo ad vſurarios, & alios notorios peccatores non debeat conſiderari aliquis eorum fauor, dicit tamen ſubeſſe fauorem eorum quibus relinquitur, & ſic indiſtinctè videretur tenendum quòd tam legata ad pias cauſas quoruncunque notoriorum peccatorum, quam etiam vſurariorum manifeſtorum ſubſiſtant dicto cap. quanquam non obſtante, de quo per Geminia. & alios ibi, vide etiam in Tracta.vſura. Ambro. de Vignate numero 233.vbi etiam citat Lap.hic,& Alleg. 30.& Phi. Fran. ſuper rub.de vſur.lib. 6.nu.33.verſ.Vltimo quæritur.vbi pulchrè diſcutit,Lap. etiam hic referens,& ſequens, quinque limitationes ſubdens. Ad Lap. etiam hic ſe remittit Gemini. in dicto c.quanquam §. omnes, columna antepenultim. in princip. verſicul.Idem tenet Lap.*

e ¶In prædicta decre.quanquam.] *Et plenè, & pulchrè per Bal.in l.executorem,num.12.cum pluribus ſequen.C. de exec.rei iudi.vbi reaſſumit,& declarat omnia membra pro forma requiſita a dicto c.quanquam, oſtendens qualiter impleri debeant, plures quæſtiones ponens ſatis pertinentes,quæ ibi videri poterunt,& Bald.ibi clarius loquitur quã Lap.hic, prout aduertit vtroſque citans, & ſequens Phili.Franc.in dicto c.quanquam.in princ.num.10.ſuper gl.in ver. mandato, & Bal.etiam ibi ſequitur D. meus in l. ſemper qui non prohibet,nu. 17.ff. de regul. iuri. Et quòd requiſita a dicto c.quanquam ſint de forma ſubſtantiali declarat etiam Abb conſil.1.lib.2. & ſentit Lap.infra hac eadem Alle.ver. Item non fuit expreſſa, ibi. & ſic quaſi omnia ſubſtantialia, & poſtea ibi,Quæ a iure certam formam habet,& verſ.Sed poſito quòd talis, & per omnes in dicto cap.quanquam.*

f ¶Con.viij.] *Et per hunc ſupra Alleg. 30.Conſilium fuit, num.2. gl.in cle.1.in ver.manifeſto,vbi etiam Cardi q.19.numero 23. & Imol.nu. 24.Bar.in l.2.nu. 3.verſic. quæro quis dicatur vſurarius manifeſtus, & ibidem plena Apoſtil. Alex.ff. de fur.Abb.conſil.81. videtur quòd dictus,lib.2. & in c.quia in omnibus,num.11. vbi etiam Apoſtil. in ver. manifeſti. Lap. hic ſequitur alios etiam ad id referens.de vſur.*

g ¶Certa quantitas vſurarum.] *Ita etiam declarant Bal. in alleg l. executorem, num.18. verſic. item requiritur in cautione quòd certa quantitas.C.de exe. rei iudi. Abb. conſil.1.poſt num.2.verſ. vt ſi quantitas extorta ſit manifeſta &c. libro 2. Et Lap hic ſequitur Phi. Fran.in dicto capit. quanquam, §. cæterum, in prin.*

h ¶Hypotecauit omnia bona ſua.] *Quòd hoc non ſufficiat voluerunt etiam Bald.in d.l. executorem.C de exec. rei indi.*

*iudi. poſt num. 17. verſ. Quia bona ſunt tacite obligata, & non ſufficit, & in aliis locis. Idem ſupra Alleg. 74 quæro an res, poſt num. 4. verſ. ſi autem dicantur, & Lap. ibi, & Bal. vbi ſupra refert, & ſequitur Phi. Fran. in dic. c. quamquam, in prin. num. 21. de quo etiam per alios in d. c. quamquam.*

## SVMMARIVM.

1 *Religioſus qui dedit in carceribus euchariſtiam credens mulieri ſibi referenti hoc poſſe facere de licentia parochialis presbyteri: an incurrat pœnam & c.*

2 *Credulitas non leuis aut temeraria ſed grauis aut probabilis a iure non reprobatur & excuſat a dolo & culpa.*

3 *Credulitas probabilis uel non probabilis quæ dicatur.*

4 *Laicus an propria authoritate capere poſſit clericum fugientem cum aliena re ſine pœna excommunicationis.*

5 *Credulitas quando dicatur excuſare credentem.*

## ALLEGATIO CXXVI.

1 FActum ſuper † quo iuris conſilium petitur tale proponitur. Quidam incarceratus in carceribus publicis ciuitatis Florentiæ, qui carceres erant in parochia Sancti Simonis grauiter ægrotauit: & ita, quòd in articulo mortis ab omnibus eſſe putabatur. Quædam honeſta matrona grauis, & antiqua, quæ ex deuotione, & ſalute animæ publicè curam gerit carceratorum dictorum carcerum & eis procurat alimenta, & alia plurima ſeruitia impartitur: & hoc vniuerſæ ciuitati notum eſt: acceſſit ad quendam religioſum profeſſum ordinis S. Petri de Murone, & eum requiſiuit quòd veniret ad dictos carceres, & miniſtraret euchariſtiã præfato carcerato, ego tanti; qui religioſus reſpondit quòd non poterat hoc facere ſine licentia parochialis ſacerdotis; illa matrona reſpondit, & dixit ꝑ ſacerdotẽ ipſum tunc abſentem, ante abſentiam licentiam huiuſmodi conceſſam fore; cuius matronę aſſertioni idem religioſus fidem credulam adhibens, dictum ſacramentũ euchariſtiæ miniſtrauit ꝑdicto ęgrotãti alterius parochiano antedicto. Hæc omnia ꝑfato ſacerdoti redeũti innotuerunt, & acquieuit, & acqeſcit & nullã iniuriam, uel grauamen ſibi reputauit, nec reputat. Quæritur an dictus religioſus excuſetur a pœna excõicationis lata a iure in miniſtrando d. Sacramẽtũ euchariſtiæ parochiano alterius ſine ſpeciali licẽtia proprij ſacerdotis per cle. 1. de priuile. Et vr̃ ꝙ prædicta q̃ non ſit dubia: nã ſi illa honeſta matrona ſic aſſeruit, nec rector querelã facit, vel ſe grauatũ reputat, vnde procedat hęſitatio non ſatis video: quia rebus ſic ſe habentibus pro veris, & ſine dolo factis fore ꝑſumi dẽt; & ſi quis tertius dictũ religioſum de prædictis accuſare vellet, vel in caſu aliquo exceptionem excommunicationis obijcere, non audiretur ſolũ probans religioſum miniſtraſſe dictũ ſacramentum & prædictũ carceratũ fore in parochia aliena: ratio quia põt eſſe ꝙ habuit licentiã
a debitã,[a] nec cogitur religioſus tertio fidẽ facere de licentia legitima: quicquid eſſet in parochiali ſacerdote accuſante. iſta probantur per no. per Inno. & alios in c. ſuper his, de accuſ. qui dicit ꝙ accuſatus a tertio de periurio, probando ꝙ promiſit ſe ſoluere cẽtum in termino, ẽt per terminum elapſum
b non infertur periurium,[b] licet nõ appareat de ſolutione. Sed ponatur fortius quòd dictus presbyter parochialis deducat hoc in querelam, & neget ſe conceſſiſſe licentiã: adhuc videtur quòd dictus religioſus excuſetur a dicta ſententia excommunicationis:
2 ratio † eſt quia credulitas non lęuis, nec temeraria, ſed grauis, & probabilis a iure cõceditur, & illa excuſat a dolo, & culpa: & ꝑ conſequens a pęna. de ſenten. excommunic. cum voluntate. iſtud probatur de ſen. excõ. in c. inquiſitioni. cum ſua glo. xxii. q. iiij. In-
c nocens. cum ſi.[c] Examinemus igitur an hęc fuerit probabilis, vel grauis, an lęuis, vel temeraria. Et videtur quòd probabilis, & gra-
3 uis. Nã probabilis † dicitur credulitas quando aliquid dicitur a bonis. vt no. gl. in d. c. inquiſitioni. & læuis dicitur quando a læuibus perſonis auditur vt not. alia gl. in d. c. inquiſitioni.



ſitioni. Item credulitas non eſt probabilis, nec facilis in iudice qui in pręiudiciũ partiũ credere non debet: ſed inter ſocios, & extra iudicium eſt facilis, & probabilis credulitas. hoc no. xxij. q. iiij. Innocens. & idem gl. in c. ſi quis vero lxxxvj. diſt. Itẽ aut per credulitatem meam ſit alteri præiudicium, & tunc punitur facilis credulitas, aut non ſit ꝑiudicium, & tunc facilis credulitas tolerat. ita no. gl. 2. q. 4. quam magnum. Reducendo hoc ad propoſitum apparet ꝙ in caſu thematis præmiſſi dicta credulitas fuerit probabilis, & tolerabilis ex omnibus præmiſſis cauſis. Primo, quia audiuit a graui matrona,
d & honeſta. 97. di. nobiliſſimus,[d] & quæ honeſto, pio, & charitatiuo officio impoſita erat, & alicui in ijs quæ ad officium ſuum ꝑtinent facilius creditur. de frig. fraternita. Secũdo, quia hęc matrona nõ referebat mala, ſed bona; bonum apparens eſt ſi ſacerdos parochialis ſe abſentans concedit licentiã alteri facere quod ipſe adminiſtrare non poteſt. Tertio quia hic religioſus non erat iudex, nec ex iſta credulitate habebat ferre ſententiam, ſed erat extra iudicium. Quarto: nam per hanc credulitatem non fiebat præiudicium alicui, ſaltem graue: Lęue enim eſt præiudicium miniſtrare vni carcerato euchariſtiam, & in iſtis quæ ſunt fori pœnitentialis faciliter permittitur credulitas, vt eſt notatum, quia in ijs non præſumitur quis calumniari quæ nã improbabilis cauſa poterat hunc religioſum mouere ad ſuſpicandum quòd prædicta matrona falſum loqueretur cum ex hoc nullum emolumentũ lucraretur, fortè, & ſuam, & morientis animas quantum in ſe decipiebat. de elec. dudum. nemo enim putandus eſt maleficium commiſiſſe quo alius vſurus eſt, & non ipſe, vt dicit Quintilianus de oratore, & cũ res ipſa feſtinantiam requireret in momento: nec tempus, nec locus patiebantur alterius
4 deliberandi cõſilium, quo caſu † etiã laicus ſine authoritate ſuperioris clericum in fuga conſtitutum cum re aliena poteſt inuitũ detinere ſine metu excommunicationis, vt
e no. in decre. cum non ab homine[e] de iudicijs, ſi igitur talis temporis penuria excuſat laicum a ſententia excommunicationis, quę fertur in eum qui manus inijcit in clericũ, fortius excuſare debet religioſum qui Chriſtiano exiſtenti in fuga vitæ miniſtrauit euchariſtiã, ne anima periclitaretur, cum anima ſit prætioſior rebus tẽporalibus. de pęn. & re. cum infirmitas. vltra ꝑdicta Bar. de Saxoferrato doctor eximius hanc materiã col- f
ligit in l. æquiſſimus.[f] §. dolũ. inter alia ſic 5
dicens, † aut credulitas eſt probabilis: puta quia procedit a communi opinione, vel fama, vel quando procedit a dicto hominis fide digni, vel a dicto plurium perſonarum, & tunc talis credulitas excuſat credentem. ff. de bo. li. l. Paulus. §. 1. & ad macedo. l. 2. & l. 4. §. miles. & l. mulier. de adulter. & l. cum quidam. §. quod. ff. de acquir. hære. Si vero credulitas eſt temeraria &c. non procedo, quia cætera membra non tangunt caſum noſtrum, ſed apparet ſecũdum eum quòd probabilis credulitas excuſat credentem, & apparet quòd illa eſt probabilis cauſa, quæ ꝑcedit a communi opin. vel a fama, vel a dictis fide dignæ perſonæ vt fuit in caſu noſtro. Rectè poteſt igitur concludi dictum religioſum ex cauſis prædictis excuſari a ſententia excommunicationis, cum ſit medicina peccati vt. c. cum medicinalis, de ſen. excom. lib. vj. peccata namque ex animo metiri oportet. cum voluntate, & propoſito maleficia diſtinguantur, de ſenten. excom. cum
g voluntate.[g]

### Addit. Quin. Mandoſij.

a ¶Quod habuit licentiã debitam.] *Hoc dictum Lapi pro nota. ſequuntur Anto. de But. Imol. & Ioan. de Ana. in Alleg. hic cap. ſuper ijs. de accuſa. & ibidem Felin. qui hanc Alleg. citat ante num. 17. Lapum etiam hic refert, & ſequitur D. meus Phili. Dec. in cap. in præſentia, poſt num. 24. verſ. Et ſimiliter dicit Lap. de proba. Et licet hoc dictum Lapi ſubtiliter impugnet idem D. meus in l. non hoc, poſt num. 6. verſ. Et ſimiliter dicit Lap. vnde legi. ego tamen opinio Lapi veram, et communem exiſtimo, ea pręſertim ratione quia in criminalibus debet accuſator concludenter probare crimen factum reſpectu tertij, prout etiam Lap. ſequitur ac a Dec. vbi ſupra defendit Alcia. de præſumptio. par. 3. in 2. prin.*

*prin. Regu. præſum.6. in 1.limi.verſic.*
*Adde pro hac limi.quod not.Lap.& Re*
*gul.3. præſum.1.num.7.*

b ¶Non infertur periurium.] *Idem vo*
*luit ſupra Alleg.53 an oporteat,num.3.*
*verſ.licet qui accuſat aliquem de periu-*
*rio,& Alleg.89. ad fi. verſi.Nam licet*
*contra Titium de periurio. Feli.in Al-*
*leg c. ſuper ijs,numero 16.de accuſa.Al*
*cia. in dicto Tracta. præſump. regul 2.*
*part.3. præſump. 6. poſt num.1.verſ.Li*
*mitat hanc conclu.*

c ¶Cum ſimi.] *Et Lap.hic citat,& ſequi*
*tur Alexan. in l.1. numero 5.ff.de eo per*
*quem fa.er.Et hanc Alleg.adducere vo-*
*luit Apoſtil. ad Alexan.conſi.75. poſt*
*numerum. xi. in uer.credens,vol.5. quæ*
*etiam alios ad idem refert.*

d ¶Nobiliſſimus.] *Idem voluerunt glo.*
*penult.in l.Titio fundus ad fi.ibi & erat*
*homo cui videbatur credendum. ff. de*
*conditio. & demonſtra.quam pro ſingu.*
*notant, & ſequuntur Bald. in l.inditia,*
*poſt numerum 5.C.de rei vendi.& in c.*
*cum contingat, ante numerum 3.de re-*
*ſcrip.Alexan. conſil.28.viſis,num.6.li.*
*1.Cur.Iuni. conſil. 19. viſo, numero 5.*
*Hyppo.de Marſi.in Praxi crimina. in*
*princip.numero 8.qui alios refert.Et hoc*
*dictum Lapi citant,& ſequuntur Felin.*
*in Alleg.cap cum contingat,colum.4.in*
*princip. de reſcrip. Anto.Corſet.in Re-*
*per.ad Abb.in ver. accuſatus de vulne-*
*re cum ſanguine.in fin.& Pariſi.conſilio*
*165. parum inter ſe, poſt numerum 29.*
*volum.4.qui tamen Allegat.hanc corru*
*ptè citat.*

e ¶Cum non ab homine.] *Et ibi Ab*
*ba. poſt num. 12.verſ. & licet illa.idem*
*tenet,& ibi Apoſtil. in verſic. ſimiliter*
*ad hunc ſe remittit,& etiam Felin.num.*
*3.qui hanc communem dicit, Abba in*
*cap.vt famæ, poſt numerũ 6.verſic. &*
*refert Inno.& ibi duæ Apoſtil.quarum*
*altera ad Lap.hic ſe remittit,& Felin.in*
*capit. ſi vero.1. numero 2.de ſenten. ex-*
*communi. Lap.etiam hic citant,& ſequũ*
*tur Roma.in l.de pupillo.§.ſi quis riuos,*
*numero 5.ff. de no. ope. nunti.Firma. in*
*ſuo reperto.in verſic.clericus in crimine*
*deprehenſus poteſt capi.Stepha. Aufre.*
*de pote. ſecu.ſuper eccle.perſo.Regul.an-*
*te numerum 14. hanc communem dicens,*
*alios etiam referens, & Aegid. Boſ. de*
*Captura,num.3 & ſeq.*

f ¶In.l.æquiſſimum.] *Quæ eſt l.1.ff. de*
*eo per quem fa.erit,vbi etiam vide An-*
*gel.Ludo.Roma.Alexan.& Iaſ.& Bar.*
*ibi,& Lap. hic ſequitur D. meus conſil.*
*487.in quaſtione. num.12.*

g ¶Cum voluntate.] *Et l. qui iniuriæ,*
*in princip.ff.de fur.l.qui reipub.ff.de in-*
*iur.l. ſi non conuitij.C.eod.D.meus con-*
*ſil.234.in effectu,ante num.5. & præal*
*leg.conſi.487.num.13.& ſeq.*

*SVMMARIVM.*

1 *Beneficio deuoluto vel reſeruato in cu-*
*ria an redeat ad ordinarium per vni-*
*cam Papæ collationem etiam ſi ille*
*cui facta eſt collatio non poſſederit*
*beneficium,ſed ex ſua culpa in priua-*
*tionem inciderit.*

2 *Traditio poſſeſ. beneficij per alium poſ-*
*ſeſſi facta per executorem reuocatum*
*an valeat.*

3 *Poſſidens beneficium altero in poſſeſſio*
*nem miſſo: continuans tamen poſſeſ-*
*ſionem an dicatur perdidiſſe.*

4 *Poſſeſſionem capiens authoritate propria*
*& inuito poſſeſſore ſeu contradicen-*
*te dicitur violentus.*

5 *Procurator generalis non intelligitur da*
*tus ad illicita.*

6 *Titulum habens poſſeſſionis iniuſtum*
*qualiter prouidere debeat vt excuſe-*
*tur a dolo.*

7 *Iudex non eſt petendus in his quæ lex*
*ipſa facit.*





8 *Bona hæreticorum licet ſint ipſo iure con*
*fiſcata,tamen executio confiſcationis*
*& bonorum occupatio ante ſententiæ*
*prolationem ſunt prohibita.*

## ALLEGATIO CXXVII.

1 ANaſtaſius canonicus † S.Euſe
a bij exiſtens capellanus [a] d.no
ſtri Papæ deceſsit:& quia per
eius obitũ dicti canonicatus,
& præben. vacauerunt in Ro-
b mana curia per ſpeciales reſeruationes [b] fa-
ctas de huiuſmodi beneficiis in curia Roma
na vacantibus Martinus ipſos canonicatum
& præben. ſicut præfertur vacantes impetra
uit a dicto Papa ſibi authoritate Apoſtolica
conferri per executores ad hoc per dñm Pa
pam ſibi ſpecialiter deputatos, & facta ſibi
collatione de eiſdem per dictum executorẽ
in forma,proceſsibus cõſuetis,& factis ſub-
delegatis, ut eſt moris quibuſdam clericis
nominatis, & in genere omnibus alijs, qui
fuerint ſuper hoc per ipſum Martinũ requi-
ſiti, donec ad ſe duxerit reuocãdum de indu
cendo ipſum Martinum in corporalẽ poſſeſ
ſionẽ dictorum canon.& præben. Cum poſt
hoc ad notitiam prȩfati executoris deueniſ-
ſet, ꝙ prædictos canonicatũ & prȩb. quidã
tertius tanquam canonicus poſsideret, & no
lens contra iuris dictamen poſſeſsionem di-
cto Martino tradere, dicto tertio poſſeſſore
non vocato; reuocauit in ſpecie dictos ſub-
delegatos per ſe nominatos,& in genere de
putatos, & inhibuit omnibus eiſdem ne in
dicto negotio procederent:nec dictam poſ-
ſeſsionem traderent dicto Martino cõtra re-
uocationẽ, & inhibitionẽ, quæ intimata fuit
legitimè,& perſonaliter prædictis ſubdele-
gatis in ſpecie cum de præſenti in genere nõ
poſsit fieri intimatio,ut de ſe patet,adhibuit
dictus tertius poſſeſſor talem cautelam, nã
ſecum habuit pluribus diebus notarium pu
blicum, & literas prȩdicti executoris, per
quas apparebat de reuocatione prȩdicta, &
cum dictus Martinus procederet ad eccle-
ſiam S. Euſebij pro capiendo poſſeſsionem
dictorum canonicatus, & præbend. & ſecũ
duceret,& haberet quendam clericatum, ut
ſibi dictam poſſeſsionem tribueret vigore
dictæ ſubdelegationis,factæ in genere. Idẽ
tertius poſſeſſor in ipſo limine eccleſiæ quã
primum prædictus intraſſet eccleſiam, an-
tequam ad aliquem actum procederent eiſ-
dem Martino, & dicto clerico intimauerunt
prȩdictam reuocationem, & inhibitionẽ,
& præſentauerunt prȩdictas literas dicti
c executoris, & proteſtatus [c] fuit quòd di-
ctam poſſeſsionem non caperent. Quibus
non obſtantibus idem Martinus inuito di-
cto tertio dictam poſſeſsionem quantum in
eo fuit cepit, & dictus clericus vigore di-
ctæ ſubdelegationis factæ in genere dictam
poſſeſsionem ſibi tradidit; ipſe tamen ter-
tius poſſeſſor ſuam poſſeſſionem non dimi-
ſit, ſed ea uſus fuit, & vtitur ſicut prius,ex-
cepta dicta moleſtia, quam dictus Marti-
nus ſibi intulit, & infert occaſionibus præ-
dictis. Ex prædictis quæritur per ordinem
de infraſcriptis quȩſtionibus. Primo quæri-
tur nunquid ualeat deputatio dictorum exe
cutorum in genere. Secundo poſito, quòd
valuerit nunquid dicta intimatione facta, ut
præfertur potuerit dictus clericus tradere
dicto Martino dictam poſſeſſionem. Tertio
nunquid per dictam traditionem poſſeſſio-
nis factæ dicto Martino,dictus tertius ſuam
poſſeſſionem amiſerit cum ipſe tertius etiã
poſt vſus fuerit ſua poſſeſſione. Quarto
nunquid prædictis ſic ſe habentibus dictus
Martinus ceciderit a iure ſuo. Quinto po-
ſito, quòd cecidit a iure ſuo ita quòd ea cau
ſa uacauerint ipſo facto ipſi canonic. &
prȩbend. nunquid reſeruatio facta de illis
per ſedem Apoſtolicam, & vacatio iuris
in curia per obitum dicti Anaſtaſij Capel-
lani domini Papæ expirauerit ita quòd ex-
tra curiã dicantur vacare. Sexto poſito,qđ
expirauerit curiã& extra uacauerint, nun-
quid poſſit is ad quem ſpectat ipſos cano-
nicatum, & præbendatum libere conferre
non facta declaratione prius per iudicem
competentem, quòd dictus Martinus inci-
derit in dictam pœnam priuationis,ſeu ex-
communicationis prædictæ, & ſeu, quòd
prædicti canonicatus, & præbendatus ua-
cent ex cauſis prȩdictis. Et uenio per odinẽ
d ad dictas quȩſtiones. Et primo [d] dico ad pri
mam quòd dicta generalis deputatio exe-
cutoris non tenuit de iure,& ut facta a depu
tato in gñe fuerũt nulla ipſo iure tanq̃ facta
ab eo qui iuriſdictionẽ non habebat, nec re
ceperat ſub dicta generali cõmiſſione, ſiue

enim iſti ſubdelegati erant iudices, ſeu pro-
curatores ſeu defenſores, ſiue executores, ſi-
ue tutores, non tenuit dicta generalis com-
miſſio, per quã incerti fuerunt ſubexecuto-
res, hoc eſt expreſſũ in decre. adhęc ſumus
de reſcr. & ff. de procuratoribus. l. 2. & de te
ſta. tute. incertus. & inſtitu. de leg. §. tutor. ex-
tra de arbit. innotuit. & hoc no. glo. penult. in
d. cap. ad hæc. quod not. glo. de procura. cap.
2 primo. ver. 2. in rub. lib. 6. † Ad ſecundum di
co quòd non potuit dictam poſſeſſionem tra
dere cum eſſet reuocata poteſtas tradita, etiã
ſi tenuiſſet, quia vices non fuerunt commiſ-
ſæ in toto, vel ſimpliciter, ſed donec ad ſe du
e xerit reuocandas: [e] veniente igitur illa reuo
catione ceſſat poteſtas cõmiſſa, & maximè
cum intimatio dictę reuocationis fuerit fa-
cta in ſpecie nominatis; illis autem quibus
cõmiſſio facta fuit in genere fieri non ex-
pedit, quia non poſſet in ſpecie fieri, & tamẽ
etiam in ſpecie facta fuit ei, qui tradidit di-
ctam poſſeſſionem, ut ſupra proponitur, er-
3 go nulla dubitatio. † Ad tertiam quæſtionem
dico, ꝙ dictus poſſeſſor ſuam poſſeſſionem
non amiſit per dictum ingreſſum dicti Mar-
tini caſus eſt. C. commin. uel epiſtolas. l. in-
de. C. ſi per vim, vel alio. l. ult. ubi hoc eſt ex
preſſum, non enim apparet expulſus, nec ſu-
ſpicatus fuit ſe poſſe repelli ergo poſſeſſio-
f nem, quã ante habuit adhuc retinere. [f] Ad
quartam quæſtionem dico, quòd ſic, & hoc
probatur in decre. eum qui. lib. 6. de pręben.
ſecundo reſponſo. Licet glo. ibi videatur ſen
tire, ꝙ ille §. non habeat locum niſi in vio-
lento, & idem tenet Ioan. And. ſuper d. gloſ.
in nouel. & idem vr̃ ſentire in decre. trãſmiſ
ſa. de elec. Sed Archi. ut refert Ioan. And. ſu-
per dictis glo. in nouel. intelligit violentiam
eo ipſo, ꝙ ſine authoritate iudicis, ſiue exe-
cutoris ingreditur; cuius opinio videtur ve-
g rior [g] nam nulli eſt licitum adminiſtrare in
præbenda antequam ſibi aſſignetur ab eo, q
aſſignari poſſit, vt no. Inno. & Hoſt. de cõceſ.
præben. propoſuit. in prin. ergo ſecundũ ip-
ſum Archi. ſi aliter adminiſtrat dr̃ violentus
ad hoc quod not. poſt Innoc. & Compoſ. de
elec. nihil eſt, & ſi bene videatur tex. in d. c.
eum qui. de præben. lib. 6. hoc vr̃ dicere ibi
violenti, & ſi dicatur illi violenti qui autho-
ritate propria &c. hoc ẽt patet inferius in li-
tera ibi a ſua temeritate refręnetur, non di-
cit a ſua violẽtia, punitur ergo hęc audacia
apprehendentis poſſeſſionem propria autho
ritate; & ſi ponatur, ut in caſu thematis præ-
4 ceden. ꝙ poſſeſſio capiatur authoritate † ꝓ-
pria inuito poſſeſſore, ſeu contradicente ſta
tim apparet de violentia. Sed ſi poſſeſſionẽ
vacuam apprehenderet, poſſet forſan dubi-
tari & ita puto glo. & Ioan. And. intelligere,
non enim dubium, ꝙ ei poſſeſſori contra cu
ius voluntatem, & quo inuito contradicente
alius poſſeſſionẽ cepit propria authoritate
competeret interdictum vnde vi, in quo ta-
mẽ duo ſunt probãda poſſeſsio, & deiectio,
ſeu ſpoliatio: ſatis enim dr̃ is qui incumbit
poſſeſſioni pacificè ſi alius propria authori-
tate ipſam poſſeſſionem ingrediatur poſſeſ-
ſore præſente, & contradicente, licet poſſet
vim licitè repellere, & retinere poſſeſſionẽ:
tamen hoc non requiritur, ut competat inter
dictum recuperandæ, ſeu vnde vi: immo ẽt
datur ei, qui ideo non accedit ad poſſeſſionẽ
ſuam, quia dubitat ſe poſſe repelli. poſſeſſio
enim animo amittitur, & retinetur: eſt tamẽ
talis amiſſio culpa alterius qui prouocatur,
dr̃ ille cuius culpa hoc fit violentus, & expo
liato competit interdictum. Concluditur er-
go quòd ex quo inuito, & contradicente poſ
ſeſſore alius ingreſſus eſt poſſeſſionem, uio-
lentia dr̃ illata, & habet locum pœna d. ca.
ei qui. 2. reſpon. lib. 6. & ipſo iure amittit om
ne ius, quod habebat ingrediens, & ſic præ-
dicti canonicatus, & præbenda ipſo facto va
cauerunt per dictum uiolentum ingreſſum
dicti Martini. Nec prædictis ob. ꝙ dictus poſ
ſeſſor non dimiſerit poſſeſſionem, tamen cõ
tra eam paſſus eſt violentiam, & turbationẽ,
& vbi ſolus erat in poſſeſſione libera, modo
ſociatus, & turbatus, propter quam turbatio-
nem datur tedialis poſſeſſio, ut tedio affe-
ctus ueniat reſponſurus, ut lite non conteſta.
h c. qm̃ frequenter. [h] Iſte ergo talis dr̃ uiolen-
tus qui propria authoritate poſſeſsionẽ ap-
prehendit, ut dicit tex. in d. c. eum qui. 2. re-
ſponſo. Sed hic occurrit examinare an di-
ctus Martinus euitet dictam pœnam pro eo,
quia non per ſe, ſed per procuratorem gene
ralem dictam poſſeſſionem apprehendit. Et
5 videtur quod ſic, quia procurator † genera-
lis non intelligitur datus ad illicita. de offic.
i vica. cum in generali. [i] & poteſt idem Mar-
tinus prætendere ignorantiam facti, quæ ex-
cuſat in regula iuris ignorantia. de reg. iur.
lib. 6. & hoc eſt verũ niſi ex poſtfacto tacitè,
uel

uel expreſsè ratũ habuit; de ſenten. excom-
k mu. cum quis lib. 6. [k] vel ſufficit ſi ſciebat
procuratorem ſuum dicta poſſeſſione uti,
uel eius vigore poſſeſsorem primum mole-
l ſtare, & non prohibuit. [l] de ſent. ex com. non
eſt dubium. Item ſi primus poſseſsor diu, vel
notorè erat in poſseſſione, p̃ſumptio eſt, qđ
m ipſe ſciret, vt no. C. de procur. ſi tutor [m] ubi
glo. dicit, quòd publice ſciebatur. facit. ff. de
iuris & fac. igno. l. regu. §. ſed facti, poſito
quòd à principio neſciuiſset, ſi poſtea ſciuit,
vel ſcire potuit, & non receſſit a turbatione,
vel procuratorem prohibuit, quem ſciebat
n perturbare, habet locum pœna; [n] immo for
te ignorantia non excuſaret, nam licet excu-
ſaret a pœna criminali etiam quod excuſa-
ret a dilecto, quod requireret dolum, non ta
men quando ꝑ culpam puniatur, caſus eſt.
ff. de bon. rap. l. 3. hac occaſione is demum.
Sed hocius loquitur de eo, qui propria au-
thoritate apprehendit, ſeu turbat poſseſſio-
nem, non acquirit, ergo ſufficit factum: ſed
poſito, quod dictus Martinus nõ veniret pu
niendus niſi ꝑ dolũ, oſtendendo ipſum eſ-
6 ſe turbatorem poſseſsionis † doloſum, nam
ad hoc ut quis propter iuſtum titulum excu
ſetur, oportet, quòd ſtatim, quòd ipſe cogno
ſcit iniuſtitiam tituli, & cauſæ ſuæ, debet de-
ſiſtere, ut ff. de adulterijs. l. adulterium cũ in-
ceſtu. §. idem Pollioni. & de præbend. ſi be-
nefic. lib. 6. Si igitur dictus Martinus prædi-
cta ſciuit, uel ſcire potuit, uel ſibi notificatũ
fuit qualitercunque apparet culpa, ſequi de-
bet pœna. nam is qui uult poſseſsionem ali
cuius apprehendere vigore alicuius ſenten-
tiæ debet diligenter inquirere quis ſit poſſeſ
ſor, & eum facere citari, & ſi neglexerit pu-
nietur: vt in d. l. meminerint. Iſta enim negli
gentia in non inueſtigando poſseſsionẽ eſt
punienda, ut ibi patet. Eodem modo negli-
gentia eiuſdem fuit domini, quod procura-
tor ſuus poſseſsionem alterius turbabat, uel
propria authoritate poſseſsionẽ beneficij ce
perat, & nõ curauit hoc uelle ſcire, debet pu
o niri. Ad quintam [o] rationem dico, quòd ex-
pirauit dicta reſeruatio, & vacatio in curia ꝑ
vnicam collationem. de elect. uintonen. Ad
ſextam & vltimam dico, quòd poteſt fieri
collatio dicti beneficii alia declaratione nõ
facta, nec eſt neceſse, quod primo aperte iu-
dicium nullitatis, ſeu priuationis ipſo iure
7 tintẽtent, ꝙ enim ipſa lex facit non eſt ne-
ceſse, quòd hoc petam a iudice. textus eſt in
l. quæ ſub conditione. ff. de condi. inſtitu. nec
obſt. l. filio pręterito. de iniuſt. teſtamen. qa
ibi nec eſt neceſse, quòd teſtamentum prin-
cipaliter dicatur nullum, ſed ſufficeret ſi age
retur petitione hęreditatis, & alio opponen
te de teſtamento incidenter quæritur de nul
litate. caſus eſt expreſsus de or. iudicio l. j. &
in caſu quæſito vr̃ terminatum per gl. ſuper
verbo iuſto impedimento in decre. commiſ-
ſa. de electio. quę dicit, quòd ſtatim elapſo
anno ſub pœna priuationis rector parochia
lis eccleſiæ debebat ad ſacerdotium promo
ueri, alias poteſt eccleſia alteri conferri non
citato poſseſsore, [p] licet tutius dicat poſseſ- p
ſorem citari facere, & declarari illum priua
tum: tamen contrarium dicit ſeruari, & do-
minus meus Lapus Abbas dicit, quod cautè
facit ſuperior, ſcilicet ſtatim conferẽdo ſine
alia priuatione per ea quæ ſcribit Io. Andr.
poſt Hoſt. de in integrum reſtit. cap. 2. in glo.
magna poſt Inno. & Hoſt. de cenſi. uenera-
bilis in magna glo. circa medium uerſiculo.
Ex præmiſsis patet, & facit ad hoc, quòd
ſcribit Ioan. Andr. in Specu. de appellatione
q ſuper rubrica [q] ubi dicit nulli dubiũ quòd
requiritur declaratio quando appellans fue-
rit impeditus in primo anno exercendæ ap-
pellationis, ut ſic appareat ipſo iure compe-
tere ſecundum annum: tamen conſultius di-
cit eſse, quòd ſe non implicet in illo iudi-
cio, facit ſecundum eum extra de magiſtris
cap. ſi. & quod ibi not. in glo. penul. & bene
facit ſecundum eum l. ibi alleg. ff. de condi.
& inſtitut. ſub condi. §. fin. quam ſupra alle-
gaui ibi pro iuramento remittendo non ha-
bet hęres adire cum iam ſit iuramentũ a præ
tore remiſsum, aggrediatur ergo ſecundum
eum proſecutionem appellationis ſuæ, & ſi
obijciatur curſus fatalium reſpõdebitur de
cauſa ipſum impediente, & ad decre. cũ ſe-
cundum. de heret. lib. 6. quam ibi pro contra
rio allega. reſpondit, quòd hic loquitur de li
r te inchoata proſequenda [r] ſaltem per appel-
lationem; ibi de lite noua aggredienda re-
quiritur declaratio, remittitur ad ea, quæ ſcri
pſit in decre. pro humani. infra allegata. Ita
quoque in propoſito conferatur beneficium
vacans per priuationem, & ſi opponatur de
collatione priuati, replicabitur de iuridica
priuatione, & benefecit. ff. de bon. poſseſsio.
contra tabu. ſi terminet. cũ ſuis concor. quas
vide

vide ibi in vltim.glo.melius ad propoſitum
facit decre pro humani.de homici.li.6. quæ
expreſsè dicit, quod poſt ſententias ipſo iu-
re prolatas de quibus ibi liberè eorum bene
8 ficia alteri conferantur,glo. ibi exponit † li-
bere: ideſt,non vocato poſseſsore. Sed con-
ſ tra prædicta [c] fortiter facit de hęreticis,cum
ſm, lib. 6. in fin. vbi licet bona hæretico-
rum ſint ipſo iure confiſcata,tñ executio cõ-
fiſcationis,& bonorum occupatio prohiben
tur ante prolationẽ ſñiæ factam ab epiſcopo
loci &c.ut ibi. Itẽ vr̃ facere contra ea q̃ ſcri-
bit Ioan.And.poſt Archid.in d. cap. pro hu-
mani.ſuper uer.requirantur,lib. ſexto. & ibi
Archid.vr̃ aliter intelligere ẽt quòd not.Spe
cu.de ſent.excom.§.1. in fin. ubi ſic loquitur
Spec.ex quo autẽ ſñia lata eſt ſuper aliquo
crimine,pręlatus põt illum expoliare bñfi-
cijs quę ſub ipſo hẽt, eo tñ prius uocato &
ſup hoc ſñia contra eum tanquam ſuper no
torio lata.Clerici tamẽ ad quos ſpectat ele-
ctio non eligẽt alium ſine ſuperioris licẽtia,
vel niſi eo prius uocato amoto per ſñiam de
poſitionis,ſeu perpetuæ amotionis: remittit
tamen ad no.per Iun.extra de accuſa. quali-
ter.2.glo.quando agit. prope finem.

## Addit. Quint. Mandoſij.

a ¶ Capellanus.] *Capellani Papæ qui ſint,& qui veniãt appellatione huiuſmodi capellanorum tracto in 5.q.1. Regu. Cancel.Et quòd eorum beneficia ſint reſeruata probat tex. in extra.ad regimen, de præben.inter commu.ver. Nec nõ cõmenſalium, & aliorum quorumcunque capellanorum ſedis eiuſdem, quæ extra. Ad regimen.per omnes ſummos Pontifices innouatur,prout videre eſt in 1.Reg. Cancel.omnium ſummorum retropontificum a multis annis citra emanari ſolita, & ſuper ea quæſt.1.& 2.declaro,an illa Regula,quo ad hanc extrauag.neceſſaria eſſet, & an omnia quæ dicta extra. contineat,ſuper utroque dubio pro opin. affirmatiua concludo. Capellani Papæ multa habent priuilegia, de quibus meminit Pau.Caſtren.conſi.338.*

b ¶ Speciales reſeruationes.] *Cald.cõſi.7.quis præferatur, ſub titulo de reſer. verſi. Sed ſecus eßet ſi beneficium eſſet generaliter reſeruatum, puta ſi narretur per obitum alicuius capellani Papę, clarè ſentit,quòd hæ, quas Lap. hic ſpeciales reſeruationes nominat,ſint generales. Et quòd ſint generales voluit etiã Pariſ. conſ.138.dico in iſta, poſt num. 8.vol.4. ubi ſequitur dictum conſ.Cald. Pro quibus vide Aene.de Falco.in Tracta.reſerua.in 2.q.princi.col.3 ver.Lap.Allega.127 & poſtea verſ.Gaſpa de Cald. & in tota illa quæſt.tractat,quæ dicatur reſeruatio generalis,quæ ſpecialis, & de utraque etiam ego tracto in 4.quæſt. Probe. Regu.Cancel.& in Glo.Facul.in princi. in verſi.ad perpetuam. Hodie autem non multum refert, an reſeruatio dicatur generalis,an ſpecialis dummodo cum decreto irritanti,prout declaro in d.4.q.probe. Regu.num.2.*

c ¶ Et proteſtatus.] *Hæc proteſtatio fuit ad hunc effectum utilis,& forſan neceßaria.Bal.in l.ob maritorum, nume.2.C.ne vxo.pro mari.& quòd utrique videlicet delegato, & Martino fieri debuerit, voluit in ſimi.poſt Cuma.& Caſtr. Iaſ.in l. a diuo pio.§.ſi ſuper rebus,ante num.10. verſi.Tu dic melius.ff. de re iudi.*

d ¶ Et primo.] *De iure executor ſubdelegare non poteſt executionem generaliter omnib. qui fuerint requiſiti, ſiue ſub executores huiuſmodi iudices eſse dicamus,ſiue procuratores &c. ut ꝓbat Lap. hic,& idem uoluerunt referentes, & ſequentes Lap.Gemini. conſi. 75.in cauſa magiſtri, Idẽ Gemi.nu.8.& Phi. Fran. in cap.tibi qui,poſt nu.4 ver.Tertio tenementi.de reſcr.lib.6. Tu autem aduerte, quòd ſtilus Romanus aliter ſe habet, utque plenam horum notitiam habeas, ſcias,ꝙ impetrata gratia beneficiaria licet in ſupplicatione ſignata de executoribus nulla fiat mentio, in literis tamen quæ deſuper expediuntur eſt ſtilo cancellariæ apponitur clauſula de qua infra,et ſi expediantur literæ per cameram in eadem bulla prouiſionis clauſula inſeritur, ſi vero per Cancellariam tunc expediuntur ſuper eadem re,& ſub eadẽ data duæ bullæ,altera prouiſionis,altera vero quæ nuncupatur executoria ſub hac forma Pius &c.Ven.fratribus Amerin.et Thelesin. epiſcopis, ac dilecto filio Vicario Ven. fratris noſtri Archiepiſcopi Beneuentani &c. Hodie dilecto filio N. &c. rectori &c.eccleſiam prædictam &c.authoritate apoſtolica contulimus, & de illa etiam prouidimus prout in noſtris inde confectis literis plenius continetur. Quo circa diſcretioni veſtræ per apoſtolica ſcripta mandamus quatenus vos, vel duo,aut vnus veſtrum ſi,& poſtquam dictæ literæ vobis præſentatæ fuerint, per vos, vel alium, ſeu alios eundem N.vel procutorem ſuum eius nomine in corporalem poſſeſsionem eccleſiæ &c. Contradictores &c.Non obſtan.&c. Fulminatur poſtea proceſſus ſub nomine vnius ex executoribus,& ſubdelegantur ſub executores in genere, in proceſsu inſeruntur literæ Apoſtolicæ prouiſionis, ſeu alternis conceſſionis, & inter alia dicitur in huiuſmodi proceſſu. Poſt quarum quidẽ literarum Apoſtolicarum præſentationem &c.requiſiti quatenus ad executionem &c. Nos igitur &c. præfatas literas,& hunc noſtrum proceſsum, & omnia in eis contenta vobis omnibus, & ſingulis notificamus &c.cæterũ cũ ad executionem præmißorum ulterius faciẽdã nequeamus ad præſens perſonaliter intereſse &c.vniuerſis & ſingulis D.Abbatibus,prioribus,præpoſitis,decanis,archidiaconis, cantoribus &c. cæteriſque viris eccleſiaſticis in quibuſcunque dignitatibus &c. clericis, notarijs,& tabellionibus publicis quibuſcunque per ciuitatem,et diœceſim Beneuẽtan.ac alias ubilibet conſtitutis, & eorum cuilibet inſolidum ſuper ulteriori executione &c.authoritate Apoſtolica committimus plenarie vices noſtras, donec eas ad nos ſpecialiter,& expreſsè duxerimus reuocandas. Quos requirimus,monemus &c. Hic ſtilus hodiernus eſt in viridi obſeruãtia, nemoque dubitet illum firmum,& validũ non obſtãtibus adductis hic per Lap. & alios. Pro hoc ſtilo quem præmiſi illiuſque obſeruatione vide ſupra ſcritionẽ. c.non eſt vobis.de ſponſa. in hęc verba. Idem ſcilicet Alex.III. archiepiſcopis, & alijs prelatis per Angliam conſtitutis,quæ verba pro hoc ſtilo ponderat Geminia.qui Lap. hic adducere voluit in alle.capit. tibi qui, num. 8. quem etiã ſequi videtur Phi.Franc.licet prius uterq; ſtilum impugnaſſet poſt num.4.verſiculo. Tertio tene menti. de reſcript. libro ſexto. Pro quo ſtilo vide etiam Sarnen. de Manda de proui.num.144. vbi etiam Lap.hic citat.*



e ¶ Donec ad ſe duxerit reuocãdas.] *Hanc clauſulam habes ſupra in formula proceſſus fulminati,in ver.cæterum cum ad excęcationem. Similem etiam clauſulam in ſubſtitutione procuratorum habes per Rot.386.ſi procurator, in princ. in no.ibi cum clauſula tamen Donec eas duxerit reuocandas.*

f ¶ Retinet.] *Et ſi ipſe retinet, alter non poteſt poßidere eandem rem uno, & eodem tempore.l 3.§.ex cõtrario.ff.de acq. poſ.Nec videtur poſseſſionẽ adeptus qui eam non retinet,ſeu retinere non poteſt.l. non videtur.ff.de acq.poßeſ.*

g ¶ Verior.] *Quam tenuit etiam ſupra Alle.119.quæro pone,col.3.ver.item hic non eſt dubitatio,& quam etiam,& diſt. Lapi hic ſequuntur, reaſſumentes verba Lapi Gemini.in dicto c.eum qui.§.ſi.verſi.inſuper,col.2.circa medium, & Phil. Fran.col 1.verſi. Sed Lap.in d. Alle. & Stepha. Bertran.conſi. 292.viſis copijs, num 9.*

nume.9 lib.3.par.1.vbi plura ad rem noſtram adducit.

h ¶C.quoniam frequenter.]§.*in alijs verò caſibus, & per Geminia. & Phil. Fran.in Alle.cap.eum qui.§ inſuper.de præben.lib.6. Et Lap. etiam hic refert, et ſequitur Pet.Rebuff. de paci. poſſeſ. numero 233.*

i ¶Cum in generali.]*Lib 6. Et melius in l.ſi procurator, verſ.quoniam nihil de hoc nomine exigendo mandaſſe videtur, & ibi ad hoc no.glo.in ver.quoniam, & omnes, præſertim Iaſo.num.4. cum pluribus ſequentibus, vbi Lap. etiam hic refert, & ſequitur num.16. de condi. inde. Idem voluerunt Rot.Bellame.551.ſi procurator datus, Ludo.Roma.conſi.60.man datum mihi num. 2. Latè Feli. in c.1.nu. 8.& ſeq.ut lite non conteſt.Pariſ conſil. 100.tritiſſimum eſt, poſt num.7.lib.3. Et Lap.hic citant, & ſequuntur Gemini. in Alle.c.eum qui, verſus fi.de præben.lib. 6. Et Lap. & Gemini. ſequitur Rober. Stroz.in ſubſcrip.ad conſi. Sozzin.302. lib.2.Feli.in d.c.1. ut lit.non conteſt. col. 6.poſt medium, verſic. Et dicit Lap. & Ioan.Bapt.Ferret.conſi. 21.uacante, ad fi.Hinc infertur acceptationem procuratoris inualidam non nocere domino. Bar. conſ.73.quæritur utrum, num.4 in 2.dubio.dominus meus Phi.Dec.in c.in literis, col.3. ver. & ideo acceptatio beneficij.de offic.deleg.& Sarnen.in c. cum in multis de reſcr.lib 6. ante num.102. qui etiã ad hoc probandũ adducunt Lap.hic.*

K ¶Lib.6.] *Et c fi.verſi.Idem fiet, de iureiur.eod.lib. Et hoc dictum Lapi ſequitur Feli.in Alleg.c.1.ut lite non conteſt. num.12.in 3.declara.*

l ¶Et non prohibuit.] *Ad tex.in l.qui patitur.ff manda. & in l.ſemper qui non prohibet.ff. de regu. iur. per hunc ſupra Alleg.119.quæro pone, col. penult. & ibi alios refero in Apoſtil.in ver.falſum. & per Felin.in Alleg.cap.1.in lit.non conteſt.num.13.in 4. declara.*

m ¶C.de procura. ſi tutor.] *Legendũ C.de Peri.tuto.ſi tutor, prout etiam legẽdum eſſe ſupponit Gemini in d.c.eũ qui, ad fi.referens, & ſequens Lap. hic uerſi. Item ſi primus poſſeſſor.de præben. li.6. Et ex illo tex.l.ſi tutor.iun.glo.fi. eliciũt regulam, quòd quis præſumatur ſcire ea, quæ publicè fiunt, & ſunt notoria, uel cõmuniter dicuntur.Rui.conſi.164.quamuis ex his, num.19.vol.5.Cur.Iun.conſi. 52 circa controuerſiam, poſt nume.4.& Pariſ.cõſi.138.dico in iſta, nu.17.vol.4.*

n ¶Habet locum pęna.] *Refert, & ſequitur Gemini.in alle.c.eum qui. ad fin. verſ.Et poſito, quòd a principio neſciuiſſet, de præb lib.6.*

o Ad quintam.]*Idem quod Lap.hic ſupponit Oldra.conſil. 57. Papa reſeruauit. dum vult illam reſeruationem non expiraſſe ex quo collatio Papæ effectum ſortita non fuit.Idem etiam ſentit Gemi.poſt Io.And.in c.2.in fi.de præb.lib 6. Idem magis in ſpecie volunt.Rot.Biſignc.eod. tit.20.in antiquio.ad fi.ibi. Nec ueniant ad manus inferioris donec diſpoſuerit &c.Et in fortioribus terminis Rot.282. not.quòd ubi Papa, in anti. quæ vult reſeruationem ſolam collatione expirare, poſſeſſione etiam non ſubſecuta, quam ſequitur Loffre.in paraphra feuda in c.imperialem.§.præterea ſi inter duos, in verſi. reſeruatio beneficiorum.ac Dec.181. beneficia & 207.licet, in no.Et Lap.hic citant, & ſequuntur Phi.Fran.in c.ſtatutum, num.7.de præb.lib.6. & Sarnen.in 30.q.Reg.de Trien.n.2.ac Aene.de Falco.in tracta.Reſerua.in 5.q.prin. nu.1.*

p ¶Non citato poſſeſſore.] *Quando poſſeſſor eſt ipſo iure priuatus, quòd non ſit citandus, ſecus ſi ſit priuandus, Gemi. in c.licet Epiſcopus in fi. & Phi. Fran. num.2 de præben. lib. 6. ſequentes Lap. hic.Ludo.Roma.conſi. 499 ſummarius, ad 4.cum alijs ſeq.ubi latè Horat.Mãdo.*



*filius meus in Apoſtil.iũ ver.auferre. & Lap.ſequitur D. meus Phi.Dec.in c. cũ ſit Romana, nu.33.de appel. Hanc Allega.citare uoluit Maria. Sozzi. de citatio.art.7.ante nu.41.*

q ¶Super rub.] *In 4.par. ver. Ex prædictis quæritur an ſit appellanti neceſſaria declaratio, ſequitur D.meus in cap.ex ratione alios referens poſt nu.2.de appel. Et Lap. hic citare voluit ipſum ſequens Bertran.conſ.196.pro facili. poſt nu. 12. lib.1.in primis.*

r ¶De lite inchoata proſequenda.] *Idem concludunt Gemini.in alle. hic.ca. cum ſecundum.§.1.in prin.ibi ſecus ſi cõpeteret in lite iam inchoata, Phi.Fran.in c.ex ratione, col.19.ver.Et hoc etiam ſentit Lap.qui hanc Alle. citare voluit, de appel.& Feli.in cap.Rodulphus, ante nume.38.in 2.limi.de reſcr.*

ſ ¶Sed contra prædicta.] *Non declarat Lap.in qua opi. reſideat, quo fit, ut pro utraque parte a nonnullis citari conſueuerit, uerum quia hæc eſt vltima opin.et communis & vera uidetur, tenenda eſt, uidelicet, quòd declaratoria requiratur etiam in pœnis ipſo iure incurſis, per iura quæ Lap.hic adducit, nemo autẽ hanc materiam melius tractauit quam Feli.in alle.c.Rodulphus, poſt nu.34. in verſic. ſed declaratoria ſententia.de reſcr.qui infinitos refert, ſequens Lap. hic in 2. opinio.ſubdens poſtea quatuor limita. quib. omnibus recte penſatis tolluntur omnia contraria, & hæc ultima opin. Lap. firma remanet. Idem etiam uoluit Feli. in cap. cum non ab homine, nu.10. de iudi. utrobique tamen dicit Lapum hic intricatè loqui.& Lap.etiam referunt, & ſequuntur idem Felin.in c.præterea, ante nu. 3. de ſponſa.Fran.in alle.cap. eum qui. §.1. nu.3.verſ.licet in contrarium faciat, de reſcrip.lib.6.An.Barba.conſ. 51.ſcripſit ſapientiæ fons, col.14. uerſ. præterea adduco.lib.1.Barth. Sozzi. conſi.20. incipiente ſæpenumero poſito inter conſilio Cur.Sen.col.12.poſt nu. 34. ver. & probatur iſta.Hyppo.de Marſ.ſuper rubr.ff. ad leg.Cor.de falſ.nu.46.verſi. Item pro prædictis faciunt.Idem Hyppo.conſi.10. caſus dubitationis, num.25.verſi.& optimè facit, quod uoluit Lap.*

## *SVMMARIVM.*

1 *Iudicio ſubſtantialibus carente proceſſus redditur nullus.*

2 *Dicendo iudici ut arbitrio ſuo procedere poſſit an intelligatur, ut etiam procedat per uiam inquiſitionis.*

3 *Verbum uoluerit de ſui ſignificatione propria videtur importare voluntatem abſolutam.*

4 *Verbum, vt iudex procedat etiã de facto quid ſignificat.*

5 *Verba legis ſic intelligere, ut inde iniuriarum occaſio oriatur abſurdum eſt.*

## ALLEGATIO CXXVIII.

IN Dei nomine Amen.Factum, ſuper quo conſilium petitur infraſcripto modo, & ordine denotatur. Primo fuit prouiſum per authoritatem habentes a Communi Floren.Anno domini Milleſimo 341.inter cætera, quòd dominus Nicolaus domini Renuci della Ferro capitaneus cuſtodiæ, & conſeruator populi Florent.ſuper capitan.durante officio poſſit, teneatur, & debeat cognoſcere, & procedere de iure, & de facto prout, & ſicut uoluerit, de hæreſibus & homicidijs, & hæreditatibus delegat, ex teſtamento, uel ab inteſtato a Calendis menſis Februarij proxime præteritis, vel circa, & pronuntiare, & declarare perſonã, & perſonas ad quas huiuſmodi hæreditates, uel aliquę illarum pertinerent, & ipſam, & earum quamlibet, & bona hæreditate, ſeu in hæreditatibus, ſeu bonis defunctorum, cum effectu perueniri facere ad huiuſmodi perſonam, ſeu perſonas, ad quam, ſeu ad quas declaratum eſt ipſas, vel aliquam ipſarum perti-

pertinere,& poſſidere teneatur, ut omnibus
& ſingulis perſonis huius hæredita. ſeu ali-
quam in prædictis ipſarum, ſeu bona hęre-
ditatis prędictę,ſeu quę remanſiſſent in hę-
reditatibus, ſeu bonis defunctorum talium,
ſeu per occupationes, ſeu quomodolibet
detinentes a dicto tempore citra per omnē
coactionem, & cohertionem, & de facto
prout voluerit cogere, & compellere cū ef-
fectu admittendum, & relaxādum pacificè,
& quietè huiuſmodi hęreditatē, & bona di-
ctis perſonis ad quam, ſeu ad quas declara-
tum fuerit, ut prędicitur ipſas, vel aliquam
ipſarum, ſeu ipſa, uel aliquid eorum perti-
nere,& in prędictis,& circa prędicta,& quo
libet eorum pertinere,& in prędictis, & per
eorum,& cuiuſcunque eorum,& dependen
tium, & coherentium ab eiſdem executio-
nem,effectum,& ſuper fraudibus & ſimula-
tionibus habeat iuriſdictionem, merum, &
mixtum imperium,nec poſſit appellari, vel
de nullitate opponi,uel aliquod aliud obij-
ci ab eius ſententia. † Et quo ad primam ſen
1 tentiam videtur rationabiliter dicendū non
tenuiſſe de iure,& executionem non meruiſ
ſe, & quatenus meruit de facto, retractandā
eſſe; ratio,quia iudex ſuper crimine in ea de
ducto non habuit poteſtatem per inquiſitio
nem procedendi,prout proceſſit, & per hoc
proceſſus fuit nullus, quia iudicium caruit
ſubſtantialibus ſuis,videlicet perſona accu-
ſatoris. [a] l.1.ff.de diuer. & tempo. pręſcript.
Et quia ad iudicis officium nō ſpectat inqui-
b rere niſi in certis caſibus [b] & extra illos nō
c & in illa regula,quę a iure.de re iudic.[c] li.6.
2 † Non obſtat arbitriū attributū [d] capitaneo
d procedendi ſuper prędictis exceſſibus,per uerba
in tertia particula ſuæ iuriſdictionis expreſ-
ſa,ibi dum dicit,poſſit, teneatur, & debeat
cognoſcere procedere, & terminare, etiam
de facto, prout uoluerit, & etiam repertos
culpabiles condemnare, prout uoluerit, in-
ſpecta cōditione perſonę, & qualitate deli-
3 cti, † quia verbum voluerit de ſui ſignifica-
tione propria uidetur importare uoluntatē
abſolutam excepta fraude,& dolo,ut l.fidei
commiſ.§.quamquàm.de legat.3.& l.condi
e tio.§.fi.ff.manda. [e] tamen hoc non verifica-
tur ſimpliciter,ſed prout interpretatio huius
verbi concernit odium,vel pręiudicium cō-
cedentis,ſed prout concernit pręiudiciū ter-
tij,ſeu iuris alterius perſonę lęſionē, reſtrin
gitur ad uoluntatem rationi ſubmiſſam, &
ius alterius non lędentem,quia ſub volunta-
f te tali [f] non continetur conceſſio iniqua, nec
ius alterius enormiter lędendi.ff.de teſta. mi
li.l.1.coniūcta.l.in fraudem. & l. cum filius.
eo.tit.C.de patria po.l. 3. ad fin.& quod ibi
not.de inoffi.teſta.l.ſi quando. in prin. & ar-
guitur.ff.de bo.lib.l.ſi libertus. cum ſi. & qđ
4 not.de offi.delega. ex parte. † Nec ob. illud
g verbum etiam de facto, [g] quia per hoc intel
ligitur conceſſum iudici agere propter le-
h gem, [h] non contra: quia ſemper in qualibet
quacunque plena, & generalis poteſtatis at-
tributione ſubauditur duntamen nequid tur
pe,nequid illicitum, nequid iure prohibitū
faciat,ut præalleg.l.1.de milit.teſta.coniun-
cta.l.dotale & l.in fraudem,& cum filius,&
l.ſi a milite.§.1.& 2.eod.tit.& ff.quod quiſq;
iuris.l.3.§.ſi procurator.de condi.indeb. l.ſi
procurator.§.Celſus.de priuilegijs cred. l.ſi
pater.ad muni.l.libertus.§.imperator. & l.ſi
quando C.de inoffic. teſta. cum concor. ab-
i ſurdus [i] enim, & prauus intellectus ſemper
eſt euitandus,etiam faciendo vim literæ, ut
l.ſcire oportet.§.aliud.de excuſa.tut.ff. de le
5 gi.l.benignius,& l.ambigua. † Sed abſurdū
eſſet ſic uerba legis intelligere, ut inde iniu-
riarum oriatur occaſio unde iura naſcuntur,
nec obſtat ſi dicatur,quòd conceſſio arbitrij
k operatur ſuper electis modis [k] procedendi,
licet non operetur ſuper deciſione,ut no.Io.
And.in c.ſępè,& quòd procedere per inqui
ſitionem in caſibus non conceſſis à iure con
cernit formam procedendi & modum, quia
hoc rationabiliter negari poteſt, quia imò
concernit executionem iuris agendi, & ius
in iudicium deducendi, quo ad perſonam
deducendam,& ſic excep.peremp.intentio-
nis quo ad iudicium in iudicium deducen-
dum ius ſibi competens tantundem opera-
tur ſuæ perſonæ reſpectu quātitatis peremp.
iuris reſpectu cuiuslibet agentis, quia quo
ad eum liber ſit reus ut l.loci corpus.§. com
petit.ff.ſi ſerui.ven. Secunda ratione princi-
pali videtur dicta ſententia nulla, ex eo, ꝙ
continet repugnantiam,& iuris errorem ex-
preſſum,& hoc ea ratione, quia primo præ-
mittit dictum Ioannem condemnatum dolo
induxiſſe dominam Andriolam, ad tranſigē
dum ſecum ſuper iure dictæ dominæ cōpe-
tenti ex teſtamento, & hæreditate dicti teſta
toris,& per cōſequens etiam ſuper cōtractu
depoſiti



depoſiti quo tenebatur dictus Ioannès dictę
hęreditati,ex quo ſequebatur tranſactionem
dictam fuiſſe nullam, præſertim cum non
præſupponatur proceſſum fuiſſe ad traditio
nem.ff.de condi.indeb.l.in ſumma. in princ.
ver.ſi autem euidens.& C.de in integ.reſtit.
l.de tutela. & quod ibi not. & de tranſac. l.
ſub prætextu inſtrumentorum,cum ſua ma-
teria.deinde in dicta condemnatione ſubij-
citur publicatio iuris ex dicta tranſactione
quæſiti dicto Io.in parte præſupponitur di-
ctam tranſactionem tenuiſſe & per conſe-
l quens contradictio [l] implicatur, igitur ſen
tentia nulla ut l.vbi repugnantia,de reg.iur.
& videtur ſubſtantialiter de prima ſenten-
tia ex quo ſequitur, ꝙ executio fuerit iniu-
ſta, & quod debeat retractari.C.de ex.re.iu.
l.minus.proprie.ff. de ferijs. l.1. poſt princi-
pium.C.ne vxor pro mari.l.ſi maritorum,&
C.de priuilegijs fiſci.l.1. & poſito, ꝙ dicta
ſententia mereretur executionem aduerſus
dictum Io.in eo in quo ipſum cōdemnauit,
uidelicet in medietate bonorum, rerum, &
pecuniæ dictæ hęreditatis exiſtent.in ciuita.
Floren.& id totum, quod eſſet penes ipſum
Ioan.uel aliū de bonis hęreditatis dicti To-
maſi, quod ſpectaret,& pertineret ad dictū
Ioan.tamen certo certius eſt, quòd in plus,
vel in alia parte bonorum maxime qui di-
cuntur.

## Addit.Quin.Mandoſij.

a ¶ Perſona accuſatoris.] *Sine accuſa-
tore nemo regulariter damnatur dicente
Domino mulier vbi ſunt, qui te accuſant,
& poſtea nec ego te condemno. Io.c. 8. l.
reſcripto.§. ſi quis accuſatorem non hēt.
ff.de mune. & hono.Barto.in l.congruit,
num.3.de offic.præſid.*
b ¶ Inquirere niſi in certis caſibus.]
*Iuxta tex.in l.ſi quis in hoc.iun.glo. 1.C.
de epi.& cleri.l.2.§.ſi publico, iun. glo.
in ver.ſine accuſatore, quæ enumerat ca-
ſus in quibus per viam inquiſitionis pro
cedere licet.ff.de adult.Bar.in extra.ad re
primen.in ver.inquiſitionē.Bal.cōſ.124.
quidā Cagnus,ante nu.2.vbi legendū eſt
quòd de iure communi inquiſitiones non
ſunt permiſſæ niſi in quibuſdam caſibus
expreſſis in iure.vol.5.Lud.Rom.ſingu.
519. Inno.dubitat,vbi ſubdit,quādo per
inquiſitionem procedi poſſit. Rober. Ma-
ran.in ſuo Spec.poſt princ.6.& vlt par.
dum de inquiſitione tractat in 1. q.nu.6.
& poſtea declarat, quæ dicatur genera-
lis, quę ſpecialis inquiſitio, qualiter, &
ad quem effectum fiat, & plura de inqui
ſitione tractat,quæ ibi, & apud Ang. de
Maleſi.in prin.in ver. hæc eſt quadā in-
quiſitio,cum ſua glo. ſeu Additio Aug.
videri poterunt. Et quòd inquiſitio ſit re
medium extraordinarium, probat Tho.
Gramma.conſi.crimina.28.in cauſa eiuſ-
dem, numero 11.*
c ¶ In illa regula quæ a iure de re iu-
dic.] *Legas in illa regula,quæ cōtra ius,
de reg.iur. Pro qua regula ultra Dyn.et
alios ibi vide Feli.in c.2.in prin.de teſti.
& D.meum conſi.502. ex duobus, nu.1.*
d ¶ Arbitrium attributum.] *Vide Ge-
mini.in c.2.nu.10.& ibi Apoſtil.in uer
ſi.& idoneo, ad hunc ſe remittit, de iura.
calum.lib.6. & quæ ſcripſi in glo. facul.
in 2.com.in ver.arbitrio.*
c ¶ L.conditio.§.fi.ff.manda.] *Hæc l.
non reperitur,puto, ꝙ Lap. citare voluе-
rit.l.creditor.§.Lucius. ff. mand. ubi eſt
tex.in terminis eius,qđ uoluit Lapus hic.
Et ad idem illum tex.adducunt gl.in ver
ſi.defenſiones,in cle.ſæpè.de ver.ſig.Bar.
in extra.ad reprimendū, in ver. videbi-
tur,ver.Secundo.ꝙ dolus abſit. Abb.in
c.dilecti filij,nu 8. de iudi. vbi Apoſtil.
in ver.prout,hanc Alleg. ad idem citare
voluit.Feli.in c.1.poſt nu. 51. verſi. Et ſi
dicatur committimus voluntati tuæ, de
conſtit. et Cur. Iun. conſil.50.præſuppo-
nitur, numero 6.*
f ¶ Sub voluntate tali] *Hoc dictū Lapi
pro nota.referunt,& ſequuntur Lud. Ro.
qui hanc Alleg.citare voluit in l.1. ad fi.
princ.nume.23.ff.de nou. oper. nuntia.in
l.filiusfami. ante num.19. ff. de dona. &*

conſi.20.viſo puncto, poſt num. 3. Fel.in c.ſignificauerunt. de teſti. qui Lap. hic, et non Alle.6. citare voluit, & Nico. Boe. Dec.284.& dic. poſt nu. 7. Idem etiam voluit Abb.in Alle.c.dilecti filij. de iud. num.8.ver.Et poteſt dici, vt ſupra, ꝙ per hoc nō poteſt tollere ius alterius. Et Lap. etiam refert, & ſequitur Mar. Ant. Blā. in tract. de compromiſ. in 1.quæſt.princ. in ver. de facto, poſt nu. 24.

g ¶ De facto.] *Maxima eſt potentia huius clauſulæ de qua per Bar. in extrau. ad reprimen. in ver. videbitur, ad fi. vbi ēt ꝙ clauſula de facto æquiparatur clauſulæ manu regia. Idem voluerūt Card. in cle. ſæpe, in § ſeu ver. non ſic tamen, in 4. q. poſt nu.6. de verb ſig. Sozzi. cōſi.12. quoniam in præſentiarum, col. 1. in fi. verſic. Quoniam illud verbum. Cor. conſi. 218. licet ſuper. nu. 10. lib. 1. qui hanc alleg. citare voluit, conſi. 10 quod d. nu.9. lib.2. vbi refert, & ſequitur Lap. hic, conſ. 243. in hac. vol 4 D. meus conſi. 434. placet, nu. 4. qui etiam Lap. hic refert. Et Lap. etiam ſequitur Sozzi. conſil. 13. in ſignis, poſt nu.6. vol. 4. Defendere promitti de iure, & de facto quomodo accipiatur, Bald. in l.1. col.2. ff. de euictio. De facto inſtrumēta mandentur executioni, i. executiuè, ſine ordine cognitionis, ſeu non ſeruata ſolemnitate iudiciorum. Bal. in alle. l.1. ad fi. ff. de euictio. Idem Bald. in Marga. in ver. eccleſia. ver. ſed pone dicit ſtatutum quem & Lap. hic ſequitur Cęl. Vgo. in clauſulis compromiſ. in ver. clauſula de facto poſita in ſtatuto, qui hanc alleg. citare debuit; vide etiam eundē Cæl. in præceden. verbis, ſeu clauſulis. Pro qua clauſula ēt vide practi. Papien. in for. Actio. realis in gl. ſummariè, & de plano, et ibi Apoſtil. ad Lap. hic ſe remiitit, Firma. in Reper. in ver. de facto, vbi hanc Alle. citare voluit, pro qua etiam vide Mar. Anto. Blan. in tract. de compromiſ. in 1. quæſ. prin. in verb. de facto.*

h ¶ Propter legem.] *Lege tu præter legem. Idem voluerunt citantes Lap. Lud. Roma. ſuper rubr. ff. de arbitr. nu. 38. & conſi. 248. hæc ſententia. in fi. Amad. de ſindica. nu. 142. ver. Vnde dixit Lap. Firma. in Reperto. in ver. clauſula de facto poſita in ſtatuto, vbi hāc alle. citare debuit. Et Cæl. Vgo in præceden. Apoſtil. citatus, ſequens Lap. & Roma.*

i ¶ Abſurdus.] *Hoc dictum Lapi referunt, & ſequūtur Io. Neuiza. in ſua Syl. Nuptia. lib. 1. nu. 196. Stepha. Bertran. conſi. 215. etiam nec ego, nume. 3. lib. 2. par. 1. conſi. 38 & caſu. num. 10. conſ. 55. multa ſunt, ante fin. & conſi. 177. ponitur in facto, ante nu. 3. lib. 2. par. 2.*

k ¶ Super electis modis.] *Lego ſuper certis modis. Vt ſenſus ſit, ꝙ cōceſſio arbitrij operetur ſolum quo ad modum, ſeu figuram procedendi, ſeu quo ad ſolemnitates iudicij, & dum ad hoc citat Io. And. in c. ſæpè, dic tu in cle. ſæpè, in ver. defenſiones legitimæ. verſ. Et ſi dicas arbitriū, de verb. ſig. Ad hunc ſe remittit Alex. in l. militis, poſt nu. 10. ff. de mili. teſta. vbi tractat de vigore arbitrij alios referens.*

l ¶ Contradictio.] *Ariſtotelicū eſt vocabulum hoc. De qua contradictione ipſe tractat in lib. 1. de interpreta ſub rub. de Affirmatione, negatione, & contradictione, dicens ſitque hæc contradictio affirmatio, atque negatio, quæ ſunt oppoſitæ &c. & alijs in locis. Et ꝙ aduerſa, ſeu contraria petens non audiatur, & ſuccumbere debeat, probat etiam tex. in l.1. C. de fur. & in c. ſollicitudinem, in fin. de appe. De quo etiam per D. meum conſi. 248. viſa poſt princ. & per Pariſ. conſilio 5. vnio iſtius, num. 157. vol. 4.*

## SVMMARIVM.

1 *Bona coniugis etiam ſi ſit dos an applicetur monaſterio ubi intrat de conſenſu*



*ſu viri etiam ſi ſit factum pactum de dote lucranda.*

2 *Profeſſionem religionis nō facit qui bona non offert, aut eis renuntiat.*

3 *Monachatus et cōuerſio in q̃b. differāt.*

4 *Promiſſio obediētiæ an ſufficiat ad profeſſionem.*

5 *Forma ſecundum quam debet fieri profeſſio quæ ſit.*

6 *Vinculum matrimoniale, an per ingreſſionem religionis ſoluatur.*

7 *Iuramentum an ampliet, ſeu reſtringat contractum.*

8 *Profeſſio in religione per quæ verba inducatur.*

9 *Conuerſus tranſiens ad religionem intelligitur renuntiaſſe proprijs.*

10 *Profeſſio eſt certe religionis ſolemnis promiſſio.*

11 *Promittere obedientiam monachalem idem eſt, quod profiteri.*

12 *Intrās religionē mendicātiū neceſſe eſt ibi ſtet per annum ante profeſſionem.*

13 *Indicia concludentia quem uelle religionem intrare quæ ſint.*

14 *Profeſſionis modi ſunt quinque.*

15 *Solemnitates quæ ſeruantur in ingreſſu religionis faciunt profeſſionis præſumptionem.*

16 *Deferens habitum nouitiorum per annum in ætate diſcretionis, an ſit profeſſus.*

17 *Profiteri vnam de religionibus approbatis quando quis dicatur.*

18 *Ingrediens monaſterium deſinit eſſe dominus & poſſeſſor ſuorum bonorum.*

19 *Vxore ad religionem tranſeunte ad quē dos transferatur an ad virum an ad monaſterium.*

20 *Spiritualia non debent temporalibus commiſceri.*

21 *Profitens religionem intelligitur tacite bona afferre.*

22 *Donatio generalis an extendatur in ijs quæ in ſpecie uerisimiliter erāt dāda.*

23 *Pactum inter virum & vxorem per quod deterioratur conditio mulieris, an ſit validum.*

24 *Ingreſſu religioſis tollitur ius patri quæſitum exheredanti filium propter ingratitudinem præteritam.*

25 *Licentia data mulieri ingredienti religionem de bonis ſuis diſponentis uidetur eſſe data in morte: quia ciuiliter moritur.*

26 *Simplex profeſſio, an differat a monachatu.*

27 *Vxor an per ingreſſum religionis deſinat eſſe vxor.*

## ALLEGATIO CXXIX.

a FActum ſuper quo a iuris conſilium quęritur, tale eſſe proponitur. †
1 Quædam mulier ętatis maturę, & quæ ſucceſſiuos duos viros habuit legitimos, uolens ſecundum fugere, & mutare, & ad religionē tranſire ac religionis habitum aſſumere, & in eo continentiā profiteri aſſeruit: petijt ab vltimo viro ſuo legitimo ut voto ſuo faueret, ac ſibi licētiam, parabolam, & conſenſum, ad religionē libere tranſeūdi, & habitum religionis quem ſibi placuerit aſſumēdi, & in ea continentiam profitēdi cū ipſius vir beneplacito, & uoluntate largiretur: qui uir habita ſuper ijs ſolenni deliberatione, & maturo conſilio, ſpontè, & non per ignorātiam iuris, uel facti ex certa ſcientia, & pro ſuæ animæ ſalute dedit, & conceſſit eidem mulieri vxori ſuæ licentiam, & parabolam, & conſenſum votum ſolenne emittendi, religionē intrandi, habitum religionis aſſumendi, & continentiam profitēdi, & omnia faciendi, quæ ſibi placuerit in prædictis, & circa prædicta: & promiſit honeſtè viuere, & renuntiauerunt hincinde omni iuri, quod vnus in alium haberet, & promiſerunt, & iurauerunt prædicta omnia plenè obſeruare, & contra non facere, vel venire: Poſtea præfata mulier narratis omnibus & ſingulis ſupradictis, cupiens, ut aſſeruit animæ ſuæ prouidere ſaluti, ſeculum fugere, & mutare: iugo obedientiæ ſe ſubdere, & reſiduum vitę ſuæ orationi dare, & diſciplinę regulari ſe ſubijce-

ſubijcere,& ut iuſtius in S.Camaldulen. re-
ligionè libere valeat omnipotenti domino
famulari,conſtituta in præſentia venerabilis
patris dom. Abbatis mon. conuentus S. Sal-
uatoris de Florentia ordinis Camaldulen-
ſis,fratrum, & monachorum dicti monaſte-
rij capituli,& conuentus cum deuotione, &
reuerentia debita flexis genibus obtulit ſei-
pſam omnipotenti Deo , & B. Mariæ virgini
glorioſæ beatiſſimis Confeſſoribus Benedi-
cto Romualdo patronis inſtitutoribus regu-
læ, & ordinis Camaldulen.& toti curiæ cęle
ſti, & dom. Abbati prædicto pro ſe, & ſuis
ſucceſſoribus,promittens, & profitens dicta
mulier ex certa ſcientia,nō ſeducta,ſed ſpō-
tanee & libere ſtabilitatē ſuam,conuerſionē
morum,obedientiam vſque ad mortē, reue-
rētiam debitam,honeſtatem, pudicitiam, &
caſtitatem ſecundum regulam B. Benedicti
confeſſoris, & ſecundum inſtitutionem or-
dinis Camaldulen. & Monaſt. S. Saluatoris
præfati propter quę dictus dom. Abbas no-
mine ſuo,& ſucceſſorum ſuorum incorpora
b uit,& recepit in oblatam, [b] commiſſam,&
c conuerſam [c] dicti Monaſterij,& ordinis præ
dictam mulierem genuflexā, & iunctis ma-
nibus rogantem ſe recipi, & eam cum offi-
cio, & orationibus Chriſti nomine inuoca-
to,induit habitum ordinis, & religionis Ca-
maldulen.& oblatarum, & conuerſarū Mo-
naſt.& ordinis prædictorū, & ſic in tali habi
tu perſeuerauit pluribus annis, & ſimul ſte-
tit,& vixit inter alias oblatas conuerſas, &
profeſſas dicti Monaſterij vſq; ad exitū ſuę
vitæ. Item reperitur, ꝙ ante prædicti vir, &
vxor ad inuicē ſolennius compromiſerāt in
bonos viros omnes,& ſingulas lites, differē-
tias,quæſtiones, controuerſias de penden.co
heren.& earundem annexas & de ipſis & ſu
per ipſis omnibus de iure & de facto mercā
tiali more,& ad ęquitatem laudandi, & ſen-
tentiandi,cum poteſtate pleniſſima, ēt de iu
re vnius partis auferendo, & alteri parti dan
do,vel cum pacto, ꝙ illud,quod fuerit ſentē
tiatum intelligatur fuiſſe lis,quæſtio,& con-
trouerſia inter eos, & veniſſe in dicto cōpro
miſſo,promittens ſe ſolenniter peracto dicto
laudo executioni mandare, & non appella-
re,& aliquid non opponere, per quod execu
tio laudi retardaretur ommiſſa legum, & cō
ſtitutionum communis Flor. iuris, vel facti
conſuetudine fauorabili quibuſcunque, &
iurauerunt omnia,& ſingula contenta in di-
cto cōpromiſſo, & omnia & ſingula ſequen
tia ex eo attendere, & obſeruare, & contra
non facere,vel venire per ſe, vel per alium
nullo modo,iure, vel cauſa in curia, uel ex-
tra ſub pœna,& religione, & virtute præfa-
ti iuramenti,qui arbitri vigore dicti compro
miſſi laudauerunt,ꝙ dictus vir faceret dictę
mulieri finem pro pactis de quibus infra di-
citur & omnia ipſi per ſuam ſententiam fe-
cerunt,& abſoluerunt prout infraſcriptū eſt
& continetur,& dicta mulier, & vir dictum
laudum ratum habuerunt, & confirmaue-
runt,& emologauerunt, & iurauerunt in eo
contenta obſeruare, & deinde dictus vir fe-
cit eidem mulieri rationem,pro ſe,& ſuis hę
redibus,& bonis, finem generalem æquita-
tis,& libertatis abſolutionem, remiſſionem,
tranſactionem,& pactum proprium de vlte-
rius non petendo,inquietādo,uel ipſam mu-
lierem,uel eius hæredum bona, ſeu iura, &
omni,& toto eo de ijs omnibus ſingulis, ꝙ
& quæ idem vir à dicta muliere petere, &
exigere perſequi, vel requirere vellet, vel
poſſet quocunque modo, iure, vel nomine,
titulo,vigore,ſiue ratione,vel occaſione qua
cunque, quæ dici, uel quomodolibet poſſit
excogitari, purè, in diem, uel ſub conditio-
ne,cū ſcriptura,vel ſine,vel aliquo alio mo-
do,ſeu iure dicto viro tunc, vel in futurum
prętendere poſſet,mediante ꝑſona dictę mu
lieris remittens per pactum eidem mulieri,
ut per ſtip.pro ſe,& pro ſuis hęredibus nomi
ne eius,tam reale, quam perſonale eidem vi
ro competens contra dictam mulierem, tam
ex vigore matrimonij cōtracti inter eos, ſeu
alio modo,ſeu quocunque generali, uel ſin-
gulari ex quacunque cauſa præſenti, vel de
præterito per iura purificata, ſeu purifican-
da,ſeu cuius dies uenerit, vel adhuc pēdet,
liberans,abſoluens idem vir dictā mulierē,
& eius hæredes, & bona per aquilianam ſti-
pulationem acceptilationē legit. interpoſit.
omnia per omnia, & ſingula iura infraſcri-
pta, cartas, & ſcripturas, per quæ, uel quas
vllo modo,vel iure,aliquod ius habeat, vel
haberet,uel conſequi,aut prętendere poſſet,
tam de iure,quam de facto, tam ratione cu-
iuſcunque vſus, vſusfructus, vigore matri-
monij,quā altero quoq; modo,iure,uel cau-
ſa, & pro caſſa,& vana,habere voluit & mā
dauit & promiſit, & conuenit eidē mulieri





retro,& ſtip.pro ſe,& ſuis hæredibus, & bo-
nis contra ipſam mulierē, vel eius hæredes
in perpetuū non litigare,inquietare, vel im-
brigare,moleſtare, aut in iudicium trahere,
uel vocare,tam in iure canonico,vel ſecula-
ri,aut aliquid nouitatis, vel grauamē per ſe,
vel alias directè,uel ꝑ obliquum facere, vel
inferre,aut fieri facere,in iudicio, vel extra,
& renuntiauit omni beneficio generali, ſpe-
ciali, canonico, vel ciuili, & iurauit prædi-
cta oīa obſeruare,& nō contrafacere, uel ue
nire,per ſe,vel alium, directè, vel indirectè
in iudicio, uel extra. Poſt hæc omnia dicta
mulier ſine liberis deceſſit. Et prædictis om-
nibus nō obſtantibus prædictus vir petit,ſeu
requirit à dicto monaſterio tertiam partē bo
norum dudum dictę mulieris,& hęc prætex
tu legis municipalis diſponentis, ꝙ vxore
moriente ſine filijs teſtata, vel inteſtata vir
ſuccedit ſibi in tertia parte bonorum ſuorū:
monaſterium vero contradicit aſſerens om-
nia bona dudum dictæ mulieris prætextu,
& occaſione prædictorum ad dictum mona
ſterium ſpectare. Quæritur quid iuris. Pro
cuius declaratione ex præmiſſo themate eli-
cio quaſdam quęſtiones. Primo nunquid ꝑ
prædicta dicta mulier fecerit plenè profeſ-
ſionem dicti monaſterij, ita quòd tēpore in-
greſſus omnia bona ſua tranſierint in dictū
monaſterium. Secundo ſuppoſito, ꝙ fuerit
plenè profeſſa, & bona ſua fuerint in mona-
ſterium tranſlata,nunquid tertia pars dicto-
rum bonorum dictæ mulieris, in quibus di-
ctus vir ſecundum dictam legem municipa
lem ſuccedere debet, trāslata fuerit dictum
monaſterium per dictum ingreſſum. Tertio
nunquid dictum compromiſſum, & dictum
laudum exinde ſecutū,approbatio, & emo-
logatio,remiſſio,renuntiatio, & iuramētum
prædictum obſtent ne dictam tertiam partē
dictorum bonorū petere poſſit. Et licet prę-
dictæ quæſtiones, rectè intuenti dubiæ non
videantur, ut tamen dubiæ appareant, vel
efficiantur, arguam ad utranque partem, &
2 concludam quod iuris eſſe putauero. † Re-
deo igitur ad primam quæſtionem,& arguo
quòd nō fuerit plene profeſſa,& ſic nec eius
bona ꝑ eius ingreſſum trāslata fuerint in di-
ctum monaſteriū, tā ipſa mulier dicto in-
d greſſu,ſeu oblatione nō obtulit bona, [d] nec
renuntiauit proprijs, & ſic non fecit ueram
profeſſionem, hoe videtur expreſſum qui
cle.uel uouen. conſuluit, ibi mulier quę ve-
ſtibus pretioſis abiectis,mutauit habitum,&
de mandato presbyteri,velamen aſſumpſit,
quia prorio non renuntiauit,nec ſuper alta-
re profeſſa eſt, iudicatur potuiſſe cōtrahere
3 matrimonium. † Item iſta mulier fecit ſim-
plicem conuerſionem, non profeſſionem,
& ſimplex cōuerſio differt à monachatu, &
minus eſt quam monachatus, nam ſimplex
conuerſio fit hoc modo. Offero me, & mea
tali eccleſię, promitto tibi tali abbati, &
e ſucceſſori obedientiam,ut conuerſus: [e] mo-
nachus autem non fit niſi profiteatur regu-
lam,& renuntiet ſeculo, & pompis eius, de
ſtatu monacho. cap. cum ad monaſterium,
f ita dicit Spec.in tit.de religioſis. [f] §. 1. verſi.
4 conuerſio autem ſimplex. † Item promiſſio
obedientiæ non ſufficit ad profeſſionem, cū
etiam ſeculares obedientiam prę ſtēt.de ma-
io.& obed.ijs qui.& not.Inno. & Hoſt. in d.
c.cōſuluit,& Guilielmus in Spe.de ſtat. mo.
uer.37.q̄.it de eo,qui dicit ſe ꝓfiteri,& pro-
mittit tm̄ obedientiam,nil dicendo de caſti-
tate, nec de proprij renuntiatione, an talis
conuerſio faciat illos profeſſos,& dicit Cle-
mentem dixiſſe,ꝙ non,quia obedientia ſine
caſtitate & carentia proprijs eſſe pōt, qđ pa
g tet in fratribus [g] ordinis S. Mariæ in quo mi
lites ipſius ordinis ſunt ſub obedētia ſui ma
ioris,& tn̄ viuunt cum vxore,& proprijs.Itē
Inno.in c.porrectum,de regu.dicit,ꝙ ſi mu-
lier emittit ſolenne votum caſtitatis, & caſti
tatē ſeruare teneatur,non tn̄ eſt profeſſa,nec
de foro eccleſiæ. Cū igitur prædicta mulier
non renuntiauerit proprijs,ſed ſimpliciter ſe
obtulerit monaſterio, & obedientiā promi-
ſerit,non propterea profeſſa debet cenſeri,
ſed ſimplex conuerſa, vel oblata:ut enim ef-
ficiatur quis ſeruus,cui monachus compara-
tur & capite minuatur, ſicut monachus qui
perdit uelle,& nolle,& mundo mori dr̄,de-
5 bet id appellare claris verbis nā ꝙ &c. † Itē
formam profeſſionis ponit Specu. de regu-
la.§.1.in princ.in ſecunda forma,ubi expreſ
sè ponit de renuntiatione proprij, quæ for-
h ma [h] in dicta oblatione vr̄ non fuiſſe ſerua-
ta, igitur non fuit vera profeſſio, quę debet
fieri in ſcriptis.27.q.1.omnes fœminæ. & q.
7.ſaluberrimum.& 22.q.1.cap.vlt.quę in ca
ſu prædicto facta non fuit,igitur nō fuit ve-
ra profeſſio. Ad ſecundam quæſtionem ar-
guo; quòd dicta tertia pars bonorum in qua

ſecundum dictam legem municipalem ſuc-
cedit vir vxori, non fuit in dictum monaſte-
rium tranſlata per ingreſſum, nam & ſi verũ
ſit, ꝙ in tranſitu perſonæ tranſeant bona ip-
ſo iure, hoc verum eſt quatenus ipſe tranſiẽs
habet, & eum reſpiciunt, & ſequuntur, non
quatenus reſpiciunt alium, nec ſequitur ex
conceſſo, quia poteſt cõceſſum præter hunc
effectum demandari executioni, vnde dicta
mulier in dicto tranſitu intelligitur detuliſſe
bona cũ cauſa ſua, hoc eſt cõditionata ſi vir
prædecedat: ſecus ſi ſuperuixerit, quo caſu
ſibi non intendebat præiudicare in tertia par
te, quæ ad eum per dictam legem municip.
iure ſucceſſionis deferebatur. Nec ob. licen-
tia conceſſa à viro, nam ad licentiam perſo-
næ conceſſam vxori non ſequuntur bona ni
ſi quatenus vxoris perſonam reſpiciunt, &
ſequuntur, nam quatenus reſpiciunt virum,
quia præter hoc poteſt cõceſſum ad effectũ
demandari, & quia hoc eſſet aliud à conceſ-
ſo; vnde ad vnum non infertur aliud: nã di-
ſpoſitio circa perſonã, ſeu circa vinculũ per
ſonale poſitiuè, vel priuatiuè non porrigitur
circa res, ſeu realia vincula, niſi ſolũ quantũ
vnum non poſſit ſubſiſtere ſine alio. Item fa
6 cit ad hoc, quia dicta mulier † per dictũ in-
greſſum non deſinit eſſe vxor dicti viri, quia
quo ad titulum durat matrimonium vſque
ad mortẽ naturalem 32. q. 8. inter diuortia.
i & 22. q. 1. deſponſata, [i] & ſufficit ad verba
ſtatuti, vt ſortiantur effectum. Verum enim
eſt dicere, ꝙ tempore mortis vxor erat, quia
titulus durabat, ergo ſtatutum uerificatur in
ea. Præterea videtur caſus in l. deo nobis. C.
k de epiſco. & cler. §. nam & maritus, [k] vbi al
tero coniugum tranſeunte, vnuſquiſque res
ſuas recipit quas pro dote, vel ante nuptias
donatione præſtiterat, hoc tantũmodo lucri
nomine conſequatur ab eo qui ſolitariam vi
tam elegerit, ꝙ debuit legitimè ex pacto, uel
caſu mortis exigere de bonis uxoris vigore
legis municipalis per dictum ingreſſum po-
terit exigere. Ad tertiam quæſtionem argui
tur quòd ibi nec compromiſſum, nec laudũ,
nec finis, uel alia prædicta obſtarent uiro
quominus potuerit, & poſſit petere dictam
tertiam vigore dicti ſtatuti. Ratio eſt, quia
talia verba generalia non poſſunt exclude-
re caſum ſucceſſionis, nã ex illa videtur de
bonis eius non poſſe mihi competere ali-
quod ius, ſi qđ .n. competeret poſt mortem
tuam cõpeteret, ſ. tempore quo non ſunt am
plius bona tua, & ſic finis concepta per uer-
ba de quibus ſupra non poſſit trahi ad dictã
ſucceſſionem. Item nec pactum, vel finis fa-
cta de non ſuccedendo ualent, ut c. quãuis.
de pact. lib. 6. cum concor. ibi in glo. ſignat.
7 † Nec prodeſt iſto caſu iuramentũ, quia iura
l mentum non ampliat, [l] nec extendit cõtra-
ctum, nec contenta in eo, & ſe in plus nõ ex-
tendit: vnde ſi contractus prædicti non inclu
dunt caſum ſucceſſionis, certè nec iuramen-
tum ſuper illis appoſitum. Iuramentũ enim
habet inſtar confirmationis, de confir. vti.
vel inu. per totum.

In contrarium arguo ad primam quæſtio
nem, & dico, ꝙ dicta mulier fuit plene pro-
feſſa per prędicta, & irreuocabiliter religio
ni obligata, & bona ſua in dictum monaſte-
rium tranſlata, & hoc ſic oſtenditur. Ad ve-
ram, & plenam profeſſionem, & ad integrã
tranſlationem bonorum in monaſteriũ per-
uenitur, aut expreſsè, aut tacitè, aut in gene-
re, aut in ſpecie, ut patebit per iura, & per ra
tiones inferius alleg. & omnibus prædictis
modis oſtendi poteſt, ꝙ dicta mulier de qua
quæritur fuit verè, & plenè profeſſa, & reli-
gioni irreuocabiliter obligata, & bona ſua
ſunt in dictum monaſterium plenè tranſla-
ta. Et incipiẽdo à primo modo profeſſionis,
ſcilicet ex expreſſione, oſtendo liquidè ip-
ſam mulierem ſecundum præmiſſa fuiſſe
verè, & integrè profeſſam, nam per verba di
ctæ dedicationis, ſcilicet in præmiſſo thema
te relata hoc euidenter apparet, nã impetra-
uit a uiro licentiã profitendi, & ad religionẽ
tranſeundi, & demum ad religionem tran-
ſiuit, & habitum religionis aſſumpſit, & iu-
go Abbatis ſe ſubmiſit, & ligauit, & diſcipli
næ regulari ſe ſubiecit cum reuerẽtia, & de-
uotione debita, flexis genibus ſe obtulit om-
nipotenti Deo, & beatis confeſſoribus Bene
dicto, & Romualdo inſtitutoribus ſanctæ re
gulæ, & ordinis Camaldulen. & dicto Abba
ti recipienti pro ſe, & ſuis ſucceſſoribus ꝓ-
miſit, & profeſſa eſt ſtabilitatem ſuam perpe
tuam ſecundum regulam B. Benedicti, & in-
ſtitutionis dicti ordinis, & monaſterij, & idẽ
Abbas cum officio, & orationibus conſuetis
ipſam mulierem induit habitum religionis
Camaldulen. & oblatarum, & commiſſa-
rum monaſterij, & ordinis prædicti, quæ ver
8 ba, & facta † ſunt ſufficientia ad profeſſio-
nem



nem plenam, & expreſſam, & per ea intel-
ligitur dicta mulier circa ſubſtantialia re-
gulæ promiſiſſe paupertatem, & caſtitatem,
m & obedientiã, de ſtatu regula. [m] cũ ad mo
naſterium; de duobus, ſ. caſtitate, & obediẽ-
tia expreſsè patet in dicta dedicatione, ter-
tium, ſcilicet paupertas, & proprij abdicatio
ex conſequentia, & connexitate, & iuris in-
terpretatione neceſſario reſultat, requiri-
n tur [n] huius abdicationis expreſſio vñ tex. in
c. vidua. 20. q. 1. dicit: uidua, quæ ſanctæ reli-
gionis propoſitũ obtinere voluerit, ſacerdo
ti, vel miniſtro, ad quẽ aut ipſa venerit &c.
ſcriptis profeſſionẽ faciat à ſe, aut ſigno, aut
ſubſcriptione notatam, continentem ſe pro-
poſitum religionis uelle. Item iura vtuntur
verbo conuerſionis pro uerbo profeſſionis,
& dicunt, ꝙ iure conuerſionis iura ſua com-
petunt eccleſiæ. 19. q. 3. pręlatum. ad idẽ ea.
cauſa. & q. ſi qua mulier. §. nunc autem. vbi
dicitur hoc ipſo bona ſua obtuliſſe, ꝙ mona
chus factus eſt, ſi prius teſtatus non ſit. Item
iſta ſunt vera commoda profeſſionis, uolẽs
canonicè viuere, & Deo ſeruire, & animam
ſuam ſaluare. 19. q. 3. cap. nullus. Item canon.
loquẽdo de uera, & expreſſa profeſſione uti
tur hoc verbo profeſſione virginitã. 11. q. j.
cap. j. Item vtitur uerbo ſub regulari diſcipli
na ea. cauſa. & quæſtio. auditis. Item utitur
verbo viduita. profeſſio & eadem cauſa, &
9 quæſtio. quamuis. † Item glo. or. in ca. ut lex
cõtinentiæ. dicit, quòd omnis conuerſus qui
tranſit ad regulam intelligitur renuntiaſſe
proprijs, ſecus ſi tranſit ad ſecularẽ: ad quã
glo. remittit Spec. de regu. §. j. verſi. uerum-
tamen. Item ſi quis ſe dat alicui hoſpitali
nulla de bonis habita mentione, dicit Specu.
de regu. §. j. verſi. 23. quòd ſi illi hoſpitalarij
ſine proprio uiuunt ex ſua regula, uel conſti
o tutione, ipſe ſine proprio uiuet, & vñ [o] bo-
na hoſpitali contuliſſe alleg. 12. q. 1. illi, qui;
ſi autem non uiuunt in paupertate, ſed tan-
quam clerici ſeculares, tunc non uidetur cõ-
tuliſſe bona, imò ingreſſus retinere poterit
proprium: ipſe enim ſecundum Specu. reci-
piet formam à monaſterio, quod ingreditur
ſicut uinum odorem a uaſe. 8. diſt. quæ con-
tra mores. de pœ. diſt. 3. inter hoc. Cum igi-
tur mulier prædicta conuerſa fuerit in mo-
naſterio ubi non utuntur ingreſſi proprio,
ſua bona dedicaſſe uidetur, & Spec. in tit. de
p regula. verſi. 37. [p] refert opi. eorum qui di-
cunt, quòd eo ipſo, ꝙ quis obedientiam pro-
mittit, & habitum aſſumit, intelligitur renũ-
tiaſſe bonis, ſi illa profeſſio ſine proprijs ui-
uit. alleg. in argu. ff. de repu. l. fi. Ioan. Andr.
ſuper dicto verſi. remittit ad ea, quæ ſcripſit
qui cle. vel vo. conſuluit. in glo. nec iſtud, di
cens ibi patere, quod Innoc. & Hoſti. con-
cor. Specu. ibi tamen dicit ſecundum Innoc.
& Hoſt. quia non ſufficit ſola promiſſio obe
dientiæ, ſed, ſi ꝓmittit obediẽtiam monacha-
lem, puta, ꝙ ſuæ renuntiet uoluntati, & in
omnibus ſubijciat ſe Abbati. 12. queſt. 1. non
dicat. & c. volo. tunc bene profitetur, & ſic
etiam intellexit Specu. in d. verſi. & alias nõ
concor. cum eis, ut dicit Ioan. Andr. Sed in
verbis dictæ dedicationis apparet promiſſio
plenę continentiæ, & obedientiæ monacha-
lis, & apparent ibi quaſi omnia quæ ad ve-
ram & expreſſam profeſſionem requirun-
tur, vt ſupra retuli: ergo fuit dicta mulier
10 plenè profeſſa. Archi. † dicit [q] quòd pro-
q feſſio eſt certę religionis ſolemnis promiſ-
ſio, in qua promiſſione ueniunt ſubſtantia-
lia profeſſionis, vnde ſi iunctis manibus qs
in præſentia Abbatis rectè ſe reddidit in mo
nachum, & in fratrem ſtatim profeſſus eſt.
ita not. glo. in cap. porrectum. de regulari. vn
de idem eſt ſe reddere alicui religioni, quod
profiteri, qui cle. uel uouen. in inſinuatione,
& eod. titu. conſuluit. ita not. Ioan. Andr. in
11 cap. porrectum. de regul. † Item promitte-
re obediẽtiam monachalem eſt idem quòd
profiteri ſecundum Innocen. & Ioan. And. in
d. cap. porrectum. in prin. Item regula Bene
dicti eſt approbata de iure canonico, & eſt
notoria, & eius ignorantia non excuſat, ut
not. Inno. in cap. dudum. de conuer: coniu. &
in ipſa regula ponitur forma uerę profeſſio-
nis, & qui ſecundum illam profitetur plenè
r profeſſus eſt. Forma eſt iſta, [r] Suſcipiẽdus
in oratorio coram omnibus promittat de ſta
bilitate ſua conuerſionem morum ſuorum,
& obedientiam coram Deo, & ſanctis eius,
ut ſi aliquando faciat aliter ſciat ſe damnan-
dum à Deo quem irridet, de qua petitione
ſua ad monaſterium ſuorum ſanctorum quo
rum reliquię ibi ſunt, Abbate præſente, quã
petitionem ſuam ſcribat, & ſignum faciat,
& manum ſuper altari ponat, & ex illa die
in congregatione reputetur. Quippe ex illa
die nec proprij, nec rerum ſuarum ſe habe-
re nouerit poteſtatem &c. Ex quibus verbis

totus ordo Monaſticus totius orbis maximè
Italiæ, & præcipuè dictus ordo Camaldu-
len. inſtrumenta profeſſionum formant. Ego
N. promitto ſtabilitatem meam, conuerſio-
nem morum meorum, & obedientiã ſecun- t
dum regulam Beati Benedicti, & ſtatuta Ca
maldulen. ordinis in congregatione Camal-
dulen. coram Deo, & ſanctis eius, & in præ-
ſentia domini Nicolai Abbatis talis mona-
ſterij, & aliorum fratrũ, quæ profeſſio ſcri-
pta, ut plurimum in papiro quandoque legi
tur infra miſſarum ſolennia ad altare, quan-
doque extra miſſam, & extra eccleſiã, quan
doque à profitente rogato poſtquam talis
profitens dicitur, & eſt uerè, & expreſsè pro
feſſus:: & tamen in dicta forma nulla fit mẽ
tio de duobus ſubſtantialibus, uel tribus re-
gulæ, caſtitatis videlicet, & obedientię, &
abdicationis proprij, & quod dico de pro-
feſſione expreſſa, & in ſpecie, idem dico de
profeſſione tacita, ſecundum quem modum
iſta etiam mulier apparet verè, & plenè pro-
12 feſſa. † Nam ſi quis intret religionem Men-
dicantium, ibi neceſſe eſt ſtare per annum
ante profeſſionem. Si completo anno non
vult profiteri, poteſt ad ſeculum redire, quia
non eſt obligatus Religioni in genere, hoc
eſt expreſſum in cap. non ſolum, de regula.
lib. 6. niſi ſeculum mutare voluerit infra an-
num, hoc tamen non præſumitur, niſi clara
probatione, vel competentibus indicijs oſtẽ
datur, ut ibi dicit textus.

13 Indicia † autem ſunt ſecundum gloſſam
f ibi, [f] ſi in ipſo ingreſſu ſuo beneficio renun-
tiauit, vel de bonis proprijs, & rebus diſpo-
ſuit, vel ſimilibus modis, quibus caſibus be-
ne poſſunt Mendicantes impedire ꝙ ad ſe-
culum non redeat, ſed non poſſunt impedi-
re ne ad aliam Religionem trãſeat: imò poſ
ſunt agere, vt ad aliam religionem tranſeat
ſi ibi non uult remanere. Sed cum dicta mu-
lier petierat ante ingreſſum à uiro licentiam
profitendi, & obtinuit, & ſe ad inuicem ab-
ſoluerunt, & vir caſtitatem promiſit, & ipſa
etiam mulier aſſeruit, & expreſsè tam in pe
titione dictæ licentiæ, quam in ipſo ingreſ-
ſu, quòd intendebat uitam mutare, & ſeculũ
fugere, & ſub regulari diſciplina domino fa
mulari, & alia quæ in ſua dedicatione conti
nentur: ut ſupra retuli, patet per indicia, imò
per aſſertionem manifeſtam, ꝙ voluit uitam
mutare, & ſic religioni ſaltem in genere ſe u
obligare, & cogi poterit ad aliquam religio
nem tranſire cum ſuis bonis: imò plus dici-
mus, ꝙ ſi quis intret religionẽ, & in ingreſſu
ſimpliciter renuntiauit beneficio, & nõ pro-
teſtetur [t] ꝙ ſeculum non intendit dimittere,
apparet eum vitam voluiſſe mutare. ita not.
Io. And. in d. cap. non ſolum, de regu. lib. 6.
Et ſi dubitatur qua de cauſa quis intrauit mo
naſterium, præſumitur pro religione. 17. q.
2. qui bona. ff. de religi. & ſump. fu. l. ſunt ꝑ-
ſonæ, ita not. Spec. de ſta. regul. verſic. 68. un
de is qui ſtetit per annum & non patet qua
intentione, lapſus anni obligat eum religio-
ni, ut notat in cap. 2. de regula. Nec mirum,
ille enim qui vult ſeculum fugere, vult ſtatũ
ſeculare dimittere, & ſtatum religionis aſ-
ſumere. Seculum enim ſumitur pro ſtatu ſe
culari ſecundum Ioan. Andr. in cap. 1. de re-
gu. lib. 6. vnde is qui vult fugere ſeculum, &
ſtatum ſecularem, & eſſe de ſtatu religio-
nis, vult eſſe plenè religioſus. Item per la-
pſum anni ſequentis in ordine mendicantiũ
intelligitur quis profiteri, vt in dicto cap. 1.
de regula. lib. 6. vbi dicit tex. videtur. qđ ſic
Hoſtien. exponit, videtur: id eſt præſumitur,
præſumptione iuris & de iure, quæ non ad-
mittit probationem in contrarium. de ſpon-
ſal. qui. Item
14 Io. Mo. † & Archid. vt refert Ioan. Andr.
in cap. 2. de regu. in glo. ponebant quinque
modos profeſſionis inter quos eſt quando
quis renuntiauit mundo refert Ioan. And. in
dicto cap. 1. de regula. lib. 6. ſuper 1. gloſſ. in
nouella Specu. ponit quatuor caſus quibus
puberes obligantur religioni. Primus ſi reci
pit diſtinctum habitum profeſſorum nil di-
cendo. Secundus ſi fecit profeſſionem ex-
preſſam. Tertius ſi renuntiauit mundo, &
eius pompis. Quartus quando in communi
habitu annum probationis compleuit. Item
Archidia. ut refert Io. And. in d. cap. ſuper gl.
ut ſeruientes, dicit, quod ille, qui per annum
ſtetit in religione tenetur ad profeſſionem
expreſſam, & ad illam præciſè cogitur ſi ſe
obligauit diſciplinæ: apparet igitur, quod ad
ueram profeſſionem non eſt neceſsè expreſ-
ſa abdicatio, uel obligatio bonorum, cum
per omnes prædictos modos intelligitur qs
profiteri, & dicta mulier, ut patet in forma
ſuę dedicationis omnibus dictis uerbis, &
modis uſa eſt. Item ſi profeſſio tacita dimi-
u nuit [u] matrimonium contractum poſtea, ut
in cap.



in ca. vno. de voto. lib. 6. fortius ipſa tacita ꝓ z
feſſio ꝓhibet bonorũ retentionẽ: quia maius
gamen eſt primum, quam ſecundum: quia
quos Deus coniunxit, homo non ſeparet. Itẽ
vidua per vnum ſimplicem actum inter pro
feſſos efficitur verè profeſſa, vt in c. 1. de re-
15 gulari. † Item ſolennitates quæ ſeruantur in
ingreſſu faciunt præſumere profeſſionem:
puta quia ſolenniter recipit habitũ pręſenti-
bus vocatis vel in altari, vel in eccleſia, vel
ſolenniter ab epiſcopo, vel abbate, interue-
niente benedictione ſolenni. ita ſcribit Ioan.
And. in cap. vidua. de regulari. ſuper ver. ſa-
crum, quæ ſolennitates, in ingreſſu dictæ mu
lieris interuenerunt vt in præmiſſo themate
patet. Item eo ipſo quòd quis tranſit ad reli-
gionem, & habitum ſumit eo modo vt ad ſe-
culum non redeat, alia profeſſione non fa-
cta, non poteſt ad ſeculum redire. de regula
16 ri. c. ſuper eo. & ibi no. glo. † Item præſumi-
tur profiteri vnam de religionibus approba-
tis ſi dicat profiteor ordinem monachatus, li
cet non dicat ordinẽ Sancti Benedicti, ut no-
tat. in d. c. porrectum, de regulari. ſuper gl. 2.
quod ſi dicat voueo me perpetuò religioſe
victurum, & talem religionem ſeruaturũ, vel
tali religioni ſeruiturum, pro tunc non põt a
reuerti ad ſeculum quaſi tacitè ſit profeſſa.
Item per coniugij abſolutionem fit profeſ-
ſio, qui cle. vel vo. inſinuante; & ita ibi ſcri-
x bit Ioan. And. poſt Hoſtien. Item reddendo [x]
ſe, & ſua monaſterio habet vim profeſſionis
ſecũdum Inno. in c. cum ſumus, de regul. &
Ioan. And. poſt eum ſuper ver. contuliſſet.
17 † Item ſi exiſtens infra annos diſcretionis
habitum nouitiorum defert per annum, eſt
profeſſus. vt in clem. eos qui. de regula. Itẽ
quando quis proponit ſeculũ mutare, & ali-
cui religioni deuouet, vel ingreditur, tunc ꝑ
y ſuſceptionem habitus etiam nouiciorum [y]
irreuocabiliter obligatur, vt no. in c. conſu-
luit, de regu. & no. in d. ca. conſuluit. qui cle
ri. vel uo. præterea ſi quis per omnia alia fa-
cit, & utatur uerbis ueræ profeſſionis, exce-
ptis quam abdicationis bonorum, uerè pro-
feſſus eſt, & bona abdicaſſe uidetur; quod
patet quia expreſſis alijs quæ requiruntur ad
profeſſionem, ſi addatur reſeruo mihi bona
mea, uel proferat qs uerba profeſſionis ſub
dicta conditione ꝙ poſſit ſibi bona retinere,
tenet monachatio, & bonorum retentio ut
ſcribit Io. And. de conditio. appo. c. ulti. & in
z Specu. de ſta. reg. ſuper uer. 49. [z] ubi hoc tra
ctat Spe. ſi igitur talis reſeruatio ſe non com
patitur cũ alijs uerbis aptis ad profeſſionẽ,
& quod non expreſſ. debet, quanto fortius ſi
alia uerba apta ad profeſſionem ſint prolata
ſine abdicatione proprij expreſſa, & ſine re-
ſeruatione, uel conditione bonorum, intelli-
gendum erit bona tranſlata; quia reprobatur
reſeruatio expreſſa, igitur & tacita. item Ioã.
And. poſt Hoſt. de conuerſi. coniuga. dudũ,
ſuꝑ uerb. caſtita. dicit quod inter ſolutos &
coniugatos eſt differẽtia, nã ſoluti ſine exp̃ſ-
ſa ſolennitate non obligantur: nã putauit ec-
cleſia graue inexpertos irreuocabiliter obli-
gari ſed coniugati cum iam ſint experti ma-
trimonio inter alia commoda ceſſat querе-
la. Vnde præſumitur ꝙ ex quo uotum conti-
nentiæ pariter promittunt, intendunt omni-
no renuntiare carnali operi, & ita eſt ſpecia
le in cõiugatis, ꝙ citra annũ profiteri poſsũt
ſm eos, & facilius obligantur. Ad ſecundam
quæſtionem dico ꝙ omnia bona dictæ mu-
lieris fuerunt plene tranſlata in dictum mo-
18 naſterium ꝙ ſic oſtendo. † Eo ipſo ꝙ quis in
greditur monaſterium, transfertur dominũ,
& poſſeſſio bonorũ ſuorum in monaſteriũ,
a ut no. Inno. in c. præſentium, [a] de probatio.
& not. xix. q. ultima perlatum, & l. ſi qua mu
lier de ſacroſan. eccleſijs authen. ingreſſi, &
no. Spe. de ſta. regul. verſi. 61. & intelligo hoc
uerum etiam de dicta tertia parte de qua a-
gitur, non ob. ſupra in contrarium alle. quid
enim eſt ꝙ tranſlationem huiuſmodi tertiæ
partis poſſit impedire, certè non ius alterius,
ſed læſio iuris alterius, quia tempore ingreſ-
ſus nullum ius competebat uiro in dicta ter
tia parte, quia ſucceſſio non eſt in iure alicu
ius, imò nec in ſpe, ſecundum alle. ſupra in
contrarium, unde tranſlatio bonorum nõ ad
uerſatur iuri ſuccedendi, ſic uenditio omniũ
bonorum facta per patrem non aduerſatur
quominus filius ſit hæres, unde licet pater
non poſſit filium exheredare, & ſic nec eum
iure ſucceſſionis priuare; tamẽ ſi tranſeat ad
monaſterium cum bonis ſuis omnia defert
exceptis legitimis, ut extra no. i. c. cũ ſumus
de regu. in gl. ord. & ſuper ea. Item per talẽ
ingreſſum, & talem tranſlationẽ bonorũ non
reſoluitur ius ſuccedendi directè. ſed deficiẽ
tibus bonis deficit ſucceſſio ex defectu mate
riæ: ſic ſupradicta mulier quoad oĩa moriẽs
nõ haberet bona, quia tũc & ſi non deficeret
ius

ius ſuccedendi, deficit executio ex defectu
materiæ, ſicut dicimus quando alicui defi-
cit non ius, ſed probatio iuris. Et ſi dicatur
tale ius erit inane ex quo caret effectu, quia
hoc eſt reperire in multis exemplis iuris:
pone fuit actum petitorio, & poſſeſſorio, a-
ctor obtinuit in poſſeſſorio, & reus in petito
rio, fertur ſententia pro actore in poſſeſſo-
rio, & pro reo in petitorio, ſed executio nō
fiet in poſſeſſorio, & tamen fertur ſententia
vt ſatisfiat iuri ſecundum not. in c. cū dilec.
de cauſa poſſe. Idem dicimus in ſupplendo
negligentiam in beneficijs manualibus. vt
in clem. j. de ſupplen. negligen. prælat. &
ibi not. pone in eo qui adiuit hęreditatem
ſine beneficio inuentarij, vel teſtator con-
ſcius ſuæ hęreditatis vetuit defalcationes le
gatorum, & hæreditas exhauritur tota per le
gata, & creditores, fuit iſte ſucceſſor ſine
19 rebus. † Item eſt dare caſum in quo bona
mulieris tranſibunt ad monaſterium, & ius
ſucceſſionis non peribit, puta quia habebat
quædam quæ non poſſunt tranſire in mona-
b ſterium: puta feudum [b] quod habebat con
nexas caual, vel bellum, vt not. in titul. de
feu. in Spec. de feu. & poſſet eſſe tale quod
æquiualeret tertiæ parti bonorum mulieris,
& tūc in illis ſuccedat vir, & ſic patet quod
tranſlatio bonorum non aduerſatur ſucceſ-
ſori ſed ſtant ſimul: ita dicimus quòd ali-
quando acquiritur dominium, & translatio
aliquorum quæ retineri non poſſunt ad in-
ſtar creditorum. ff. de pigno. ſi conuenerit &
no. de ſta. mo. recolentes ſuper glo. vj. item
maritus ſine pacto lucratur dotem. C. de re-
pudi. l. conſenſu. §. virum, & in auth. vt lice-
at matri & auiæ. §. quia vero plurimos, ſed
pone quod mulier damnata eſt de adulterio
quid fiet de dote ſi non habet liberos, vel pa
rentes, tota ſubſtantia applicatur monaſte-
rio, & non viro. C. de adul. auth. ſed hodie,
& l. prædicta conſenſu. §. virum. & illa iura
loquentia de dote lucranda à viro intelligū
c tur cum eſt iuncta ciuiliter [c] ſed quando eſt
damnata bona debent diuidi in d. authen.
ſed hodie, ſimili modo ſtatutum diſponens
quòd vxore moriente vir ſuccedat in tertia
parte bonorum, intelligi debet ſi mulier tē-
pore mortis erat viro ciuiliter coniuncta,
quod in caſu noſtro non erat, imò erat mū-
do mortua, & in monaſterium plenè tranſla
ta. vnde ſi vir perdit lucrum dotis propter
delictum commiſſum per mulierem contra
voluntatem viri, & monaſterium lucratur;
fortius vir debet perdere, & monaſterium
lucrari, quando propter virtutem, & cultū
diuinum, & de voluntate viri mulier ingre-
ditur monaſterium. Item ſi mulier ingredi-
tur monaſterium non obſtante pacto, velin
re de lucranda dote, non debent diuidi bo-
na vt in dicta auth. ſed hodie. quia monaſte-
rium debet haberi loco filiorum, vt dicit d.
gloſſ. alleg. in auth. de ſan. epiſ. §. ſed hæc in
præſenti, & no. plenè in ca. in præſentia, de
probatio. & ſecundum hoc vbi monaſteriū
debet haberi loco filiorum, non habet locū
ſtatutum prædictum quod diſponit ſi mulier
decedat ſine filijs; & ſi dicatur quòd ſtatutū
dicit ſine filijs natis ex eis ſcilicet viro, &
vxore, quòd monaſterium non poteſt dici,
imò certè poteſt dici iure interpretationis,
ſicut dicitur monaſterium, & haberetur lo-
co filij naturalis, & loco filij ex proprio cor
pore deſcendentis, ſecundum veram opin.
no. in d. c. in præſentia, imò plus dico in ca-
ſu noſtro quòd recte iuris interpretatione
d debet dici monaſteriū filius ex ijs natus [d]
quòd ſic oſtendo, mulier non poteſt tranſire
ad religionem, nec ad monaſterium tranſit
ſine viro ſcilicet vt emittat votum caſtitatis,
vnde ideo monaſterium cenſeri debet filius
ex eis natus, quia vterque quaſi ad religio-
nem aſpirauit, & monaſterium in quo in-
greſſa eſt mulier cenſetur filius ex eis natus,
quia naſci non potuit à voto mulieris niſi li
centia viri, & votum caſtitatis adeſſet: ex
vtriuſque ergo actu & ſic ex vtroque geni-
tus dici debet, ergo monaſterio deferuntur
bona. Item ponderandum eſt dictum ſtatu-
tum quod diſponit quòd vir ſuccedat vxo-
ri in tertia parte, & dico quòd ſimplex pro-
latio debet in ſuo potiori ſignificato intelli-
gi. de ſenten. excom. ſi præbendæ, cum dicit
ſuccedat vxori, intellige de vxore integra
quo ad titulum, & quo ad thorum, & quo
ad alia mutua ſeruitia, & maximè quia hu-
iuſmodi ſucceſſio maiorem communitatē
habet cum temporalibus, quam cum ſpiri-
tualibus, & magis eſt veriſimile quod lex
quæ diſponit de ſucceſ. viri ad vxorem con
ſiderauit labores, & expenſas, & fauores tē-
porales impenſos mulieri per virum, quam
merè ſpirituales propter quos ſpirituales
20 præmium temporale non debetur, † & ſpi-
ritualia cum temporalibus non commiſcen
tur, de rerum permu. cap. ad quæſtiones, tē-
pore autem mortis dictę mulieris non erit
integra vxor, quia omnes tēporales, & mu-
tuæ ſeruitutes erant hincinde ſublatæ, & re- f
miſſæ à iure, & ab ipſis eiſdem coniugibus,
& licet remanſerit titulus, qui ab homine
diſſolui non poteſt: quia quos deus coniun-
xit homo non ſeparet, tamen ſtatutum quod
reſpicit temporalia, & ſeruitutes tempora- 22
les, non intelligitur attribuiſſe, ſeu voluiſſe
attribuere aliquid titulo ſpirituali, nec de re
bus cęleſtibus diſponere, de quibus ſpiritua
libus nec principaliter, nec incidenter di-
ſponere poteſt lex ſecularis. de conſtitu. ca.
eccleſia. Item vxore cum viro habitante te-
netur ad alimenta, & onera matrimonij ſup
portare, nimirum ſi ea moriente lex muni-
cipalis voluit reſarcire, ſed vbi ingreditur
mulier religionem monaſterium ſupportat
onera, & ceſſat dicta ratio. Item loquendo
de viro, ſeu eo qui promiſit continentiam 23
& quaſi religioſus in ſeculo remanſit, non
eſt ſentiendum quòd de hæreditate religio-
ſæ vxoris cogitare habeat. Item iura tractā-
tia de ſucceſſione non ligant eum de cuius
ſucceſſione agitur circa diſpoſitionem bo-
norum ſuorum in vita. vnde non prohibe-
tur donatio, nec venditio, nec alij cōtractus
liciti, maximè ſi non fiat in fraudem, multo-
minus tranſlatio ad religionem, nec prodeſt
ſi dicatur quòd iſta eſt translatio iuris, non
21 hominis: † primo quia eſt tranſlatio homi
nis, quia profitens intelligitur tacitè offerre
bona vt in cap. quòd à te. de cle. coniug. &
e ibi no. in gl. & probatur ſupra [e] in iuribus,
alleg. in 2. parte primæ quæſtionis, vbi appa g
ret quòd qui profitetur intelligitur bona
transferre. Sed ſi eſſet translatio iuris, ius p
quod fit iſta translatio erat ante dictum ſta-
tutum, & per dictum ſtatutum tolli non po-
terit, quia in omni lege authoritas ſuperio-
ris intelligitur eſſe excepta. de reſcrip. con-
ſtitutus, & ibi no. in c. venientes, de iureiur. 24
Item lex municipalis dictat quòd frater ſuc
cedat fratri ſi ſine liberis decedat, & tamē ſi
frater ingrediatur religionem defert bona,
& frater non ſuccedit, de natura enim legis
quæ diſponit de ſucceſſione non eſt tollere
libertatem viuentis, nec prodeſt ſi dicatur
iſta ſucceſſio viri ad uxorem erat neceſſa-
ria, quia ſiue teſtata, ſiue inteſtata decedat h



ſtatutum loquitur, quia totum hoc intelligi-
tur niſi in vita de ſuis bonis diſponeret, uel
religionem cum eis intraret. Item ſtatutum
quod dicit ſi teſtata, uel inteſtata loquitur
de ea quę poterat teſtari & non teſtari, [f] ſed
iſta mulier profeſſa non poterat teſtata, uel
inteſtata decedere, qa nō habebat nolle, uel
uelle. xij q. j. nolo, &c. non dicatis. Item po
teſt dici quòd ſtatutum prædictum non por
rigitur ad iſtum caſum de mente, † quia p
uerba generalia non includuntur ea quæ in
ſpecie quis ueriſimiliter non dediſſet: ut in
c. 2. de offi. uica. lib. 6. imò ſi expreſsè fuiſſet
dictum quòd uir ſuccederet in tertia parte
moriente uxore, etiam ſi iam foret ad reli-
gionem tranſlata; tale ſtatutum non tenuiſ-
ſet, tum quia diſponeret de materia ſibi non
ſubiecta, tum quia nutriret peccatum retra-
hendo aliquam ab ingreſſu, ſicut dicitur in
legato facto filiæ ſi non ingrediatur mona-
ſterium.
Item † non ualet pactum inter uirum, &
uxorem per quod fiat deterior conditio mu
lieris uolentis iterum nubere, ut no. Inn. in
c. ſi. de dona. & illa quæ tranſit ad religionē
dicitur deo nubi, propter quod legatum fa-
ctum pro maritanda debetur ingredienti re
ligionem. Eadem ratione nec ſtatutum de-
bet ualere, quia lex debet eſſe honeſta. 4. di.
erit autem lex. ſed tale ſtatutum aufert ter-
tiam partem bonorum mulieris uolentis ite
rum nubere. i. monaſterium ingredi, quia
in tali monaſterio reciperetur cum dictis
bonis in quo ſine eis non reciperetur; Per
quā rationem diſputauerunt quidam non te
nere ſtatutum quod diſponit de certa quota
dotis ſoluenda pro gabella [g] communis
quæ imponitur in ca. ſtatut. de hæret. lib. 6.
item omne ſtatutum, pactum, uel pœna per
quæ tollitur libertas matrimonij carnalis
non tenet, ut in cap. gemma, de ſpon. fortius
in ſpirituali: quia de uno licet arguere ad
aliud, de tranſla. inter corporalia, & hanc
partem puto uerißimam. † Itē per ingreſ-
ſum religionis tollitur ius quæſitum patri
exheredanti filium propter ingratitudinem
iam commiſſa n. 20. q. 2. non licet. C. de
epiſ. & cler. deo nobis. §. hoc etiam, cum mo
nachatus omnē extregat maculam in auth.
de monachis, in princ. item tollitur paterna
poteſtas, quę eſt naturalis. ut not. ff. de mino.
ſi ex cauſa. §. pōponius, ſi fortius ergo tolli-
tur

tur poteſtas ſtatuti quæ eſt ciuilis, item patronus non poteſt facere procuratorem ad eligendum perſonam in futurum in eccleſia in qua habet poſtea præſentare rectorem; eccleſia non vacan. in decre. fin. de conceſ. præben.[i] poteſt tamen hoc facere ad vniuerſitatem beneficiorum,[k] & quando vacabũt poterit procurator eligere rectorem. Sed qđ ſi datur procurator generalis ad præſentandum in omnibus beneficijs quando vacabunt; & conſtituens non habet niſi vnum beneficium dicit dominus meus Ioan. Cal. in d.c. fin. quòd non valet[l] quia generalitas de neceſſitate refertur ad vnum, cum plura nō ſint, ita quoque eſt in propoſito ex quo vir nullum aliud ius in futurum in bonis mulieris habere poterat, ad illum finem[m] remiſſio debet referri. Ad tertiã dico quòd dicta abſolutio, & liberatio quas prædicti vir, & mulier ſibi adinuicem fecerunt & prædictũ laudum, & pactum præmiſſo iuramento habēt obſtare dicto viro, quòd petere non poſſit dictam tertiam partem, & hoc ſic oſtendo: ſi vir, & vxor abſoluunt ſe ad inuicem ab omnibus ſeruitutibus quibus adinuicē prædicti tenebantur: abſolui intelliguntur maximè a ſeruitutibus temporalibus, ſed conſtat quòd iſta eſt ſeruitus temporalis ſcilicet ꝙ tertia pars bonorum vxoris debeat eſſe viri in morte, eſt ſeruitus, & text. in c. manifeſtũ. 30. q. 5. dicit quòd ſi quilibet coniugum alterum a ſuo iure abſoluit ad præteritam ſeruitutem ipſum reuocare non poterit. Item tex. in c. dudum, de conuerſi. coniuga. dicit licitum viro renuntiare omnino vxori ingrediēti religionem quod exponit Hoſtien. ibi ideſt nullo iure retento, & in perpetuum, vnde omni tempore, & omni caſu obſtabit ſibi talis renuntiatio, vnde licet iuri ſucceſſionis principaliter, & de per ſe renuntiari nō poſſit, acceſſoriè vero, & ſub generalitate poteſt[n] tranſire, vnde renuntiatio vxoris, & eius ſeruitutis, eſt licitum porrigere ad ſucceſſionem quę eſt ſeruitus acceſſoria, quæ de per ſe renuntiari non poteſt vt dicimus in iurepatronatus quod de per ſe vendi non poteſt, & tamen ſub vniuerſitate rerum tranſit vt in c. ex literis, de iurepatro.[o] Item licet pactum, laudum, vel promiſſio facta de non ſuccedendo non valeat, tamen hæc omnia facta ſuper bonis bene tenēt: vnde ſi mulier iſta feciſſet teſtamentum, & omnia bona ſua præſentia legaſſet viro, ſeu vendidiſſet, ſeu donaſſet non eſt dubium quod vir ad ipſa bona non poſſit habere regreſſum, pari ratione ſi vir dedit licentiam vxori profitendi, & omnia circa id facienda, quæ ſibi placerent, cum in ingreſſu ſoleat diſponi de bonis, & teſtari circa bona licentiam uidetur dediſſe tacitè, & ſi expreſſe dixiſſet do tibi licentiam profitendi, & omnia bona tua tecum deferendi non poteſt poſtea uir habere regreſſum rectè ſicut ſi dediſſet licentiam dictæ mulieri teſtandi liberè de omnibus bonis ſuis: quia ſic poſtea ad bona non poſſit habere regreſſum.

25 Sed † licentia data mulieri in ingreſſu de bonis ſuis diſponēdis uidetur data eſſe in morte quia ciuiliter moritur, & teſtari poteſt in ingreſſu, ſecundum not. in d.c. in pręſentia. Item licet non ualeat pactum de non ſuccedendo per ſe principaliter, ualet tamen alter actus cui neceſſario parendum ſit, ut ludum; ſicut ualet compoſitio ſuper beneficio facta per ſuperiorē, quę alias non ualeret; de præben. niſi eſſent, nec obſt. ff. de hęred. uel actio. uen. lib. 2. §. illud. Licet hæreditas uiuentis[p] non poſſit principaliter uenire ut ibi facit. C. ſi per quas perſonas nob. acquiri. li. 2. ita ſcribit Ioan. And. in Specu. de pactis. §. 1. ſuper 2. forma. Item dictum ſtatutum reſpicit tempus mortis dictæ mulieris, & quia tempore mortis illa mulier erat religioſa profeſſa, & erat ſoluta a lege dicti ſtatuti, ad hoc de ſepult. de uxore. & ſic tempore mortis mutauerat forum, ſtatutum nō ligabat eam niſi bona quędam ſua, ſicut dicitur, de ſent. excom. quæ lata ſub conditione non ligat ſi pendente conditione efficiatur alterius fori is in quē lata erat. vt no. de app. præterea, ad hoc. l. cum quędā puella. de iuriſd. om. iu. & not. in c. 1. de conſti. li. 6. Item vir poteſt dare de præſenti vxori id quod ad certum tempus tenebatur. l. ſi vir. ff. de donatio. inter vir. & vxo. ita hic dictam tertiam partem ad quam dicta mulier eidem tenebatur poſt mortem ſuam dedit. Item quicquid ſit de alijs, de iuramento non videtur dubium quòd habeat obſtare quia licet non teneat pactum de non ſuccedendo[q] ſi tamen iuret, ſeruari debet per decre. quamuis de pact. lib. 6. Item aduertendum quòd licet non valeret iuramentum ſuper ſucceſſione, valet tamē ex alio capite quia iurauit nec ipſam mulierem, nec eius hæredes, nec eorũ bona

bona



bona petere, vel moleſtare, nec eos ad iudicium trahere, quod iuramentum ſeruari poteſt ſine interitu ſalutis æternæ, & ſic ſeruari debet nec dictum monaſterium hæredem dictæ mulieris ſuper dictis bonis impetere. Ad contraria reſpondetur in prima quæſtione, cum dicitur quòd non fuit vere profeſſa quia non renuntiauit proprijs: iam ſupra reſponſum eſt quòd immo per acceſſum & connexitatem, & maximè quia dicit quòd ſeculum fugiebat, & quòd ſecundum regulam beati Benedicti promittebat ſtabilitatem, & conuerſionem morum ſuorum, & quia expreſſio abdicationis bonorum ſuorum non eſt neceſſaria vt ſupra oſtenſum eſt. Ad c. conſuluit, reſpōdetur quòd illa decre. intelligitur quia non apparet per certa ſigna quòd ſeculum mutare voluerit vt ibi not. in glo. & loquitur ibi de habitu probationis non conuerſionis vt ibi no. Ad ſecundum, cum dicitur ꝙ iſta fecit ſimplicem conuerſionem non profeſſionem,

26 & quòd † ſimplex profeſſio differt a monachatu. reſpondeo verum eſt, ſed iſta non fecit ſimplicem conuerſionem, ſed ſolennē vt ſupra dixi. Ad tertium cum dr̄ ꝙ promiſſio obedientiæ non ſufficit, verũ eſt: ſed bene ſubmiſſio obedientiæ monachalis vt ſupra oſtendi. at iſta ſeculum fugit, & vſq; ad mortē obedientiam promiſit, & ideo ſe voluntati abbatis ſubiecit, quod ſufficit vt ſupra oſtendi. Ad quartum dicitur quòd licet mulier emittat votum caſtitatis non tamen eſt profeſſa, fateor ſi vlterius non procedat ad alia, ad quæ iſta mulier proceſſit & profeſſa eſt ut ſupra oſtendi. Ad quintũ cum dicitur quòd forma profeſſionis quã ponit Spec. hic ſeruata non fuit &c. Reſpondeo bona eſt forma Spe. non tamen neceſſaria, quia per alias formas contrahitur profeſſio. Ad id qđ dicitur ꝙ debet fieri in ſcriptis &c. Reſpondeo quod ſcriptura non eſt de ſubſtantia: ita not. gl. ord. 20. q. 1. vidua. in 2. q. ad contraria reſpondetur. Ad primum cum dicitur ꝙ ius alterius aufferri non poteſt. Reſpondeo nullum ius habebat vir in bonis ſuis, quia ius ſucceſſionis non eſt in bonis noſtris. Item cũ dicitur ꝙ licētia perſonæ non extendit ſe ad bona. Reſpondeo non eſt verum iſto caſu, qa ſicut profeſſio habet tacitam tranſlationē bonorum, & ita licentia profitendi habet tacitam licentiam transferendi bona, & maximè quia licentia fuit non ſolum ad perſonã, ſed fuit vt faceret in prædictis, & circa prædicta quicquid ſibi placeret; ſed tranſlatio, & diſpoſitio bonorum ſunt circa profeſſionem ut ſupra oſtendi, ideo &c.

27 † Item cum dicitur quia per ingreſſum non deſinit eſſe vxor: fateor ſed quo ad ſeruitutes temporales bene deſinit ut ſupra dixi, licet coniugibus[o] oī. 10 ſit titulus nullo tamen iure ſeculi retento. In 3. q. ad contraria reſpondetur. Ad primũ dũ dicitur quod in verbis generalibus non tenuit ius ſucceſſionis. Reſpondeo immo vt in decre. quamuis, de pact. lib. 6. Item quando non eſt niſi vnum, generalitas non poteſt referri niſi ad vnum, & de illo debet intelligi vt ſupra dixi. Sed huic uiro nullum aliud ius competebat in bonis vxoris niſi hæc tertia pars, ergo. Item iſta fuerunt ita generalia qđ habent vim ſpecialium, quia fuit dictum de omni iure futuro quodcunq; excogitari poſſit. Item fuit renuntiatum omni legi communi & municipali, igitur & legi, quæ diſponebat de dicta tertia parte. Ad ſecundum cum dicitur quòd non valet pactum de non ſuccedendo. Reſpondeo quòd ſi non ualet de ſe, firmatur per iuramentum[p] ut in d.c. quamuis. de pactis lib. 6. Item ſi nō ualet pactum, ualent tamen alia, cui pacto ſtari debet, ſicut licet non ualeat pactum de beneficio, ualet compoſitio ſuperioris, ut ſupra oſtendi. Ad l. Deo nobis. reſpondeo, dicta lex loquitur de ea quæ tranſiuit ſine licentia uiri, & ſibi præiudicat, quia ſicut profeſſio habet tacitã tranſlationem bonorum, ita licentia profitendi habet tacitam licentiam bona transferendi, uel loquitur de ijs quæ ex pacto lucrari debebat. Nec ob. uer. legitimè, quia debet exponi ſecundum glo. ideſt legitimo pacto, ſecus ex lege communi, quæ non tollit libertatem uiuendi, & de ſuis bonis diſponendi.

## Addi. Quint. Mandoſij.

a ¶ Factum ſuper quo. ] *Concludit Lap. hic quòd mulier ingreſſa monaſterium de conſenſu mariti non perdit lucrum dotis, quem referunt, & ſequuntur Bartho. Belenci. in Addi. ad Abb in cap. in præſentia. de proba. poſt numer. 48. in uer. dotis. & Boe. Dec. 185. quo ad ſecundum, ante num. 22.*

b ¶ Obla-

b ¶Oblatam.] Oblatus (iuxta terminos noſtros) dicitur qui perſonam ſuam alicui eccleſiæ, monaſterio, ſeu pio loco obtulit non profeſſurus tria ſubſtantialia regulæ, ſed vt aſſumeret quendam ſpecialẽ modum viuendi. cle. penul. iun. gl. in uer. continentes. de ſenten. excomm. glo. in cle. 1. in ver. obedientiam. de religio. domi. Paul. Caſtren. in l. 1. in fi. & ibi Apoſtil. ad Lap. hic ſe remittit. C. vbi quis de curia. Abba. in ca. cum dilectus, in 1. nota. vbi quòd talis non per hoc efficitur monachus, & eſt quaſi ſeruus monaſterij. de ſucceſ. ab inte. Et de ijs oblatis latè Mar. Sozzi. in Tracta. oblatio. libel. 8. quæſtio. 22. vbi Apoſtil. in ver. pro iſta, Lap. hic refert, & ſequitur. Idem Sozzi. in eod. Tracta. libel. 10. quæſtio. 4. num. 4. De oblatis vide omnino Cardi. conſil. 21. quidã Laurentius, num. 4. & ſeq. vbi etiam aduertit quòd in iſtis oblatis non datur certa regula, nec eſt modus oblationis cuiuſque vniformis, & Ioan. Lup. in tracta. de liber. eccleſia. col. penul. nu. 8. & ſeq. verſ. dubitatur de iure an oblatus.

c ¶Conuerſa.] De conuerſis habemus tex. in c. vt lex. 27. quæſt. 1. in c. & ſi Chriſtus, ad fi. de iure iuran. & in ca. ex eo, in fi. de electio. lib. 6. per Abba. in c. 1. num. 9. de procura. & per Ludo. Roma. Singu. 653. fuit a me quæſitum per fratres, vbi etiam diſcutiunt an habeant vocem in capitulo, & ibi Apoſtil. alios refert. per Nico. Mil. in Reper. in ver. vox. Fel. in c. cum M. num. 18. de conſtitu. per Lamber. de iur. patro. art. 13. quæſt. 2. par. 1. li. 2. num. 1. Et de conuerſis, & quot modis accipiantur Ioan. Lup. in Alle. Tracta. de libe. eccle. col. penul. num. 8.

d ¶Non obtulit bona.] Vide gl. in ca. vt lex, in ver. profeſſi, & ibidem Archidiac. 27. quæſt. 1. & Mar. Sozzi. in Tracta. Oblatio. lib. 8. quæſt. 22.

e ¶Vt conuerſus.] De conuerſis laicis, conuerſis clericis, & conuerſis regularibus, & an, & quando veniant appellatione monachorum vide Archid. in alleg. c. vt lex. 27. quæſtione. 1. Abba. in ca. 2. de inſtitu. & eundem, ac Feli. in ca. non dubium, num. 2. & ſeq. de ſen. excom. Lamber. de iu. patro. artic. 2. quæſtione. 7. par. 1. lib. 2. num. 16. & articu. 4. nu. 1. & ſeq. Et in quibus differant monachi conuerſi, & oblati vide Abb. in cap. non eſt, nu. 2. de regula. & Ioan. Lup. prædicto Tract. de Eccleſia. liber. col. pen. uerſ. Dubitatur de iure, nu. 8. & ſeq & per Phil. Fran. in c. per exemptionẽ, in 2. nota., de priu. li. 6.

f ¶De religioſis.] Lego de regularibus, num. 5. prout etiam infra num. 5. Specula. in titulo de regula. citat. Et quòd in monacho magis attendatur profeſſio quã aliud probo in 2. quæſtione. 24. Reg. Cancel. numero. 2. Et dixit Pariſ. conſilio 13. circa præſentem, numero. 8. profeſſionem quem religioſum facere. vol. 4.

g ¶Fratribus.] Fratres de pœnitentia viuunt in communi & habent proprium. Cardi. conſilio 17. caſus poſt factum num. 4. verſ. Tertius eſt ordo. Idem videmus hodie in commendatoribus S. Iacobi.

h ¶Quæ forma.] Quòd forma profitendi non ſeruata profeſſio ſit irrita, concludit etiam referens, & ſequens Lap. hic Pariſ. conſilio 65. difficultas cauſæ, numero 6. & 10. vol. 4.

i ¶Quæſt. 8.] Inter diuortia, & xxij. quæſtione. 7. interueniente diuortio, alias capitulo primo, & 27. quæſtione. 2. deſponſatam & vtrobique vide gloſſ. & hac eadem Allega. numero. 26. verſiculo. Item cum dicitur quia per ingreſſum, vbi aliqua tangam in Apoſtil. in ver. coniugibus pro reſolutione eorum quæ hic, & alibi dicuntur.

K ¶§. Nam & Maritus.] Vel potius ver. & verba quæ hic ſubduntur ſunt illius tex. ſimilem etiam text. habemus in §. ſi qua mulier, & in §. ſponſalibus. in authent. de ſanctis epiſco.

l ¶Iura-



l ¶Iuramentum non ampliat.] Sapit enim naturam actus ſuper quo interponitur iuxta tex in l. fin. & ibi Bart & Bal. C. de non nume. pecu. c. peruenit 2. & c. ſicut 2. reſpon. 2. de iureiur. Bar. in l ſocietatem § arbitrorum, num. 31. vbi quòd iuramentum habet in ſe conditionem illam, quam habet pactum præambulum. ff. pro ſocio. quem ſequuntur Gui. Papæ Dec. Grationo. 519. licet renuntiatum, col. 2. verſ. pro eo quod tale iuramentum habet, & recipit in ſe illas tacitas conditiones præſumptæ voluntatis quas habent dictæ promiſſio, & renuntiatio, & Mar. ant. Baue. de Virtu. Iuramen. poſt num. 125. cum pluribus ſeq. vbi plene de hoc.

m ¶De ſtatu regula.] Vel de ſta. monacho. Et ille tex. in c. cum ad monaſterium ſupponit quòd hæc ſint ſubſtantialia regulæ poſt prin. verſ. probibemus quoque, & melius in ultimus verbis. Idem etiam ſupponit Domi. meus Phi. Dec. conſi. 112. in præſenti, col. fi. verſ. 7. non obſtat.

n ¶Requiritur.] Lego Nec requiritur huius abdicationis expreſſio. Infert facta profeſſione eo ipſo conſequenter venire abdicationem proprij abſque alia expreſſione iuxta tex. in c. quia ingredientibus, & in c. perlatum hic citato. 19. q. 3. Archidia. in c. ſolet, nu. 4. 32. quæſt. 2. & idem dicit infra num. 20.

o ¶Videtur ſeu cenſetur.] Et Specula. verba hic relata inuenies in §. 1. de ſta. mo. num. 39. uerſ. 33. quæritur quid ſi aliquis ſe dat alicui hoſpitali. Idem ſentit Bal. in authen. ingreſſi in 2. oppo. verſic. Et per hoc patet quòd oblati qui ſe offerunt alicui hoſpitali. Idem etiam quod Lap. hic voluit alios citans Mar. Sozzi. in Tracta. Oblatio. libel. 8. quæſt. 22. poſt num. 11. verſ. Et ſic infert quòd oblati.

p ¶De regula. verſ. xxxvij.] Dic tu de ſta. mona. verſicul. 36. Et ex mente Innocen. Hoſtien. Specu. Ioan. And. hic citatorum Archidia. in ca. ut lex. 17. q. 1. num. 4. Lapi hic, & Petri de Ancha. in alleg. hic cap. conſuluit poſt num. 2. qui cleri. vel nouen. elicitur vera, & communis concluſio quòd promiſſio ſolius obedientiæ cum habitu non ſufficiat, cum & ſecularis obedientiam præſtet. ca. cum duobus ſequen. de maio. & obe. niſi obedientiam monachalem promittat ut hic.

q ¶Archi. dicit.] Videlicet in c. 1. poſt prin. de regula. libro 6. & ibidem Phil. Fran. citat Lap. hic, ad eum ſe remittens. Vide etiam quę ſcripſi in 2. quęſt. 23. Regul. Cancel. num. 7.

r ¶Forma eſt iſta.] Quam eliciunt ex ca. fi. 20. quęſt. 1. & ex alijs iuribus per hunc, & citandos relatis. Hanc etiam ponit Specu. in titulo de regu. in princ. & illam comprobat Cardi. conſil. 21. quidã Laurentius, num. 2. ſimilem etiam formulam tradit Ioan. Pet. de Ferra. in ſua praxi Papien. in forma actio. realis, num. 41. & ibi Apoſtil. in ver. profitendo remittit ſe ad hanc Lapi Allega. ad quam etiam ſe remittit Phi. Fran. in ca. 1. nu. 3. de regula. lib. 6.

ſ ¶Secundum gl. ibi.] Videlicet in uer. inditijs, in d. c. non ſolum. de regu. lib. 6 ubi Geminia. col. 2. ad fin. ad Lap. hic ſuper iſtis ſignis, & alijs de quibus infra num. 14. & ſeq. ſe remittit. Et hanc Alle. citare uoluit ibidem Phi. Fran. ſuper eadem gl. qui etiam Lapum ſequitur.

t ¶Et non proteſtetur.] De hac, & ſimilibus proteſtationibus uide latè per Ludo. Roma in l. 1. §. ſi ſtipulanti, num. 18. cum pluribus ſequen de uer. obli. per Cardi. in clem. eos, de regula. in 6 quęſt. ubi Apoſtil. in uer. ſi proteſtatio alios referens hanc Allega citare uoluit. Latius per Iaſ. in authen. ingreſſi a num. 30. uſque ad 38. qui ante num. 38 ad hanc Alleg. ſe remittit. & per Felin. in cap. cum M. num. 75. de conſtitu.

u ¶Diminuit.] Lego Dirimit. Sic enim loquitur tex. hic adductus in cap. uni. de uoto.

voto.lib.6. & ſupponit idem Lap. ſupra Alleg.47. factum ita, num 6 ſi arguamus a contrario ſenſu vt profeſsio religionis comprobatæ dirimat, ſeu tellat matrimonium.

x ¶ Reddendo.] *Seu tradendo, vel dando, vel dedicando ſe, & ſua, prout loquitur tex. in authen. ingreſsi. C. de ſacroſan. eccl. comprobata per tex. in c. quia ingredientibus. 19. quæſt. 3. ita etiam loquitur Ang. conſ. 133. ſuper primo, in prin. uerſ. Nam in ipſo ingreſſu dedicat ſe, & ſua. Dictum principale Lapi hoc poſſet limitari ſolum habere locum, ſaltem quoad plures effectus, quando etiam habitum recipit in ſignum mutatæ vitæ, non autem remanet in priori habitu, de quo vide omnino Cardi. conſil. 21. quidam Laurentius num. 5. verſ. Modo in propoſito dico, quòd ſi quis offert ſe, & ſua.*

y ¶ Nouitiorum.] *Nouitius ſi etiam interſit in capitulo cum profeſsis, vel ſe alias ingerat profeſſus cenſetur, Io. And. in c. vidua, & ibidem Abb. ante num. 7. ubi etiam Apoſtil. in ver. profeſsus ad Lap. hic ſe remittit ſuper hoc quando profeſsio tacitè inducatur. de regula.*

z ¶ Super verſ. 49.] *Dic tu de ſta. mor. §. 1. verſ 48. qui incipit quæritur quid ſi is qui ingreditur, num. 45. vbi Ioan. And. in Apoſtil. in ver quæſitum. Idem etiam ſentit Bal. conſil. 248. quæritur an reſeruatio lib. 2. Idem voluit gloſſ in auth. ingreſsi. C. de ſacroſan eccle. Et licet plures ſint opin. prout eas refert Iaſ. in dicta authen. ingreſsi a num. 30. vſque ad 37. vbi enumerat quinque opin. referens eos qui illas tenent, primam tamen opin. quæ eſt Lapi hic, & ipſe primo poſuerunt num. 30. communem teſtatur, numero 37. ver. Tene primam opin. quæ eſt communis. Hanc etiam communem aſſerit Apoſtil. ad Abb. in c. ſi. in ver. opiniones, alios referens, de condi. appo.*

a ¶ In c. preſentium.] *Lego in c. in præſentia, in ver. petebat, numero 4 de proba Et poſtea legendum eſt. Et nota 19. q. vlt. perlatum, & c. ſi qua, & authen. ſi qua mulier. C. de ſecun. nup. Idem quod Lap. hic volunt omnes in alleg. c. in præſentia. Iaſ. poſt alios in d. authen. ingreſſi, in prin. & num. 42. & Sozzi. Regul. 180 in ver. ingresſi monaſterium bona, & iura omnia in monaſteriũ transferũt.*

b Feudum.] *An, & quando feudum vaſalli religionem ingredientis tranſeat in monaſterium vide late per Alex conſil. 10. viſo inſtrumento. vol. 5. per Fel. in al lega. capitulo. in præſentia, in 5. quæſt. nu. 44. cum pluribus ſeq. de probatio. & per Afflict. in c. 1. de mili. vaſal. qui arma depo. columna 2. ad fin. ubi Lap. hic citat, & ſequitur.*

c ¶ Iuncta ciuiliter.] *Lego conuicta ciuiliter, iuxta diſtinctionem, & ſolutio. gl. fi. verſic. Vel dic cum eſt ciuiliter conuicta in auth. ſed hodie. C. de adult. Et hoc dictum Lapi ſequitur Alexan. in l. cum mulier, num 19. verſi. Adde quod iſtam. ff. ſolut. matrimo.*

d ¶ Filius ex eis natus.] *Maxime eſt inter Docto. contentio an monaſterium dicatur filius, & ſi ſic an veniat ſub verbis. Ex proprio corpore deſcendens, ſeu natus, uel genitus, de quo per Abb. in Alle. hic c. in præſentia. de proba. poſt nu. 40. in 2. no. vbi Addi. in ver. loco filij. Lap. hic, & alios refert, & ibidem Felin. nu. 42. & latè in Reperto. eiuſdem Felin. in verſ. ſubſtitutio an euaneſcat, & Dec. in d. c. in præſentia. Alex. conſi. 121. viſo, ubi etiam Apoſtil. magna, in ver. contrariũ, lib. 2. Ruin. conſil. 189. viſo teſtamento, nu. 13. vbi Lap. hic ſequitur, alios etiam referens. lib. 2. Hęc Lapi opin. magis communis videtur. Hæ autem rationes quas ipſe adducit mihi parum probabiles apparent. Pro quibus, & an monaſterium excludat ſubſtitutum ſub conditione ſi grauatus deceſſerit ſine liberis, caſu quo grauatus monaſterium ingreditur, & quid ſi dictum fuerit ſine liberis ex ſuo corpore, & legitimo matrimonio procreatis vide plenè per Ioan. Fran. a Ripa in l. ex facto. §. ſi quis rogatus, nu. 36. cum pluribus ſequen. vbi infinitos pro vtraque parte citat, & pro monaſterio, & ſic pro opin. Lapi teſtatur eſſe communem opinio.*



e ¶ Probatur ſupra.] *Videlicet num. 8. & ſeq. Idem volunt gloß & Docto. in authen. ingreſſi. C. de ſacroſan. eccle. & alij relati per Mar. Sozzi. de oblatio. in 8. libel. quæſtio. 22. numero 21. & per Apoſtil. ibi, in verſicul. pro iſta, quæ Lap. hic ſequitur.*

f Poterit teſtari, & non teſtari.] *Iuxta text. in l. 1. in princ. ff. de ſuis & legi. Cur. Iun. conſil. 134. viſo, præſertim numero 5. Mar. Sozzi. Iun. conſil. 3. viſis, num. 8. de quo vide Ludo. Roma. conſil. 4. ſententiam præfati, & ibi plenè per Hora. filium meum in ſua Apoſtil.*

g ¶ Pro gabella.] *Lapum hic ſequitur, ad eum ſe remittens Firma. de Gabel. q. 13. 5. quæſtio. princip. poſt num. 20.*

h ¶ §. Pomponius.] *Lego §. Papinianus. Et cum gloß. ibi tenent Bart. & Alexan. in addi. ad ipſum, & Bal. Idem volunt Archidia. in cap. non dicatis, numer. 12. quæſt. 1. Iaſo. in l. patre furioſo, num. 46. ff. de ijs qui ſunt ſui, vel alien. iur. & Nico. Boe. qui alios refert, hanc communem aſſerens Dec. 121. num. 12. Quod etiam iure diuino probare poſſumus Matthæi capit. 4. vbi Iacobus, & Ioannes cum Zebedeo patre Retia reficientes, vocati, relictis retibus, & patre ſequuti ſunt Ieſum. Ad Hebręos capit. 12. Si patres quidem carnis noſtræ habuimus eruditores, & reuerebamur eos, nonne multo magis obtemperabimus patri ſpirituum, & viuemus? Et dicit Chryſoſto. ſuper Matthæum quòd tria ſunt quæ reliquerunt Apoſtoli, & relinquere debent venientes ad Chriſtum, primo ſubſtantias mundanas, quæ per nauem intelliguntur, ſecundo operationes carnales, quæ per rete intelliguntur. Tertio reuerentias paternas, quæ intelliguntur ibi relicto patre.*

i ¶ De conc. præben.] *Vbi etiam Io. And. Cardina. Abb. & alij. Idem concludunt Fede. de Sen. conſil. 55. infraſcriptæ, colum. fin. verſicul. Ad idem quod ſubſequenter quæritur. Paul. de Citadi. de iur. patr. art. 3. par 9. quæſt. 41. num. 73. & ſeq. Roc. de Cur eod. Tracta. in ver. honorificum, quæſt. 5. in fi. ante num. 31. ubi Lap. hic ſequitur, & Lambert. artic. 2. q. 4. par. 1. lib. 2. vbi nu. 3. hanc communem ſupponit, & in fi. dicti art. Lap. hic citat. Et ita pro hac opin. concluſum in Rota fuiſſe teſtatur Caſſan. Dec. 5. erat a patrono, in prin. de iur. patrono.*

K ¶ Vniuerſitatem beneficiorum.] *Idem volunt ſic declarantes Ioan. Andr. poſt Gui. epiſcopum Mutinen. in alleg. c. fi. de con. præb. verſ. Si vero det patronus generalem. Card. ibi quæſt. 3. licet poſtea contradicat, ſeu opponat. Idem etiam concludit Abba ibidem, poſt nu. 6 uerſ Dicunt tamen Doct. teneri, quã etiam ſequitur Pau. de Citadi. de iur. pat. par 6. art. 3. q. 41. poſt num. 74. verſ Fatetur tamen ibi. Et hanc opin. Guid. & Io. And. ſeu a Ioan. And. declaratam, & conſequenter Lapi hic, quicquid dixerit Cardi. vbi ſupra communem teſtatur Lamber. de iur. patro. art. 3. q 4. par. 1. lib. 2. col. fi. verſi. Sed vt vidiſtis. Abba. & alij communiter tenent non ſolum opin. Ioan. And. ſed etiam Guid. Et ad Ioan. And. ubi ſupra, & Lap. hic ſe remittit Ioan. Fran. Paui. de offic & pote. capit. ſe. vacan in quinta quæſtion. in fin. ſecundę quæſt. princ. ante num. 10.*

l ¶ Non ualet.] *De hoc latè per Cardi. in Alleg. cap. fin. de conc. præben. quæſt. 4. & duabus oppo. ſequen. Et Lap. ſequi-*

ſequitur Rocc. in dicto Tracta.iuris patro.ver.honorificum,q.5. ante nu.29. & ante nu.31. verſ. Intelligendo tamen. De quo vide latè per Lamber.d. Tracta.art. 3.q.4.par.1.lib.2.præſertim poſt n.2.ver. ſed ſubdit ꝙ ſi conſtitueret,& poſt num. 4. Addens iſtud procedere.

m ¶ Ad illum finem.] Vel ad illud ſolum,iuxta tex. in l.2.ff.de libe.& poſth. Abba.in c.ex parte.1.col.2 de offi.deleg. vbi ꝙ ſpecialis dicitur expreſſio,quando clauſula generalis in vno tantum vera reddi poteſt Mar.Sozzi.Iun.conſ.107.viſo teſtamento,num.14. & ſeq.lib.1.

n ¶ Poteſt.] & ſic abſque negatiua quæ in codicibus antiquis aderat.Et ꝙ ita legendum ſit,oſtendunt eiuſdem Lapi illatio, & exempla quæ ſubijcit, Et quòd acceſſoriè pleraque concedantur, transferantur, acquirantur, diſtrahantur, alienentur, quæ non principaliter, ſeu de per ſe probat tex.in l.1.iun.gloß.in ver. per vniuerſitatem. ff.de fun.dota in l.ſi quis nec cauſam, & ibi Iaſo.latiſſimè a num.3. vſque ad 24. vbi firmat.16.conclu.ff.ſi cer. peta. vide etiam glo.fi.in c. ad quæſtiones.de re.permu.

o ¶ De iur.patrona.] Et cap.cum ſeculum.iun.glo. Et hæc eſt communis opin. Lambert.de iur.patro.art.2.quæſt.1.par. 2.lib.1.poſt numer.1.& artic.3.num.8. quæſt.6.par.3.lib.2. D.meus Phil.Dec. conſil.127. plura,colum.1.in fin.verſicul. Sed ad iſta,vbi ſubdit hanc eſſe communem opinio.

p ¶ Hæreditas viuentis.] Quòd non poſſit principaliter venire in contractum, ſeu pactum, eſt text.in l.fin.ubi latè Bart. & a.ij.C.de pact. Et quòd ita legendum ſit non autem iuxta antiquam literam quæ erat hæreditas inuenta,oſtendunt verba Ioã.And.hic citati in Apoſtil.in verſ.ſorore, in fi.

q ¶ Pactum de non ſuccedendo.] In hac materia duæ veræ, ac communes conclusiones per Docto. ponuntur, quarum altera eſt quòd pactum de ſuccedendo inualidum,irritum, & illicitum eſt, nec iuramento firmatur.l. final.ubi omnes.C. de pact. & Docto. communiter in l.pactum.C. de collatio.& in ca.cum contingat de iur. iur. Cur. Iun.conſil.15.circa præmiſſam,vbi num.3. conſil.25. habita.num.7.communem dicit. Altera eſt quòd pactum de non ſuccedendo de iure canonico iuramento firmatur,prout volunt Lap. hic, & ad fin.huius Allegat. verſicul. Ad ſecundum. Docto.in alleg. hic. cap.quamuis, vbi plenè per Georg. Natami.Bart.in dicta. l.fin.num.8.in 1.lectu.C.de pact. Ancha. conſil.39.pro clariori,num.2.Iaſ. in l. pactum,num.3. & ibidem D.meus,qui hanc opin.contra gloſſ. ibi communem teſtatur num.5.C. de collatio. Et ita iudicatum fuiſſe in curia parlamenti etiam in caſu quando mulier certiorata non fuerat in caſu dicti. capit. quamuis affirmat Guido. Papæ Dec. Grationopo. ducenteſimouigeſimaſeptima,plus dixi, verſic. Et fui aliquo tempore,& in fi.

r ¶ Coniugibus.] Ex ijs quæ Lap.hic, & ſupra hac eadem Alleg.num.6.& ante numer.19.ibi.Intellige de vxore integra ad titulum, & quo ad thorum &c. & ex ijs quæ adducam ſumi poterit ſolutio ad illas duas concluſiones, quarum altera alteri directo contraria uidetur. Vna eſt quòd per ingreſſum religionis matrimonium dirimatur, nec amplius coniugium, & coniugij effectus remaneat. Altera vero illi oppoſita quòd imò etiam poſt ingreſſum religionis matrimonium remaneat, nec ceſſent coniuges dici poſſe. Diſtinguendum igitur eſt prout ſubtiliter, & iuxta mentem omnium iurium diſtinguit, & concludit Lap.quòd aut loquimur de titulo,& nomine matrimonij,ſeu coniugij,& dicamus titulũ,& coniugiũ etiã poſt ingreſſũ religionis remanere. Aut loquimur de ijs quę concernunt carnem, & mundum,ac temporalia ſeruitia, & dicamus hæc omnia per ingreſſum monaſterij ſublata,dicente Paulo.1.Corint.9. quòd poſt apoſtolatum habuerunt uxores in ſorores,& amplius nõ fuit inter eos carnale coniugium. De quo etiam habemus tex. in c. omnino.31.diſt. Hinc dixit Chriſoſto. ſuper Matthe. ꝙ Apoſtoli, & uenientes ad Chriſtum reliquerunt operationes carnales,quæ per rete intelliguntur. Et tales non ſunt de mundo, nec de mundanis curam habere debent. Ioann.17. Ego dedi eis ſermonem tuum, & mundus eos odio habuit, quia non ſunt de mundo.

ſ ¶ Firmatur per iuramentum.] Idem dixit ſupra poſt num. 24.uerſ.Item quicquid ſit, ubi alios refero in Apoſtil. in uer. pactum. Et generale eſt quòd iuramentum actum ſuper quo interponitur efficacius,& ualidius reddat, ac firmet. l. ſi quis maior.C.de tranſactio.l.1.uerſic. Idque etiam iureiurando corporaliter præſtito ſeruare confirmaſti. C. ſi aduer. uendi.Mar.ant.Bauer.de Virtu. iura.numero 124.verſicul. 72. iuramentum habet hoc pręcipuum. & poſt numerũ 136. uerſicul. nam iuramentum ſemper efficacius.

SVMMARIVM.

1 Tranſiens ad ſtrictiorem religionem licentia non petita an poſſit ad priorem reuocari.

2 Religioſus an & qualiter poſſit tranſire de una religione ad aliam.

3 Religioſus an poſſit de licentia ſuperioris tranſire ad minorem ordinem.

4 Theologi dicunt unam tantum eſſe religionem.

5 Priuilegia & gratię ſuum effectum a uoluntate concedentis habere dicuntur.



ALLEGATIO CXXX.

a PRo dubij[a] propoſiti declaratione circa ſolutionem, uiſis tenoribus priuilegiorum conceſſionum licentiarum, & omnibus ſupra cõtentis dicimus concorditer nos Laurentius,& Gaſpar,Leonardum, ſeu fratrem Leonardum olim monachum, & profeſſum ordinis Montis Oliueti,nunc uero profeſſum monachum S.Bartholomei Feſſulanen.diœce.ordinis S. Benedicti,in ipſo monaſterio S. Bartholomæi tanquam ipſius profeſſioni debere remanere, nec per abbatem, & monachos S.Mariæ ordinis Montis Oliueti poſſe, uel debere moleſtari; ueritas prædictæ concluſionis demonſtrabitur.ſi quod facere poteſt:pro altera parte oſtendatur non obſtare ar.35.q.5.iudicãtem. uidetur ergo ipſum fratrem Leonardũ poſſe repeti primo iure communi:nã in monaſterio in quo quis ſemel fuit profeſſus de-

b bet perpetuo remanere.[b] 19.q.3.cap.1.& 2.

1 † Vnde exeuntes debent & poſſunt ad clauſtrum reuocari.19.q.2. abbates & de regula. ca.ulti.cum ſi.& ſtabilitas loci eſt de ſubſtãtia profeſſionis.de iureiur.c.ſicut.Item quia licet ordo, uel regula S. Benedicti in utroq; monaſterio ſit ſtatuta,tamen in ordine Montis Oliueti conſtituti ſtrictiorem uitam reddunt, quam ſit generalis regula Benedicti. Item notorium eſt quòd obſeruantia ſtrictior eſt in ipſo monaſterio Montis Oliueti quã in dicto Monaſterio ſancti Bartholomæi.ergitur tranſitus non eſt licitus; hic enim tam cõſtitutiones quam obſeruantia reddunt uitam ſtrictiorem, & ideo licet de regula leuiori permiſſus ſit tranſitus ad ſtrictiorem, tamen ubi prædictæ conſtitutiones reddunt regulã ſtrictiorem, uel etiam obſeruantiam prohibitus eſt tranſitus,ut no.doc. de regula.ſane.

c ubi Ioan. And.[c] poſt Guil. notanter dicit ꝙ contra apoſtatas prædicatorum, & minorũ qui profitẽdo in aliquo monaſterio, S.Benedicti ubi fortè non ſeruatur religio putant ſe euadere apoſtaſiam, & ita uidetur hic in facto præſuppoſito quia iſte frater Leonardus &c. Secundò idem uidetur probare priuilegium Gregorij.xj. ubi prohibetur tranſitus profeſſi ordinis Montis Oliueti ad alia monaſteria, uel ordines præter Cartuſien.& ſuſceptionem reſcindit,& pœna ibi imponitur

vt ſi quilibet infra menſem requiſitus non re
dierit &c.conſtat autem quod priuilegia ec
cleſiaſtica ſunt perpetua, & ſeruanda.25.q.
2.c.1.& 2.cum pluribus capitulis ibidem,&
maximè iſtud ꝙ habet clauſulam generalẽ
derogatoriam, ibi enim eſt talis clauſula, &
hæc verba,ipſos, & alios quoſcunq; noſtros
fratres &c.& ſequitur circa finẽ illius clau-
ſulæ,ſeu in poſterum concedenda quæ de in
dulto huiuſmodi,eiuſq; exercitio libere poſ
ſit quemlibet obuiare &c.quæ verba etiã li-
centiam obtentam a fratre Leonardo reddũt
ſurreptitiam.Priuilegium etiam ſecundũ ob
tentum contra primum priuilegium,de pri-
mo non faciens mentionẽ non ualet,de offi.
delega.ex par.1.de re iudic.c.inter monaſte
rium, & de reſcript.c.1. & c.cum ordinẽ. Et
maxinè illud quod habet clauſulam dero-
gatoriam contra ipſa impetrãda,vt iſtud hẽt
d vt.l.ſi quis in prin.[d] ff.de leg.3.& quod not.
in d.decre.cum ordinem.Tertio licentia Vr
bani.VI.a qua tranſitus iſtius fratris Leonar-
di cauſatus eſt,& omnia poſtea ſecuta vidẽ-
tur omnino trãſitũ huiuſmodi dãnare, quia
forma,ſeu tenor eiuſdem licẽtiæ non eſt ſer
uatus,ergo &c. de priuil.porro. & c.accepi-
mus,cum ſimi.ſed per illam licentiam con-
ceditur tranſitus ad parem religionem, vel
ſtrictiorem reſpectu obſeruãtiæ,at hic tranſi
tus fuit ad monaſterium laxioris obſeruan-
tiæ:ergo non tenuit, nec deſcendens ab illa.
1.q.1.principatus.Item in eadem licentia di
citur perpetuò remanere:ſed iſte frater Leo-
nardus dicitur vagare,igitur &c.Item licẽ
tia tranſeundi petita ab Abbate Sãcti Minia
ti licet ordinis Montis Oliueti non eſt uali-
da,quia licentia tranſeundi ad alium mona
ſterium debet peti a ſuo prælato.

Quis autem eſt ille quem poſuit ſupra ca-
put ſuũ vice Dei.12.q.1.non dicat.19.q 3.ſta
tuimus,de electio.ſi religioſus lib.6.quæ de
cret.quaſi hoc declarans cũ dixiſſet vice Dei
ſupra caput ſuũ,illico adiunxit,& cuius im-
perio ſe ſubiecit, & ibi dicitur ſubditus ſui
ſuperioris qui dare poſſit &c.vbi Ioan.And.
dicit ergo non omnis ſuperior hanc licentiã
dare poteſt ſed is cuius imperio ſe ſubiecit
ſed in illius qui dedit licentiam manibus nõ
fecit profeſſionem quare &c.Ad idem literæ
Vrbani quæ appellant eum monachum mo-
naſterij S. Bartholomæi quare &c.Item iſte
abbas qui dedit licentiam ;dedit ita tamen

vſque ad ſex menſes &c.alias non haberetur
licentia pro data:ſed tranſitus videtur factus
e poſt annum [e] quare &c.Sed prædictis nõ ob
ſtantibus ſtamus in concluſione data.Nulli
2 enim dubium ꝙ † Papa poteſt dare licentiã
f tranſeundi ad laxiorem ordinem, [f] vel regu
lam,tam ratione regulæ,quam obſeruantiæ,
licet diſputetur an in totũ de monacho poſ-
ſit facere non monachum iuxta no.per gl.et
g alios ſupra in c.cum ad monaſterium, [g] de
ſtatu monacho. & in illa regula ſemel Deo
de regulis iuris,lib.6.in q.per Ioan.Andr. in
mercurialibus. Similiter poteſt,& tranſitum
h nullum approbare [h] quia de eo quod nullũ
eſt põt facere aliquid.3.q.6.c.hæc quippe.et
ſtatim dicam. ſatis ergo eſt ſecundum com-
munem opinionem quod tria ſubſtantialia
profitentur tranſeuntes ad laxiorem regu-
lam de licentia papæ. Licet enim cuiuſcun-
que ordinis monacho tranſire ad ſtrictio-
rem regulam petita licentia a ſuo ſuperiore
i licet non obtenta. de regula.licet. [i] Si vero
tranſeat ad ſtrictiorem non petita licentia li
cet hoc ſit dubium,puto enim poſſe reuoca-
k ri, [k] quia præſumitur cauſa læuitatis duci,
& non ſpiritu Dei : & hoc voluit gloſſ.19.q.
3.incidamus.de quo eod.titul.ſanè.Si igitur
l ad parem [l] vult tranſire, poteſt de licentia
ſui ſuperioris ſcilicet petita,& obtenta licen
tia.vt præall.cap. ſtatuimus.19.quæſt.4.

3 Ad † minorem [m] vero tranſire non poſ-
m ſet etiam obtenta licentia ab abbate vt not.
de regula. non eſt. niſi in caſu quando eſſet
n tacite profeſſus,ſeu religioni in genere [n] ob
ligatus vt de regula. ſuper eo, & conſuluit,
& eo tit.conſtitutionem libro ſexto.Sed Pa-
pa etiam ſine cauſa talem licentiam dare
poteſt,vt etiam not. gloſſ. in decre.cum ſin-
o gula, o de præben.li.6. in gl.ut ſi quem.quæ
in caſu iſto notabilis eſt.ſimiliter ergo & trã
ſitum talem approbat Archidiaco,de reg.ga
in ſimili.& eo.tit non ſolum. &c.ſtatu.per q̃
iura probatur quòd profeſſionem factam
multo fortius approbare poteſt.Et nullũ pu-
to dubitare, quia etiam de monacho facere
poteſt non monachum vt dicit Guilielm.
in Spec. de allegat. §. nunc oſtendendum,
verſi.42.& ſequent. & verſicul.87.Non igi-
tur poteſt ipſe Frater Leonardus repeti ab
ipſo Abbate, vel Fratribus monaſterij Mon-
tis Oliueti,& per prædicta poteſt facilius re
ſpondere ad ea q̃ ſupradicta ſunt in cõtrariũ.

Et



Et primo reſpondetur ad id quod diceba-
tur monachum in monaſterio remanere de-
bere in quo profeſſus eſt, quia illud verum,
niſi à ſuo ſuperiore,& maximè à Papa licen
tiam habeat ad illud ſe transferendi,vt mo-
p do dixi,authoritas enim ſuperioris [p] in om-
ni obligatione intelligitur excepta.de iure-
iuran.venientes. & quòd not.eo.tit.quanto.
Item ſecundum opinionem theologorum q
q dicunt vnam tantum [q] eſſe religionem,quia
in omnibus religionibus inſunt iſta tria ſub-
ſtantialia, ſcilicet, obedientia, continentia,
& carentia proprij,& ſine illis tribus non eſt
religio.vt no.de eccleſi. ędifica.c.2.ergo vi-
detur quod vna ſit tantum religio,ſeu vnum
genus, licet plures ſint ſpecies,fortius quod
dixi procederet de quo plenè per Ioã.And.
r in ſua gl.magna poſt princ.de regula.ſanè. [r]
Ex prædictis ſequitur etiam ipſum fratrem
Leonardum non eſſe apoſtatam, cum de li-
centia Papæ tranſiuerit : licet exeuntes de or
dine prædicatorum, vel minorum ſint apo-
ſtatæ qui ſine licentia Papæ tranſeunt. Non
obſtat ſecundum quod dixi de priuilegijs
Grego.tum quia licentiam habuit ſui abba-
tis,& ſic non facit contra verba, vel mentẽ
priuilegij,tum etiam quia etiam habuit licẽ-
tiam a ſede apoſtolica, quæ etiam ibi reſer-
uatur, ibi nihilominus concedentes ſi aliqui
noſtri monachi vel fratres obtenta licentia
à ſede apoſtolica, vel à nobis &c. & ſic in
nullo contra dictum priuilegium factũ eſt.
poteſt etiam dici quòd licet priuilegium ha
beat illam clauſulam derogatoriam, tamen
per clauſulam generalem non obſtante poſi
tam in conceſſione Vrbani, ad quam ſe re-
fert clauſula Bonifacij, ibi non obſtantibus
omnibus quæ idem prædeceſſor voluit non
obſtare,apparet eius intentio quod voluit di
cto priuilegio derogare, quia Vrbanus præ-
deceſſor etiã facta mentione de ordine Mon
tis Oliueti dat ſibi licẽtiam transferendi ad
parem, quam licentiam Bonifacius ampliat
ad laxiorem, ac ſi ipſe Vrbanus dixiſſet de
laxiori.Clauſula autem generalis ſufficit ad
tollendum derogationem cum de intentio-
ne Papæ conſtat hoc eſſe.iuxta not. de ex-
ſ ceſ.præla.c.1.lib.6.in nouel. [ſ] Per prædicta
eſt reſponſum ad id quod opponebatur in
prin.ad id quod dicebatur ꝙ ibi debebat ꝑ-
petuo remanere.Et iſte frater Leonardus ua-
gando vadit : licet malefaciat:per hoc tamẽ

non vitiaretur tranſitus, ſed agi poſſet vt ibi
maneret. verba enim iſta non ſonant in con-
ditionem, ſed in modum. de elect.ſignifica-
ſti,ff.de ver.obl.dotem.& quod not.alibi de
præſum.c.ſi.& facit.ff.de condi.& demon.q
bus diebus, & quod no. de conditio. appo.
verum. Vel aliter dici etiam poteſt quod ex
quo extra clauſtrum eſt de licentia abbatis,
& ad ipſius abbatis mandatum reuocari po
teſt ad monaſterium, dicitur eſſe in monaſte
rio.vt not.doct.qui cle.vel vo.inſinuante.Ad
aliud quod opponebatur quod licentia Ab-
batis ſancti Miniati non fuit ualida quia nõ
fuerat ſuus prælatus, dico quod iſta nõ erat
t neceſſaria, quia habebat licentia a Papa, [t] q̃
licet etiam ignoraret obtentam, tamen ſatis
erat eam fuiſſe conceſſam.

5 Priuilegia † enim,& gratiæ dependent,
& habẽt ſuum effectũ a volũtate conceden-
tis,nõ eius cui conceſſæ ſunt, de cõceſ.pręb.
u c.1.§.1.verſi.aperte. [u] lib.6.Item etiam poni
tur in facto quòd ipſe erat conuẽtualis tem-
pore illius abbatis,quia talis a prioribus pro
libito voluntatis transfertur, & ſecundũ hoc
ille prælatus qui eſt ibi immediatus ſuperior
ſuus eſt,& ab illo ſufficit petere licentiã,ſal-
uo niſi aliud habeat conſuetudo, vel ſtatutũ
ordinis,& hoc voluit Ioan.And.in prædicta
decreta.ſi religioſus. Ad illud quod dicitur
quod dedit abbas licentiam tantum vſq; ad
ſex menſes &c.ſublatum eſt per ratificatio-
nem Bonifacij.Item quia non ſonat in condi
tionem,ut ſupra dixi. quod opponitur quod
in literis Bonifacij dicitur quòd in ipſo mo-
naſterio liberè, & licitè remanere ualeat,
quaſi ſupponat eum eſſe ibi cum non ſit, eſt
unatruſa.nam & ibi eſt ut ſupra dictum eſt,
Priuilegium Gregor. ſecundum nihil facit
ad propoſitum.

## Addi.Quint. Mandoſij.

a ¶ Pro dubij.] *Hanc pro Alle.Lapi ci-
tant Lud.Ro.cõſ 341.circa primũ,poſt n.
4.Gem.in c.cõſtit. §. in alijs ad ſi.de reg.
li.6.& nõnulli alij infra adducẽdi.Ex fa
cie autẽ principij huius Alle.apparet ꝙ
illa eſt Laurẽtij,& Gaſpar.(ut puto) Cal.
Forſan Lap. de Caſtel. huic Allega. ſcu
con. ſe ſubſcripſit quæ ſubſcriptio negli-
gentia impreſſorum omiſſa fortaßè fuit.
Vel ubi litera dicit nos Laurentius, &*

*Gaſpar legendum eßet nos Lapus, & Gaſpar, qui Gaſpar ſi de Calderino intelligamus fuit tempore Lapi. Verum cuius ſit Alle. hæc non multum refert.*

b ¶ [Perpetuo remanere.] *Ad tex. in c. non eſt vobis, & in c. ſanè. vbi Ioã. And. & alij. de regula & voluerunt gl. pen in c. vt lex. verſ. ſed nunquid talis poteſt ad ſtrictiorem. 27 q. 1. & Abb. in d. cap. non eſt numero 3.*

c ¶ [Vbi Ioan. And.] *Et Abba. numero 4. & ſeq. & ibi Apoſtil in verſi. ad validitatem quæ citare voluit Lap. hic, Et Ioan. And. ibi, & Lap ſupra Alleg. 34. ac 62. & hic ſequantur etiam Ludoui. Roma. conſil. 341. circa primum, ante nu. 2 & poſt num 4. Idem etiam voluit Lap. ſupra dicta Alle. 62. quidam Franciſcus, num. 6. vide etiam quæ ibi addo in Apoſtil in ver. vltra regulam.*

d ¶ [L. ſi quis, in prin.] *Magna eſt inter Docto. contentio an ſufficiat mentio primi teſtamenti, licet in ſecundo non fiat ſingularis mentio de clauſula derogatoria. Felin. in c. nonnulli in 3. Amplia. num. 5. de reſcr. Docto. pro vtraque parte citat, ipſe tamen ibi nihil firmat. Ego opin. negatiuam quam Lap. hic tenet, puto magis communem, Hanc communem teſtantur Alex. in l. ſi mihi, & tibi. §. in legatis, num. 4. & ſeq ff. de lega. 1. & Cur. Iun. cõſil. 26. Hieronymus, num. 4. & ſeq. & conſil. 169. materia, ante num. 12.*

e ¶ [Poſt annum.] *Hinc dicimus tempus conſtitutionis non ſeruantem conſtitutionis formam non ſeruare. l. ſcire oportet. § conſequens, ibi niſi ſeruauerit conſtitutum tempus. ff. de excu. tuto. Bald. in authen quæ ſupplicatio, in 3. not. & ibi Saly. & alij C. de preci. impe. offe. Paul. Caſtren. in l. qui Romæ. §. Callimaeus in fi. ff. de ver. obli. Et hæc eſt communis ſententia vt per Cur. Iun. conſil. 166. circa controuerſiam, num. 4.*

f ¶ [Ad laxiorem ordinem.] *Idẽ vult infra hac Alleg. poſt num 3. verſ. ſed Papa, & probo ſuper Signa de Licentijs, verſ. Quo ad minorem, ſeu laxiorem.*

g ¶ [Cum ad monaſterium.] *Vbi omnino vide Cardi. qui latius, diſtinctius, et melius alijs hunc articulum tractat, ex cuius dictis, & Abba. ac aliorum elicitur quòd magis communis opin. Canoniſtarum ſit quòd Papa ex cauſa poſſit de monacho non monachum efficere, nec opinio theologorum ab hac canoniſtarũ iuxta eorum communiorem ſententiã diſcrepare videtur, prout per Riccar. & beatũ Tho in 4. diſt. 38. licet ipſe beatus Tho. variaße videatur. Et hanc magis communem teſtatur alios referens Pariſ. cõſ. 68. dubium exoritur, numer. 148. vol 4. pro qua etiam vide D. meum Phili. Dec. cõſil. 112. in præſenti, col. fin. in prin. & quæ ſcripſi ſuper Signa. de licentijs, verſi. Diſpenſatum aliàs. legimus cum monacho.*

h ¶ [Et tranſitum nullum approbare.] *Etiam cum abſolutione ab apoſtaſia, & cenſuris, ac pœnis incurſis diſpenſando, etiam ſuper irregularitate incurſa ſuper quibus etiam concedi conſueuit breue, prout docent Staphi. ſuper Signa. col antepen. verſ. Regulari profeßo certũ ordinem, & Rebuff. in Praxi dum de Breui tractat verſ. Per breue quoque regulari, num 50.*

i ¶ [De regu. licet.] *Idem voluerunt Ludo. Roma. Singul. 452 incipien. Domini mei, & alij quos adduco ſupra Alle. 62. quidam, in 1. Apoſtil. in 2. caſu. Sed contra quòd imò peius videatur, ſaltem idẽ, petere licentiam & non obtinere, & non petere. Primum quod peius ſit probari uidetur ex eo quod licentia non petita ſi aliquid faciam tacitè diſſentire uideor ab illius animo cuius licentia requirebatur: At ſi licentiam peto, cãque non obtineo, illius voluntati a qua licentia pendebat expreſsè contradico, non ſecus ac ſi in primo caſu filius abſq; ſcitu, vel licentia patris*



*tris a proprijs recedat laribus: In ſecundo uerò caſu licẽtiam proficiſcendi petat, qua non conceſſa, ſeu expreßè denegata diſcedat. Et quòd plus offendat, ſeu plus operetur expreſſus diſſenſus, quã tacitus probatur ar. tex. in l. 2. §. ſi duo, iun. ſumma. Bar. ff. de bono. poſ. ſecun. tabu. & in l. penul. iun. gl. in uer. ſubſtitutus ff. de iniu. teſta. vbi ſubſtitutus qui venit ex expreſſa voluntate teſtatoris præfertur coniuncto qui uenit ex tacita. l. vni. §. in primo, iun. ſumma. Bal. & §. ſeq. C. de cadu. tollen. et facit tex. in l. expreſſa nocent, non expreſſa non nocent. ff. de reg. iur. Vel dici poteſt quòd hæc inter ſe paria ſint uidelicet non petere, & petere, & non obtinere ſi effectum conſideremus, qui in omni actione præualere debet. ad. l. ſi non mortis, in fi. ff. de inof. teſta. l. 1. §. hæc autem uerba. ff. quod quiſque iur. cum vulga. Breuiter concludendum eſt, & hoc iure vtimur quod licentia petita ſufficiat, & ratio, ſeu cauſa adduci poteſt, quæ eſt quòd in ſignum obedientiæ, & reuerentiæ petitur, quæ cũ iure denegari non debeat, pro conceſſa haberi debeat, pro quibus adduco pulchros tex. in l. fi. C. de iu. emphi. in c. licet, verſ. talis ergo. de regula. in clem. dudum. §. ſi verò. de ſepul. Et quòd peius non petere, quam petere, & non obtinere probat tex. in c. illud in prin. vbi legendum eſt, licentia non ſolum non obtenta, ſed nec etiam poſtulata &c de cleri. excom. mini.*

K ¶ [Poſſe reuocari.] *Contrarium tenuerunt gl. in c. licet, in uer. licentiam, uerſic. ſed quid ſi aliquis, & ibid. Abba. Ant. in uer. puritate, & Ioan. Cal. de regula. ac Barba. conſil. 9. præclarè ſcribitur, col. 8. verſ. Et adduco elegantem glo. lib. 2. Ego opin. Lapi hic veriorem, & communem aſſero, quam tenuerunt Gaſpa. Cal. contra Ioan. Cal. eius patrem, conſ. 25. quidẽ profeßus ſub tit. de regula. Abba. moder. & omnes alij præter ſupra relatos in d. c. licet, ubi idem Abba. poſt num. 10. & conſ. 95. in præſenti, col. 2. uerſ. Et hoc indubitatum, lib. 1. hanc communem teſtatur, Quam etiam communem aſſerit Ludoui. Roma. Lapum hic ſequens conſi. 341. circa primum, nu. 4. & ante, & poſt. Et hanc etiam communem dicit Staphi. ſuper ſigna. col. antepen. in ver. regulari profeſſo.*

l ¶ [Ad parem.] *Vide quæ ſcripſi ſupra Alleg. 62. in Apoſtil in verſi. petita, in 4. caſu.*

m ¶ [Ad minorem.] *Hoc dictum Lapi communiter tenetur, ut per Gemini. in ca. an ſingul. §. prohibemus, col fi. ver. Aut quis ex profeſſione, & Phi. Fran. ibidem poſt num. 3 ſuper gloſ. in ver. Canonice. qui Lapum hic citare uoluerunt de præben. lib. 6. Idem etiam ſentit Cardi. conſi. 28. quidam frater, nu. 4 & ſeq.*

n ¶ [In genere.] *Archidi. in c. monachum 20. q. 1. Et Phi. Fran. qui ut puto Lap. hic citare uoluit in hic alleg. c. cum ſingula. §. prohibemus, poſt nu. 3. de preb. lib. 6.*

o ¶ [Cum ſingula.] *Et ibi etiam Ioan. Mona. Ioan. And. & alij, & Abb. conſ. 96. cum ad aures, num. 3. lib. 1.*

p ¶ [Auctoritas enim ſuperioris.] *Gl. in c. pro illorum, in ver. recepiſſe. de præben. & ſupra Alle. 15. idem eſt dicere, poſt num. 4. verſ. item multi.*

q ¶ [Vnam tantum.] *Idem voluerunt Geminia. in c. vt periculoſa, ad fi. ne cler. uel mona. lib. 6. & Nic. Boe poſt Collecta. Dec. 260. ad hoc, ante num. 30.*

r ¶ [De regula. ſane.] *Et ibi Cardi. poſt Ioan. And. declarat quomodo cauſetur diuerſitas religionum & qualiter iuxta canones hæc uniuerſitas conſideretur. Cũ Ioan. Andr. hic citato, & cum Lapo hic reſidet Gemini. in ca. conſtitutionem, §. fi. ad fin. de regu. lib 6.*

ſ ¶ [In nouei.] *Ioan. And. ibi poſt quam recitauit ſeptem opin. diſtinguit, & in fi. ſubdit hæc uerba. Breuiter dici poteſt quod in omni materia ſi per uerba derogatoria prolata licet generaliter ab eo qui derogare*

*gare poteſt apparet eius uoluntas quòd
generaliter omnibus derogare voluit illi
ſtabitur. Gemini. ibidem reaſſumit omnia
dicta Io. And. & cum eo ſimpliciter trã
ſit. Diſtinguit etiam ibi Phi. Fran. demũ
ante nu. 8. remittit ſe ad Lap. hic. Quan-
do autem, & quomodo tollatur conſtitu-
tio, & quæuis alia diſpoſitio habens cla-
uſulas derogatorias ſequentis uoluntatis
tracto in 2 q. 26 Regulę Cancel. nu. 4. &
ſeq. Et de clauſula habentes pro expreſſis
ac ſi de verbo ad verbum &c. uide Feli.
in c. nonnulli, in 2 fallen. de reſcrip. Caſ-
ſado. Dec. 10 ſup Reg. de Trien. & Dec.
28. ac 38. ſuper Regu. Et D. meum conſ.
341. viſo puncto num. 1.*

t ¶ Licentiam a Papa.] *Et ſic non erat
neceſſaria alterius licentia. ſed contra ꝙ
etiam abbatis licentia requireretur colli
gitur ex ijs quæ voluerunt Card. in c. tuę,
ante nu. 3. verſ oppono ad hoc quia cũ ha
beat priuilegium, & Imo. de cleri. nõ re
ſi. ubi uolunt ultra priuilegium Papæ re
quiri etiam licentiam prælati, cũ nõ præ
ſumatur concedens priuilegium præiudi
care uoluiſſe iuri ſuperioris quod habet ĩ
non ſe abſentando abſq; licentia. Reſpon-
deri poteſt ꝙ caſus ille a noſtro diuerſus
eſt, & ratio diuerſa. Rurſus ꝙ illud dictũ
non tranſit abſq; dubio propter hãc Lapi
Deciſi. cum quo reſidere uidetur D. meus
Phi. Dec. in c. pterea in fi. de pb. et in c. ſup
eo, col. 1. uer. ĩ cõtrariũ tamẽ de of deleg.*

u ¶ Verſ. aperte.] *Lego verſ. Adijcieba-
tur inſuper. Et Lap. hic refert, & ſequi-
tur Felin. in c. ex parte decani, poſt num.
21. ver. Circa quẽ tex. de reſcrip. licet hãc
Allegatio corruptè citet, & in ca. fi. poſt
nu. 12. verſi. Et per illum text dicit Lap.
de accuſa Sed contrarium ſentire uidetur
ſupra Alleg. 89. num. 6. & ante, Et ſtilus
Roma. Cur. aliud etiam ſuadet. Pro quibꝰ
uide quæ addo ad d. Alleg. 89. in Apoſt.
in uer c. ſi tibi abſenti, & Dec. Neapol.
Afflict. 133. quæ incipit de reuerat.*

## *SVMMARIVM.*

1 *Maior pars uniuerſitatis an poſſit alios citare.*

2 *In actu pertincte ad uniuerſitatẽ debent eſſe preſentes duæ partes de uocandis.*

3 *Actus geſtus per duas partes uniuerſitatis ſi fuit citata per non habentem poteſtatem an ualeat.*

4 *Licet aliqui de uniuerſitate præſentes dicant ſe nolle uocem dare, non tamen per hoc ſunt priuati iure uniuerſitatis: unde debent computari in numero duarum partium.*

## ALLEGATIO CXXXI.

a INfraſcripta ſunt [a] pacta, & du
bia quæſtionis uertentis inter
presbyterum Nicolaum Van-
nis, & clericum Florentin. &
Sthepanum Bertoldi in cauſa
inter eos uertente coram uenerabili viro
Domino Matthęo de Vanni vicario reueren
1 di in Chriſto patris &c. nũquid † maior pars
vniuerſitatis poſſit citare alios. In articulo
iſto eſt ſciendum, quod glo. in decret. cũ no-
b bis olim [b] de electio. loquens de electione
tenet, quòd ualent facta a maiori parte præ-
ſentium, dummodo vocauerit alios præſen-
tes, & hoc dicit, ut morę periculum euite-
tur, de electione, cum inter vniuerſas, ut lit.
non conteſta. quoniam, & quia quod maior
pars &c. de electio. quia propter, & c. eccle.
2. de ijs, quæ fiunt a maio. parte capi. ff. ad
municip. quod maior, & tam in actu electio
nis, quam in alijs, per quæ peruenitur ad ip-
ſam. ff. de procur. l. ad legatũ, & l. ad rẽ mo-
bilem. de offic. lega. c. præterea, & c. ſuſpitio
nis cum ſi. pro hoc dicto bene facit regula
illa, quòd in expediendo neceſſaria per col-
legium, vel vniuerſitatẽ ſufficit maior pars,
c vt no. glo. de conſtitu. cum omnes. [c] Idem ſi
d vtiliter [d] ut ibi not. Inno. per decre. 1. & vlt.
de his, quæ fiunt a maio. parte capitulo fa-
2 cit, quod not. de electio. bonę in 4. glo. † Ve
runtamen videtur dicere, quod in actis col-
e legij, ſiue vniuerſitatis, duæ partes [e] debent
eſſe pręſentes. l. nulli. cum l. ſequentibus. ff.
quod cuiuſque vniuerſi. quo interueniente
valet



valet quod fit a maiori parte, & ſic intelligit
Hoſt. prædictam gl. decre. cum nobis olim:
vnde tenet Inno. quod ſi nullus eſt ad quem
ex officio pertineat alios vocare ad hoc, vt
teneat, qđ fit ab eis, opus eſt, ꝙ ad minus con
ueniant duæ partes illorum ad quos perti-
neat facere illum contractum, & illi debent
vocare alios, & ſiue venerint alij, ſiue nõ, qđ
pręſentes procedant ad perficiendum illum
contractum, vel electionem. hoc not. de nou.
oper. nuntia. cap. 2. Ad quod facit, quod not.
de elec. cum olim nobis, in glo. ſed nunquid,
in fine, & c. dudum, in gl. licet numero, verſ.
ſed quæ res; & eccle. el 2. in glo. imò plus in
fin. Et quod no. glo. de ijs, quæ fiunt à maiori
parte capituli. c. 1. in gl. penult. Hanc ſecun-
dam opinionem credo veram de rigore, ſed
f ratio æquitatis [f] ſiue impediatur, vel nimiũ
deferatur, neceſſaria, vel vtilia, oſtendit pri-
mam opinionem eſſe veram, quã etiam ſim-
pliciter tenet in hoc præualere conſuetudinẽ
quanti addicitur, vt ipſe not. de maio. & obe.
c. 1. in prædicto c. 2. de noui. oper. nuntia. ad
quod dixi de ratione ęquitatis bene facit. C.
de iudi. l. placuit. ff. de reg. iur. l. in omnibus
quidem de transla. c. vlti. de confirmatione
vtili, vel inutili. c. cum dilecta &c. In tertio
3 † dubitationis articulo puto, ꝙ licet ponatur
dictam citationem non valuiſſe propter im-
potentiam citantium, tamen ex quo conue-
nerunt duæ partes valuit dicta electio, quam
g fecit maior pars dictarum duarum partiũ [g]
dummodo ſit maior pars reſpectu omnium
vocem tunc habentium, & eſt ratio, quia ſi-
cut ommiſſio ſolennitatis non ſubſtantialis
non vitiat, quod agitur, ſic nec illius ineptitu
do. de elect. eccl. facit quod not. Hoſt. de ſa-
cra vnctio. cap. 1. poſt principium, ſed ſi ſine
aliqua citatione duæ partes vocandorum ſi-
mul congregatæ elegiſſent, valuiſſet electio
facta ab ipſorum maiori parte: ergo eodem
modo in dicto caſu. benefacit, quod not. In-
nocen. de electio. cum nobis olim, in glo. ſed
nunquid, in fin. ibi, & ſi minuſquã duæ par-
tes venerunt eorum, qui vocandi erant &c.
ad idem quod no. eod. tit. eccl. 2. in gl. immo
in prin. & de tempo. ord. nec epi. in ſua glo.
fateor tñ ꝙ contempti ſi qui eſſent, proſequi
poſſent contemptum, & caſſaretur, quod eſ-
ſet factum, de elec. quod ſicut. de præben-
dis cum eccleſijs, lib. 6. Ad quartum in quo
quatuor dubitabilia inſeruntur dico, ꝙ ſup-
4 poſito † quòd in ſecunda congregatione fue-
runt duæ partes vocem habentium in dicta
vniuerſitate, præſertim in dicta ſecunda con
gregatione, poterunt ad dictam commiſſio-
nem de dicto presbytero pagano ꝓcedere,
& valuit, quod geſtum eſt, per ea, q̃ dixi ſu-
pra in ſecundo articulo: ſatis. n. eſt, quod ha
bemus duas partes vniuerſitatis uocẽ haben
tes, ut poſſit procedi ad actum, qui competit
vniuerſitati, ut collegio, ſiue corpori, vt in
prædicta. l. nulli. & plane. ff. quòd cuiuſque
vniuerſitatis. C. de decurio. l. nominationũ,
lib. 10. ff. de decre ab or. faci. l. 4. Non ob. qđ
dr̃ de his qui interfuerunt in prima congre
gatione, fateor quòd ipſi ſoli non potuerunt
facere ſecundum congregationẽ repręſen-
tantem vniuerſitatem, & quòd alijs eis præ-
ſentibus, & neminem volentibus eligere, po
tuerunt ad inſtar plurium iudicum, vel arbi-
trorum. ff. de re iudi. duo ex tribus, de arbi. ſi
in tres. facit de elect. quia propter. de offic. de-
leg. cauſam matrimonij, quod not. de re iud.
c. vlti. & tñ non fuerunt priuati iure vniuer-
ſitatis, quod habebant ad expediendum illũ
actum, tamen propter talem recuſationẽ hęc
pęna non ſit expreſſa a iure: & hoc eſt ſat.
de pœ. diſt. 1. § pœnæ. de elect. ſtatutum, cũ
ſimi. lib. 6. ſequitur, quod debent computari
in numero duarum partium ſecundæ con-
gregationis, ad quod ſufficiat allegare decr.
quia propter de elect. & quod ibi plenè not.
Inno. & Compo. & dominus Ioan. Andr. in
magna gl. de maiori parte, quæ in electione
facta præſente minori non ſeruauit debitam
formam, quæ tamen ante priuationis ſenten-
tiam etiam inuita, & contradicente minori
parte iterato poteſt ſeruata debita forma ad
electionem procedere. Fortius in caſu iſto,
ut per ſe patet, & per hoc ſit ſatisfactum pri
mo dubio quartæ quęſtionis facta ſuppoſi-
tione prædicta uidelicet, quod in ſecũda cõ-
gregatione fuerunt duæ partes dictę vniuer-
ſitatis vocem habentium; vbi autem ponatur
quòd in ſecunda congregatione non fuerũt
duæ partes dictæ vniuerſitatis uocem haben
tium, ſiue uocãdorum, ut uidetur ſonare ver-
ba quærentis, non eſt dubium, quod ad di-
ctam vniuerſitatem nec in eis quantum ad di
ctum actum perficiendum conſiſtebat ius
vniuerſitatis, ut poteſt bene colligi. de poſtu
la. præla. gratum, & not. per docto. de pro-
curato. cap. fin.

Addit.

## Addit. Quint. Mandoſij.

a ¶ Infraſcripta ſunt.] *Sic incipere hanc Allega. ſupponunt præceptor meus in capitulo, cum omnes, poſt num. 6. de conſti. & nonnulli alÿ infra adducendi. Verum quia hic nulla pacta ſubÿciuntur legi poſſet incerta ſunt, prout legit Ioan. Fran. a Ripa reſpon. 22. nu. 15. de Legi. lib. 1. Vel abſque hoc principio ſtare poſſet prout ſentit Feli. in alleg. cap cum omnes. num. 18. qui eam incipere ſupponit. Nunquid maior. Et hæc Alleg. tractat aliqua, quæ etiam habes ſupra Alleg. 85. viſis. Hanc Dec. citat diſſentiens a Lapo Pau. olim præſtantiſſimus Rotę Auditor de offic. & pote. cap. ſede vacan. prælu. 5. poſt nu. 11. ver. Niſi tamen.*

b ¶ Cum nobis olim.] *Pro qua glo. et ÿs quæ in hac Allega. tractat Lap. vltra Docto. ibi vide conſi. Io. Cald. 10. ſi uniuerſitas, ſub titulo de iure patronatus, & plenè per Lambert. arti. 19. quæſt. 2. par. 2. lib. 2.*

c Cum omnes.] *Idem voluerunt Bald. in l. 1. ver. Primo caſu, aut actus pertinebat ad vniuerſitatem de neceſsitate. ff. de magi. conuen. D. meus in d. cap. cum omnes, qui Bald. ibi, & Lap. hic ſequitur, et Io. Fran. a Ripa Lap. hic citans reſpon. 22. num. 15. de relig. lib. 1.*

d ¶ Si vtiliter.] *Hoc dictum Lapi ſequuntur Feli. in d cap. cum omnes poſt numerum 18. verſi. Et cum eo, quod dixi de vtili, & ibidem D. meus poſt nume. 6. & cōſil. 124. placet mihi, colum. 2. circa medium. Et idem voluit Lap. ſupra Allega. 85. viſis omnibus. num. 2.*

e ¶ Duę partes.] *Vide Abb. in cap. cum inter vniuerſas, colum. 3. in prin. verſicu. Tamen ad hoc, ut actus valeat, de elect. Felin. & Dom. meus in Allega. cap. cum omnes de conſtitu.*

f ¶ Sed ratio ęquitatis.] *Hic ſequuntur plura verba ex quibus ſenſus aliquis elici nō poteſt, ideo legas ſic. Sed ratio ęquitatis, ſcilicet ne nimium impediantur neceſſaria, & vtilia, oſtendit primam opin. eſſe veram, quam etiam ſimpliciter tenet Compoſtel. in dicto cap. cum nobis, vnde Innoc. tenet in hoc præualere conſtitutionem quantum ad citationem. Quòd ita legendum ſit elicitur etiam ex verbis Lāber. 19. art. 2. q. 2. parte 2. lib. poſt nume. 2. vbi refert opin. & verba Innoc. Compoſtel. & Ioan. Calde. Pro quibus vide Feli. in Alleg. cap. cum omnes, colum. fi. qui Lap. citat, de conſtitu.*

g ¶ Partium.] *Idem voluit Abb. in al. alleg. cap. cum inter uniuerſas, poſt num. 9. de electio. & ibidem Apoſtil. in ver. duæ, quæ Lap. hic citat. Idem concludūt Abb. in cap. 1. num. 16. de ÿs, quę fiunt à maio. par. cap. Gemi. in cap. vni. §. ſi verò ſuper glo. in ver. duæ. Et hanc eſſe communem opin. legiſtarum, & canoniſtarū teſtantur Abb. in d. cap. cum omnes, nu. 11. & Felin. col. antepenul. verſicu. Extra gl. qui poſtea ante num. 34. refert, & ſequitur Lap. hic pro quibus etiam uide Lamber. de iure patro. artic. 2. quæſt. 4. par. 3. lib. 2. ad fin.*

### *SVMMARIVM.*

1 *Epiſcopus an poſsit cum conſenſu habentium conferre beneficia in eccleſia inferiori ibidem creare nouam præbendā.*

2 *Petere & defendere poſſeſsionem beneficÿ ſui poteſt quilibet ex duplici collatione.*

3 *Decretum nō interponitur ſuper incerto.*

## ALLEGATIO CXXXII.

IN Chriſti nomine, & Beatiſſimę Virg. Mariæ Amen. Circa
a præmiſſam [a] quæſtionē ſatis
videtur eſſe de iure dicendū,
quod dictus Ioānes ſit verus,
& legitimus canonicus, & præbendarius dictæ plebis, hoc ſic probatur. Certum & indubitatum



1 bitatum eſt, quod epiſcopus cum † conſenſu eorum ad quos ſpectat collatio nouā pręhendam creare poteſt, ubi non obſtat confirmatio cum inhibitione, & decreto, iſta ſatis ſunt notoria in iure, quod communiter tenent omnes moderni. de conſtitu. cum accesſiſſent,
b [b] ad idem eodem tit. cum M. Ferrarienſis & c. ex parte. de vita & hone. cler. quoniam. de præben. c. tuæ. & c. vacan. cum multis ſi. ſic eſt in propoſito noſtro, quia habemus conſenſum epiſcopi, ſiue vicarÿ ha-
c bentis ad hoc ſpeciale mandatum. [c] Item cōſenſum plebani, & ſui capituli, aliorum autem non intereſt conſentire, & ſic non fuerūt alij requirendi, iſtud videtur ſatis indubitatum de iure ſi tollantur obſtacula. Sed primo poſſet opponi de magnitudine præbendę licet illud nō obſtet, quia præbendę inęqualitas non reprobatur, vt patet de conſue-
d tu. c. vlti. lib. 6. [d] Item de tali magnitudine non habent conqueri niſi plebanus, & canonici prædicti de quorum præiudicio agi poteſt: ſed ipſi conſenſerunt, & recipiēdo creatum in canonicum priuilegio contrario renuntiaſſe videntur, de priuileg. pro illorum
e tranſi. [e] & potiſſimè prædicta procedūt quādo ex præbendis canonicus percipit tantum ex quo poteſt commodè ſuſtentari, de præben. cum ſecundum Apoſtolum, & c. de noua, cum ſi. & ſic illi de capitulo nullo modo conqueri poſſunt. Sed ſecundo poſſet opponi, ꝙ ille dominus Donatus non erat verus plebanus, quod apparuit ex euentu, Sed ad hoc reſpondetur, ꝙ in talibus debemus conſiderare poſſeſſionem cum bona fide: vnde ſi aliquis eſſet in poſſeſſione cum bona fide alicuius beneficij omnia, quæ dicit, & facit quæ alius facere poſſet ſi ad eum beneficia canonicè pertinerent, ualent, & tenent, etiā ſi poſtea appareat eum non canonicè inſtitutum: Commodum enim poſſeſſionis, & communis opinio faciunt, quod illa valeant, & teneant etiam incerta, patent iſta de electio. querelam, cum ibi no. per Modernos eod. ti. cumana, de cau. poſſ. & proprie. cum eccleſia ſutrina. & c. penul. de iurepatr. conſulta-
f tionibus, [f] ſicut enim fructuum collectio ſpectat ad poſſeſſorem, ita eligere, & ſimi-
g lia, quæ ſunt fructus [g] poſſeſſionis ſpectant ad ipſum poſſeſſorem, ut ibi not. Archidiac. de præbend. eum qui. lib. 6. & quod dixi de communi opinione patet in l. Barbarius. de offi. pręto. & 3. q. 8. §. tria. & quod not. de electio. dudum. 2. & ſic concludit, quod collatio facta canonico valet, & tenet, & etiā col-
2 latio præbend. † Ad ſecundam quæſtionem ſatis eſt reſponſum per ſupra dicta, ſed dico tutius eſſe uti vtraque collatione, & ꝙ hoc eſſe poſſit patet, de conceſſ. præben. poſt ele-
h ctionem, [h] & c. literas, nec obſt. de elect. ut
i quis duas lib. 6. per id, ꝙ not. ibi Archid. [i] cuius dicta coadiuuando dico, ꝙ aut quis petit ex duplici electione cōfirmationem, & hoc eſſe non poteſt, ut ibi, aut poſſeſſionem beneficij vult retinere, uel adipiſci ex duplici collatione, & hoc optimè poteſt eſſe, diuerſitatis ratio patet, quia ad electionem ſequitur confirmatio, quæ eſt ſententia, ſiue decretū,
3 ſecundum Inno. † ſed decretum interponi
k non poteſt ſuper incerto, [k] ut de concel. prębend. c. j. lib. 6. & in clem. 1. eo. ti. Eſt enim incertum, quæ electio confirmaretur, cum ambę eo caſu non poſſint ualere, ſed petens poſſeſſionem, uel eam defendens non petit decretum interponi, ſed ſimpliciter factum tue-
l ri, uel exequi, & ſic titulorū purificatio [l] nō inducit aliquam inconuenientiam, uel iuris impoſſibilitatem, & ſic tutum eſt conſilium uti utraque. Ad tertiam quæſtionem reſponſum eſt per primam ſi interueniat conſenſus Epiſcopi, uel capituli ipſius plebis. Sic dico & conſulo. Ego Paulus Leazar. de Bono. decretorum doctor faciens meum conſuetum ſigillum apponi.

## Addit. Quint. Mandoſij.

a ¶ Circa præmiſſam.] *Hoc eſt pulcherrimum conſi. Pauli de Eleazar, ut ex ſubſcriptione apparet, & colligitur etiam ex verbis Abb. in cap. poſt electionem, in 3. not. de con. pręben. vbi dicit per illū tex. conſuluiſſe Pau. de Leaza. beneficiū retineri poſſe ex varÿs titulis. Verū quia hoc con. pro Lapi Alleg. Ludo. Roma. cōſi. 433. quo ad primum nu. 7. Nico. Mil. in Reper. in ver. renuntiare videtur, quis iuri, & Feli. in cap. cum acceſsiſſent, poſt num. 15. de conſtitu. & infra adducendi citant, aliqua illi non inutilia iuxta morem adducemus, aſſerentes & nos hanc Alleg.*

Alleg.ſeu conſi. eiuſdem Lapi eſſe, vel forſan conſi.hoc a Lapo comprobatũ fuiſſe. Vel dicamus plura hic poſita ipſius Pauli fuiße redacta poſtea ad hanc formam, ſeu pluribus legibus, & rationibus confirmata, & roborata, quod etiam annuere videtur Gemin.in c.vt quis duas, col fi.poſt medium.de elec.lib. 6. verſic. Iſtud dictũ Pauli ponit Lap. de Caſtel. ſua Alleg.fin.

b ¶ Cum acceſſiſſent.] Et ibi Abb.col. 3.ver. Aut confirmatio eſt facta cũ clauſula decreti, & Feli.num.7.in 3. declara. Et limitat vterque niſi fructus augeantur. Quæ limitatio elicitur etiam ex dictis Fede.de Sen.conſi.464. ſi canonici, poſt num.2. Et quod confirmatio cum decreto obſtet, voluit idem Abb.in c. dilecto, nu.14 de præben.per illum tex.quem etiam pro nota.ponderat Iaſ. in l.non dubium, poſt num. 17.C. de legi.

c ¶ Speciale mandatum.] Quòd hæc, & ſimilia vicarius facere nõ poſſit abſq; ſpeciali mandato, voluerũt etiam Fed.de Sen. Alle.conſi.264.ſi canonice, poſt nu. 1.Gemi.in c.fi.poſt nu.6. de offi. vica.lib. 6. & Apoſtil.ad Abb.in alleg.c.cum acceſſißent in ver.confirmatus, verſi. Nec ſufficeret authoritas vicarij.de conſti.& ibidem Feli.poſt num. 15.qui Lap.hic refert, & ſequitur.

d ¶ Lib.6.] Et Rot.227.valet, & tenet, et 300.ſi mandetur, in no. Hyeron. Gig. de Penſio.q.63.præſertim.num.12.

e ¶ De priuil.pro illorum tranſit.] Lego de præben.pro illorum prouiſione. De quo etiam in cap. cum M. & in cap. cum acceſſiſſent, & ibi per oẽs, de cõſtit.

f ¶ Conſultationibus.] Idem etiam voluit idem Lap.in illa celebri Allega.89. poſt nu.8. ver. Venio ad ſecundũ, et poſt num.13. Rot.556. quidam impetrauit in anti. D.meus conſi.124. placet mihi.nu. 2.vbi alios refert. Et Lap.hic citant, & ſequuntur Lau. Calca.conſi.100. quod veniat, poſt nu.13.ver. quinimò poſito, & Lamber.de iure patrona.art.1.q.3.par.1. lib.2.ver.Tenuit etiam.

g ¶ Fructus.] Ad tex.in Alleg.c. conſultationibus, & in cap ex literis, & utrobique per Docto.de iur. patron.per glo. in ver.patrono, in cap.cum Bertoldus. de re iudi.Calcan.præallega.conſi.100 ante numerum 14.D.meus conſi.117.& pro tenui, col.2.ver. Quia præſentatio eſt fructus.Lamber.de iur. patro. artic.9.q. 8. par.1.lib.1.num.12.& art.1.q.3. part.1.libro 2.num.2.

h ¶ Poſt electionem.] Et Lap. hic ſequuntur Ludo.Roma. conſil. 433. quoad primum, nu.7. Mil.in Reper.in verſi.Renuntiare videtur quis iuri.Fel.in c.in noſtra, nu.2. in vèr. titulus multiplicatur. de reſcr. D.meus conſ.302.& pro tenui, col.3.ad fi.& in l.nemo ex ijs.§.quoties, col.2 licet ſub alio numero hanc Alleg. citet ff.de reg.iur. Idem Dec. in ca. bonæ poſt num.5.de appel.Ioan. de Sel. de benefi.par.3.q.19.ante nu.2.

i ¶ Archi.] Et Gemini.ſuper glo. in ver. ex vna, vbi ipſe & Phi.Fran. ibidem ad fi.hanc Alle.pro nota.citant, & ſequuntur. Et pulchrè diſtinguit, & declarat Ludo.Rom.conſi.350.in caſu, in 2. dub. poſt num.13. Idem Roma præalleg.conſi. 433.quoad primum, num. 8. & ante.

k ¶ Super incerto.] Idem uoluerunt Lap.ſupra Alleg.8.præſentatus, nu.6.et Gemini.in c.vt quis duas, col.fi.verſic.& eſt ratio.de electio.lib.6.

l ¶ Titulorum purificatio.] Lego multiplicatio. Quod etiam uoluerunt Calde. conſi.7.ante num. 2. ſub titulo de electio. Pariſ.conſi.44.pro D.num.19.uol.4.qui Lap.hic refert, & ſequitur. Quem etiam ſequuntur Feli.in Alleg.c.in noſtra, col. 3.ver.cum iſtis concor. de reſcrip. præceptor meus D.Phi.Dec.conſi.152. in cauſa exemptionis, col.2.ver.2. ꝙ ad probandum. Caßa.Dec.9.acceptauerat. col.1. de conſ.



conſi.præben.Ioan.de Sel.de Benefi.par. 3.q.19.ante nu.2.ver.Et ita etiam tenet Lap.& poſt dictum nu.2.ver.Et ita etiã tenet Ludo. & poſtea verſ. Quod debet intelligi. Apoſtil. ad Abba. in c. in noſtra, in ver.alius titulus de reſcr.Reſtau. Catal.in Tracta.de Impera. q. 37. nu. 2. cum pluribus ſequen. & alij ſupra per me relati.

ARDVAM quam ſumpſeram prouinciã ego Quint. Mandoſius Deo fauẽte iam compleui, enixè elaboraui, ut mendas, ac tenebras tollerem, ſi quæ tamen remanſerunt, non erant tanti, vt ſenſus, & intellectus (prout ſublatæ faciebant) offuſcare poſsint: poterunt alij faciliori via illas, quæ ſuperſunt remouere. Verũ huc pertinet reſponſum Timonis Nicei de quo per Diog. Laert. in illius vita in hæc verba aiunt. Aratũ ab illo quæſiße quo pacto quiſpiam Homeri poema ſine menda conſequi poßet, illumq; dixiße, antiqua ſi incidat in exemplaria, non ea, quę nuper emendata ſunt, huc etiam ſpectat Felini monitio in c. eccleſia S. Marię de conſtitu.in vlti.verbis, dum inquit Nil proderit mendaſſe librum niſi emendatio librariorum diligentia conſeruetur. Aduertit ẽt Ioan. Neuiza. in fi. ſuæ Syluæ nuptia.priuilegia impreſſoribus conceſſa ne quis alius libros aliquos imprimere poſsit cõtinere debere clauſulam videlicet. Dum tamen codices emẽdatiſsimos proferant, aliàs priuilegia huiuſmodi eis non ſuffragantur. Sed quid præfati dicerent ſi vel ipſos pueros, ac ignaros quoslibet imprimendis libris hodie præfectos eſſe perſpicerent? Sed vt eſt in prouerbio Platonem ſemper excipio Paulum inquam Manutium fama ſuper æthera notum, quem ut virum prudentiſsimum, uarijsque ornatũ ſcientijs ſummus Pontifex vno omnium conſenſu libris præſertim ſacris imprimendis præfecit. Alios item excipio Manutijs ſimiles.

SVMMARIVM.

4 Stante commiſsiones Clementis Papæ. IIII per quam mãdauit Abbati Vallis Vmbroſæ, & Priori Sancti Stefani ad pontem, de Flor. quatenus epiſcopum Florẽtinum & Feſulanum authoritate Apoſtolica compellerent ad exhibendum procurationes ſuas &c. An Abbas Prior prædicti gaudere debeant priuilegijs & fauoribus conceſsis officialibus Papæ & ſedis Apoſtolicæ per conſtitutionem D. Ioannis Papæ.xxij. quæ incipit cũ Matthęus, & num.5.

2 Item an commiſsio prædicta Clementis duret perpetuo.

3 Item an prædicti Abbas & prior ſint officiales Dom. Papæ & ſedis Apoſtolicę.

4 Item an dicta priuilegia competant omnibus Abbatibus & Prioribus præſentibus & futuris.

## SEQVVNTVR ALLEGAtiones, & conſilia quædam eiuſdem Lapi de Caſtiglionchio, & aliorum quæ nuper in lucem venerunt.

### ALLEGATIO CXXXIII.

CVM Matthæus de Pontiano ordininis prædicatorum Inquiſitor hęreticę prauitatis in regno Siciliæ deputatus friuola occaſione quæſita, ac noſtra & Apoſtolicę ſedis reuerentia & honore poſtpoſitis in dilectum filium Magiſtrum Guli.de Baleato Archidiaconũ Foroliuienſem Cappellanũ noſtrum cãpanię maritimęque rectorem excõicationis ſententiã incon ſultis motib. nõ ſine multa temeritate duxerit ꝓferendã, nos volẽtes de cętero taliũ prę ſumptioni-

ſumptionibus obuiare, vniuerſis & ſingulis
tam ordinarijs,quam delegatis iudicibus,&
inquiſitoribus prauitatis eiuſdē, & alijs vni-
uerſis,& ſingulis quacunque authoritate ſun
gātur authoritate Apoſtolica diſtrictius in-
hibemus , & mandamus expreſſe ne contra
noſtros & Apoſtolicæ ſedis officiales vel nũ
tios,aut ipſorum aliquem quauis occaſione,
vel cauſa abſque noſtra, & Apoſtolicæ ſedis
licentia ſpeciali eis per ſedis ipſius literas cõ
cedenda plenam faciente de tenore præſen-
tium mentionē procedere quoquomodo p̄-
ſumant,aut in eos,vel ipſorum aliquē excõ-
municationis,vel ſuſpenſionis , vel quas vis
aliàs ſententias promulgare ; Nos enim ex
nunc decernimus irritum , & inane quic-
quid contra inhibitionem, & mandatum hu
iuſmodi contigerit attentari , Volumus ta-
men quod diœceſani,& inquiſitores prædi-
cti ſuper ijs,quę negotium tangunt fidei alij
vero ſuper alijs,quæ rem tangunt,vel publi-
cam,vel priuatam,ſiue ordinarij , ſiue dele-
gati quacũque authoritate fuerint,prout poſ
ſet ad eorum officium pertinere, ſi quid per
officiales , & nuntios ipſos indebite forſan
attentatum extiterit ſe plenius informare;id
que nobis ſignificare ſtudeant, ut prouidere
ſuper hoc de opportuno remedio valeamus.
Nulli ergo hominum liceat hanc paginā no
ſtræ inhibitionis mandati conſtitutionis , &
voluntatis infringere, vel ei auſu temerario
contrariari ; ſiquis autem hoc attentare præ-
ſumpſerit indignationem omnipotentis Dei
& Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorũ eius
ſe nouerit incurſurum. Datum Auinioni.xij.
Kalendas Ianuarij Pontificatus noſtri anno
ſexto.

1 In Dei nomine Amen. †Factum ſuper quo
iuris conſiliũ quæritur tale eſt,videlicet,Du-
dum Sanctiſſimus in Chrſto pater Dominus
noſter D. Ioannes,Papa.xxii.per ſuam conſti
tutionē diſpoſuit in hæc verba,videlicet,Cũ
Matthęus de Pontiano ordinis prædicato-
rum inquiſitor hęreticę prauitati, friuola oc
caſione quæſita, & c.ut ſupra,in proxima cõ
ſtitutione: Ac etiam poſtmodũ ſanctiſſimus
in Chriſto Pater & Dominus. Do. Clemens
diuina prouidentia Papa IIII. per ſuas Apo
ſtolicas literas ſub datum Viterbij. II. Non.
Iulij Pontificatus ſui anno tertio percepto
Epiſcopum Florentinum , & Feſulanum ei
aliquas eccleſias ciuitatis , & diœceſis Flo-
ren.in procurationibus legatorum,& nuntio
rum Apoſtolicæ ſedis exhibendis interdum
plus debito aggrauari, & volens ſuper hoc
de opportuno remedio ꝓuidere Abbati Mo-
naſterij Vallis Vmbroſæ Feſulan. diœceſis,
& priori S.Stefani ad Pontem Florentiæ ,&
Magiſtro Albertino præpoſito Eccleſiæ Feſ-
ſulan. per Apoſtolica ſcripta mandauit qua-
tenus eundem Florentinum,& Feſſulanũ epi
ſcopos nec non cleros earundem ciuitatum
& diœceſ.& eorum quemlibet ad exhiben
dum procurationes ipſas penſatis facultati-
bus ſingulorum monitione præmiſſa autho-
ritate Apoſtolica per ſe, uel per alium , ſeu
alios appellatione poſtpoſita compellerent
cum clauſula illa,quòd ſi non omnes ijs exe
quendis potueritis intereſſe , duo verum ea
nihilominus exequantur,ut prædicta & alia
latius patent in prędictis literis Apoſtolicis.
Ex prædictis quæritur an prędicti Abbas
Vallis Vmbroſę,& Prior S.Stephani iúdices
delegati, & executores prædicti tanquā of-
ficiales Papę,& ſedis Apoſtolicę gaudeāt,
& gaudere debeant & poſſint dictis priuile-
gijs,& immunitatibus & fauoribus conceſ-
ſis officialibus & nuntijs D.Papę,& Sedis
Apoſtolicæ per d.conſtitutionem & extraua
gantem D.Io.Papę xxij. Prędicti. Et dicēdũ
eſt,quod ipſi Abbas & Prior, qui erant,ſunt,
& erunt pro tempore gaudeant & gaudere
poſſint, & debeant prędictis priuilegijs,&
fauoribus dictę conſtitutionis extrauagan-
tis , & ad hęc mouent inter cętera in effe-
ctu potiſſime,quia ipſi Abbas & Prior,& eo
rum quilibet fuerunt & ſunt & erunt perpe
tuis temporibus iudices D. Papę, & Sedis
Apoſtolicę ad compellendum pręfatos Epi
ſcopos Florentinum , & Feſulanum nec non
cleros earundem ciuitatum & diœceſis,&
eorum quemlibet ad exhibendum procura-
tiones prędictas penſatis facultatibus ſingu
lorum , ut patet ex prędicto tenore literarũ
Apoſtolicarum Clementis Papę IIII. circa
quę pro declaratione prędictorum tria ſunt
attendenda. Primo nunquid commiſſio du-
ret perpetuo. Secundo an prędicti Abbas &
prior ſint officiales.D. Papę & ſedis Apoſto
licę.Tertio an dicta priuilegia, & immunita
tes competant omnibus Abbatibus & Prio-
ribus pręſentibus & futuris , nec talia per ſe
2 dem Apoſtolicam reuocantur. † Et ad pri-
mum dicendum eſt, quod perpetuo durat di
cta commiſſio, quæ facta fuit dignitatib. nõ
perſonis.15.q.j. hinc etiã, & 25.q.ij.c.j. & 2.
& ff.de immuni.l. 4. & de conſtitu. cum ve-
niſſent,ſine temporis præfixione, vt patet ex
tenore ipſius . Item patet ex ipſo tenore , ꝙ
ratione materię tam ex verbis , quã ex mēte
fuit ipſa commiſſio perpetua; Et ꝙ ex verbis
fuerit perpetua patet ipſius cauſa impulſiua;
nam ibi dicitur,quòd epiſcopi,& clerici prę
dicti aliquando plus debito aggrauabãtur,
non ergo retulit ſe ad certa grauamina quib.
de præſenti duntaxat per dictam conſtitutio
nem voluit prouideri , ſed quia præceſſerat
culpa ex.de ſent.excom. Romana.Circa ne-
gligentiam ordinariorum voluit prouidere,
& ipſorum negligētiam ſupplere,& ob hoc
dictos officiales dedit, ut quoties caſus exi-
gendarum procurationum pro nuntijs Apo-
ſtolicis eueniret ipſi ęquiualenti ac matura
diſtributione cogerent prędictos Epiſcopos,
& cleros ſoluere prædictas procurationes &
hoc ſatis innuit verbum,& interdum ibi po-
ſitum,quod idem importat, quod aliquãdo,
& verbum aggrauari , quòd eſt latum & in-
definitum,tam ad præterita, quam ad futura
ſe extendens,& non dicit aggrauatos de prę
terito,& generaliter dictum eſt,& generali-
ter intelligendum extra de coniug. lepro.ca
pitulo primo. Ex mente etiam hoc patet, q̃a
materia talis eſt, quæ habet continuam cau-
ſam quia ex cura Paſtoralis officij quam D.
Papa gerit per vniuerſum orbem , opus eſt
continuis temporibus nuntios ſuos huc, &
illuc tranſmittere, qui de antiquo more per
epiſcopos & cleros quorum res agitur ſunt
idonee procurandi, extra de ſenten. excom.
cum voluntate . itaque ſemper ſubeſt cauſa
prouiſionis , & cõpulſionis , nec ſufficit hoc
ſemel feciſſe cum ſemper hoc occurat, & re
periatur,& facultates aliquo modo ſuper ex
creſcant , extra de conſtitut. cum omnes, de
verbor.ſignifi.cap. ſine. Vnde quæ iſto anno
plus debet, alio minus & forte nihil debebit
de reſtitu. ſpoliator.cap.olim, & c.frequens
eod.tit.in 6.prout infelix , aut proſpera for-
tuna attulerit , & ſic per vnicam prouiſionē
ipſorum officialium uoluntati, & menti pa-
pę ſatisfieri non poteſt,& verba cum effectu
ſunt intelligenda, ut de cler. non reſid. tuæ,
& c.relatum . Durat ergo ; & ſic ſemper ca-
ſu adueniente æqua diſtributione iuxta fa-
cultatum quantitatem cogant huiuſmodi ꝓ-
curationes debite perſolui , & eorũ iuriſdi-
ctio perpetua fuit & eſt, per exercitium eo-
rum officij, de offic.deleg. gratum & cap.re
latum. cum ſimilibus. Et ſunt in poſſeſſione
dicti eorum officij; & ſic exercet, & eis per
omnes paretur , & ſic vſus has literas inter-
pretatus eſt per longa ſpacia; & vſus literas
interpretatur extra de conſang. & affi. quod
dilecto cum ibi notatis.

3 Ad † ſecundum dicendum eſt, quòd præ-
dicti Abbas, & Prior, & eorum uterque ui-
gore dictarum literarum fuerunt & ſunt of-
ficiales Papę,& ſedis Apoſtolicę;quia is di-
citur officialis alicuius,qui circa aliqua ne-
gocia uices eius gerit , & ſecundum hoc di-
cemus Vicarium Epiſcopi eius officialem,
& de hoc videntur multi doctores inter vi-
carium, & officialem Epiſcopi nõ facere dif
ferentiam; vnde Archid.& Ioan.And. dicũt
quod in officialem Epiſcopi tranſit quod
habetur de hæret cum officij.in fi.lib.6.& c.
vt commiſſit,& c.vlti.eo.lib.& tit.& tamen
illa iura non loquuntur de officiali, & de Vi
cario quaſi ſit vnum officium habens diuer-
ſa nomina. Ioan.And. tamen eo.tit.c.vlt.di-
cit quod vicarij & officiales ſunt diuerſi al-
leg.de Tem.ord.ca.3.§.2.& 4.li.6.quicquid
tamen ſit conſtat ipſum officialem dici, qui
gerit vices alicuius,qui ſic dicitur ob officio
ſibi cõmiſſo.extra de offi.archid.in rubro,&
nigro,ac prædicti vices papæ gerunt in præ
dictis ꝙ patet ex tenore ipſarum literarum,
ibi authoritate Apoſtolica ; quia omnia no-
ſtra facimus quibus authoritatem imparti-
mur extra de præb.ii qui.li.6.& ibi appella-
tione poſtpoſita; & eſt hoc potiſſime verum
quando vices ſeu authoritas commiſſa eſt
circa facta quæ ad ipſum Papam ſpectant ut
in caſu noſtro,quia circa procurationes quæ
debentur nuntijs Papæ; hoc dico quia com-
miſſio fit aliquando pro factis aliorum, vt qñ
committit Papa cauſam authoritate apoſto-
lica decidendam inter partes , quo caſu non
videtur tales grauare hoc priuilegio ; nec
vſus interpretatus eſt;ſed in caſu noſtro non
eſt dubiũ ratione p̄dicta.Nuntij.n.mittuntur
occaſione officij, & pro negotijs ſedis apo-
ſtolicę,& facit ad p̄dicta ꝙ no.Paul.Bono.in
dec.ſtuduiſti de offi.leg.ſup gl.q̃ q̃rit an de-
legatus Papę q in cã ſibi cõmiſſa ſpecialiter
ꝑ Papã maior eſt ordinario,poſſit mãdare le
gato de latere ut ſuã ſniam exequaẽ & tenet
quod

quod ſic; ſed quęrit nũquid in eum animad-
uertere poſſit ſi non pareat, dicit Paulus ex-
peditum eſſe per prædictam extrauagantẽ,
Cum Matthæus, quod non, quia ipſe legatus
officialis eſt Papæ, & ſic contra eũ procedi
non poteſt ſine ſpeciali licentia Papæ, idem
ergo in propoſito, & hoc eſt videre in colle-
ctoribus Apoſtolicis, qui indifferenter utun-
tur hoc priuilegio, & officiales papę dicun-
tur; tamen inter eos, & iſtos quantum ad ma
teriam & quantum ad officium nulla eſt dif
ferentia; niſi quia illi in pluribus diœceſib.
ſeu locis habent iuriſdictionem, iſti in dua-
bus; ſcilicet Flor. & Feſulanen. ſed multitu-
do locorum facit eos maiores officiales, ſed
non plus officiales, quia quilibet ad plenum
officialis eſt, ex quo in negocijs papę, & ſe-
dis Apoſtolicę vices apoſtolicas gerunt, fa-
cit extra de appel.
4 Ad tertium † dicendum, quod prædictis
Abbati, & Priori, & eorum ſucceſſoribus,
in perpetuum competit prædictum officiũ,
& prædictũ priuilegiũ, ratio eſt, quia prædi-
cta commiſſio fit eiſdem per pdictas literas
proprijs nominibus non expreſſis; & ſic di-
gnitati non perſonæ facta eſſe intelligitur,
quo caſu cõmiſſio tranſit ad ſucceſſores, &
non expirat per mortẽ prælati, extra de off.
deleg. qm̃ Abbas, cum ibi notatis. Ex quibus
tribus ſic examinatis clare infertur & con-
cludit prędictos Abbatem & Priorem, & eo
rum ſucceſſores in perpetuum gaudere pri-
uilegijs & indulgentijs per Do. Papã Ioan-
nem. 22. per dictam conſtitutionem, ſeu ex-
trauagantẽ cum Matthęus, & ſic contra eoſ-
dem vel eorum alterum aliqua occaſione ra
tione, uel cauſa abſq; ſedis apoſtolicę licen-
tia ſpeciali per aliquem iudicem ordinariũ,
vel delegatũ quoquo modo procedi, aut in
eos, vel eorum aliquem excommunicatio-
nis, vel ſuſpenſionis, ſeu cuiuſuis alias ſentẽ-
tias promulgari, & quod quicquid in cõtra-
rium fieri contigerit, eſt nullum, & irritum
ipſo iure etiam exceptione non propoſita p-
pter decretum papæ, ꝙ ligat etiam ignoran-
tes, & ſi quis in contrarium attentauerit, eſ-
ſet per ſuperiorem grauiter puniendus de
maio. & obed. ſi quis venerit. Fundatur autẽ
dictum apoſtolicum priuilegiũ magna ęqui
tate, vt ipſi officiales, & in caſu prædicto præ
dicti Abbas, & Prior poſsint dictum ſuum
officium libere exercere, abſq; metu cle-
ri, & maxime Epiſcoporum, & ſui capituli
quorum metus ius eſt, & poteſt cadere in cõ
ſtantem virum, extra de reſcrip. ſtatutum. §.
cum, & ſufficit ita ſcriptum eſſe. ff. qui, & à
quibus. l. proſpexit.

Ego Lapus de Caſtiglionchio de Floren-
tia decretorum Doctor & requiſitus à prædi
cto Dom. Priori S. Stefani dico, & conſulo iu
ris eſſe, vt ſuperius ſcriptum eſt, ideoq; mea
manu propria ſubſcripſi & ſigillum meum
appoſui conſuetum.

## *SVMMARIVM.*

1 *Priuilegium conceßum Monialibus ordi*
*nis S. Clarę per Nicolaum Papam.*
2 *Verba generalia derogatoria appoſita in*
*ſecũdo teſtamento, non tollunt primũ*
*habens verba derogatoria ſpecialia.*
3 *Priuilegium conceßum alicui licet tollat*
*aliud conceſſum ab homine, non tamẽ*
*tollit priuilegium iuris communis, ni*
*ſi de illo in iure fieret ſpecialis mẽtio.*
4 *Reſcriptum impetratum contra perſonã*
*miſerabilem non valet, niſi de ipſius*
*miſeria expreßam faceret mentionẽ.*

## ALLEGATIO CXXXIIII.

IN Dei nomine Amen. Factum
ſuper quo iuris conſilium pe-
titur à nobis Frãciſco de Are-
tio Bene de Florentia legum;
& Lapo de Caſtigliõchio De-
cretorum Doctoribus ab infraſcriptis parti-
bus tale eſſe proponitur, videlicet. Sanctiſ-
ſimus Pater D. Vrbanus Papa V. per ſuas
Apoſtolicas literas conceſſit Communi Flo-
rentiæ, quatenus pro quibuſdam iuſtis cau-
ſis poſſet recipere à prælatis ac perſonis Ec-
cleſiaſticis ſecularibus & regularibus, exem
ptis, & non exemptis habentibus bona in co
mitatu Florentiæ, & eius diſtrictu certam pe
cuniæ quantitatem certis ſuper hoc executo
ribus deputatis; qui oẽs & ſingulos prælatos
& eccleſiaſticas perſonas, ſeculares & regu
lares exemptas, & nõ exemptas pdictæ ciui-
tatis cõmitatus, & diſtrictus, ad ſoluendum
pro huiuſmodi ſubſidio Cõmuni Florentiæ
certã pecunię quantitatẽ &c. prout in literis
præfati D. Papæ ſub datum apud montẽ Fal
conem



conem Idus Iulij Pontificatus ſui anno octa
uo latius continetur. Adiecta in ipſis literis
clauſula infraſcripta, videlicet, Non obſtan
tibus ſi dictis Epĩs, uel perſonis Eccleſiaſti-
cis, uel quibuſuis alijs cõmuniter, vel uiſim,
ab ea ſit ſede indultum, ꝙ ad ſolutionem ali
cuius ſubſidij minime teneantur, & ad id cõ
pelli, aut quod interdici, ſuſpendi, uel excõ-
municari non poſſint per literas Apoſtoli-
cas, quæ de indulto huiuſmodi ac toto teno-
re eius de verbo ad verbum, ac proprijs or-
dinibus & locorum, ſeu perſonarũ earũ no-
minibus plenam & expreſſam non fecerint
mentionem, & quibuſcunque Priuilegijs,
Indulgentijs, & exẽptionibus, & literis Apo
ſtolicis quibuſcunque dignitatibus, ſeu ordi
nibus eorundẽ ſpecialiter Ciſtercienſis Prę
moſtratenſ. Cluniacenſ. & Grandimontens.
vel vniuerſitatis, aut Priora. generaliter, vel
ſpecialiter ſub quacunque forma, vel conce-
ptione verborum a memorata, ſed conceſ-
ſis, de quibus quorumcunq; totis tenoribus
de verbo, ad verbum, in noſtris literis ple-
na, & expreſſa mentio ſit habenda.

Poſt quarum literarum præſentationẽ fa-
ctam dictis executoribus. Ijdem executores
in cauſa prædicta procedere volentes coge-
bant Abatiſſas, & conuentus & Monaſteriũ
ordinis S. Claræ ad ſolutionẽ prædictã. Pro
parte verò dictarum Abatiſſarum, & conuẽ-
tuum, & Monialium ordinis S. Clarę exci-
piebatur, quod ad dictam ſolutionẽ facien-
dam vigore dictarum Apoſtolicarum Papę
Vrbani V. non tenebantur, & ad id cogi non
poterant, obſtante priuilegio eidem conceſ-
ſo per Dom. Nicolaum Papam cõtinente in
1 effectu inter cętera. † Ne ad exhibendũ in-
ter cętera procurationes aliquas legatis, vel
nuntijs Apoſtolicę ſedis, ſiue ad præſtandũ
ſubuentionem quancunque, uel ad cõtribuẽ
dum in exactionibus, uel collectis, ſeu ſubſi-
dijs aliquibus, per literas dictę ſedis, aut le-
gatorum, vel Nuntiorum ipſius, ſeu Recto-
rum Terrarum, ſeu regionum qualcunq; im
petratas, vel ẽt impetrandas minime tenerẽ
tur, nec ad id cogi poſſint, ẽt ſi in eiuſdem
ſedis eiſdẽ cõtineatur literis, qđ ad quæuis
exempta, vel non exempta loca, & monaſte
ria ſe extendant & aliqua eius cuiuſcunque
tenoris exiſtant; ſedis indulgentia non obſi-
ſtat: Niſi forſam literę ipſę dictę ſedis de in-
dultu huiuſmodi, & ordine noſtro, ac nomi
mine Cardinalium, cui gubernatio, & cor-
rectio Fratrum Minorũ ac ẽt cura Monaſte-
riorum Abatiſſarum, & Monialium S. Claræ
ordinis præſentium, & futurarũ pro tempo-
re cõmiſſę fuerint plenam, & expreſſam fe-
cerint mentionẽ; Decernentis irritas, inanes,
interdictionis, ſuſpenſionis, ſeu excommuni
cationis ſñias, ſi quas in eas, vel in earum ali
quam, vel aliquod monaſterium earum, ſeu
quoſcunque alios occaſione veſtri præmiſ-
ſorum prętextu contra huiuſmodi cõceſsio-
nis, ſiue tenorem per quemcunque de cęte-
ro cõtingeret promulgari, vt in ipſis literis
D. Micolai Papę ſub datum apud Vrbemue-
terem. 15. Kal. Feb. Pontificatus ſui anno. iij.
latius continetur. Quæritur nunquid dictæ
Abatiſſę & conuentus dicti ordinis S. Claræ
poſſint cogi per dictos executores vigore
dictarum literarum D. Vrbani Papę V. ad ſo
lutionem prędictam non obſtantibus literis
Apoſtolicis, ſeu dicto priuilegio pręfati Do.
Nicolai Papę conceſſo pfatis Abatiſſæ, & cõ
uentui dicti ordinis S. Claræ. Et licet in hac
vel ſimili qſtione multa p multos varie hinc
inde ſcripta reperiantur, & maxime per Io.
And. in c. vno de excel. pla. lib. 6. in nouella,
per Pau. Bon. de ſtatu regu. c. attendentes in
cle. In c. 1. de ſepul. eod. lib. Bar. de Saxofer-
rato in illa conſtitutione noua Federici Im-
peratoris, quomodo in crimine læſæ maie-
ſtatis procedatur, in Spe. de inſtr. edit. §. nũc
autem ver. & ſcias, & de reſc. præſen. §. ratio
ne cauſæ. ver. Itẽ, ꝙ eſt contra ius. Tractaue-
runt ẽt Doctores iſtã materiã circa teſtamen
2 ta, An. ſ. p verba generalia derogatoria, † ap
poſita in ſecundo teſtamento tollatur primũ
teſtm̃ habens verba derogatoria ſpecialia,
Iacob. de Beld. in authen. de teſtam. imperf.
col. 8. Dy. in regula, qđ ſemel, de reg. iu. li. 6.
Dom. Bartolus. l. ſiquis in principio teſtamẽ
ti. ff. de leg. 3. Cynus poſt Petrũ. l. oẽs. ff. ſi cõ
tra ius vel vtil. pub. Dominus Lapus Abbas
Sancti Miniati ad Montem prope Florentiã
in cap. etiam de præben. lib. 6. & c. ſuper tua
de reſcrip. lib. Dominus Ioan. Calderinus ſu
per dicta quæſtione olim conſultus reſpon-
dit, quòd per prædicta generalia non ob-
ſtantia non derogatur dicto priuilegio ſo-
rorum, & inter alia multa mouit eum, quia
princeps põt adhibere modum, & formã li-
teris, ſeu priuilegijs impetrãdis quos ſerua-
ri oportet, ſed in quæſtione prædicta modus

 datus

datus à Papa per quem præiudicari deberet
dictis ſororibus non fuit ſeruatus. Item mo-
uit eum quia aliàs dictum Priuilegium ſoro
rum fuiſſet vanum & clauſulæ in illo con-
ceſſę nil operatæ fuiſſent, Fed. de Sen. in ope
re ſuo. cap. 46. tractauit in proprijs terminis
hanc quæſtionem & in eodem opere. c. 226.
Et variauit in q. Io. And. in Spe. de leg. §. ſu-
pereſt. ſuper ver. illud quoque, dicit de hoc
ſæpe dubitatum, facit ad hoc gl. in cap. lite-
ris. de reſcr. in gl. pone. Guil. de Mõte Laud.
tractauit hanc materiam in clemen. dudum
de ſepul. Ioan. in decr. cum aliquibus de re-
ſcrip. lib. 6. Et Archid. ibidem, in quibus re-
miſſionibus poteſt de materia latiſſime vide
ri. Quibus omnibus per nos viſis & exami-
natis & alijs, quæ circa prædicta vidẽda &
examinanda fuerunt, & ſępius inter nos cõ-
municato conſilio, & partium allegationi-
bus auditis, & viſa cõmiſſione nobis ſuper
prædictis facta, per clerum, & clericos Flo-
rentinos ex parte vna & ſindicum, & procu-
ratorem dicti Monaſterij ex parte altera.

Chriſti nomine inuocato, dicimus conſu
limus dictas Abbatiſſas, & Conuentus, &
Monaſteria dicti ordinis Sanctæ Claræ, non
poſſe cogi per dictos executores vigore lite-
rarum D. Vrbani Papæ V. ad ſolutionẽ præ-
dictam obſtantibus dictis literis Apoſtolicis
ſeu dicto priuilegio præfati D. Nicolai Papę
conceſſo præfatis Abatiſſis, & conuentibus
dicti ordinis Sanctæ Clarę. Et ad ſic dicen-
dum nos mouent potiſſimum iura, & ratio-
nes per dictos Doctores in præallegatis lo-
cis, & remiſſionibus pro hac parte inducta,
& quia in dicto priuilegio ſororum prædi-
ctarum, in principio dicitur, quod ordo ve-
ſter fundatus eſt in paupertate, licet quædã
Monaſteria, nonnullas poſſeſſiones habeant
tñ pauperes Chriſto pauperi deſeruiunt &c.
per quæ apparet, quod eſt priuilegium con-
ceſſum paupertati, & miſerabilibus perſo-
3 nis, & conceſſum ordini Sanctæ Claræ. † Et
quod licet prædictę non obſtantiæ dictarũ
literarum Apoſtolicarum conceſſarum di-
cto communi tollerent priuilegia contraria
ab homine conceſſa, non tamen priuilegiũ
iuris communis, niſi de illo iure fieret ſpe-
cialis mentio; Nec ſufficeret dicere, etiam ſi
eſſet expreſſa mentio facienda, uel ſi de or-
dine deberet ſpecialis mentio fieri, quia de
ſpecialitate ordinis eſſet facienda mentio.
Mouemur etiam potiſſime per ea, quæ ſcri-
4 bit Cyn. † in l. vnica. ſi Imperator inter Vid.
& Pup. & Inno. not. & Ioan. And. recitat in c.
ſignificantibus de offi. deleg. ſuper verſi. re-
quiſito. in nouella, quia reſcriptum impetra-
tum contra perſonam miſerabilem non ua-
let niſi de ipſius miſeria expreſſam faceret
mentionem, & alleg. d. l. vnicam. C. quando
imperator inter Vid. & pup. & facit ad præ-
dicta, quòd ſcribit Ioan. And. poſt Innoc. &
Hoſtien. in cap. licet. de cenſ. Eſt tamen ad-
uertendum, quòd per prædicta non intelligi
mus fore terminatam ſimilem quæſtionem,
quæ vertitur inter clerum, & clericos Floren
tinos ex parte vna, & fratres prædicatores ex
parte altera, nobis & quibuſdam alijs docto
ribus commiſſa, potiſſime cum in dictis pri-
uilegijs dictarum ſororũ Sanctæ Claræ ſint
plura quædam magis ſingularia & fauorabi
lia ipſi ordini Sanctę Clarę, quam in priuile
gijs prædicatorum, ut ex priuilegiorũ teno-
re vtriuſque ordinis patet: & inter alia in di
cto Priuilegio Nicolai conceſſo dicto ordi-
ni S. Clarę continetur vna clauſula, quod fie
ri debeat mentio de nomine Cardinalis gu-
bernatoris, & protectoris dicti ordinis San-
ctę Claræ. Et iſta eſt forma ſpecialiſſima, &
ſpeciali nota digna, & ad quam verba gene
ralia dictorum nõ obſtantium appoſitorũ in
dictis literis Vrbani non videntur porrigi;
ná licet ibi dicatur, & ſi de ordine, vel loco-
rum, & perſonarum veſtrarum nominibus
eſſet facienda mentio, non tamen in dictis
verbis includitur nomen perſonæ extraneæ
de dicto ordine, ut eſt Cardinalis.

Ego Lapus de Caſtiglionchio Decretorũ
Doctor prædictus Conſulo iuris eſſe, ut ſu-
perius continetur, Ideoque me ſubſcripſi, &
ſigillum meum conſuetum appoſui ad fidẽ
prædictorum.

Ego Bene. Iacobi del Bene legũ Doctor
conſulo &c.

Ego Franciſcus de Albergottis de Aretio
legum Doctor vna cum ſupraſcriptis Excel
lẽtiſſimis Decretorum & legum Doctorib.
conſulo, ut ſuperius ſcriptum eſt.

## *SVMMARIVM.*

1 *Decima pro fructibus beneficiorum per-
ſoluitur.*

*2 Fru-*



2 *Fructibus beneficiorum augumentatis ſo
lutio decimæ non augumentatur ita
nec per diminutionẽ diminuitur, Fal-
lit in caſu, nu. 8.*

3 *Impoſitio decimæ eſt temporalis non per
petua.*

4 *Reus excipiendo ſit actor quantũ ad onus
probandi.*

5 *Iura duo lucroſa, uel oneroſa poßunt in
vna, & eadem perſona concurrere.*

6 *Decima nõ debetur de eleemoſinis, & o-
blationibus factis fabricæ.*

7 *Decima quando & quomodo dicatur per
ſolui de minutis oblationibus, et quo-
tidianis diſtributionibus, quæ tantũ
dantur intereſſentibus.*

9 *Dicens indebite ſoluiſſe hoc probare
debet.*

10 *Poßeßio quæ omnino apparet vitioſa,
& cui ius reſiſtit non tribuit ius cano
nicæ poſſeſsionis.*

11 *Semel grauatus nõ debet iterũ grauari.*

12 *Poſſeßio quæ nõ generat præſumptionẽ,
non eſt vera poſſeſsio, quæ ius tribuat.*

13 *Solutio de ſui natura liberat nõ obligat.*

14 *Illi de Collegio ſunt idonei teſtes quan-
do cauſa eſt Collegij in communi, ſecus
quando cauſa eſt ex re de qua ſinguli
de vniuerſitate percipiant commodũ.*

## ALLEGATIO CXXXV.

IN Dei nomine Amen. Viſo ar
ticulo, & puncto quæſtionis
vertentis inter Do. Collecto-
rem Camerę Apoſtolicę ex
parte vna, & canonicos, & ca
pitulum Eccleſię Veron. ex parte alia ſuper
decimis fructuum Canipę dictorum canoni
corum & capituli dictę Camerę Apoſtolicę
ſoluendis vel non, & viſis conſilijs Excellẽ-
tiſſimorum V. I. D. Dominorum Ioannis de
lignano domini mei, & Gaſparis de Calde-
rinis de Bononia in dicta quæſtione reddi-
tis, & in effectu concludentium dictam Ca
nipam nõ teneri ad dictam ſolutionem de-
cimarum Pondero ante omnia motiua eorũ.
Ioannes de Lignano mouetur Tribus ratio-
nibus. Prima eſt. Quia ſi fructus dictę Cani-
pę fuerunt tracti de corporibus prębendarũ
Canonicorum non debet ſolui decima, quia
idem bis decimari non debet. Secunda ra-
tione. Quia ſi non appareret, quod dicti fru-
ctus ſint extracti de corporibus prębendę,
tunc non debet ſolui decima, quia hoc prę-
ſumitur ex eo quod bona clericorum fue-
runt diuiſa in quatuor partes ergo &c. Ter-
tia ratio eſt, quia ex forma mandati Apoſto-
lici onerantur conſcientię rectorum ſuper
impotentia, & ſic ſtari debet eorum iuramẽ
to cum de eorum conſcientia agitur. Domi-
num autem Gaſparem mouet vnica ratio vi
delicet dicta Clauſula appoſita in reſcripto
Apoſtolico per quam eorũ conſcientias one
rat ſuper impotentia ſoluendi. Quibus mo-
tiuis & rationibus examinatis viſum fuit mi
hi vtile referre limam ſuper eis, ut clariora
reddantur. Et quantum ad primam, & ſecun
dam rationem Ioãnis de Lignano dico iſtas
rationes eſſe bonas, & iuridicas, ſed latius
poteſt dici in iſto caſu, quod ſiue dicti fru-
ctus dictę Canipę ſint tracti de corpore præ
bendarum, ſiue in dubio ſic præſumantur eſ
ſe, ſiue non; puta, quòd aliunde obuenerũt.
Dico, ꝙ de dictis fructibus dicta decima p-
ſolui non debet. ratio, quia vndecunque di-
cti fructus accreuerunt dictis Canonicis, ſi-
ue ſuis præbendis, totum debetur eis ratio-
ne ſui beneficij canonicalis, & ſunt acceſſo
rij ad primam præbendam, & eandem natu
ram ſortiuntur: quia acceſſorium naturã ſe-
quitur principalis, vt eſt regula iuris c. acceſ
ſorium de reg. iur. lib. 6. cum ſuis concordã-
tibus, & totum dicitur præbenda, & præbe-
tur & exhibetur canonicis ex vna & eadem
cauſa, ſcilicet propter officium diuinum de
1 reſcriptis. c. fi. lib. 6. † Decima autem ſolui-
tur pro fructibus beneficiorum, ut probatur,
& notatur in clemen. 2. de decimis. At iſti ca
nonici pro ſuis canonicatibus, & præbẽdis
taxati ſunt in communi ad decimam perſol
uendam, & ſoluerunt, & ſic pro toto ſoluiſ-
ſe intelliguntur. Nec obſtat huic rationi ſi
dicatur iſti fructus Canipæ, ſi ſuper excue-
runt, vel obuenerũt vltra fructus primæ præ
bendæ taxatę non fuerunt, taxari nõ potuit,
ergo ex eis debetur decima, quia in prima
2 taxa non fuerunt incluſi. † Nam non eſt ve-
rum quod augumentatis fructibus benefi-

ciorum ſolutio decimæ augumentetur, ſic
nec per diminutionem fructuum dictorum
beneficiorum diminuitur ſolutio decimæ ni
ſi ex noua prouiſione, vel taxatione, vnde
quamdiu durat antiqua taxa ſecundum illã
antiquam taxam ſolui debet, & ſoluitur,
& ſic ſeruetur. Cum igitur noua taxa non
emanauerit ſuper dictis canonicatibus, vel
eorum præbendis noua ſolutio exigi non
debet, vel præſtari, aliàs ſequeretur, quod
ipſi canonici etiam vltra primam taxam de-
berent ſoluere de oblationibus, & quoti-
dianis diſtributionibus de legatis, & huiuſ-
modi additamentis, & acceſſionibus, quod
eſſet abſurdum, nec obſeruantia hoc reci-
pit, nec obſtat, quod dicit gloſſ. prima in
clementina ſecunda, de Decimis, ſcilicet
quod de quotidianis diſtributionibus de-
betur Decima, quia illud debet intelligi,
vt ſtatim infra dicam. Quantum ad tertium
motiuum Ioannis de Lignano, cui innititur
præfatus Dominus Gaſpar de dicta clauſu-
la appoſita in reſcripto Apoſtolico circa im
potentiam ſoluendi, Fateor illam rationem
eſſe validam, tamen non videtur tutum in-
niti illi rationi, vbi alia ſuffragetur; quia
illa ratio non eſt perpetua, nec habet con-
tinuam cauſam propter duo. Primum, quia
& ſi illo anno dicta Canipa eſt impotens,
alio anno forte erit potens, & ſic alio anno
ſoluet, quia ceſſante cauſa ceſſat effectus,
capitulo cum ceſſante de appellatione. Sed
quia iſta clauſula non eſt perpetua, nec ex-
tenditur niſi ad eam impoſitionem decimæ
de qua in dicto reſcripto continetur, & hu-
iuſmodi impoſitiones † ſunt temporales, ut
3 not. glo. in dicta clementina ſecunda de de-
cimis, vnde ſi in alia impoſitione decimali
dicta clauſula non apponeretur tunc ſolutio-
ni locus eſſet, & ſic patet, quod iſta ratio
non eſt perpetua. Item poſſet talis clauſu-
la reuocari per principem. Item eſt præiu-
dicialis, quia abſtinendo à ſolutione pro-
pter impotentiam, videtur fateri, quòd ſolu
tio ſit debita, licet ſuſpendatur ex impoten-
tia, vnde potentia adueniente ſolutio erit
debita ex tacita confeſſione. Videndum eſt
igitur altius in articulo, an ipſa ſolutio ſit
debita ceſſante omni impotentia Canipa-
li; & vt iſtud clarius demonſtretur, quia ue
ritas melius repercuſſa cõtrarijs clarius elu-
ceſcit, & ex contrariorum vicinitate ma-
gna lux oritur. Præmittam igitur ea, quæ
poſſunt facere pro Camera Apoſtolica, &
pro dicta ſolutione facienda.

Et primo videtur poſſe allegari pro dicta
Camera, quod eſt in poſſeſſione ſolutionis
ſibi fiendę de dictis fructibus, & ſic alio
non dato, vel oſtenſo pro parte dictorum
Canonicorum, non debet turbari in ſua poſ
ſeſſione. Probet ergo Canipa ſe non tene-
ri ad ſolutionem, vt excludat dictam Ca-
meram Apoſtolicam a ſolita perceptione
dictarum decimarum fructuum dictæ Ca-
nipę; Secundo videtur poſſe allegare pro
ſe dicta Camera, quod dicti fructus dictæ
Canipę, ſunt taxati de per ſe, vltra taxam
præbendarum, & canonicatuum, & ſic
vbi duo taxæ duo ſolutiones fieri debent.
Tertio poteſt allegare pro ſe dicta Ca-
mera, quia canonici excipiunt ſe non de-
bere ſoluere non obſtante ſolutione iam
4 facta. † Probent ergo exceptionem ſuam,
quia reus in excipiendo fit actor quantum
ad onus probandi, vt l. in exceptione, de
excep. Quarto poteſt Camera pro ſe alle-
gare, quia iſti fructus Canipæ debentur Ca
pitulo non ſingulis de Capitulo. Et ideo
ſolutio decimæ ſingulorum canonicorum
non excludit ſolutionem decimæ fructuum
Capituli: Pro præbendis igitur ſoluant ſin-
gulares canonici, Pro fructibus autem Ca-
5 nipæ ſoluant, vt collegium. Nec † eſt no-
uum quod duo diuerſa iura lucroſa, vel one
roſa concurrant in eandem perſonam; ſi-
mile eſt, quod dicitur de duabus quartis de-
trahendis, capitulo Rainutius, & capitulo
Rainaldus de teſtamen. Ijs præmiſſis dico in
quæſtione dicẽdum dictam ſolutionem de-
cimæ de dictis fructibus Canipę fieri non
debere dictæ Camerę. Primo ex dictis cau
ſis, & rationibus allegatis per dictos Excel-
lentiſſimos Doctores quas non repeto. Se-
cundo ex cauſa, & ratione ſuperius per
me allegata, quam hic non repeto, ſed re-
mitto ad ea, quæ ibi dixi. Tertio quia De-
cima Papalis de qua tractamus debetur
de beneficijs Eccleſiaſticis, ut notat textus,
clementina prima, de Decimis. dum dicit
ſi beneficiorum decima, & ita not. gloſſa
prima, in principio; & fructus Canipæ
de per ſe ſumpti non ſunt beneficium ec-
cleſiaſticum. Igitur de illis non debetur De-
cima. Nec huic dicto obſtat, ſi dicatur
Decima



Decima ſoluitur de fructibus eccleſiaſticis
deputatis ut no. gl. j. in d. clem. 2. de decimis,
& tamen non ſunt beneficium, quia reſpon-
deo. Non ſoluitur decima tanquam de fabri
ca, vel quia fabrica ſit beneficium, ſed ſolui-
tur, quia omnis fructus eccleſię primo loco
ſunt prælati, & Canonicorum rõne ſuorum
beneficiorũ, & ideo de omnibus ipſis fructi
bus debentur decimę; vnde diuiſio ipſorum
fructuum, quæ fit inter prælatum & canoni-
cos, & fabricam nõ poteſt præiudicare Ca-
merę Apoſtolicę quominus de omnib. præ-
dictis fructibus decima perſoluatur; ſolui-
tur ergo decima de fructibus beneficij, non
fabricę, ſed ſoluitur non obſtante, quod fa-
6 bricæ ſint deputati. Hinc † eſt, quod de elee-
moſinis, & oblationibus factis fabricę deci
ma non debetur, ut no. dicta gl. 1. in d. cle. 2.
Sed dicti fructus Canipę licet ſint de fructi-
bus beneficij, ſunt tamen decimati ſemel q̃a
pars bonorum deputata ſingulis canonicis
eſt decimata, quia quælibet præbenda eſt ta
xata ad decimam, & ſic dicta bona Canipę
fuerunt extracta de corporibus præbendarũ
quod præſumitur, ut ſupra allegatum eſt: pa
tet quòd vlterius decimari non debent, ut
ſupra etiam eſt allegatum. Idem ſi non fue-
runt extracta de corporibus p̃bendarũ, ſed
obuenerunt poſtea ipſi eccleſię ex Eleemo-
ſinis & oblationibus relictis, uel legatis, nã
tunc ẽt de talibus additamentis decima per-
7 ſolui non debet. † Nec obſtat, ꝙ dr̃ per d. gl.
in Clemen. 2. de Decimis, videlicet, ꝙ de mi
nutis oblationibus & quotidianis diſtribu-
tionibus, quę dantur ſolum intereſſentibus
diuinis decima perſoluitur, quia iſtud intel-
ligitur quando Decima exigitur a beneficijs
non taxatis in communi, ſed ſingulis annis,
prout plus, vel minus recipit beneficiatus
plus, vel minus ſoluit, tunc. n. habetur ratio
dictarum oblationum, & quotidianarum di
ſtributionum, ſed ubi beneficium eſt taxatũ
in communi, vt ſi taxatũ ſit in centum ſoluat
decem, hoc caſu ſi habet mille non plus ſol
uet, & ſi haberet ſolũ quinquaginta ſoluet
decem; ex quo ſic in communi taxatum eſt:
Ita no. glo. ordin. ſuper ver. taxatum in dicta
clemen. 2. de decimis: & ideo nunquã fuit
moris, q̃d camera Apoſtolica exigeret deci-
mã de oblationibus, vel diſtributionib. quo-
tidianis, quia cõiter beneficia ſunt taxata in
cõmuni tantum videlicet pro qualibet prę-
benda vel beneficio. Reſtat igitur quòd ſiue
dicti fructus Canipę fuerint deputati de cor
poribus prębẽdarũ, ſiue obuenerint ex elee-
moſinis, vel oblationibus, vel relictis, ſeu ex
fructibus præbendarũ & ex hoc Canonici,
& eorũ prębendę ſint facti ditiores quam a
principio eſsent, tñ vltra pro taxa facta in
cõi ſoluere non debent. Ita enim ſeruatur,
8 quòd ex augumẽto beneficij, † non augmen
tatur ſolutio decimę niſi noua taxa fieret.
Itẽ nec ex diminutione fructuũ beneficij; di
minuitur ſolutio decimę, niſi ex noua gra-
tia vel prouiſione puta per clauſulã appoſi-
tam in mandato collectorũ, prout eſt clauſu
la de qua ſupra facta eſt mẽtio; Reſta, vt re
ſpõdeatur ad cõtraria ſupra poſita & allega
ta pro parte dictæ Cameræ Apoſtolicæ; Et
quantũ ad primum in quo dr̃, ꝙ dicta Came
ra eſt in poſſeſſione &c. Ad hoc rñdetur ꝑ
Dñm Ioanẽ de Lignano in dicto ſuo cõſilio,
q̃d dicta ſolutio fuit indebita, & iniuſta; ſed
9 hoc eſt melius declarandũ, maxime, q̃a is † q̃
dicit indebitã pecuniã ſe ſoluiſſe, hoc proba
re tenetur. ff. de ſolu. l. is qui. Itẽ ſi ſciẽs ſe nõ
teneri ſoluit non repetit, q̃a donaſſe vr̃. ff. de
cond. inde. l. j. l. cũ ꝑ errorẽ de reg. iu. Itẽ is
qui ſoluit indebitũ iure ciuili non repetit, ſi
per ignorantiã iuris ſoluit, ſed dicta ſolutio
fuit indebita iure ciuili, quia cõtra ius cano-
num, & facta fuit ex ignorantia iuris, igitur
non põt repeti, & ideo hoc eget ſuffragio
melioris declarationis; Et dico ꝙ ꝑ duas, vel
tres ſolutiones factas non eſt deuentũ ad p̃-
ſcriptionẽ, vt per D. Io. de Lignano in dicto
conſilio dictum eſt, ſed nec ẽt ꝑ dictas ſolu-
tiones põt dici dicta Camera in poſſeſſione,
10 † quia poſſeſsio, quæ apparet vitioſa oĩno,
& cui ius reſiſtit nõ tribuit ius canonicę poſ
ſeſſionis, ut notari ſolet de cau. poſ. & ꝓpri.
c. cum eccleſia. Sed iſta ſolutio apparet facta
contra diſpoſitionẽ iuris per ea, quæ ſupra al
legando probaui. Item ſi ſoluit indebitè ſuf
ficit, ꝙ probet indebitum, ut repetat, ſed Ca
nonici hoc probant de iure communi. Nam
de iure cõi de dictis fructibus non debetur
decima, ut ſupra probaui. Ergo apparet, q̃d
indebite fuit ſoluta. Sed quicquid ſit de repe
titione eius, quod iam ſolutũ eſt. Tñ illud eſt
clarũ, ꝙ prætextu dictę iniquę ſolutionis nõ
potuit eccleſia obligari ad vlteriores ſolu-
tiones faciẽdas, q̃a nõ ſequiť ſemel volui gra
uari ergo iterũ circa idẽ grauari debeo, vel

 volo,

uolo,facit ꝙ notatur de reſcript.cap.cum di-
lectus.nam licet citatus vltra locum vna vi-
ce taceam,citatus ſecundo poſſum excipere
per rationem prædictam. Item iura,quæ di-
cunt, ꝙ ſoluens ſcienter indebitum donare
videtur,loquuntur in eo qui in re ſua eſt mo
derator & arbiter, ſed clerici rerum Eccle-
ſiaſticarum non ſunt domini nec poſſunt do
nare de facto; & licet poſſent illã pecuniam
ſoluendo donare, nõ tñ poſſunt donare obli
gationem per quã eccleſia perpetuo ad hoc
teneatur, quia iſta eſſet alienatio bonorum,
quæ ſine ſolemnitate non fit de rebus eccle.
c.ſi quis.xij.q.ij.c.ſi qua, & c.fine exceptio-
12 ne.Item † ea poſſeſsio,quæ non generat pręſcriptionem,non eſt vera poſſeſſio, quæ ius
tribuat, ſed hęc ſolutio facta xl. annis non
induceret præſcriptionem ſine titulo & ma-
xime cum ius cõmune reſiſtat de præſcript.
c.j.lib.6.igitur nec veram poſſeſſionem; Itẽ
13 † per ſolam ſolutionem alio non dato non
inducitur obligatio, nam ſolutio de ſui natu
ra liberat,nõ obligat, vt notari ſolet de Ceſ.
c. peruenit cum materia ſua. Ad ſecundum
reſpondetur, quod nõ eſt verum quod dicti
fructus de per ſe fuerint taxati tempore quo
fuerunt taxatæ dictæ præbendæ,nec etiã po-
ſtea; ſed etiam ſi poſtea fuiſſent taxatæ, hæc
taxa fuiſſet erronea & iniqua,quia ſicut ijdẽ
fructus bis decimari non debent, ſic nec bis
taxari,quia taxa eſt pambula ſolutionis, &
ſit vt ſoluatur; Sed quia ceſſat debita ſolutio
taxa fieri non debet,quia propter quod vnũ
quodque & illud magis. Ad tertium reſpon
deo, ꝙ Capitulum probat exceptionem ſuã
de iure communi. Ad quartum reſpondeo,
& negatur, ꝙ dicti fructus debeantur Capi-
tulo in communi, quia immo debentur Ca-
pitulo,ut ſingulis,ſeu ꝑ ſingulis,& ad uſum
ſingulorum, & inter ſingulares diuiduntur,
facit quòd notatur de † Teſtibus.c. cũ nun-
14 cius; quando enim cauſa eſt collegij,in com
muni de collegio ſunt idonei teſtes, ſi aũt ſit
cauſa de re de qua ſinguli de vniuerſitate ꝑ-
cipiant cõmodũ,nõ ſunt idonei teſtes ꝗa tũc
cauſa dicitur ſingulorum, ita in propoſito.
Et ita iuris eſſe videtur mihi Lapo de Ca-
ſtiglionchio de Florentia Decretorum Do-
ctori,Ideoq; prædicta omnia manu propria
ſcripſi, & hic ſubſcripſi ſigillumque meum
appoſui conſuetum ad fidem prædictorum
dum eſſem in itinere conſtitutus.

### SVMMARIVM.

1 *Patronis diuerſis locis ordinario diuerſos præſentantibus, an ordinarius poſſit Eccleſiam ordinare, cũ inter dictos patronos infra quatuor menſes quæſtio prædicta non fuerit finita, & nu. 10. Et quid de quæſtione orta inter ipſos præſentatos, nu. 11.*

2 *Lite pendente is qui eſt in poſſeſſione iuris eligendi,uel præſentandi, an poſſit eligere, vel præſentare, & nu 4.7.8. Et an id, quod dicitur de præſentatione extendatur ad electionem.nu.5.*

3 *Lite pendente res in alium non debet transferri.*

6 *Epiſcopus ponit Iconomũ in eccleſia quãdo cum eo eſt lis.*

9 *Poſſeſſio, ut probetur in præſentatione, quæ requirantur.*

### ALLEGATIO CXXXVI.

CVrioſe ſtudens, & ſemper ab-
ſtruſa callido ingenio rimãs,
quæris a me rem altam & ꝑ-
plexã,& cuius lis adhuc ſub
iudice eſt,& quę alterius tem
poris otium, quam Aduocati clericorum tur
ba oppreſsi requireret. Sed ne me fugiſſe la
borem putares,& ne tibi aliquid negem cui
omnia debeo hoc tantulum potius, quã ne
1 nihil ab Aduocato occupato recipe. † Quæ-
ris namque an duobus diuerſis patronis lai-
ci loci ordinario duos diuerſos præſentanti-
bus, & vtrobique afferente penes ſe duntax-
at eſſe ius & quaſi poſſeſſionem præſentan
di, an ordinarius poſſit eccleſiam ordinare,
cum inter dictos infra quatuor menſes præ-
dicta quæſtio nõ fuerit finita. Et quia ex obie
ctionibus, Argumentis, opinionibus,& reci-
tationibus ueritas in difficilibus ſolet elici,
& extorqueri, ex textibus, gloſis ordinarijs,
& Doctorum opinionibus,arguam in utran
que partem, & demũ, ꝙ ſentio lato tibi ore
pandam,id tamen ſubmittens iudicio ſanio-
ri. Et primo aduertendum eſt, quòd iſta quæ
2 ſtio contingit † illam aliam vulgatam. An
lite



lite pendẽte is qui eſt in poſſeſſione, vel qua
ſi iuris eligendi poſſit eligere, per cuius enu
cleationẽ primæ quæſtionis ueritas clarius
patebit; Hoc ergo onus alleuians ſubintre-
mus.Et videtur, quòd non poſſit præſentare
uel eligere talis poſſeſſor de quo quæritur,
xj.quæſt.j.cap.quia res & capitulo cum om-
nibus,utrique dicunt,quòd lite pendente nõ
3 debet transferri res in alium † cum multis
ſimilibus.Quãtum ad præſentationem vide-
tur hoc clarum extra de iure patronatus,ca-
pitulo,ex literis ibi. Antequam de iurepatro
natus,ergo a cõtrario ſenſu, ſi ante mota fuit
lis debet inſtitutus a præſentatione poſſeſſio
nis remoueri,ad idem decreta.ſecunda, de
in integrum reſtitutione, vbi non confirma-
tur electio monachorum propter litem mo-
tam, hoc idem videtur tenere glo.ſuper ver.
electione in dicta decreta.ſecunda.Hoc vi-
detur not.quo ad electionem,& pręſentatio
nem in dicta decreta. ex literis,ꝙ etiam pla-
4 cuit Tanc. ut no. † ſolet in dicta decreta. ex
literis.Contrariũ uidetur,ſcilicet quòd poſ-
ſeſſor lite pendente poſſit præſentare, quia
lite pẽdente non debet poſſeſſor priuari ſua
poſſeſ. ut lite penden.capitulo,ad memoriã,
8.quæſtione 4.nonne. 17.q.4.volumus, cum
infinitis ſimilibus. ergo &c. Quantum ad
electionem extra,de electio. capitulo quere
lam.Quantum ad collationem extra de cau
ſa poſſeſſ.cap.cum olim,& capitulo,cum ec
cleſia. Quantum ad præſentationem extra
de iurepatrona.cap. conſulta. cum multis ſi-
milibus & facit, quod not. Hoſt. in ſumma
de cauſa poſſeſsio.& prop.§.fin.in fin. Dixit
Ioan.quod hoc notatur.3.q.j.hoc quippe.in
glo.penult.quod ſi non mouetur poſſeſſori
quæſtio de poſſeſſione lite pendente. poteſt
pręſentare ſecus ſi mouetur quæſtio ſuper
poſſeſsione, cuius opinionem etiam recitat
glo. in præallegata decreta. cum veniſſent,
& Ioan.And.in dicta decret. ex literis ſuper
glo.ordin.Hoſtien.ſuper d. cap. cum veniſ-
ſent.& hoc dictum videtur placuiſſe multis.
Quod ſi quæſtio moueatur ſuper proprieta-
te iuris tantum nihilominus poſſeſſor præ-
ſentare poſſit, ſecus ſi ſuper poſſeſſione, &
ita intelligebat Ioan. Andr.in præallegato lo
co dictam decre.ex literis,vt ibi not.hoc idẽ
notatur in decreta. quoniam eod. titu. ſuper
verſicu.de iurepatronatus, ita etiam expreſ-
ſe videtur ſentire Hoſtien.in ſumma eod. tit.
§.quo iure.verſi.ſi vero quæſtio, ad quem lo
cum remittit in d.decre.ex literis. Sed ne im
plicemus diuerſos articulos transeundo ex-
pediamus de electione de qua dicebat Ho-
ſtien.in dicta decret.cum veniſſent,& refert
5 Ioan.And.† poſt eum ibidem poſt glo. vlti-
mam in nouella. Quod id, quod dicitur de
præſentatione,uidelicet,quòd lite pendente
non debet poſſeſſor præſentare,non extendi
tur ad electionem, & pro ratione aſſignat id
per quod ſecundum eum expeditur queſtio
prima hic formata,uidelicet,quòd in pręſen
tatione ſi quæſtio mota fuerit finiri debet in-
fra quatuor mẽſes,aliter enim Epiſcopus or-
dinabit eccleſiam,quod intelligas dummo-
do quæſtio non ſit cum eo, quia tunc ſolum
ponit iconomum,vt not.in decret. cum uos.
6 de offic.ord. † in cap.quoniam. de iure patr.
per Ioan.And.poſt alios,& ſic pro tam bre-
ui tempore non multum pręiudicabitur pa-
trono,ſecus in electione ubi ſecundum eum
non ſunt tempora ſtatuta, quòd etiam nota-
tur in dicta decre.cum vos. de offic. ordi.in
decre.quoniam.de iure patron. & ſic maius
pręiudicium patrono ſit, ſi per tam longum
tempus impediretur. Aſſignatur alia ratio ui
delicet,quia facilius remouetur patronus de
iure ſuo, quia depẽdet a gratia, quã elector
qui innititur iuri communi,& ſic ſecundum
prædicta quantum ad electionem ſumus in
7 vtroque articulo. † Redeundo igitur ad pri-
mos terminos,ſcilicet pręſentationis,& poſt
tot ac tanta dicemus. Nunquid lite penden-
te poterit poſſeſſor præſentare,certe,ut dicit
glo.in dicta decre. ex literis multis viſum
fuit,quod ſic,inter quos fuit Tancr. Vincen.
Gof. quorum dictum placuit Inno.Pet. & re
citat Ioan.And.poſt eos in pręalleg. decret.
ex literis ſuper vltima glo.Et Hoſt.in decre.
conſulta.ut ibi refert Ioan.And. poſt eum ſu
per ver.poſſidebat, ſed certe prędicti Docto
res licet dicant, quòd lite pendente pręſen-
tet poſſeſſor non tamen expreſſe dicunt de
lite ſuper poſſeſſione. † Veritas vř, quod
lite pendente ſuper proprietate, ſiue poſſeſ-
ſione eligat ne priuetur quis ſua poſſeſsione
per iura ſuper hac parte inducta,ut dicit Ho
ſtien.in d.decre.cum ueniſſent,ſed ad alium
finem.Si verum eſſet, quod mouendo quę-
ſtionem ſuper poſſeſſione impediretur poſ-
ſeſſor, facile omnes ſuper poſſeſſione quę-
ſtionem fingerẽt,& ſic via fraudi eſſet aper-

ta,quod eſſe non debet. Item epiſcopus ſem-
per faceret mouere queſtionē ſuper poſſeſ-
ſione,ut ſic quæſtione tali per ſe non expedi
ta ordinet eccleſiam pro libito contra id, ꝙ
no.in d.decre.cũ vos. de offi.ordi. cum ſimi-
libus, & ita videtur ſentire Ioan. Andr.poſt
Hoſtien. in d. decret. cũ veniſſent.in magna
glo.in nouella ver.tu dic. Et hunc iuris intel
lectum & veram opinionem recitauit Ioan.
Calderinus legendo decret. prædictam cum
veniſſent, me audiente, vbi dicebat dictus
Ioannes, quod non debet poſſeſſor penden-
te lite ſuper poſſeſſione eligere, ſed ſi eligat
ſuperſedebitur vſque ad finem litis,& dictũ
Hoſtien.qui dicebat,quòd elector non obſtã
te aliqua lite poteſt eligere eſſe falſum. Nam
ſi verum eſſet,ut dixit Ioan. quòd non debe
ret talis pendente lite poſſeſſor eligere, ſta-
tim ſequitur quòd caſſari deberet,quia male
factum & contra ius, quod eſt falſum, vt in
d.decre.cum veniſſent,vbi non caſſatur, ſed
ſuperſedetur. Eodem modo ſi eſſet verum,ꝙ
dicit Hoſtien. ꝙ nullo modo deberet ele-
ctor impediri,ſequeretur,quod ſtatim debe-
ret confirmari,quod non eſt verum.Eſt ergo
dicendum ſecundum eum, quod is qui eſt
in poſſeſſione iuris eligendi,ſiue præſentan-
di quãtũcunque ſuper poſſeſſione q̃ſtio mo-
ueatur poteſt eligere & præſentare licite,ut
videtur ſentire etiam Feder.de Sen. in opere
ſuo.c.106.in 8.q.ſuperior tamen non confir-
mabit,vel inſtituet,niſi primo fiat fides de ip
ſa poſſeſſione ad quam probandam ſufficiũt
9 † ea de quibus dicit Ioan. Andr.in d. decret.
cum veniſſent,in d.magna glo.& ver.tu dic,
vel niſi vbi opponatur de poſſeſſione uiolen
ta,vel vitioſa fuerit primo diſcuſſa,ut not.in
decret.cum veniſſent,ſuper ver.a monachis,
in nouella. E ſi aliter ſentires facile eſſet cui
libet extraneo,& qui nullum ius habet;dicē
re ſe patronum, & in poſſeſſione iuris patro
natus,& poſſeſſionem & proprietatem dedu
cet in præiudicium, & à ſententia contra ſe
latam appellando per plures annos negociũ
10 differre, quod eſt contra omnia iura. † Ijs
ergo ſic præmiſſis ſatis late patet ingreſſus
ad primam quæſtionem. An in terminis ſu-
praſcriptis Epiſcopus poſt quatuor menſes
ordinet eccleſiam, & dicendum, quòd non
dummodo alter ipſorum præſentantium ſit
in vera poſſeſſione præſentãdi, & de illa fi-
dem facit infra quatuor menſes; quia ſi ſe-
cundum prædicta poſſeſſor non impeditur
aliqua lite præſentare, & tenet eius pręſenta
tio, licet diſcuſſio eorum, quæ opponuntur
contra poſſeſſorem diſtrahatur ultra qua-
tuor menſes; non tamen deuoluitur ad epi-
11 ſcopum † poteſtas ordinandi, niſi ſic quan-
do eſſet quæſtio de pręſentato,an eſſet ido
neus,uel non ſecundum notata in d.decr. cũ
vos.de offi.ord. Vnde ſimiliter inſpiciendo
quæſtio eſt contra præſentationem,quia di-
citur contra eum, qui nõ eſt præſentatus ab
eo,qui ſit in poſſeſſione, ſed iura loquentia
de deuolutione ad epiſcopum loquuntur re-
cte quando inter præſentatos eſt quæſtio,ut
quia vnus negat alterum patronum, & inte-
rim non eligunt, vel ſi eligunt, neuter eſt in
poſſeſſione, uel ſi eſt in poſſeſſione nõ facit
de illa fidem infra quatuor menſes,aliter ſe
quereretur inconueniens de quo ſupra in ver.
veritas videtur,in prin.& in fine, facit quod
not.eodem tit. eam te.ſuper verſi.terminata.
Lapus de Caſtiglionchio de Florentia De-
cretorum Doctor.

## *SVMMARIVM.*

1 *Montis communis Florentiæ creditores
triplicis generis.*
2 *Commune Florentiæ pro ſuo cõmodo, &
pro debito extenuando vult facere le-
gem,qđ pecuniæ creditum utriuſque
montis excepto Monte veteri,vẽdi,&
permutari poſsit ad vitam ementis cũ
pactis &c.an iſte contractus licite fie-
ri poſsit ab vtroque contrahentium.*
3 *Cõmune Florẽtiæ vult nouos creare cre-
ditores videlicet vẽdẽdo redditum an
nuum ad rõnem qua reſpondet dictis
creditoribus Montiũ cum eiſdẽ pactis
ſub nu. 2.contentis. An dictus contra-
ctus poſsit licitè fieri,& nu.15.*
4 *Creditores Montium del l'un Tre,& del
l'un Dua, an licite percipiant tale lu-
crum & nu.9.*
5 *Item an licite vendant ius quod habent
in dictis Montibus & nu.11.*
6 *Item nunquid alij licite emant ab eis,po
ſito quod primi creditores licite rece-
perint & nu.12.*

7 *Item*



7 *Item nunquid dicti alij emptores prætex
tu dictæ emptionis licite percipiant di
ctum lucrum,quod a prædictis primis
creditoribus percipiebatur & nume-
ro 13.*
8 *Item poſito quod primi creditores lu-
crum licite non receperint nunquid
poſt remiſſionem factam pure libere
per dictam communitatem primis cre
ditoribus vendere liceat primam ſor-
tem quæ iam erat ex ſolutione dicti il
liciti lucri exinanita.& num.14.*
10 *Vſura quid ſit,& vſuræ definitio.*

## ALLEGATIO CXXXVII.

1 COmmune † Florentiæ habet
creditores Triplicis generis,
qui appellantur creditores
del Monte. Quidam ſunt cre-
ditores Montis ueteris. Quidã
Montis del l'un tre.Quidam Montis del l'un
dua.Creditoribus Montis Veteris reſponde
tur ad rationem quinque pro Centenario ꝑ
legem dicti Communis Florentiæ factam
ante mutuum, quæ coegit ad mutuandum,
& eſt uerum quòd dictis creditoribus & ha-
bentibus iura ab eis fuit reſponſum de ac-
ceſſione prędicta uerę ſortis per tantum tem
pus quòd aliqui perceperunt tantundem
quantum eſt ſors, quæ ſpectat ad eos & ali-
qui minus,aliqui plus.
2 Modò † dictum commune, pro ſua uti-
litate,& commodo procurando, & extenuã
do in effectu debito dicti Communis Florẽ-
tiæ uult facere legem,quòd pecunia, ſiue
creditum pecuniæ cuiuſq; montis dicti Cõ-
munis Florentiæ,excepto monte ueteri,uen-
datur,& uendi poſſit ac etiam permutari ad
uitam ementis, & unius alterius quem em-
ptor nominare uoluerit, cuiuſque ætatis fue
rit ſic emens ſicut nominandus, & ſic emen-
ti uel alteri nominato cum eo concedatur il-
lud lucrum, quòd ad præſens commune Flo
rentiæ dat tali creditori uendenti ſeu permu
tare uolenti ius ſuum cum pacto quod ſuper
uiuenti remaneat dictum creditum, & cum
pacto quòd poſt mortem utriuſque totaliter
ſit extinctum pro tempore ſequuturo; & cũ
pacto quòd liceat dictæ communitati redi-
mere dictum debitum ſoluendum creditori
pro pretio, & redemptione dicti iuris ad ra-
tionem.xxviij. pro centenario talis crediti;
& quod talis creditor teneatur ad dictam ra
tionem reuerendere dicto communi ad om-
nem eius uoluntatem, remanente dicto uen-
ditori lucro facto uſque ad tempus dictæ re-
uenditionis,Quæritur utrum iſte contractus
licite fieri poſſit ab utroque contrahentium.
Secundo † Quæritur ſi dicta communi- 3
tas uelit nouos creare creditores hoc modo
uidelicet,uẽdere redditum annuum ad ratio
nem qua reſpondet dictis creditoribus Mon
tium,& maxime montis del l'un Tre ad ui-
tam ementis & alterius nominandi ab eo,ut
dictum eſt pactis ſupra dictis.
Quæritur nunquid dictus contractus poſ-
ſit ab utroque contrahentium licite fieri.
Et quatenus ad primam quæſtionem, &
pro eius declaratione, ſunt plura exami-
nanda.
Primo † nunquid prædicti primi credi- 4
tores dictorum Montium de l'un Tre, & del
l'un Dua licite percipiant dictum lucrum;
Secundo † an licite uendant ius quod 5
habent in dictis duobus Montibus.
Tertio, nunquid † alij licite emant ab 6
eis idem ius poſito quod prædicti primi cre-
ditores licite receperint dictum lucrum.
Quarto † nunquid dicti alij emptores 7
prætextu dictæ emptionis licite percipiant
dictum lucrum quod a prædictis primis cre-
ditoribus percipiebatur.
Quinto † nunquid poſito quod dicti pri- 8
mi creditores dictum lucrum a dicta com-
munitate non reciperent licite, nunquid re-
miſſio facta pure libere per dictam commu-
nitatem prædictis primis creditoribus poſt
dictam remiſſionem uendere liceat primam
ſortem, quæ iam erat ſecundum hoc ex ſo-
lutione dicti illiciti lucri exinanita.
Et † proſequendo iſta per ordinem dico 9
ad primum, quod iſtam queſtionem exami-
nauit egregius Sacræ Theologiæ profeſſor,
Magiſter Gregorius de Arimino Frater He-
remita Sancti Auguſtini generalis Miniſter,
& ad partem quòd licite perciperent tale lu-
crum dicti primi creditores argumenta-
tur ſex modis. Primo quia licitum eſt reci-
pere quod gratis datur. Secundo quia licitũ
eſt contrahentibus vt ſe ſeruent indemnes.
Tertio

Tertio quia ſi ſine ſpe lucri aliquid mutuo ſingulari perſonæ, licite recipio ſi aliquid mihi gratis tribuatur. Quarto quia quando peccatum ſtat ad riſchium mutuantis, nō eſt vſura. Quinto quia propter bonum finem fit a dicta communitate. Sexto quia hoc eſt a papa conceſſum Venetis. In contrarium argumentatur per textum, quia quicquid ſorti accedit vſura eſt, & quod velis nomen imponas vſura eſt: & pro determinatione quæſtionis examinat tria. Primo quid ſit vſura. Secūdo an mutuare ad vſuram ſit peccatum; Ter-
10 tio an vſurarius obligetur reſtitutioni. † Et primo examinato damnat quorundam diffinitionem quæ habet quòd vſura eſt ex mutuo lucrum pacto debitum, ex eo quia non conuenit omni definito, & contento ſub eo, quia abſque omni pactione lucri exterius expreſſa per ſolam intentionem vel ſpem lucri ex mutuo fit vſurarius, & obligatur reſtitutioni, alleg. decre. Conſuluit de vſur. cum gl. & c. plures eod. tit. & ca. 1. 14. q. 3. Concludit vſuram eſſe lucrum ex tuo intentum aut ſuperabundantia ſeu incrementum quòd ex voluntaria commutatione quis habet vltra ea quæ prius ſua erant; Ex qua diffinitione infertur quòd poteſt haberi lucrum ex mutuo ſine vſura, puta ſi cui pure gratis ſine omni pacto, intentione ac exſpectatione mutuaueris, & poſtea recipias aliquid quod debitor tibi dedit propter mutuum ſibi factum, alias non daturus tamen non conſideratione mutui, ſed amicitia tantum ſe dare, liberaliter donare dicat, & qui mutuauit credat ipſum ſimpliciter donare, & datum velut ſimpliciter datum recipiat, hic non eſt vſurarius neque tenetur ad reſtitutionem quandiu durat talis credulitas, nec apparet cur oppoſitum rationabiliter credi debeat. Si autem eſſet intentio alicuius aliquid recipere, vſura eſſet, ſiue talis intentio eſſet ante mutuum ſiue in ipſo mutuo, ſiue poſt, quod probat quia talis intentio pro futuro tempore facit vſurarium vt ſupra probatum eſt, ergo & ſimiliter intentio pro præſenti, quia ſimilis culpa eſſe videtur velle habere cras lucrum pro mutuo quòd nunc facis vel pro eius vſu futuro aut pro eius vſu præterito velle habere nunc lucrum pro mutuo quod heri vel ante feciſti, vnde ſi quis purè mutuet à principio poſtea exigat aliquid vltra ſortem, vſura eſt; & non ſolum in eo qui prius mutuauit pure, ſed etiam in eius ſucceſſore quia ex puro mutuo nunc aliquid vltra ſortem exigit. Et ad ſolutionem deſcendendo dic quòd cum prædicta fiant per dictos primos creditores dictæ communitati nulla pactione præcedente eſt examinandum de intentione mutuantium, & ſi tales mutuantes, & recipientes tale lucrum habent aliquam intentionem lucri ſcilicet vel cum mutuant propter lucrum recipiendum vel cum lucrum recipiunt propter mutuū prius factum tale lucrū eſt vſura; & tenentur ad reſtitutionem ſi poſſunt, aliter ſunt in mortali, & ſi non poſſunt etiam in mortali ſi non habent voluntatē reſtituendi cum poterunt, Deprehenditur autem ſecūdum eum intentio dictorum mutuantiū examinando intentionem communitatis dantis ſeu dare ſtatuentis hoc lucrum. Nam aut cōmunitas dat vel ſtatuit dare ratione mutui recepti, ſeu recipiendi, ſeu vlterius retinendi aut alia ratione vel cauſa. Primo caſu ſi ipſi mutuantes talem intentionem ſciunt vel credunt vſura eſt, & ad peccatum & ad reſtitutionem tenentur, ſi autem tunc neſciunt, nec credunt, tamen poſtea innoteſcit eis talis intentio tunc ad reſtitutionem ipſius obligantur; immo & ſi communitas talem intentionem non haberet, & mutuantes crederent contrarium tenerentur ad reſtitutionem; ſi autem tales mutuantes neſciunt nec credunt talem intentionem communitatis, & ipſa cōmunitas nōn ex cauſa mutui, ſed ex alia cauſa rationabili & honeſta, puta propter reſtitutionem damni quod forſam mutuantes inde perpeſſi ſunt, vel propter beneuolentiam quam ipſi mutuantes in mutuando communitati oſtenderunt ſe habere ad communitatem, vel etiam ex mera liberalitate communitatis, tunc tale lucrum non eſt vſura, cum nō ſit lucrum inceptum ex mutuo datum, nam in primo caſu non poteſt cenſeri lucrum ſed reſtauratio damni ad quod de iure tenetur communitas quæ fuit cauſa compellendi illos ad mutuandum propter quam damnum paſſi ſunt, allega. quod not. de fideiuſ. capitulo. peruenit, quod intelligit ſi tale damnum paſſi ſunt ex eo ſolum quod talem pecuniam mutuarent, ſecus ſi alia culpa, allega. regulā damnum de regulis iuris. libro ſexto. & intelligit de damno quod conſiſtit in diminutione præhabiti, non de damno quod conſiſtit in perditione lucri polliciti, in quo ſecūdo damno quod non eſt certum poſſunt recipere licite aliquam recompenſationem, ſecundum conditionem pecuniarum & negociorum ſecūdum diſcretum iudicium prudentis viri conſiderantis ſi, vel quantum eo tempore alij ſimilem negotiationem vel artem exercentes cum æquali pecunia communiter lucrati ſunt, non tamen credit tantū dem deberi eis recōpenſari, & hoc propter plures labores quos non adhibent & pericula quæ non ſuſtinent imminentia circa lucrū negotiationis, vel aliud quod intendebant, ex quo non credit quod eſſe debeat vniformis taxatio, ſed quolibet anno taxanda eſſet ſecundum arbitrium ſapientis. Eſſet etiā conſiderandum quòd ipſi mutuantes tenebantur de iure in caſu neceſſitatis & defenſionis quæ imminebat contribuere de ſuo, & quòd ſine dicta defenſione forte perijſſent non ſolum lucra ſperata, ſed proprij lares & ſubſtātiæ aquiſitæ quæ multum habent extenuare intereſſe ſeu damnum ſeu perditum lucrum. In ſecundo vero caſu quando propter beneuolentiam communitas dedit huiuſmodi lucrum patet quòd non eſt vſura, nam hoc licitum fuiſſet antequam mutuaret, nec debet eſſe peioris conditionis propter liberū mutuum factum. Eſt tamen aduertendum ſecundum eum an ex aliquibus indicijs probabilibus potius ipſis mutuantibus dare ſtatuit tale lucrum, & plus mutuantibus plus dari; non obſtante quòd multi alij ciues vel ſimilia vel maiora beneficia contulerint communitati qui nullam remunerationem receperunt; Vel ex eo poteſt deprehendi quòd nō pro reſtauratione damni dedit communitas, ex eo quia omnibus mutuantibus datur nec eſt veriſimile quod æqualiter; ſed eſt poſſibile quod qui minus mutuauerunt, maius dānum paſſi ſint, tamen minus datur eis, quod non contingeret ſi propter reſtaurationem dāni daretur. Item quia forte apparet quod non eſt cauſa beneuolentiæ, quia ſi propter illam daretur, plus daretur ei in quo maior effectus beneuolentiæ probaretur, & quia poteſt contingere, quod ex maiori effectu unus mutuat centum quam alius M. lle, & tamen hoc non attenditur per dictam ciuitatem in datione dicti lucri, ad quod etiam facit quod illud lucrum non datur quando eſt ſoluta ſors, ſed quando communitas debito eſt liberata, tūc enim magna poſſet extimari liberalitas, ſed quando adhuc debitū manet ſatis poteſt præſumi quod propter mutuum tribuatur tale lucrum, quæ indicia, & ſimilia animi poſſunt aduertere & inquirere ipſi mutuantes. Non putat idem magiſter eos innoxios cum affectata ignorantia non excuſat: Nolint autem errare ſecundum eum & ſe ipſos decipere qui ultra ſortem recipiunt & reſpiciant quam intentionem habeant; & ſecundum præmiſſa & alia indicia, quibus poſſunt ſtudeant uidere qua intentione communitas huiuſmodi tale lucrum dare conſtituerit ſcientes ſecundum eum quod (ut dicit Apoſtolus) Deus non irridetur. Et hæc idem Magiſter de primo examinando prædicto; ex quibus ſatis euidenter colligitur eum ſenſiſſe quod prædicti primi creditores dictorum montium de l'un tre, & de l'un dua, minus licite percipiant lucrum prædictū. Quæ concluſio & determinatio uidetur iuſta & æqua & rationibus inferentibus comprobata ſaluis tamen ijs quæ ſuperius dictis apoſtillando ſcripſi, quæ tamen quantum ad hoc pertinet prædicti Magiſtri concluſionem non immutant.

Secundum examinandum prædictum ex
11 prædictis facile expeditur. † Nam ſi dicas primis creditoribus fuit reſponſum per dictam communitatem de conceſſione prædicta tantundem, uel plus; dicendum uidetur quod iſti non poſſunt dicta præſtita nec in totum nec in partem licite uendere. Ratio, quia iam receperunt totum quod recipere debebant, & ſic eſt eis ſufficienter à communitate ſolutum, & ipſa communitas ab eorū debito eſt libera, & ſic nullum ius habent ex mutuo prius facto quod de iure uendere poſſint, & ſic nec ab eis licet dicto caſu emi; Et hanc concluſionem firmat etiam dictus Magiſter per cap. 1. de uſur. Si uero non tantum, ſed minus receperunt, tantum, & non plus licite reuendere poſſunt, quantum ſors ipſa illud quod receperunt excedit, alleg. ſecundā partem dictæ decr. alleg. Si uero plus receperunt, non ſolum non poſſunt licitè uendere, ſed & illud quòd plus forte receperunt tenētur communitati reſtituere, nam illud utiq; uſura eſt illis, & uera dic in illo caſu, in quo ſecundum præmiſſa primi mutuantes cenſēdi ſunt uſurarij, prout in caſu noſtro cenſeri debent ſecundum concluſionem ſupra proxime firmatam in primo examinato. Porrò ſi mu-

ſi mutuantes ipſi nil à communitate recepe-
runt iuxta præmiſſa, ius habent ſuper com-
munitate pro tanto quanto conceſſerunt:nec
dubium quod illud ius vendere poſſunt.

12 Tertiũ † quæſitũ nunquid alij licite emant
ab eis. Dicit idem Magiſter eſſe inquirẽdum
de intentione ipſorum ementium, quoniam
vel emunt intentione lucri percipiendi a cõ
munitate, & ſic emendo peccant, & crimen
vſurarum incurrunt, nam ex tunc ipſi mutuũ
dant ſiue dant dilationem ſolutionis inten-
tione lucri, alleg. c. conſuluit de Vſur. vbi ſe-
cunda conſultatio eſt vtrum reatu criminis
vſurarij inuoluatur qui (vt vulgo dicitur) ali
ter parabolam iuramenti concedit, id eſt, di-
lationem ſolutionis admittit, donec quam-
uis ſine exactione emolumentum aliquod
inde percipiat, ad quam reſpondetur quod
ſic. Vel emunt non intentione lucri recipiẽ-
di, & tunc ſecundum eum niſi alia praua in-
tentio, vel mala circunſtantia reddat inten-
tionem inordinatam, licite emunt, & hanc
concluſionem firmat dictus magiſter. Quam
concluſionem non puto veram, quia cum
quæratur an licite ematur a primis credito-
ribus, oportet intelligi quæſtionem eo caſu
quo ipſi venditores licite vendant, qui quan-
do non licite vendunt expeditum eſt in pro-
ximo quæſito quod alij ab eis licite non e-
munt. Caſus autem in quo dicti mutuantes li
cite vendunt eſſe poteſt, vel quia vltra ſortẽ
nil receperunt, vel receperunt ſed in caſu li-
cito ſecundum pręmiſſa: quibus caſibus lici-
te vendere poſſunt, nec in hoc videntur ipſi
emptores habere inordinatam intentionem;
nec eſt verum dicto caſu quod ipſi ementes
ex tunc mutuum dent; nam eſt contractus
emptionis & non mutui; Nec eſt verũ quod
dent dilationem ſed expectant dilationem
datam authori ſuo, nec videtur verum quod
ſi dicto caſu emunt intentione lucri, quod
ſic emendo peccent, quia in contractu em-
ptionis non eſt reprobata ſpes lucri, de emp.
& vend. c. cum dilecti. & ca. cum cauſam. cũ
ibi no. & iſtis eſt addendum quod dicetur in
proxima quęſtione.

13 Ad † quartum quæſitum, vtrum ſcilicet
dicti emptores lucrum recipiant licite ab ea
communitate. Dicit dictus Magiſter, illud ꝑ
omnia dicendum eſſe quod dictũ eſt de pri-
mis mutuantibus, niſi quod eo caſu in quo
tam iſti quam illi peccarent iſti magis pec-
carent qui vltro ſe ingerunt ad huiuſmodi
exercitium vſurarum; illi vero requiſiti, &
aliquo modo forte coacti, Item eodem caſu
in quo iſti damnum incurrerent ex emptio-
ne talium præſtitorum non ſic poſſent con-
ſulere ſibi de lucro a communitate recepto,
quia ſuo damno apparet cauſam dediſſe, eo
quod non ad illius inſtantiam ſed propria cu
piditate ſe ingerunt. Hæc verba Magiſtri ſũt
mihi dubia nec bene concipio quid ſibi ve-
lit magiſter dum dicit, illud per omnia dicẽ
dum eſſe quod dictum eſt de primis mutuan
tibus; Nam ſi intelligit in eis, examinãdum
eſt de ipſorum intentione ea quæ ſupra exa-
minanda ſunt de intentione mutuantium,
Iſtud non congruit vt de ſe patet, tum quia
quo ad iſtos non cadit examinatio intentio-
nis communitatis, nec examinatio intentio-
nis vendentis vt de ſe patet. Item in caſu in
quo ipſi vendentes minus licite vendunt ut
ſupra expeditum eſt, quia ipſi emptores eme
re non poſſunt. Si autem intelligit dum di-
cit illud per omnia dicendum eſſe quod di-
ctum eſt de primis mutuantibus id eſt quod
eo caſu dicti etiam emptores dictum lucrũ
licite recipiant, tunc eſſet ſopita quæſtio an-
tiqua eorum qui dicebant, quod licet primi
mutuantes licite reciperent, non tamen emẽ
tes ab eis, quod dictum non videtur ratione
fulciri. Nam tunc cum demum ſecundum
præmiſſa primi mutuantes licite recipiant,
quando ſi non pactione ſi non ſpe uel inten-
tione lucri tam a parte communitatis quam
a parte mutuantis, dono, puta beneuolentia,
reſtitutione damni aliquid recipiunt, quare
tam iuſtum debitum vendere non poſſunt &
alius ab eis licite emere; Non apparet, an
tamen Magiſter ſic intellexerit per alia ſua
dicta ſatis dubito.

14 Ad † quintum quæſitum uidelicet, Nun-
quid remiſſio facta pure libere per dictam
communitatem pro dictis primis creditori-
bus de dicto lucro in caſu in quo eſſet illici
te receptum, ualeat in foro conſcientiæ ita
quod eiſdem primis creditoribus poſt dictã
remiſſionem uendere liceat primam ſortem
quæ iam erat ex ſolutione dicti illiciti lucri
exiuanita. Et arguendo uidetur quod ſic, q̃a
remittere idem eſt quod dare de teſt. capitu-
lo. ueniens, & ſic per reſtitutionem remitti-
tur peccatum ut eſt regula iuris. c. peccatum
de reg. iur. in 6. ita per remiſſionem, & quia
ſatisfactum



ſatisfactum intelligitur qualitercunque ſa-
tisfiat. ff. de accuſat. l. ſi rem. §. ſatisfactum, &
hoc in materia propria not. glo. in d. regula.
Peccatum; In contrarium videtur quòd li-
cet remiſſio vel finis facta de vſuris obſtet
vſuras repetenti in foro contentioſo propter
dicta iura, quia in dicto foro præſumitur ſic
actum prout ſcriptum reperitur; tamen in
foro pœnitentiali vbi cogitationes hominũ
omnipotenti Deo nequeũt occultari de vſu.
c. in ciuitate. videtur requiri actualis reſtitu-
tio vt in d. reg. Peccatum, & infra eod. c. cum
tu. de vſur. vel ſaltem ſecũdum Dinum in d.
reg. quod res ſit reſtitutioni parata, quia tunc
finguntur reſtituta ac poſtea reſtituenti dona
ta arg. ff. de donat. inter vir. & vxor. l. 3. in fi-
ne. de iure dot. l. vir ab eo, ſi cer. pet. l. ſingula
ria. circa finem, & de ſolut. l. proculo, & ff. de
rei vendi. hoc ſi res, alias ſecundum eum non
remittitur peccatum; Ioan. And. ſuper d. reg.
in nouel. dicit in ijs multum animum ponde
randum, nec tutum putat illum qui gerit in
mente non reſtituere remiſſione nõ facta, Fe
de. de Senis in opere ſuo. 18. ſuper iſto articu
lo diffuſe allegat pro & contra, & concludit
quod ſi is cui debet reſtitui pecunia uſura-
ria vel male ablata, non coactus, non dece-
ptus, non circumuentus, & omni dolo & cal-
liditate, vi & metu ceſſantibus & precibus
vel ſeruitiorum exhibitione inductus, pecu-
niam ſibi debitam, non oblatam non reſtitu-
tioni paratam vſurario remittat, liberatus eſt
vſurarius à reſtitutione per iura pro hac par
te inducta. Dic tamen quod non eſt liberatus
a peccato quod contraxit exercendo uſuras
niſi de illo peccato pœnitentiam agat. Nam
in re male ablata obligatur quis pœnæ æter-
næ per peccatum mortale quod contraxit
auferendo rem a proximo illicite, & obliga
tur proximo ad reſtitutionem rei; Duos er-
go offendit, Deum & Proximum, & ſic duo
bus ſatisfacere tenetur. de vſu. c. cum tu. ante
finem, & hoc ſecundum eum videtur tenere
Archi. de vſur. c. 2. lib. 6. ſuper uerbo ſatisfa-
ctionem, Dicit enim ſatisfactionem accipia-
mus quomodocunque voluntati creditoris
ſatisfiat. alleg. de pign. act. l. ſi rem. §. omnis.
uerſi. ſatisfactionem: Hoc etiam uidetur te-
nere Hoſt. per eadem iura ſuperius allega-
ta in ſumma de uſuris. §. quæ pœna. uerſic.
quod ſi fœnerator uer. dicendum eſt igitur.
Et per prædicta poſſet dici ſecundum d. D.
Fede. quod aliquibus dictorũ uidetur, quod
ſi uſurario perſeueranti in crimine nõ diſpoſi
to ad aliquam reſtitutionem, is qui debet re-
cipere uſuras motu proprio uel ad petitio-
nem uſurarij remittit uſuram ſibi debitam, li
beratus eſt uſurarius a reſtitutione rei, non
tamen a peccato quod contraxit uſurarius
fœnerando; & ſic intelligendo ſaluatur ſecũ
do eum opinio uulgi quæ contradicit, Et ſe-
cundum iſtam communem quæ uidetur ue-
ra de iure, patet reſponſum ad quæſitum, ui-
delicet quod ſi dicta communitas motu pro-
prio uel ad preces creditorum remitteret di
cta lucra ipſis mutuantibus & non paratis ad
reſtitutionem, ualeret dicta remiſſio, & libe-
rati intelligerentur creditores a reſtitutione
dictorum lucrorum etiam ſi illicita eſſent,
non tamen a peccato quod commiſerant exi
gendo, de quo pęnitere deberent ſicut de ali
is ſuis peccatis, & per conſequens ſuæ primę
ſortes remanent liberę, & ipſa communitas
remaneret obligata eiſdẽ licite in dictis ſor-
tibus, & per conſequens ea poſſunt uendere
licite ut de ſe patet. Ex quibus ſic examina-
tis, patet reſponſum ad primam principalem
quæſtionem, uidelicet quod dicti primi cre-
ditores qui de ſuis ſortibus tantundem uel
plus receperunt, ſeu minus ultra reſiduum
ſortis uendere licite non poſſunt, nec ab eis
licite emi per rationes allegatas in primo
examinato, uerum ſi dicta communitas re-
mitteret dicta lucra dictis primis creditori-
bus, ſecundum ea quæ ſupra in quinto, & ul
timo examinato dicta ſunt; cum dictæ ſor-
tes remaneant liberę ut præfertur dicto caſu
uendi poſſent, & licite ab eis emi: An tamen
cum pactis, & modis de quibus quæritur in
prima quæſtione, & maxime cum haberet
certos annuos redditus in pecunia dubium
eſt; quod examinabimus in ſequenti princi-
pali & ſecunda quæſtione, in cuius determi
natione firmabitur reſponſio ad utranque
quæſtionem.

15 Ad † ſecundam principalem quęſtionem
qua quęritur ſi dicta communitas nouos ue-
lit creare creditores hoc modo uidelicet, uen
dere redditum annuum ad rationem qua re-
ſpondet d. creditoribus Montiũ, & maxime
Mõtis del l'un Tre ad uitã emẽtis & alterius
nominãdi ab eo, cũ pactis prædictis; nũquid
dicti contractus poſſint ab utroq; contrahen
tium fieri; Et hæc quæſtio nauigat alto mari
turbido

turbido ideſt non clare definito. Nam aliqui dicunt quòd ſi quis emat redditum alicuius Caſtri ad vitam ſuam,uel ſuam & hęredum, vel ad certum tempus tenendos, ſi redditus communi extimatione non excedit annuatim redditum, qui de tanta pecunia in terra empta potuiſſet haberi,licitus eſt cōtractus; ſi vero excedat communiter eſt illicitus,arg. decr.conſuluit de vſur. Sed iſti non aduerterunt quòd in tali contractu ſors perit ad vitam emptoris; vbi emendo pure terram eſſet redditus perpetuus, Alij dicunt quòd quādo in perpetuum emitur licitus eſt contractus quia licitum eſt contrahentibus ſe decipere in pretio.ff.de minor.l.in cauſa la.2.§.pœnę ſecundum Innocen.& Hoſtien.dicit hoc tenendum quod tales contractus in perpetuū, & ad tempus, & certum cenſum, & ſine, regulariter ſunt liciti,dummodo contrahentes non decipiantur vltra dimidiam, & dummodo in fraudem vſurarum nil fiat, alias ſecus. alleg.de empt.& ven.c.ad noſtram.ff.de act. empt.& vendi.l.iulianus.§.item Papinianus. C.de vſuris.l.eos qui,& quod not.de vſur.c. Tua,& C. de pact. inter empto.& vendito.l. 2.Alij dicunt & forte bene ſecundum Innocen.quòd ſi quis emit redditum conſtitutum ante contractum,ſiue conſtitutus fuerit in re puta in domo vel poſſeſſione, vel alijs huiuſmodi; ſiue in perſona puta ſerui vel liberi vel ruſtici, vel actione vel nomine, ſiue ſit certus redditus ſiue incertus: Item ſiue ſit ꝑpetuus contractus ſiue ſit ad vitam hominis, ſiue ſit ad certum tempus,ſiue redditus ſit in pecunia, ſiue ſit in alijs rebus,ſiue in facto, ſemper in omnibus præmiſſis reputant contractus licitos, quia eſt ibi liberus & purus contractus venditionis, nam ibi eſt pretium ſcilicet certa pecuniæ quantitas; item ibi eſt merces ſcilicet certus redditus vel cauſa vel annona.C.de ſacr. ſanct. eccl.l.iubemus. in prin.Auth.de reb. eccle. non alie.§.ab Anaſtaſio.Nec obſtat ſecundum eos decre.in ciuitate. de vſuris quæ videtur facere contra quia non eſt dubium quod vſq; ad illud tempus ſaltem longum, plus percipiet de redditu,quam ſit precium, quia dicunt quod hæc certitudo non facit illicitum contractum venditionis; cum etiam ſit in venditione alicuius Poſſeſſionis; vbi certum eſt quòd plus accipietur de certis fructibus eius quam ſit pretium quod poſtea datur,& in decre.in ciuitate de vſur.tantum reprehenditur quando carius vendit mercem per terminum quē dat prolixum emptori ad ſoluendum pretium,ſiue pecuniam, vel quia pro minori emit mercem qui ſtatim dat pecuniam,& prolixius tempus expectat mercem quæ penitus ſunt illicita; ſed in caſu noſtro omnia ſunt præſentia, quia nec venditur tempus ſed res quia res ipſę de quibus dicitur ſcilicet redditus vel actio tantum valebunt, vel ad minus creduntur valere ſubſequentibus temporibus quātum modo valent, vel adminus eſt dubium, & hoc ſufficit ad hoc vt contractus ſit licitus; Idem intelligunt quidam ſi redditus vel nomen propter hoc conſtituatur de nouo in rebus vel perſonis alijs contrahentibus, puta quia dicit emptor, Tu conſtitues tales redditus in tali poſſeſſione, vel ſeruo, vel facies quòd talis confitebitur ſe debere tibi mille vſque ad annum, & ego de illis mille,vel magis de actione pro illis mille cōpetente tibi dabo quinquaginta, nam dicunt omnes contractus illos licitos, quia non eſt hic mutuum ſed emptio. Item multi caſus poſſunt interuenire, quòd iſte emptor amittet in iſto contractu, puta ſi inops fieret nomen.vltimo concludit ipſe Innoc.conſulendum eſſe omnibus fidelibus quòd ab huiuſmodi contractu abſtineant,ſcilicet quòd de nouo propter hoc conſtitutum redditum vel actionem emant; Quicquid tamen dicatur, iſti contractus ex quo fiunt per modum emptionis, ſine fraude vſurarum, & ſine deceptione vltra dimidiam uidentur liciti, & ita ſentit Hoſtien.& Ioan.And.poſt eum in Spe. ſuper Rubr. de vſuris; Et hinc fiunt contractus cum eccleſijs per quos emunt aliqui ab eccleſijs certas poſſeſſiones tenendas toto tempore vitæ ſuę ita ut poſt mortem eorum ad eccleſiam redeant, licet Rain. & Gof.iudicauerint talem contractum uſurarium, quos reprobat Hoſt.in ſumma de vſur.vbi tales contractus a iure uidentur approbari, ut ipſe ponit in ſumma de contra. Empt. & de prec. per totum & probantur tales contractus per c. primum & 2.de precario.& 10.q. 2.de precario. capit. ſi Iconomus. Sed quia communiter dicunt doctores hoc uerum niſi ſit deceptio ultra dimidiam, eſſet examinādum quando ſeu quæ in talibus contractibus dici poſſit deceptio vltra dimidiam, & quia tales contractus fiunt ad uitam aliquando

unius,



unius, aliquando duorum uel plurium, aliquando Iuuenum, aliquando ſenum,eſt hoc difficile, & iura canonica, & ciuilia uidentur uoluiſſe hoc taxare. Nam l.1.de ſacr.ſan. eccle.C. canonizata.10. q.2 ca.ſi iconomus. uidetur dicere quod ſi uelis dare rem tuam eccleſiæ,& recipere ad uitam tuam rem aliā eccleſiæ poteſt recipere duplum,canon uero in d.cap.precario,uidetur dicere de Triplo, & gl.in d. can.reducens ad concordiam, dicit quòd canō qui loquitur de Triplo loquitur in eo caſu cum ſenex eſt uel debilis qui recipit rem eccleſiæ; & Vg. & Lau.dicunt ꝙ tale ius ad filios & hæredes non tranſmittitur, ſed tantum in diebus uitæ recipientis. Item dictus Canon dicit quòd ſi dono eccleſiæ proprietatem rei meæ, ſed tamen uſum retineo,eo caſu non Triplum ſed duplum tātum ab eccleſia recipio;Ex quibus iuſtus iudex inſtrui poteſt, & informare animi ſui motum, & diſcernere quando in huiuſmodi contractibus eſſet deceptio ultra dimidiā. Ex quibus omnibus patet reſponſum ad ſecundam principalem quæſtionem prædictā. Quod uidelicet dicta communitas poteſt nouos creare creditores, & uendere annuum redditum,& ſuper hoc ab utraque parte contractus poteſt licite iniri cum pactis & modis quæſitis;Hoc ſolum reſeruato & non deciſo,An per conſtitutionem talium reddituū de quibus quæritur ſcilicet.xv. pro centenario,& ad uitam duorum cuiuſcunque ætatis poſſit dici deceptio ultra dimidiam,& quòd poſſit notari deceptio ultra dimidiam, faciunt prædicta iura canonica,& ciuilia quæ minorem taxam fecerunt in huiuſmodi lucris: Quod autem notari non poſſit facit pactum in dicta uenditione de qua quæritur appoſitum, videlicet quòd dicta communitas poſſit ſe liberare redimendo dictos redditus conſtitutos; in quo pacto ſi bene aduertatur, magnum commodum, & prærogatiua ipſi communitati relinquitur, hoc tamen pro nunc ego non firmo. Lapus de Caſtiglionchio de Florentia Decretorum Doctor.

*SVMMARIVM.*

1 *Clericus promotus ad primam tonſuram per quendam Abbatem cui idem clericus non erat ſubiectus, nunquid ex tali ordinatione ordinem receperit ſeu ſibi caracter in animam impreſſus fuerit & num.5.*

2 *Item poſito quod ordinem receperit an careat executione & an ſit ipſo iure ſuſpenſus,& num.8 9.*

3 *Item quid importet huiuſmodi executionis carentia poſito quod ex ea cauſa careat executione dicti ordinis & nu. 15.& 17.*

4 *Item poſito quod talis carentia executionis porrigatur ad omnia quæ rite ordinatus conſequi deberet,quod ſit remedium ipſi clerico ita quod impetratio beneficij ſuſtentari poſſit & numero. 18.20 21.22.& 23.*

6 *Abbates non omnes poſſunt primam tonſuram conferre.*

7 *Tonſuræ nomine quid accipiatur.*

10 *Suſpenſionis effectus quis ſit.*

11 *Tonſura prima an ſit ordo.*

12 *Decret cum contingat de Acta.& qual. declaratur.*

13 *Epiſcopum alterius ſubditos ordinare nō poſſe ſine licētia, quomodo ītelligatur.*

14 *Tonſura ſeu pſalmiſtatus a quibus poſſit conferri.*

16 *Actus exterior dicitur ſignaculum, effectus interior dicitur poteſtas.*

19 *Probatio in facto antiquo non requiritur multum ſeuera.*

24 *Surreptio quæ præſupponat ad hoc ut dicatur interueniſſe.*

## ALLEGATIO CXXXVIII.

IN Chriſti nomine Amen. Pater filium parum ultra ſeptimum progreſſum ex deuotione promoueri fecit ad primā tonſuram per quendam Abbatem cui idem filius ſubditus non erat,de licentia tamen, & commiſſione uel literis cōmendaticijs ſui Diœceſani non apparet.Deinde filius ipſe in ętate procedens, & ſe gerens & credens pro clerico rite ordinato, ut etiam indifferenter ab alijs habebatur, in-

ceſſit

ceſſit in abitu, & tonſura, & honeſte & vt clericus viuens literarum ſtudijs laudabiliter ſe exercuit: Deinde ad uirile robur & ętatem integram applicans, non dolo, malitia, vel fraude, ſed ſe rite ordinatum arbitrans de prædictis quæ ignorabat nulla habita mentione, impetrauit à ſede Apoſtolica canonicatum ſub expectatione præbendę in Eccleſia Vicentina certo ſibi ſuper hoc ab ea ſede executore deputato, ubi demum uacantibus canonicatu, & præbenda, per obitum unius ex canonicis ipſius Eccleſię; idem executor eoſdem eidem authoritate apoſtolica contulit & de illis ſibi prouidit.

1 Hic primum † quęritur an filius idem ex ordinatione dicti Abbatis ordinem receperit, ſeu ſibi in animam Character ordinis impreſſus fuerit.

2 Secundo quæritur ſi ordinē recepit, † ſeu ſi Character impreſſus fuit, an careat executione talis ordinis.

3 Tertio quęritur † poſito quod ex ea cauſa careat executione dicti orninis, quid importet, quid implicet huiuſmodi executionis defectus uel carentia, ſeu ad quid ſeu ad quos actus porrigatur.

4 Quarto, † & ultimo quæritur poſito ꝙ talis carētia & defectus dictę executionis porrigatur generaliter ad omnia quæ rite ordinatus ex beneficio prætextu vigore uel occaſione talis ordinis conſequi deberet uel poſſet, quòd ſit remedium dicto clerico, & quæ huius morbi ſit medicina quæ ipſum reducat ad integrum ſtatum dicti ordinis, & ſuæ executionis, ita quod etiam iam facta impetratione collatio prædicta dicti beneficij ſuſtentari poſſit, & ipſe bonæ fidei, & innocēs clericus defenſari à calumniantium, & ęmulorum morſibus.

5 Et reducendo limam † iuris ſuper prædictis omnibus ordine præmiſſo uenio ad primam, Vbi ſciendum eſt, uerum eſſe quòd nō omnis Abbas poteſt minores ordines ſeu primam tonſuram conferre, ſed ille demum Abbates qui benedicti ſunt, non dico de benedictione ſimplici, quam etiam ſimplex Monachus recipit; ſed de ſolēni quæ requirit examinationem & quæ fit diebus Dominicis, & feſtiuis, & quæ Abbati non ſacerdoti de iuris rigore impendi non debet; licet Rom. Curia in hoc vltimo ſeruet contrarium, & huiuſmodi Abbates hoc obtinent, & conſuetudine vel indultu Apoſtolico prædicta probātur & not. in c. quoniam. 59. diſt. de ætat. & qual. cap. cum contingat, de priuil. ca. Abbates lib. 6. hoc etiam no. 23. diſtin. Pſalmiſta.

6 † Ad quæſtionem igitur reſponderi oportet cum diſtinctione. Aut is Abbas qui primam tonſuram contulit non erat ſolemniter benedictus, nec talem poteſtatem habebat ex priuilegio Apoſtolico vel alio iure ſpeciali, & planum eſt quod nec ordinem contulit, nec Caracterem impreſſit deficiente poteſtate per præallegata iura. Is autem qui ordinatur ab eo qui non erat epiſcopus iterum debet ordinari. 68. diſt. c. 2. & 3. & de voto, ca. fi. in glo. pen. Ita & præfatus clericus dicto caſu tanquam ordinatus immo verius non ordinatus à tali Abbate qui quo ad hoc loco epiſcopi haberetur, vt prædixi ſolemniter benedicto vel priuilegiato, ſeu alio ſpeciali iure munito. Si autem erat benedictus vel aliàs vt præfertur ſuper hoc munitus, tunc dicendum eſt quod ordinem contulit, & caracterem impreſſit in animam, quicquid ſit de executione ipſius ordinis, quod proxima ſequenti quęſtione examinabo, ſicut enim Epiſcopus non inuitatus ordinans in aliena parrochia Clericos alienos confert ordinem & imprimit caracterem, licet non executionē, ita Abbas in ſuo Monaſterio non ſubditos ordinās vt ſcribit Archid. 59. diſtin. quoniā. vtrobique enim deficit iuriſdictio ſed non poteſtas ordinandi. Hinc eſt quod tales Abbates inuitati poſſunt monachos alterius Monaſterij ordinare. 59. q. 2. Lugdunen. & ibi not. & non ſolum monachos ſed alios ſubiectos vt not. Archid. in d. cap. quoniam. 59. diſt. alleg. de reg. iur. cap. cum interea. ꝙ etiam approbat Hoſt. vt ipſe Archid. ibi refert, & licet in d. cap. quoniam. 59. diſt. dicat quod tales Abbates poſſunt conferre Lectoratum idem intelligendum de alijs minoribus quia eſt eadem ratio, & ſic de facto ſeruatur ſecundum Hoſt. & Rain. in ſumma de Epiſcopo qui ren. Epiſc. Idem ſentit Inno. ut
7 ſcribit Archid. in d. cap. quoniam: † & quia nomine tonſurę accipiuntur aliquando tres minores ordines videlicet Pſalmiſtatus; oſtiariatus, & lectoratus; & hos tales licet huiuſmodi Abbatibus conferre in ſuo Monaſterio, exorciſtatum vero, & Acolitatum nō. 59. diſt. cap. vltimo & not. gloſſ. 59. diſt. cap. Tonſura. Aliquando tamen immo communiter



niter accipitur tonſura pro Pſalmiſtatu non autem pro ſimplici inciſione capillorum, nam talem tonſuram poſſet etiam fœmina facere, vt no. glo. in pręalleg. capit. Tonſura. 59. diſtin. De hac autem prima tonſura infra ad alium finem latius dicam. Concludo igitur ad hanc primam quęſtionem quod Abbas noſter ſi erat ſolemniter benedictus, vel ſuper hoc vt prædixi alias ſpecialiter munitus, potuit dicto clerico in ſuo Mon. & etiam extra quo ad Caracteris impreſſionem (etiā poſito pro modò quòd prima Tonſura ſit ordo clericalis de quo tamen infra dicam) dictam primam Tonſuram conferre, quicquid ſit de executione, de qua infra longe lateque dicturus ſum. Si autem Abbas talis non erat prædicta facere nequiuit vt ſupra probaui. An autem talis eſſet vel non facti quæſtio eſt ad quam iuris reſponſio non porrigitur extra de ſpon. c. de muliere, cum ſimilibus, & hoc de prima quæſtione.

8 Ad ſecundam quæſtionem † vtile eſſe arbitror, in pro & in contrarium, pro inueſtigatione veritatis aliquid dicere: Magna enim lux oritur ex cōtrariorū vicinitate: Et primo videtur dicendum quòd talis clericus taliter ordinatus careat executione ſic ſuſcepti ordinis: Nam idem dicimus de ordinato per *non ſuum* Epiſcopum vt not. 59. diſtin. capit. *quoniam* pari ratione hoc dicendum in ordinato per prædictum Abbatem, nam ordo confertur & caracter imprimitur ex efficacia ordinis, & conſecrationis Epiſcopalis, & ſolemnis benedictionis Abbatialis, ſed executio deficit propter defectum iuriſdictionis, ſine qua exercitium officij talis ordinis attribui non potuit, ſicut electionem Canonicam acquiritur ius prælaturę, immo etiam ius adminiſtrandi; & exercitium adminiſtrationis non habet, ſine ſuperiorum confirmatione vt plene ſcribit Archid. 23. d. in nomine, & 62. diſtin. quanto. quòd primo dixi probatur. 9. quæſt. 2. per totum 71. diſtinct. Capitul. 1. not. gloſſ. in capit. eos. de epiſcopi
9 ord. libro ſexto. † Incontrarium videtur ſcilicet quòd taliter promotus ad primam tonſuram non careat executione. Primo quia taliter ordinatus non eſt ſuſpenſus ipſo iure licet poſſit ſuſpendi, & licet celebret diuina officia non efficitur irregularis, circa quod infra plenius dicam in tertio remedio vltimæ quæſtionis quod dictabo aduerſus hunc effectum prædictæ ordinationis, & quod prędixi placet Archid. vt infra ibi dicam, & idem dicimus de clerico per ſaltum promoto, vt no. Inno. de clericis. ex cap. ſi celebrat, & idem Hoſtien. vt ſcribit Archid. 53. diſt. ſollicitudo ſcilicet quod tales non ſint ſuſpēſi ipſo iure nec efficiantur irregulares ex celebratione diuinorū, & idem Specu. in Spec. de offi deleg. §. iuxta propoſitionis ver. quidam tamen dicunt, ſi ergo non eſt ſuſpenſus ſed ſuſpendendus donec ſuſpendatur non caret executione ſuſcepti ordinis, nam eo ipſo quod careret executione ſuſpenſus eſſet,
10 † hic enim eſt effectus ſuſpenſionis vt ſit quis prohibitus executione ſui ordinis. Cum igitur Clericus noſter ab homine ſuſpenſus non eſſet, nec vt præfertur à iure patet & infertur quòd non careat executione ſuſcepti ordinis. Non tamen ignoro quòd gloſſ. in ca. eos de Temp. ord. libro ſexto. dicit quòd ipſe talis eſt ſuſpenſus ipſo iure ſed non ea ſuſpenſione quę irregularitatem inducat quod dictum ego non capio, nam neſcio quæ ſpecies ſuſpenſionis ſit, nec probatur iure, vel poſito quod dicta gloſſ. ſit vera, tamen ſicut dicta ſuſpenſio de qua dicit gloſſ. non habet efficaciam inducendæ irregularitatis, multo minus vitiandi impetrationem vel collationem beneficij ipſi tali ſic ordinato factam, vt dicam infra proxima quæſtione.

11 Secundo † ſi illa opinio eſt vera quam ſequuntur magni noſtri iuris præceptores, videlicet quòd prima Tonſura non ſit ordo clericalis ſed quædam diſpoſitio ad ordines, & requiratur ad bene eſſe, & non ad eſſe, vnde ſecundum eos eſt diſpoſitio congruitatis nō neceſſitatis, & ideo dicunt quod ſunt tantum ſeptem ordines qui nominantur. 93. diſtin. à ſubdiacono. & 77. diſtin. illud nec nominatur ibi Epiſcopus vel Pſalmiſta, ſiue prima Tonſura, quia ſecundum eos prima Tonſura non eſt ordo, nec ibi confertur caracter, & hoc ideo quia ſecundum eos oportet aliquem eligere in ſortem domini, & poſtmodum eum eligere in malitiam per clericatum; hæc ſcribit Archid. 11. diſt. Pſalmiſtæ, hoc expreſſe firmat Vinc. 23. diſtinc. Pſalmiſtę refert Archid. Si hęc opinio eſt vera tunc prohibitiones, & pęnæ appoſitæ ordinātibus clericos alienos, & ipſis clericis ſic ordinatis non extenduntur ad primam Tonſuram,

quæ ſecundum hoc non eſt ordo, quia pœnæ ſunt molliendæ. de pœni. diſtin.1. pœna, & in regula iur.in pęn.libro ſexto cum concordantibus.

12. Fateor tamen quod iſta opinio † videtur confundi per decret. cum contingat.de ętat. & qual.in fine,ibi per primam tonſuram iuxta formam Eccleſiæ datam à talibus clericalis ordo confertur: ſed licet iſte textus ſic loquatur large,tamen antiqui tex.Decretorum non ſic loquuntur, vnde decret.eos qui de temp.ord.libro ſexto,non prohibet conferri per alienum Epiſcopum primam tonſuram, ſed dicit præſumpſerint ordinare, idem dicit.capitul.2.eo.lib.& tit.cap. nullus eodem tit.dicit, clericalem conferre Tonſuram non dicit primam, vnde d.tex. capitul.cum contingat,poſſet ſic intelligi & exponi, videlicet ordo clericalis confertur non ſtricte vel principaliter ordo, ſed largo modo loquendo ordo ideſt diſpoſitio ad ordines, ſicut aliàs largo modo loquendo etiam minores ordines dicuntur ſacri; Et hoc eſt quòd dicebat Vin.& refert Archid.in capit. Pſalmiſta.23.diſtinc.quod pſalmiſtatus non erat de principalibus ordinibus, & ob hoc dicebat Innoc. in dicto capitul. cum contingat. de ætat.& qual.quod ſi ordo pſalmiſtatus,lectoratus, oſtiariatus, omittantur,non ſunt repetendi ſecus in alijs, ſed poſſet hoc loco aliquis dicere, ſi prima tonſura non eſt ordo ergo clericus noſter non potuit beneficium eccleſiaſticum obtinere,& ſic incidis in ſcillam cupiens vitare caribdim vt cap.ex literis de tranſ.& ibi not.gloſſ.in cap.cum adeo de reſcrip.Solutio; Comp.in dicto cap.cum adeo tenet contrarium, ſcilicet quod is qui incedit in habitu clericali iam animo deſtinatus eſt clericus,quare ſecundum eum poteſt beneficium eccleſiaſticum impetrare; & licet ego hoc non credam verum, per ſolam habitus delationem; tamē iſtud credo,quod prima tonſura cum ſolemnitate eccleſiæ collata,licet non eſſet principaliter ordo,vt voluit Vinc. & Innoc. habilitaret quem ad beneficium,quia hic taliter non ſolum deſtinatus animo eſt clericus, ſed etiam iam in ſortem domini aſſumptus, & factus eſt eccleſiaſtica perſona, & habilitatus ad clericatum, vnde beneficium eccleſiaſticum obtinebit præambulum ordini, ſicut ſępe conſtitutus in minoribus obtinet beneficium quòd requirit ſacrum ordinem, & poſt adeptum beneficium ad ipſum ordinem promouetur,de elect.c.cum in cunctis, & c.dudum,& ex eo quòd lib.6. cum ſimilibus, & facit ad hoc ſtilus curiæ Rom. qui vtitur tali clauſula in collatione talium beneficiorum, videlicet (Dummodo ſtatutis à iure temporibus ſe faciat ad ordines promoueri quos ipſius cura beneficij requirit) præcedit ergo collatio beneficij infra ordinem ſubſtantialem ad ipſum beneficium ita quoque habens primam tonſuram,& aſſumptus in ſortem domini,& habilitatus ad ordines,& quòd nouitius clericus beneficium obtineat, & poſtea ordinetur, ſicut & nouitius religioſus gaudet priuilegio clericali ante profeſſionem, de ſent. excom. relig.lib.6. & intelligo de beneficio cui primus ordo ſufficit, non enim intelligo quòd curatum obtineat quia ſine gradu per ſaltum & per abrupta aſcenſum quęreret, & faciunt ad hoc rationes ſignificatæ per Cóp. in dicto cap. cum adeo. de reſcrip. Tertio ſi illa alia opinio eſt vera,videlicet,quòd licet alienus Epiſcopus non poſſit ſubditos alterius ordinare ſine licentia diœceſani.hoc eſt verum de clerico alieno, ſecus de Laico; de qua opin.not.71.diſtin.primatus,licet Inno. videtur hoc ſentire de clericis notorijs vt fuit veſter,hoc ipſe not. de præbendis.capit. cum iam dudum.Archid. tamen in prædicto cap.Primatus tenet contrarium per.cap.nullus de temp.ordin.lib.6.ibi, homini diœceſis alienæ, vt etiam ibi dicit gloſſ. ord. ſed poſſet dupliciter reſponderi, Primo quòd verbum homini reſtringitur ad hominem clericum non ad hominem laicum, ut intelligamus verba ſecundum ſubiectam materiam,de ſponſ.ex literis; Secundo poteſt reſponderi vt in dicto cap.primatus not.& Innoc.in dicto cap.cum iam dudum, videlicet quòd non liceat laicum non ſuum ſubditum ordinare ſine licentia, vt ipſum ſic ordinatū vel ordinandum pro ſuo velit vſurpare, ſed vt ſic ordinatum eum relaxet ſuo epiſcopo quia hic nulla iniuria, & ita videtur loqui textus in c.primatus, ibi vſurpare &c.vt ibi etiam ſolet notari:hoc etiam ſuadet ratio; Si enim quilibet epiſcopus in ſua diœceſi non requiſito imperatore domino, laicum ordinet,& ſubtrahat à iuriſdictione domini Imperatoris quare quilibet epiſcopus alio irrequiſito, hoc non poterit, cum proprie laicus





non ſit ſubditus diœceſano niſi caſibus infraſcriptis; & poteſt fingi laicus qui non ſubiacet alicui caſui de prædictis quorum occaſione dicuntur ſubiecti epiſcopis, & maxime cum ordinet non vt illum ſubtrahat ſuo diœceſano ſed vt illum ſibi melioratum vt ita dixerim relaxet; Cum ergo hic clericus de quo loquimur eſſet purus laicus tempore dictæ primæ Tonſuræ,& ordinatus per Abbatem qui illum ſuum facere nolebat nec poterat quia non erat epiſcopus ſed Abbas, videtur potuiſſe ordinare de iure ſine licentia, & ſic executione ſuſcepti ordinis carere non debet.

14 Quarto † ſi vera ſit illa opinio quæ habet quod prima tonſura ſeu pſalmiſtratus ordo poſſit conferri à quolibet ſacerdote, quæ opinio videtur placere Rayn. de ſacerdote curato, Inno. videtur placere de omni preſbytero curato & non curato, de ſup.negli. prælat.& de ætat.& qual.capit. cum contingat.& Vinc. ibi, & Archid. refert iſta, & ſequitur hanc opin.23.d.pſalmiſta, & not.hoc gloſ.cap.quoniam.59.diſtin. per cap.pſalmiſta.33.diſtin.Si ergo talis prima tonſura poteſt à quolibet ſacerdote conferri, ergo prædictus Abbas potuit prædicto clerico noſtro dictam primam tonſuram conferre, & ſi nō tanquam Abbas tamen inquantum Sacerdos erat,& ſi ſic potuit ceſſat defectus executionis ordinis; qui procedit à defectu iuriſdictionis, & potentiæ ordinantis vt ſuperius dictum eſt. Concluditur ergo ad iſtam quæſtionem quod dictus clericus non careat executione dicti ſuſcepti ordinis, ſiue primæ tonſuræ ſi aliqua de prædictis opinionibus ſit vera quæ vere probata ſunt per iura & rationes ſuperius allegatas.

15 Ad tertiam quæſtionem † Dico quod effectus carentię executionis ſuſcepti ordinis, porrigitur ad ea quæ vigore talis ordinationis habet exequi,ideſt exercere & facere, vnde ſi pſalmiſta caret executione non poteſt cantare in Coro vel alia facere quæ ſuo ordini ſunt deputata, & idem de alijs ordinibus; vnde.32.diſtin.ca.ſeruanda not.quod
16 actus exterior dicitur ſignaculum, † effectus interior dicitur poteſtas; ſed executio illius poteſtatis dicitur officium ita ſcribit ibi Archid. Item. 23.diſt. Pſalmiſta exponitur executionem,ideſt officij cantandi executionem,& hoc etiam ſonat verbum careat executione ordinis;& talis carentia non porrigitur ad beneficium, quia habere beneficium non eſt executio ordinis; ſed beneficium datur propter officium.de reſcript.cap. fin.libro ſexto.tamen in conſtitutis in minoribus præcedit beneficium, aliter in minoribus conſtituti non tenentur ad officium; Nō eſt ergo habere beneficium, executio ordinis clericalis, immo beneficium confertur vt poſſit habens exequi & exercere officium & alia ordini deputata; Fateor tamen quod ſuſpenſus ab officio intelligitur ſuſpenſus à beneficio ratione prædicta; poſſet dici quod qui caret executione ordinis non vtetur fructibus beneficij, quia ceſſante cauſa ceſſat effectus de appel.ca. cum ceſſante.ſed quòd impetratio & collatio ſint nullæ factæ carenti executione officij, hoc non eſt verum, nā vt ſupra dictum eſt, ſi taliter ordinatus non eſt ſuſpenſus ipſo iure, ſed quòd tempore impetrationis & collationis non carebat executione, ergo tenuere. Vel eſto ſecundum prælleg.glo.cap. eos de temp. ord.libro 6. quòd ſit ſuſpenſus ipſo iure non tamen ea ſuſpenſione quæ inducat irregularitatem vt ipſa gloſſ.dicit; multo minus quæ inducat nullitatem impetrationis vel collationis ra-
17 tione ſupra ſignata. † Concluditur igitur quantum ad iſtam quæſtionem, quòd carentia executionis ordinis taliter ſuſcepti porrigitur ſolum ad ea quę ſunt executionis officij ipſius, quæ ſunt ea quæ tali officio ſunt deputata, & forte etiam porrigitur ad perceptionem fructuum beneficij, cum detur propter officium,vt in d.decret.ſi.de reſcrip. ſed minime ad infirmandam impetrationem vel collationem beneficij, quòd ſæpe præcedit officium maxime in minoribus conſtitutis, qui ad officium non tenentur, niſi habeant beneficium; Item etiam quia irregularitas, & excommunicatio non impediunt carnale matrimonium ut. capit. ſignificaſti de eo qui cognouit eam quam pol. per adul. item nec ſpirituale. de ſentent. excommunicat.capit.cum illorum.tenet enim ingreſſus, & profeſſio excommunicatione vel irregularitate non obſtante,pari modo tenebit matrimonium ſpirituale, quod contrahitur inter clericum, & beneficium per electionem vel collationem de elect. capit. cum inter canonicos, non obſtante carentia executionis illa præſertim, quæ ipſo iure non ſuſpen-

dit ſeu licet ipſo iure ſuſpendat, non ea ſuſpenſione quæ irregularitatem inducat, licet ſuſpendatur perceptio fructuum vt ſupra dixi. Sed hic tu dices ergo dictus clericus non poterit percipere fructus dictorum canonicatus, & præbendę. Reſpondeo imo poterit ſi vera ſunt quæ dixi ſupra proxima quæſtione, quod ipſe ſcilicet non careat executione, vel ſi diœceſanus ſuus ratam habuerit ordinationem prædictam, vel diſpenſet vt prædixi, vel ſi aliquę de prædictis recitatis opinionibus ſunt verę, vel ſi non producatur dicta ordinatio ſed fiat quod dicam infra in primo remedio, vel fiat aliquid ex ijs quæ dixi in Secundo Tertio vel Quarto remedio quibus omnibus modis purgatur iſte defectus; Hic autem dixi eum ſuſpendi à fructibus ſtando duntaxat in iſta quarta quæſtione quæ præſupponit non vera, ad vbertatem iuris dicti noſtri clerici propalandam, nec habendo reſpectum ad alia remedia iuris vel facti, de quibus ſupra dictum eſt & infra dicetur in proxima quarta & vltima quæſtione.

18 Ad quartam quæſtionem accedo,† & dico quod quia non omnes capiunt ea quæ ſuperius altiori ſtylo locutus ſum, Eſt dare alia remedia ad quæ precor arrige aures pariter & animum. primum remedium eſt ſeu prima medicina contra hunc morbum potuit eſſe iſta, & ſic de facto in ſimili quæſtione feci ſemel ſeruari Florentiæ, dum fata Deuſque ſinebant; Nam impetrato executore per Titium à Sede Apoſtolica ad prouidendum ſibi de beneficio, ſi illum ad hoc idoneum fore reperiet, ego negotij patronus videns impetrantem fore ordinatum à non ſuo Epiſcopo ſine literis commendaticijs ſui diœceſani, & metuens hunc obiectum, curaui quod idem executor inter alia examinaret de clericatu iſtius ad cuius probationem non permiſi produci inſtrumentum dictę ordinationis, ſed induci feci literam Apoſtolicam dictæ gratiæ, in qua Papa eum clericum Florentinum appellabat per ea quæ ſcribit Ioan. And. in quæſtione poſita ſuper regula iuris, non licet. de regulis iuris, libro ſexto. Item feci producere & probare per teſtes quod ipſe impetrans longo tempore inceſſerat & fuerat pro clerico rite ordinato reputatus in clero & populo, & quod erat in poſſeſſione vel quaſi dicti ſtatus & reputationis; Et vltimo feci ſibi per ipſum executorem deferri iuramentum quod rite fuiſſet ordinatus. Poſt quæ idem executor pronunciauit ipſum clericum idoneum ad beneficium obtinendum, & ſibi contulit dictum beneficium, quorum vigore obtinui in magno conflictu Aduocatorum contradicentium, quod Epiſcopus & capitulum, ad mandatum executoris tenerentur eum recipere ad ipſum beneficium non obſtante dicto obiectu quod clericus non eſſet, & ſic receptus fuit: Probantur prædicta procedere per ea quæ ſcribit Ioan. Andr. de Simon. cap. licet heli, ſuper ver. officij. in nouella poſt Hoſt. vbi Hoſt. tractans de probatione tituli beneficij, quod ſine titulo canonico retineri non poteſt, vt in regula prima. de reg. iur. li-
19 bro ſexto. † dicit quod in facto antiquo non requiritur ſeuera probatio, tum quia prælatus tam diu tacuit; tum quia difficile poſſet probari, cito enim cadunt probationes, & ideo ſecundum eum ad delationem iuramẽti recurrendum eſt in tali caſu, alleg. C. qui teſtam. fac. poſ. l. Hac conſultiſſima. §. at cum humana & C. de reb. cred. l. generaliter primo reſponſo. Sed clericus veſter antiquus clericus eſt in dicto ordine, & iam ſunt anni longeui ex quibus fuit ordinatus, igitur: Probatur hoc in cap. ſi iudex laicus. de ſent. excom. libro ſexto in princip. vbi ſola reputatio quod eſſet clericus facit eum remitti per Iudicem ſecularem ad iudicem Eccleſiaſticum. Ad idem faciunt not. per Innoc. de accuſ. ca. ſuper ijs. & Ioan. And. ibidem poſt eum in nouella vbi dicunt quod ſi opponatur contra electum eum non eſſe ſubdiaconum, vel non habere commendatitias cum ſit alienigena, electus debet probare literas, tamen tanta poſſet eſſe præſumptio pro ordinato quod transferret onus probandi in aliũ, vt ſi multo tempore in ſubdiaconali ordine ſeruiſſet. allegat. de eo qui furt. ord. rec. capitul. final. in nouella ſuper ver. acceſſit, vbi quærit de eo qui longo tempore habitus eſt pro legitime ordinato, nunc obijcitur quod fuit ordinatus à non ſuo Epiſcopo, vel extra tempora, vel aliàs minus canonice, & refert quoſdam dicere quod niſi aliud probetur præſumitur rite ordinatus, allegat. de preſbyt. non bapt. capitul. fina. de Iud. capit. cum deputati, de cler. pereg. capitul. inter quattuor. ſufficit enim quod ſic agit & contrahit; & quod ab Epiſcopo & vicinis taliter fuit repu-

tatus;



tatus; Concludit Hoſt. quod in facto antiquo eſt verum & facit quòd ipſe not. de cler. excom. c. propoſuit ſuper vlt gl. hæc ſic vera eſſe ſentit Archid. in c. Lugdun. 9. q. 2. vbi ſcribit ſuper verbo ordinatos quòd a quolibet viro noto ordinato qui ſic eſt hactenus habitus longo tempore, credendum eſt eum bene ordinatum, nec cogetur eum aliter probare. Hæc enim ſunt ſufficientia ſigna ſuæ ordinationis argu. dicto capitul. Lugdun. & extra de cler. per c. inter & ca. ſeq. tamen ſi quis ex prædictis deficeret, non ſtaretur pręſumptionibus prædictis niſi aliter de ſua ordinatione probaret, immo plus dicit quod etiam dictis præſumptionibus eſt ſtandum etiam ſi conſtaret eum ab alieno epiſcopo ordinatũ, cum enim hoc peccatum in ſuum non alienũ periculum vergat minus exacte probationes ſufficiunt ſecundum Innoc. qui ita not. extra de eo qui furt. ord. rec. ca. innotuit; ita quoque potuit facere clericus iſte ante collationem, maxime cum ſit nobilis, ſit notus, ſit honeſtæ conuerſationis, Iureperitus, longo tempore inceſſit in habitu & tonſura clericali & pro rite ordinato longo tempore ſe geſſit, & ab alijs ſic eſt reputatus, & de quo tanto tempore ſuus Epiſcopus tacuit; Et ſi hæc non fecit ante collationem poteſt adhuc inſtaurare & ſupplere hac cautela ut cõpareat coram executore & petat ſibi tradi corporalem poſſeſſionem canonicatus & præbendæ iam collatarum, & executor reſpondeat ſe paratum, ſed ante omnia iubeat vt ſibi fidem faciat de clericatu ſuo, & tunc coram eo fiant probationes de quibus ſupra dixi: quanquam ſecundum hoc Epiſcopus & Capitulum debeant eum admittere ſaltem ſummarie recepta fide prædicta ſecundum ea quæ ſupra poſuit Innoc. & Archid. dixit, nec debet Epiſcopus & Capitulum dubitare ſequi conſilium Innoc. & Archid. tantorum pręceptorum noſtri iuris. Quod autem ſuperius dixi poſt Archid. prædictas præſumptiones ſufficere, etiam ſi conſtet eum ab alieno Epiſcopo ordinatum, multum facit ad caſum noſtrum; & intelligas quod præſumitur quod fuerit ordinatus de licentia ſui diœceſani ſed hodie non appareat: potuerunt enim perire literę quæ longo tempore difficulter conſeruantur ut ſupra dixi; Et facit quod ſcribit Ioan. And. poſt Innoc. de facto antiquo de teſt. capit. ſignificauit. & cap. Albericus. extra, vbi pręſumitur de ſolemnitatibus neceſſarijs, quam non producere dictum inſtrumentum dictæ ordinationis, ſed aliter procedere ut prædixi; Et ſic vide cauſã prope admodum deſperatam reductam ad ſpem certam, & morbum qui videbatur podagricus quem medicina tollere neſcit, (iuxta verſum Ouidij. Tollere nodoſam neſcit medicina podagram) quaſi ignito ferro ſanatum; tantum tua vir optimæ Bartholomeæ, tantum communis fratris & amici caritas potuit, quæ etiam hebetes & plumbeos excitat.

20 Sed quia facundia periti medici non vnica medicina contenta eſt, ita nec ingeniolum meum ardenti & extuanti caritate tua excitatum, tacere poteſt aliud remedium aduerſus hunc minantem & formidoloſum morbum.

Dico igitur quod & ſi clericus noſter fuerit a non ſuo Epiſcopo ſine licentia ſui diœceſani ordinatus, & per hoc carere dicatur executione ſuſcepti ordinis, vt in hac quarta quæſtione minus iuridice præſupponitur ex cauſa de qua ſupra. Tamen dico quod Epiſcopus diœceſis qui in ipſa ordinatione fuit contemptus, poteſt contemptum ſuum remittere & ratam habere ordinationem huius per quam purgabitur omne vitium ipſius ordinationis, Hoc probatur nona quęſtione vltima capitul. & hoc ibi ord. colligit & not. ex illo capitul. & ratihabitio retrotrahitur & mandato comparatur in regula iuris ratihabitio de regul. iuris libro ſexto, cum concord. Hæc tamen ratihabitio cum cautela præſtanda eſt, vt videlicet clericus noſter conſtitutus in præſentia ſui diœceſani exponat in effectu qualiter dudum tali tempore per talem Abbatem ipſe fuit promotus ad primam Tonſuram rite & de licentia ſui diœceſani, & per eius literas commendatitias, & quod per longum tractum temporis prædictæ literæ commendatitiæ deperditæ ſunt, & reperiri nequeunt, quare ſupplicatur eidem diœceſano, quatenus ad cautelam, & ne ſibi poſſit hoc aliquando per ęmulos & calumniatores obijci; dignetur ipſam ordinationem & exinde ſequuta grata & rata habere, omni via forma, iure, modo, & cauſa, quibus magis & melius fieri poſſet; ipſeq; diœceſanus huiuſmodi ſupplicationibus tanquã iuſtis inclinã

 ipſam

ipſam ordinationem,& exinde ſequuta grata & rata habeat. Vides igitur Cathalane prudentiſſime infirmum tuum duplici medicina ad frugem ſoſpitatis poſſe perduci.

21 Sed † nec ſecunda ingeniolo meo extuanti caritate tua excitatum, & pungentibus calcaribus amicitiæ tuæ accinto ſufficit niſi & tertiam offerat. Dico igitur quod. D. Vinc. poteſt propria authoritate cum clerico noſtro ſuper dicto defectu,& exinde ſequutis diſpẽſare,& ita intelligit hic.d.cap. fin.9.q.vlt.& Archid.hoc ibi firmat, nec mirum quia ordinatus ab Epiſcopo alieno non eſt ſuſpenſus ipſo iure ſed ſuſpendendus de temp.ord.ca. quod tranſlationem & de offic. Archid.cap. ſignificaſti. in fine & de Epiſcopo qui ren. Epiſ.ca.fin.ad finem, vnde ſi celebrat non eſt irregularis vt ſupra dixi; poteſt tamen ſuſpẽdi & interdici ei ne celebret ut in d.c. quod tranſlationem, & ſi poſtea celebraret irregularis efficeretur, nec tunc poſſet cum eo niſi per ſedem Apoſtolicam diſpenſari; & hoc etiam approbat ſtylus curiæ: nam quando ſcribit pro talibus dicitur ſic Mandamus quatenus ipſo ad tempus ſuſpenſo ſuper hoc authoritate noſtra diſpenſes &c. de hoc etiam in Spec.de offic. de leg.§. iuxta promiſſionis ordinem ver.ſed nunquid. & de materia extra de temp.ord.ca.eos qui; Vides ergo D. Bartholomee vtriuſq; iuris peritiſſime quot vijs amicus veſter poſſit ad ſalutis portum applicare,ſedata ſalſi turbidique maris tempeſtate quæ tam valida videbatur.

Sed adhuc immenſa caritas tua & cleri-
22 ci † noſtri communis dilectio, me cogit altius ingenioli mei vella tollere, & exquiſita & peregrina quędam huic morbo emplaſtra conficere vt ſi tormentorum diſciplinam nõ ſentiat ferro ſcindatur; Et dico & memini me dum in natali ſolo & in propria patria felix omẽm & meliora me auſpicia reſpicerent hac cura in morbo ſimili vſum fuiſſe, Nam ſuplicari feci pro parte clientuli mei ſummo pontifici ſub hac forma videlicet. Suplicat S. V. talis &c. quatenus cum ipſe ab olim in ętate tenella ſe fecerit ad primam tõſuram promoueri per Epiſcopum alienum & vt creditur de licentia proprij diœceſani,ac dictus ſucceſſu temporis ſe pro clerico licite ordinato geſſerit, & pro tali fuerit ab alijs reputatus,& inceſſerit in habitu & tonſura, & beneficia curata & non curata & dignitates tam à ſede Apoſtolica quam ab alijs nulla de prędictis habita mentione obtinuerit,tamen quia plenam ſcientiam habere nequit an dicta licentiæ interuenerit ad ſerenãdam conſcientiam ſuam, & ne ſuper hoc & exinde ſecutis poſſit in poſterum moleſtari: dignemini ſecum ſuper prædictis miſericorditer diſpenſare ac ſibi gratioſe concedere prædictam ordinationem, & prædicta omnia & ſingula & alia inde ſequuta, quæ S.V. dignetur hic pro expreſſis habere, & perinde haberi ac ſi dicta ordinatio rite & legitime facta foret,& ac ſi dicta diœceſani licentia a principio ſeu in ipſo actu interueniſſet cum omnibus non obſtantibus & clauſulis oportunis; Si igitur (luce carior mihi frater) clericus noſter habere ſummum Pontificem aliquo medio ſibi propitium poſſet,huic ſuo vulneri hoc ipſum mutatis mutandis adhiberem remedium; ſed quia quæ à Principe de gratia expectantium ſunt, difficillima immo à iure pro impoſſibilibus reputantur.

23 Tranſeo † ad aliud remedium Iuſtitiæ,& quod dudum in cauſa cuiuſdam alterius mei clientuli capite proprio, aliàs non attentatum adinueni videlicet, Poſſederat quidã clericus longo tempore beneficium eccleſiaſticum quod reuera poſſederat canonice ex electione & confirmatione, Tamen curſu longi temporis amiſſa fuerunt inſtrumenta ipſorum electionis & confirmationis, nec in notis ſeu regiſtris tabellionis qui morte præuentus non regiſtrauerat reperiebantur, Feci impetrari reſcriptum Apoſtolicum in forma iuſtitiæ ſub tali forma videlicet. Significauit nobis talis &c. Quatenus cum ipſe fuerit canonice electus à canonicis & Capitulo talis plebis, ad quos de iure & antiqua conſuetudine ſpectabat, ac demum per loci ordinarium rite & canonice confirmatus, & in corporalem poſſeſſionem ipſius plebis & ipſorum iurium inductus ac demum dictam plebem longo tempore poſſederit prout adhuc poſſidet, tamen curſu temporum & fortuitis caſibus inſtrumenta ſuper & de prædictis confecta perdita ſunt, quodque tabellio qui eadem confecerat morte pręuentus in debitis notis redigere nequiuit, petitione ſubincluſa vt ſibi ſuper prædictis de opportuno iuris remedio puidere deberemus. Quare diſcretioni tuæ de qua plenam in domino fiduciam obtinemus

mus



mus præſentium tenore committimus & mãdamus quatenus breuiter & ſummarie, & ſine ſtrepitu & figura iudicij ſubtilitate iuris & iudicij omiſſa de & ſuper dictis te informes,& ſi inueneris ea veritate fulciri ſuper quo tuam conſcientiam oneramus decernas ipſum authoritate apoſtolica in dicto beneficio canonicum titulum habuiſſe & habere ſibique authoritate noſtra concedas vt ipſum beneficium canonice retinere valeat ac ſi de ea canonica electione & cõfirmatione conſtaret. Ita quoque poſſet faciliter in pręſenti caſu ſimilis forma praticari vt tu cautus intelligere per te potes,qui non ſolũ quæ loquor ſed quæ cogito ſoles aduertere.

Vltra prædicta nequid valide defenſioni clerici noſtri deficiant, Volo reſpondere ad vnam tacitam obiectionem quam poſſet aliquis facere contra prædicta omnia dicendo ſic. Fateor quæ ſupradicta ſunt,ſed locum ſibi vendicare poſſunt in acquiſitis ſeu acquirendis poſt dicta remedia, ſed ipſa remedia non videntur poſſe porrigi ad præterita & tollere ſubreptionem quæ commiſſa fuit per dictum clericum in impetratione dictorum canonicatus & præbendæ,per quam ſubreptionem gratia prædicta fuit nulla, quę nullitas per prędicta omnia non tollitur, quia quæ à principio non tenent tractu temporis non conualeſcunt ut in reg. iuris de regulis iuris libro ſexto cum concord. Quod autem fuerit commiſſa ſubreptio in dicta impetratione patet, Nam idem impetrans tacuit in dicta impetratione de dicto defectu dictæ ordinationis,quem ſi expreſſiſſet dictam gratiam veriſimiliter non reportaſſet quia habet reddere literas ſubreptitias. extra de reſcrip.cap.ſuper literis cum materia ſua; Sed ad iſta facile reſponderi poteſt; Nam ſi verum eſt,quod pro vero iam probaui & firmaui ſuperius, quod prædictus clericus non ſit ſuſpenſus ipſo iure, ab executione ſuſcepti ordinis nec erat ſuſpenſus & adhuc non patiebatur defectum quem exprimere teneretur. Et ſi dixeris immo poterat ab homine ſuſpendi; ſed licet poſſet ſuſpendi homine uolente, poterat etiam non ſuſpendi prout nec ſuſpenſus fuit. Sed nullo iure cauetur quod quis facere debeat mentionem de pęna quæ poſſet infligi, ſeu de tali ſtatu ſuo in quo pœna poſſet ab homine imponi,aliter enim ſequeretur abſurdum quod pauci immo fere nulli poſſent ſine ſubreptione impetrare; nam quis eſt & laudabimus eum qui in uita ſua non commiſit ſeu continue non committat aliquid immo plurima, pro quibus pœna poſſet ſibi ab homine imponi; Truffatoria & deridenda foret exceptio quæ haberet,ideo literæ tuæ ſunt ſubreptitię quia poteras puniri de tali culpa,item ſi verum eſt primum remedium quod ſupra poſui, videlicet quod ſufficiat iſti clerico longa reputatio quod rite fuerit ordinatus, nulla ſubreptio fuit commiſſa,nam ſi expreſſiſſet Papę quod nõ apparebat de licentia diœceſani, & etiam expoſuit reputationem antiquam & habitus delationem, & alia, quæ in dicto remedio continentur, Papa vidiſſet hoc ſufficere & literas cõceſſiſſet; facit quod not. gloſſ. de excep.ca.1.lib.6.in ſimili, Item tolleretur ſubreptio prædicta quia filius in tenella ætate patre medio fuit ordinatus,putauit enim tunc vt debuit credere,patrem legitime per omnia egiſſe, & ſub tali credulitate probabili in dies ſuos proceſſit, nec tempore impetrationis ſciebat vel credebat dictam ordinationem pati defectum,immo poterat non recordari.vt de ſenten.excom.cap.
24 cũ illorum, ſubreptio enim † præſupponit dolum,fraudem,vel malitiam,vt in dicto capitul.ſuper literis, quæ hic interuenire probabiliter non potuerunt, igitur ceſſat ſubreptio; Item tollitur ſubreptio ſi verum ſit, quod prima Tonſura poſſit à quolibet ſacerdote conferri quia tunc nullus defectus; Itẽ tollitur ſubreptio ſi verum ſit quod licet clericus alienus non poſſit ordinari ſine licentia diœceſani tamen ſic laicus. Item tollitur ſubreptio ſi verum ſit quod prima Tonſura non ſit ordo clericalis quia tunc vt ſupra dixi pęnę ordinantis clericum alienum & ordinati non ſe extendunt vt ſupra dixi; Item purgaretur omnis ſubreptio per vltimum remedium ſupra poſitum,ſecundum quod fiat declaratio licentiarum interueniſſe. & eum fuiſſe rite ordinatum, & ſic hodie apparet tempore impetrationis; nil verum fuiſſe tacitum vel aliquid falſitatis expreſſum; Primæ duę reſponſiones ſunt per ſe ſufficientiſſimę ad extinguendum omne uitium ſubreptionis, vt ſupra tetigi.

Hæc habui amice quæ in exilio licet iniquo quæ ſine liberis quæ ſub graui cogitatione rerum aliarum ſarcina dictarem; ſcio

faciliter in multis potuiſſe errare, ſeu minus caute, minus eleganter loquutũ, pro quibus ſupportatum me habeas, neque totum ingenioli mei defectui adſcribas, ſed turbulentiæ animi, quia forſam ſereno animo meliora dictaſſem, (iuxta illud Naſonis. Carmina proueniunt animo deducta ſereno) ſed ea omnia reformanda, corrigenda & inſtauranda comitto Domino meo D. Abbati Carrariæ, qui ſicut mihi in honorabili cathedra Paduana ſucceſſit, & labores & errores meos in corrigendo & reformando ſuſcipiat.

Ego Lapus de Caſtiglionchio de Florentia, Decretorum Doctor minimus prædicta omnia dictaui & manu propria ſcripſi, & ſigillum meum ſiue anulum appoſui conſuetum ad fidem prædictorum.

## SVMMARIVM.

1 *Priuilegium Gregorij Papæ conceſſum Epiſcopo Feſulano ſuper Eccleſia ſanctæ Mariæ in Campo.*

2 *Aliud priuilegium ſuper eadem Eccleſia.*

3 *Eccleſiæ S. Mariæ in Campo Parochianorum cura & ipſius curæ commiſſio ad quem pertineat an ad Epiſcopum Florentinum an ad Epiſcopum Feſulanum ſtante conceſſione facta per Papam eidem Epiſcopo Feſulano & nu. 6.15.17.*

4 *Item quo ad alia iura Epiſcopo competentia an rector dictæ eccleſiæ & populus ſint exempti, & ſoli Epiſcopo Feſulano ſubiecti, an vero Epiſcopo Florentino. & num. 15.17.20.*

5 *Item quid importent verba appoſita in priuilegio. Cum pertinentijs ſuis. & num. 10.18.21.*

7 *Ius commune & Epiſcopale priuilegio exemptionis tollitur.*

8 *Priuilegium non eſt large interpretandum quando ex larga interpretatione fit alicui præiudicium.*

9 *Beneficia principum ſunt large interpretanda.*

11 *Iura Epiſcopalia quæ dicantur.*

12 *Eccleſia quando dicatur exempta a iure parochiali ſed non a iure Epiſcopali.*

13 *Item quando dicatur exempta a iure parochiali & Epiſcopali cum tamen populus & rector quo ad ea quæ ad curam populi pertinent, non ſint exempti.*

14 *Item quando dicatur exempta ab omni iure ita quod populus & rector dicatur exemptus.*

16 *Epiſcopus an poſſit omnem iuriſdictionem a ſe abdicare. Item an in generali donatione eccleſiæ transeant omnia iura epiſcopalia. nu. eodem.*

19 *Notata per Innocentium in decr. in Lateranenſi de præb. qualiter ſint intelligenda & num. 23.*

22 *Eccleſiæ nomine intelligitur rector.*

## ALLEGATIO CXXXIX.

1 Gregorius † Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei venerabili fratri Epiſcopo Feſulano ſalutẽ & apoſtolicam benedictionẽ. Officij noſtri ſollicitudo expoſcit vt controuerſias quæ ad noſtrum proferuntur examen, ſtudeamus iudicio vel concordia terminare quatenus litibus congruo fine ſopitis litigantes mutuo iungi poſſint vinculo caritatis. Cum igitur inter te ex parte vna & dilectos filios Poteſtatem & Commune Florentiæ ex altera ſuper quibuſdam domibus redditibus, poſſeſſionibus, Caſtris damnis, & iniurijs illatis tibi & Eccleſijs tuis, Nec non inter te ex parte vna & Vgonem del Velluto, Rainerium Meliorelli, Renuncinum Vgonis Roſſi, Guidonem Macigni ac Roggerium Gianfigliazzi, & quoſdam alios ciues florentinos, nec non quoſdam alios florentinos, & Feſulan. diœce. ex altera ſuper quibuſdam debitis quæſtio fuiſſet diutius agitata, & tandem à te & dilectis filijs Ildebrando Adimari, & a Rainerio Ruſtici dictę poteſtatis & Communis aliorumque prædictorum procuratoribus qui ab ipſis poteſtate & Cõmune, componendi, & arbitros eligẽdi atque



atque ab eis compromittendi ſpecialiter in perſonam noſtram plenam acceperant poteſtatem, ſicut publica inſtrumenta nobis exhibita plenius continebant, ſuper ijs fuiſſe in nos ſub pœna marcarum argenti concorditer compromiſſa, Nos ijs quæ fuerunt hinc inde propoſita diligenter auditis arbitrium protulimus in hunc modum. Siquidem arbitrando ſtatuimus, vt Poteſtas & Commune prædicti vniuerſis creditoribus, & alijs per eos tenutam habentibus de poſſeſſione Caſtrorum & Villarum epiſcopatus Feſulani expulſis, ſiue authoritate ipſorum Poteſtatis & Communis, ſiue authoritate propria ipſam fuerint poſſeſſionem adepti, te vel procuratorem tuum vſque ad Feſtum Epiphaniæ proximum vacuam in poſſeſſionem inducant, & defendant inductum nec permittant te, vel ipſum epiſcopatum ab ipſis creditoribus, vel ab alijs moleſtari, ipſique eundem epiſcopatum vlterius non moleſtẽt. Tu vero epiſcopatus nomine pro creditoribus qui tuo prædeceſſori pecuniam mutauerant, vel aliis ius ab ipſis habentibus tria milia librarum piſanæ monetę pro vniuerſo debito prædictis Poteſtati, & Communi libere, & expedite, & ſine aliqua quæſtione infra annum exoluas, & ipſi recipientes ſuper ſe debitum vniuerſum faciant creditores eſſe ſumma prænotata contentos ita quod nec nomine vſurarum, nec pœnę, aut etiam expenſarum aliquid a te, uel epiſcopatu amplius exigatur, & ſuper hoc in ſolutione pecuniæ idonee tibi caueant, & vniuerſa inſtrumenta creditorum tibi reſtituãt dictamque pecuniam deductis debitis non legitimis diuidant, & diſtribuant inter veros & legitimos creditores. Quia vero ex cohabitatione Feſulan. epiſcopi maior inter eũ & Commune Florentiæ poterit concordia peruenire ac maior Epiſcopatus Feſulani ſecuritas & vtilitas procurari, volumus & mãdamus quod epiſcopus Florentinus eccleſiã Sanctę Marię de Campo cum pertinentiis ſuis tibi authoritate noſtra liberam & exemptam aſſignet, ſicut hoc ipſum per ſuas literas nobis directas noſcitur voluiſſe, Non obſtante, quod in literis nobis ſuper hoc ab epiſcopo Florentino directis nihil de Capituli contineatur aſſenſu, cum nos eius ſupplendum duxerimus in hac parte defectum; Poteſtas uero, & Commune prędicti apud eam infra triennium vnum palatium conſtituant in quo honeſte poſſit Feſulanus epiſcopus habitare quæſtionibus omnibus ſiue petitionibus, quæ occaſione præteritorum damnorum, ſeu iniuriarum uertebantur inter te, & Poteſtatem & Commune Florentiæ creditoreſque prędictos nullo unquam tempore à parte alterutra ſuſcitandis. Ad hoc mandamus, vt poteſtas & commune requiſiti a te dent fortiam & auxilium quod homines & Vaſſalli Eccleſię ac Epiſcopatus Feſulani dent tibi auxilium ad exonerationem debitorum in quibus Eccleſia Feſſulana tenetur. Ideoque fraternitati tuę per Apoſtolica ſcripta pręcipiendo mandamus quatenus hoc noſtrum arbitrium ęquitate ſuadente prolatum ſub pœna mile Marcarum argenti procures irrefragabiliter obſeruare. Datum Lateranen. ſexto Calendis Decembris Pontificatus Noſtri Anno Primo.

Aliud exemplum priuilegij indulti Epiſcopo Feſſulano ſuper Eccleſia Sanctę Marię in Campo.

Gregorius Epiſcopus ſeruus ſeruorum
2 Dei, Venerabili Fratri Epiſcopo Feſulan. ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Controuerſia quæ inter te & ciues Florentinos ſubhorta fuerant noſtra prouiſione ſopita, quia vidimus, quod ex cohabitatione Feſulani epiſcopi maior inter eum & commune Florentię poterat concordia prouenire ac maior epiſcopatus Feſulani ſecuritas, & vtilitas procurari Eccleſia Sanctę Marię in Campo cum pertinentiis ſuis tibi prouidimus conferendam; Vt igitur hęc noſtra prouiſio perpetuam obtineat firmitatem pręfatam eccleſiam cum pertinentijs ſuis de fratrum noſtrorum conſilio tibi & ſucceſſoribus tuis perpetuo iure concedimus liberam & exemptam, non obſtante, quod in literis Venerabilis fratris noſtri Epiſcopi Florentini, & publico inſtrumento quibus ſuum ſuper hoc expreſſit aſſenſum nihil de Capituli contineatur aſſenſu, cum nos eius ſupplendum duxerimus in hac parte defectum. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrę conceſſionis infringere, vel ei auſu temerario contradicere; Si quis autem hoc attentare pręſumpſerit indignationem Omnipotentis Dei & Beatorũ Petri & Pauli Apoſtolorum ſe nouerit incurſurum.

Datum

Datum Lateran. ſecundo Idus Ianuarij Pon-
tificatus noſtri anno Primo. Thema ſuper
quo conſilium iuris petitur tale eſt.

Gregorius Papa Nonus conceſſit Epiſco-
po Feſulano ſuiſque ſucceſſoribus dictam
Eccleſiam Parrochialem & curatam S. Ma-
riæ in Campo poſitam in ciuitate Florentiæ
liberam & exemptam cum ſuis pertinentijs
ſub ſupraſcripta forma verborum. Quibus
priuilegijs & eorum tenore non obſtãtibus
videtur poſſe dici & allegari pro parte Epi-
ſcopi Florentini, quod dicta eccleſia Sanctę
Mariæ in Campo quo ad iura epiſcopalia ſit
Epiſcopo Florẽtino ſubiecta & maxime quo
ad curam populi ipſius eccleſiæ, quam curã
populi Florentinus Epiſcopus videtur poſſe
dicere ſe debere committere Rectori eccle-
ſiæ ſupradictæ aſſerens parochianos ipſius
eccleſiæ ſibi eſſe ſubiectos & Epiſcopum Fe
ſulanum in eoſdẽ parochianos iuriſdictio-
nem non habere. E contrario videtur poſſe
dici & allegari pro parte Epiſcopi Feſulani
commiſſionem prædictam curæ populi ac iu
riſdictionem omnem in ipſos parochianos
ad ſe ſpectare vigore dictorũ priuilegiorũ.

3 Ex ijs † quæritur attento pro parte Epiſco
pi Florentini iure communi & pro parte Fe-
ſulani Epiſcopi viſis & conſideratis prædi-
ctis priuilegijs & verbis priuilegiorum, &
conſenſu Epiſcopi Florentini in illorum pri
uilegiorum conceſſione interuento; ad quẽ
pertineat cura parochianorum dictæ eccle-
ſię S. Mariæ in Campo, & ipſam curam com
mittere, an ad Epiſcopum Feſulanum an ad
4 Epiſcopum Florentinum. † Item quæritur
quo ad omnia alia iura Epiſcopo competen
tia, An rector dictæ eccleſiæ & populus ſint
exempti, & ſoli Epiſcopo Feſulano ſubiecti,
5 an vero ſint ſubiecti Epõ Florentino. † Item
generaliter quæritur quid importent dicta
verba in præmiſſis priuilegijs appoſita in fa
uorem epiſcopi & Eccleſiæ Feſulanæ & qd
conferant ſibi maxime etiam conſiderato,
ut ſupra dicitur, quod in conceſſione dicto-
rum priuilegiorum interuenit conſenſus epi
ſcopi Florenti. ac etiam quod per Papam
priuilegia concedentem ſuppletur conſen-
ſus & aſſenſus Capituli eccleſię Floren.

6 Primo † videtur quod non obſtantibus
priuilegijs Epiſcopus Florentinus in dicta
eccleſia niti poſſit vendicare iura epiſcopa-
lia de iure communi ſua intentione funda-
ta, & pro ſe allegat, quod dicta eccleſia ſita
eſt in ciuitate Florentiæ, quæ tota eſt de iu-
riſdictione epiſcopi Florentini & ideo iure
communi debet ſibi ſubeſſe utroque iure ſi-
cut alię eccleſię ciuitatis in diœceſi Floren-
tina xvj. q. v. ſi quis Epiſcoporum & quęſt. 7.
omnes baſilicæ. xvij. quæſt. 2. cap. Monaſte-
ria. extra de præſcrip. capit. cum non liceat
& cap. cum olim. & de reli. do. cap. conſtitu-
tus & cap. cum venerabilis. Contra dictum
ius commune allegatur dictum priuilegiũ
per quod iuri communi derogatur. Ius enim
commune † & Epiſcopale priuilegio tolli-
7 tur exemptionis, vt d. cap. conſtitutus & d. c.
cum olim. de præſcript. & cap. auditis. eod. ti
tu. & extra de priuil. cap. Porro. & cap. rece-
pimus, & cap cum olim eſſemus & per totũ
tit. Sed dicet Epiſcopus Florentinus fateor
dictam eccleſiam per dictum priuilegiũ eſ-
ſe liberam & exemptam a iuriſdictione Epi
ſcopi Florentini pertinere ad epiſcopum Fe
ſulanum, quia hoc negari non poteſt per iu-
ra prædicta; tamẽ quamuis ipſa eccleſia ſit
exempta ab epiſcopo Florentino non ideo
dicendus eſt exemptus rector eccleſię & po
pulus eius, immo dicet epiſcopus Florenti-
nus, quod parochiani dictæ capellę ſibi ſub-
ſunt, & rector dictę capellę, maxime quo
ad ea, quæ pertinent ad curam populi prædi
cti, & ad hoc allegat decret. Bonifacij Octa
ui extra de priuileg. quę incipit per exẽptio-
nem, vbi dicitur, quod per exemptionem ec
cleſiæ conceſſam, non eiuſdem eccleſię pa-
rochiani nec presbyteri, qui parochianorũ
illorum curam habent quo ad ea, quæ ad cu
ram eandem pertinent, intelliguntur exem-
8 pta. Item † poteſt allegare pro ſe epiſco-
pus Florentinus quod priuilegium non eſt
large interpretandum quando ex larga inter
pretatione fit alicui graue præiudicium, ex-
tra de uſu pal. cap. ex tuarum. & not. per In-
no. extra de dona. cap. cum dilecti. & ſic di-
cta exemptio eſt referenda ſolum ad dictã
eccleſiam, vt dicatur quod tantum ipſa ec-
cleſia ſit exempta. Sed contra prædicta alle-
gat epiſcopus Feſulanus & bene, quòd di-
cta eccleſia & presbyter & clericus & paro
chiani eius exempti ſunt totaliter a iuriſdi-
ctione epiſcopi Florentini, & ſubſunt in om
nibus epiſcopo Feſulano, & hoc eſt veritas
quæ ſic probatur de iure. † Certum eſt, quod
in beneficijs principum larga eſt interpreta
tio



tio facienda extra de dona. cap. cum dilecti.
extra de priuileg. cap. quia circa. & de verb.
ſign. c. olim. & ſic eſt dicta exemptio appli-
canda, & referenda ad rectorem eccleſię,
& ad parochianos. Pręterea dictum priuile-
gium interpretatione non indiget, quia vbi
verba non ſunt ambigua, non eſt locus inter-
pretationi. ff. de leg. 3. l. ille, aut ille, & a ver-
bis priuilegij vbi certa ſunt non eſt receden-
dum, ſed ipſa verba priuilegij diligentius
attendendo ſine alia ſiniſtra interpretatione
patebit per dictum priuilegiũ parochianos
10 dictæ eccleſiæ vna cum dicta † eccleſia, &
rectores eius fore exemptos, Nam in dicto
priuilegio conceſſionis & exemptionis con
cedit Papa dictam eccleſiam cum ſuis perti-
nentijs epiſcopo Feſulano, vnde ſatis expreſ
ſe eximit parochianos eius in eo, quod dicit
cum pertinentijs ſuis, quod large intelligen
dum eſt de omnibus iuribus, quæ pertinent
ad dictam eccleſiam Sanctæ Mariæ in Cam
po, quia verbum pertinentiarũ latiſsime pa-
tet, & ſic eſt intelligendum quod dicit cum
pertinentijs ſuis, ideſt cum parochianis, qa
cum dicta eccleſia, quæ exempta eſt ſit prin
cipale in dicta exemptione & populus ſit
quoddam acceſſorium ipſi eccleſię, debet ip
ſum acceſſorium ſequi naturam principalis,
ideſt dictę Eccleſiæ, Nam regula iuris eſt, ꝙ
acceſſorium naturam ſequitur principalis
extra de reg. iu. c. acceſſoriũ Bonifacij Octa
ui. Præterea nomine pertinentiarum intelli-
guntur a iure omnia generaliter quæ eccle-
ſiæ accendunt, vel pertinẽt ſtatuto conſuetu
dine, aut lege, vt dos decimę, & iura parro-
chialia, & huiuſmodi not. expreſſe ꝑ Dom.
Inno. extra de reſtitu. ſpol. cap. cum ad ſedẽ
in gl. 2. & ideo ſatis patet per iura prædicta
quod per dictum priuilegium dicta eccle-
ſia cum ſuo populo ſit exempta ab epiſcopo
Florentino quo ad iura parochialia. Nec
obſtat c. per exemptionem. de priuile. quod
videtur poſſe allegari ꝓ parte epiſcopi Flo-
rentini, quia illud verum eſt, quod ꝑ exem-
ptionem eccleſiæ non eximitur populus, qñ
de populo non fit mẽtio in exemptione, ſed
ſimpliciter dicitur eximimus talem eccleſiã
liberam & exemptam nulla facta mẽtione
de pertinentijs; ſed ſi dicat cum pertinen-
tijs ſuis & cum populo ſtabitur priuilegio,
& populus dicetur exẽptus, quia tenor priui
legij eſt attẽdendus, ut dicitur in dicto cap.
extra de priuil. c. porro. & capitulo recepi-
mus. Nec obſtat capitulum cum capella, &
capitulum cum ex ore de priuil. in quibus
patet, quod exemptio capitis non extenditur
ad membra, niſi de membris fiat mentio, &
vbi ſunt arg. quod nomine eccleſiæ non in-
telligitur populus eius; quia in caſu noſtro
facta fuit mentio in exemptione de populo
dictę eccleſiæ, dum dictum fuit cum pertinẽ
tijs ſuis &c. eo quod nomine pertinentiarum
populus intelligitur, & quod vbi idem eſt in
parte, quod in toto totum & pars debet eo-
dem iure cenſeri, 12. q. 2. ca. cognouimus, &
extra de priuile. quia circa. Sed dicet epiſco
pus Florentinus fateor, quod dicta eccleſia
eſt exempta cum populo quo ad iura paro-
11 chialia per iura prædicta. † Sed non quo ad
iura epiſcopalia quæ ſunt Viſitare, Criſma-
re, Ordines conferre, cauſas eorum ſpiritua
les & eccleſiaſticas audire & curam populi
committere & ſimilia, quia nõ eſt aliqua ec-
cleſia parochialis vbi non oporteat fieri ea,
quæ iuris epiſcopalis ſunt, & ideo dicet epi-
ſcopus Florentinus, iuſtum eſt dicere, quod
eccleſia Sanctę Mariæ cũ ſua parrochia non
intelligitur exempta ab epiſcopo Florenti-
no ſuo diœceſano quo ad iura epiſcopalia,
quę de neceſſitate exerceri habent in dicta
eccleſia, & ſua parochia per Epiſcopum ar-
12 gum. ff. de offic. presby. l. 2. † Ad prædicta
reſpondetur & bene per epiſcopum Feſula-
num, quod quando aliqua eccleſia ſubiecta
Abbati, vel Archipresbytero, aut alij præla-
to per epiſcopum diœceſis eximitur, intelli
gitur in totum exempta cum clericis Parro-
chialis, & ſoli epiſcopi ſubeſſe, vel ei cui il-
la eccleſia ab epiſcopo tradita eſt exempta;
ſed hoc eſt verum in iure parochiali, ſed in
13 iure Epiſc. non erit exempta. † Si autem ec-
cleſia eximatur, & prælato inferiori, nõ epi-
copo concedatur Papa, intelligetur exempta
etiam a iure epiſcopali ipſa eccleſia, ſed nõ
populus eius nec rector eius quo ad ea, quæ
ſpectant ad curam populi; nam in populo,
& Sacerdote exercebit legem diœceſani, &
legem iuriſdictionis, Criſmabit, & ordines
conferet, eccleſiam & altaria conſecrabit,
14 & omnia iura epiſcopalia exercebit. † Si ve
ro Papa eximat eccleſiam, vel eam exemptã
conferat, non inferiori prælato, ſed alij Epi-
ſcopo, cum ſecundus Epiſcopus cui donatur
Eccleſia poſſit omnia iura tam epiſcopalia
quam

quam parochialia exercere in huiuſmodi
eccleſia exempta, & eius parochia;tunc ec-
cleſia a primeuo epiſcopo quo ad omnia iu
ra etiam dicetur exempta, nec vlterius iura
parochialia, uel epiſcopalia primus epiſco-
pus exercebit in ipſa eccleſia exempta, nec
in rectorem eius nec in ſua parochia; quia
eccleſia cum rectore, & parochianis ſuis a
primeuo epiſcopo in hoc caſu ex toto dice-
tur exempta. Hæc omnia ſupradicta a dicto
verſic. qui incipit. Ad prædicta reſpondetur
& c. hucuſque in fine, colliguntur expreſſe
in pluribus glo. D. Innoc. prout ipſe notauit
extra de præb. c. in lateran. in gl. magna. ver-
ſus finem. Et plenius no. de dona. cap. paſto-
ralis. in gl. 1. & in gl. quæ incipit puta mode-
15 ratum & no. per eum de † priui. cap. recepi-
mus. in glo. 1. Ergo cum in caſu noſtro Eccle
ſia Sanctę Mariæ in Campo ſit exempta per
Papam cum pertinentijs ſuis, ideſt cum paro
chianis qui comprehenduntur ſub nomine
pertinentiarum, ut ſupra dictum eſt, & ipſa
eccleſia ſic exempta ſit conceſſa Epiſcopo
Feſulano; cum Epiſcopus Feſulanus om-
nia poſſit in dicta eccleſia & eius parochià-
nis & ſacerdote quæ potuiſſet epiſcopus Flo
rentinus, concluditur merito ex præmiſſis,
quod Florentinus epiſcopus in dicta eccle-
ſia Sanctæ Mariæ & eius rectore, & clericis
parochianis, nihil de iure parochiali, vel epi
ſcopali de cætero exercebit, ſed ipſa iura Fe
ſulanus epiſcopus in dicta eccleſia clericis,
& parochia rationabiliter vendicabit, non
obſtante dicta decre. Bonifacij viij. extra de
priuileg. c. per exemptionem, in qua videtur
quod per exemptionem eccleſiæ non intelli
gatur exemptus populus, vel ſacerdos eius
quo ad ea, quæ ſpectant ad curam populi, ga
decret. loquitur quando eccleſia ſolum exi-
mitur nec alij epiſcopo conceditur; quia tūc
epiſcopus eius ſuper eius ſacerdote, & paro
chianis exercebit ea quæ ſpectant ad curam
populi, vt dicit illa decr. cū non ſit ad quem
ſacerdos & parochiani de facili poſſint pro
prædictis habere recurſum; ſecus eſt, quan-
do eccleſia non ſolum eximitur, ſed exem-
pta alij epiſcopo conceditur, quia ſecundus
Epiſcopus de facili poteſt adimplere præ-
dicta.

## Sequitur conſilium D. Ioan. Calderini ſuper caſu propoſito.

CHRISTI & glorioſę Mariæ Virginis matris eius, & B. Ioā
nis Apoſtoli, & Euangeliſtæ
adſint mihi ſuffragia amē. Su
per ſupraſcriptorum dubita-
tionum articulis conſultus ego Ioannes Cal
derinus decretorum Doctor ſpectabilis, &
Comes Palatinus, viſis, lectis, & perlectis li-
teris Apoſtolicis ſupraſcriptis tenore & mē-
te & verbis ipſarum, ac elicitis inde dubijs
pro meę intelligentiæ modulo conſideratis
attento ēt quod in tertio & vltimo dubitatio
nis articulo duo præcedentia dubia includū
tur, In & ſuper omnibus tribus ſaluo conſi-
lio ſaniori dico, & præmitto duo. Vnum eſt,
quod conceſſio dictę eccleſiæ S. Mariæ in
Campo cum pertinentijs facta epiſcopo Fe-
ſulano, facta fuit per Papam & non per epi-
ſcopum Florentinum. Aliud eſt, quod dicta
conceſſio propriè & ſtrictè non emanauit
in modum priuilegij, ſed liberalitatis, ſiue
donationis, uel beneficij præter ius. Primum
patet clare ex verbis & mente literarū Gre-
gorij Papæ eccleſiam S. Mariæ de Campo ti
bi prouidimus conferendam, ut igitur hæc
noſtra prouiſio perpetua obtineat firmitatē
præfatam eccleſiam cum pertinentijs ſuis ti-
bi & ſucceſſoribus tuis perpetuo iure con-
cedimus liberam & exemptam non obſtan-
te, quod in literis fratris noſtri epiſcopi Flo
rentini &c. Idem eſt dicendum ſi ponatur
primo factam aſſignationem per epiſcopum
Florentinum prout ipſe Papa Gregorius di-
ſpoſuit ī arbitrio ſupraſcripto ī hæc verba,
Volumus & mādamus quod Epiſcopus Flo
rentinus eccleſiam S. Mariæ de Cāpo cum
pertinentijs ſuis tibi authoritate noſtra libe-
ram & exemptam aſſignet, ſicut hoc ipſum
per ſuas literas ad nos directas manifeſte no
ſcitur voluiſſe, non ob. quod in literis nobis
ab epiſcopo Florentino directis nihil de Ca
pituli contineatur aſſenſu, cum nos eius ſup-
plendum duxerimus in hac parte defectū.
Ex quibus verbis patet, quod ſi aſſignationē
fecit epiſcopus Florentinus ſecundum di-
ſpoſitionem prædictam authoritate, vel vi-
cę Papæ, ipſe Papa feciſſe dignoſcitur, om-
nia



nia enim noſtra facimus &c. C. de veteri iu.
enu. l. j. §. ſed rem. facit. 3. q. 6. hoc quippe de
tranſac. c. j. & is dicitur facere cuius authori
tate fit. 16. q. 6. conſuetudo, de ſenten. excom.
c. mulieres. & c. vt famæ, hoc idem infertur
ſi ponatur conceſſionem primo factam per
Dominum Papam, & aſſignationē ſequutā
per Dominum Epiſcopum Florentinum, vt
intelligatur poſſeſſionem aſſignaſſe, quod
innuit verbum aſſignet iuxta not. per Inno.
de præb. cap. pro illorum. Item dato, qđ de
aſſignatione Epiſcopi Florentini non appare
ret ſatis eſt, quod apparet de conceſſione Pa
pæ per prædicta verba ſuperius primo ſigna
ta. Ex quo autem dicta conceſſio fuit facta
per Papam non eſt diſputandum an omnia
iura epiſcopalia potuerit concedere vel do-
16 nare generaliter, vel ſpecialiter; † licet de
epiſcopo diſputetur & in dubium reuoce-
tur, an poſſit omnem iuriſdictionem epiſco-
palem, quam habet in eccleſia ſibi ſubiecta
a ſe abdicare & alteri concedere, vel dona-
re, & an in generali donatione eccleſię tran-
ſeant omnia iura epiſcopalia, an aliqua, &
quæ intelligantur excepta, de quo plene not.
& dominus & Pater meus in nouella de cēſ.
cūm venerabilem. Secundum autē quod ſu-
pradixi, patet etiam ex prædictis verbis ſu-
praſignatis, videlicet, quod prædicta conceſ
ſio non emanauit in modum priuilegij ſtri-
cte prout priuilegium eſt lex priuata, ideſt
priuans, vel contra legem 3. diſtin. c. priuile-
gia, quod ſtricte interpretatur, ita tamen qđ
aliquid ponat contra legem, de verb. ſign. c.
Abbate. cum concord. ſed emanauit per mo
dum donationis, ſiue liberalitatis, & vt bene
ficium prout eſt ſpecies, ſcilicet præter ius in
quo eſt latiſſima interpretatio facienda. ff. de
conſt. prin. l. 1. de donatio. c. cū dilecti. ut ple
ne not. in nouella de verbo. ſign. c. olim. Nec
enim huiuſmodi donatio eſt de iure commu
ni ſimpliciter & abſolute prohibita, immo
ſaltem ſub certa forma permiſſa ad hoc. 16.
q. 1. §. ſicut duo & c. ſtatuimus. & cap. ſeq. de
ijs, quæ fi. a præla. cap. tua. & c. ſeq. de donat.
cap. paſtoralis, de excel. prælato. c. ſicut vni-
re, & in clemen. de rebus eccleſ. non alienā.
cap. ſi vna, & ſi hoc licet Epiſcopo, ut in di-
ctis iuribus multo fortius Papæ, qui poteſt
rēm vnius Eccleſiæ auferre, & alteri dare.
19. quæſtio. 3. cap. conqueſtus. & capit. nunc
vero, & capitu. per principalem, & not. 16.
quæſtio. 1. eccleſiæ, de relig. dom. cap. con-
17 ſtitutus. † Ex prædictis dico, & conſulo, qđ
Dominus Papa per prædicta verba conceſſit
Epiſcopo Feſulano omne ius epiſcopale, qđ
habebat vel habere poterat Epiſcopus Flo-
rentinus in dicta Eccleſia Sanctę Mariæ in
Campo, ita quod rector prædictę eccleſiæ
ab Epiſcopo Feſulano eſt inſtituendus, &
deſtituendus, & eidem de iuribus epiſcopa
libus reſpondere tenetur & quo ad utranq;
legem diœceſanam & iuriſdictionis eidem
Epiſcopo Feſulano omnimode ē ſubiectus,
& curam parochianorum eiuſdem ec cleſiæ
de qua ſpecialiter quæritur recipere debet
ab ipſo Epiſcopo Feſulano, non autem ab
Epiſcopo Florentino, quia prædicta conceſ-
ſio Papalis plene eſt interpretanda cum ſit
beneficium non contra ius, ut ſupra eſt di-
ctum. Item quia Epiſcopus Florentinus idē
voluit & nihil excepit, vnde contra ipſum
debet fieri interpretatio de priuil. quia circa,
& quod ibi not. Hoſtien. ff. de pac. l. veterib.
& ff. de contrahen. emptio. l. Labeo, bene fa-
cit de conſuet. cap. cum dilectus Hoc idem
probat concedentis poteſtas, quia conceſſio
facta eſt per Papam, ſiue dicatur prouiſionē
Papæ executioni mandatam per Epiſcopum
Florentinum ipſius Papę authoritate, vt ſu-
pra eſt declaratum, ſiue ponatur conceſſio-
nem fore factam per Papam ſimpliciter &
abſolute, maxime appoſita illa clauſula; (nō
obſtante, quod in venerabilis fratris no-
ſtri &c.) quam clauſulam forte Papa appo-
ſuit ad tollendum dubium, quod poſſet fieri
per decret. Paſtoralis de priuil. ſi de Epiſco-
po Florentino non fuiſſet habita mentio ſpe
cialis, & facit, quod ibi not. Hoſtien. & eod.
titu. cap. cum olim. Prædicta quæ dixi de cō
ceſſione Papę ſic plene intelligenda proban
tur per decreta. conſtitutus. de relig. domi.
hoc idem probatur, quia conceſſio huiuſmo
di eſt intelligenda ſecundum qualitatē eius
cui fit, ad hoc de maio. & obe. c. ſolitæ. de
Teſtamentis. capitulo requiſiſti, & quod ibi
not. in glo. de præſumptione, de Simo. capit.
& ſi quæſtiones de offic. leg. c. penul. in fine
lib. 6. & eodem libr. de præbend. capit. cum
de beneficio ad idem. ff. de iniuſt. rup. & irri.
Teſtamen. l. ſi quis. §. irritum. ff. de milit. teſt.
l. ex militari. & l. plenum. §. æquitij. ff. de vſu
& habit. & facit peroptime, quod not. In-
nocen. de donatio. capit. paſtoralis. quæ de-
creta.

creta.licet ex conceſſione Epiſcopi incipiat cathedraticum,non tamen poteſt intelligi in conceſſione Papæ per ea quæ dixi. Prædicta concluſio roboratur ex eo quod Papa concedit eccleſiam cum pertinẽtijs ſuis,nam cura populi eccleſiæ parochialis eſt de iuribus ſiue pertinentijs eccleſiæ parochialis. 13.quæſtione 1.& 2.per totum,de pœniten.diſtinct. 6.placuit,de paroch.per totum,de pœniten. & remiſ.cap.omnis. cum infinitis ſimilibus; ergo is qui habet liberam inſtitutionem in eccleſia cum pertinentijs,& curam populi eiuſdem eccleſiæ dare poterit,quę eſt de pertinentijs, ſufficiat allega not.per Inno. de reſtitu.ſpolia.cap.cum ad ſedem,& per glo.& alios de offi.ordi.c. conquerente in princip.

18 † Quod vero cura populi ſit de pertinentijs eccleſiæ parochialis,cuius datio ſpectat ad epiſcopum iure epiſcopali clare patet 16. q. 1.cunctiſque fidelibus & q.2.ſane,& q.7.nullus & 80.diſt.epiſcopi. 10. q. 1. referenda,& no.de offi.or.dilectus; ex quo ſequitur, qđ ſicut in prædicta conceſſione tranſiuit inſtitutio,vel ordinatio eccleſiæ 16.q.2. cap.1.ſic per conſequens datio curæ populi, quæ eſt de iuribus epiſcopalibus, ſaltẽ propter verbum cum pertinentijs, ut ex quo datio curæ populi eſt de iure rectoris ipſius eccleſiæ,veniat in conceſſione & poteſtate libera inſtituendi rectorem:probatur hoc per decret.ut noſtrum de offi.Archi.ff.de ſer.vrb.præd.l.ſi ædes,& quod no.Inno. & Hoſt. de maio. & obe.cũ inferior, & Dominus & pater meus ſuper gl.penul.& per regulam acceſſorium cum ſua materia de regu.iu.lib. 6. Item hoc probat verbum liberam, per quod infertur, quod non ad epiſcopum Florentinum, ſed ſolum ad epiſcopũ Feſulanũ ,pro quibuſcunque iuribus dictæ eccleſiæ, & pertinentiarũ ipſius eſt recurrendum, ad hoc de præb. de multa coniũcta decre.licet epiſcopus de pb. l.6.ff.de condi.inſti.quæ ſub conditione, & quòd no.in cle.de ſepul.c. dudum. §. ſtatuimus in gl.ſuper verbo libere. Itẽ probat verbum exemptum,quod ſonat eccleſiam prædictam cum pertinentijs ſuis exemptam fore ab omni iure epiſcopali epiſcopi Florentini,quod ius Papa concedit epiſcopo Feſulano,alias ſequeretur, quod Papa eſſet cõtrarius ſibi ipſi,quod non eſt dicẽdum. 23.q.7. c.vlti.vel quod voluerit Papa dictã eccleſiã eximere a ſeipſo, vel ab eccleſia, quod eſt abſurdum, & cõtra id quod habetur de cẽſ. c.cum inſtantia. C.de ſacroſan. eccl. l. iubemus. Præterea prædicta verba ſignificant,& operantur quod eorum requirit intellectus. ff.de leg.j.ſi quando de leg.3. non aliter.31. diſt.omnino.31.q.1.quomodo.de app.paſtoralis.1.reſpon.de decim.ad audientiam cum concordantibus: dictorũ autem verborum intentio & propria ſignificatio rectę & clarę ſunt,vt eſt dictum ſubiecta materia attenta,ut fieri debet,ut l. ſi vno. ff. loc. cum concord.33.q.5.ſi non licet.de conſti.ex literis. de priui. ſi Papa.lib.6.de aut. & vſu pal.c.j. de præben.quamuis.lib.6. & eod.lib.de ſen. extra ſi ciuitas cum ſimilibus; Et ad hãc poteſtatem,quam dixi habere Epiſcopum Fe-
19 ſulan.in dictam eccleſiam S.Marię† in Campo & rectorem eius, cui curam populi & iura rectori eccleſiæ competentia habet committere,eſt referendum,quod no. Innoc.de præben.in lateranenſi in magna glo. ver.ſed ſi alij Epiſcopi.

20 Sed † licet Eps Feſulanus per prædictam conceſſionem Papę habeat ius epiſcopale in dicta eccleſia S. Mariæ virtute dictorum verborum, populum tamen ipſius eccleſiæ non puto exemptum a iuriſdictione Epiſcopi Florentini,quia conceſſio eccleſię cũ pertinentijs eſt,quod diuerſum ab exemptione populi eiuſdem eccleſiæ, ut eſt expreſſum de priuil.per exemptionem lib. 6. & diſpoſitum ſpecialiter in aliquo, non intelligitur eſſe diſpoſitum in alio diuerſo. 16.q.1.alia, de offi.or.dilectus,de reſcr. ſuſceptum lib.6.ff. de exerci.l.1.§.1.de cont.emp.l.ſi in emptionem.§.alia.C. de don.int.vir.& vx. l. ſi maritus,bene facit in propoſito de priui.ex parte, ideſt de ſen.excom.ſi ſententia lib.6. nec ob-
21 ſtat,quod † dicitur in ipſa conceſſione cum pertinentijs ſuis, quia id debet intelligi de acceſſorijs ad eccleſiam, ſiue competentib. iuribus rectori eccleſiæ ratione rectoratus, ut ſupra dixi,& hoc probat dictio cum.ff.de fund.inſtr.l.ſi cui fundum,ff.de pecul. lega. l.1.2.& 3.de lega.ſi quis ancillas ,facit de ſepultu.de ijs.de ſimo.querelã,de celebr. miſ. cum Matheſilanus.§.quæſiuiſti, & quod ibi no.in nouella,vnde cura populi de iure pertinet ad eccleſiã,ideſt rectorem ipſius, ut in
22 iuribus ſupra † allegatis.Quod autem nomine eccleſiæ intelligatur rector,probatur.7.q. 1.ſcire debes. de teſtam. relatum. 2. & facit eod.



eod.tit.requiſiſti. Epiſcopus ergo cui eſt conceſſa eccleſia cum pertinentijs, & ſic habet ibi ordinare rectorem, eidem rectori curam populi debet committere, cum hoc ſit epiſcopale ad hoc.7.q. 1. Epiſcopus in diœceſi. 11.q.1.de perſona.16. q. 5. poſſeſſio & c. ſeq. & q.7 omnes baſilicæ, & conceſſio facta eſt Epiſcopo quare &c.per ea , quæ ſupra dixi. Sed exemptio populi a poteſtate Epiſcopi Florentini non eſt acceſſorium ad eccleſiã, vel curam populi, uel ipſius curæ dationẽ. Hæc enim ſtant ſimul, quod vnus epiſcopus extraneus prædicta faciat, & ille populus remaneat ſub poteſtate & iuriſdictione ſui epiſcopi in omnibus alijs, puta pro Chriſmate, ſiue confirmatione in fronte, pro iuriſdictione cauſarum ad forum eccleſiaſticum pertinentium,& huiuſmodi, & ita videtur ſentire Inno.de priuil.recepimus in 1.gl. verſi.in laicis,vbi expreſſe de populo facit mentio-
23 nem. Et ſic non obſt. † quod ipſe Innocen. not.in decreta.in Lateranenſi. quod qualiter intelligatur ſupra dixi, & ex prædictis patet reſponſio ad quæſita, & ſic dico & conſulo iuris eſſe ego Ioannes prædictus.

*SVMMARIVM.*

1 *Opera Sancti Ioannis de Florentia an teneatur ad Papales decimas, ſeu collectas perſoluendas.*

2 *Decimas Papales laici ſoluere non tenentur.*

3 *Decima imponitur Clericis & Eccleſiaſticis perſonis, & non de proprijs redditibus,ſed de eccleſiaſticis.*

4 *Clerici ſicut ad onera laicorum & communitatum contribuere non tenentur, e contra laici ad onera clericorum non contribuunt.*

## ALLEGATIO CXL.

1 IN Chriſti nomine amen.†Thema ſuper quo petitur conſiliũ tale eſt.In Ciuitate Florentiæ eſt locus quidam, qui dicitur Opera Sancti Ioannis qui locus habet latas poſſeſſiones,& iure proprietatis ſpectat cum ſuis poſſeſſionibus iuribus & pertinentijs ad commune Florẽtię Quod commune cõmiſit quibuſdam mercatorib. & ipſorum ſocietati & ipſis præſidentibus curam & adminiſtrationem ipſius Operę & ſuorum redditutum; qui præſidentes Operæ ad voluntatem ſocietatis prædictę,vel Communis Florentiæ,vel officialium ad hoc deputatorum per ipſos, vel alterum ipſorum, ſcilicet commune,vel ſocietatem ponuntur. vel deponuntur. Ipſi vero præſidentes Operæ ex poteſtate,quam habent tam a Communi quam a ſocietate,prædicta alienant, & p̄mutant bona etiã immobilia ipſius Operę, nullius epiſcopi vel alterius pręlati licentia requiſita. Item fructus ipſius expendunt in pios vſus, & maxime in Opera & Fabrica oratorij,vel eccleſię S.Ioãnis.Occurrit quãdoque qđ clerus Florentinus habet ſoluere decimas Papales, vel collectas legatorum, uel nuntiorũ ſedis Apoſtolicę, vel alias collectas impoſitas pro alijs cauſis & oneribus imminentibus clero. Petit clerus, quod contribuat iſta Opera ad prędictas expenſas & collectores decimæ petunt, quod ſoluat decimam,& quia Operarii, & qui pręſunt dictę Operę denegant prædicta ſoluere; per prędictos collectores decimæ,vel aliarũ collectarum, vel per D. Epiſcopum Florentinũ ob cauſas prædictas fertur ſententia interdicti in Oratorium vel Eccleſiam S. Ioannis. Quęritur an prędicta Opera, vel prædicti p̄ſidentes Operam teneantur ad ſolutionem decimarum prędictarum vel collectarum, & an propter prædicta non ſoluta,poſſit interdici Oratorium, vel eccleſia prædicta S. Ioannis,cum habeat ipſum Oratorium, vel eccleſia prælatum uocatum Plebanum qui de ſuis redditibus ſoluit dicta onera prout debet.

Conſilium mei Ioannis Andreę Decretorum Doctoris ſuper themate præſcripto cõſulti tale eſt. Qđ prædicta Opera non teneatur ad ſoluendas Decimas uel Collectas de quibus quęritur, & per conſequens propter ipſas non ſolutas de bonis,fructibus & redditibus Operæ eccleſia,vel Oratoriũ S.Ioannis interdici non poſſit. Rationes quæ me mouent ſunt hę.

2 Certum † eſt,quod ad Papales decimas nõ dico ad Communes Laici non tenentur, nec ipſorum bona, ſufficiat ratio, quia illis non imponitur p̄ literas Papales,nec ab illis exigitur.

3 gitur, & hęc patent; Imponitur † autem Clericis & Eccleſiaſticis perſonis & non de proprijs redditibus, ſed de eccleſiaſticis, ꝑ q̄d patet, quod ſi clerici nō tenentur de proprijs & patrimonialibus, certum eſt laicos non teneri; ſed bona iſta Operæ, uel Fabricæ, ut ponit Thema ſunt propria laicorum, ſcilicet Communitatis Florentiæ, quod concludit ad Decimas Papales, vel collectas Cleri bona illa non teneri. Fateor tamen quod ſi bona iſta de quibus quęritur eſſent eccleſiaſtica, de ipſorum redditibus licet deputatis ad fabricam ſolueretur decima, quia certū eſt illos eſſe redditus eccleſiaſticos, xij. quęſtio. ſecunda, de redditibus & duobus capi. præcedentibus. ijs rationibus bene conueniunt verba declaratorię Papalis, ſuper decimis quę ſunt hęc.

De redditibus eccleſiaſticis deputatis ad Fabricam eccleſiarum decima perſoluatur. De Eleemoſinis vero, ſeu oblationibus datis ad opus fabricæ, & maxime de ijs oblationibus quę in ciuitatibus, & aliquibus caſtris & locis Italię, in certis feſtiuitatibus in Candelis & Cereis, & aliis conſueuerunt dari & offerri ad opus fabricę, & per eos qui ad fabricam deputati ſunt colligi, decima non ſoluetur.

Oſtendunt hęc verba huius declaratorię, quod licet eccleſiaſtici redditus ad fabricā deputati teneantur ad onus decimę; Oblationes tñ & eleemoſinę ad illorū vſum deputatę non tenentur. Iſta vero eſt quędam eleemoſina quam de fructibus illorū bonorum quæ deſignauerunt operę, uel fabricę fieri facit. ergo ad Papales Decimas non tenentur. idem concluditur de collectis lega-
4 torum & alijs oneribus. Sicut † enim ad onera laicorum & Communitatum non debent vel tenentur contribuere Clerici, de Immu. eccl. non minus. & c. aduerſus, ſic ecōtra ad onera & collectas clericorum non contribuunt laici ad hoc de cler. coniu. c. Ioannes. & hoc eſt dicere iuriſdictiones diſtinctas. x. d. quoniam. xcvj. d. cū ad verū. qui filij ſint leg. cauſam. bene facit ad caſum noſtrū Decret. vltima de Cenſibus. Ex quibus efficacibus rationibus prætermiſſis argumentis concludo, quod ſupra conſului.

Ego Ioannes Andreę Decretorū Doctor. Datum & actum Bononię in domo D. Ioan. Andreę Decretorū Doctoris conſultoris pręſcripti præſentibus D. presbytero Marco rectore Hoſpitalis S. Marię & S. Saluatoris de S. Ioanne in Perſicheto Bonon. diœceſ. & Iacobino quondam Rainucij, & Batholomęo D. Torti familiaribus dicti D. Ioannis teſtib. ad prædicta vocatis, ſub Anno Natiuitatis Domini 1315. Indictione tertiadecima die 30. menſis Maij. In quorum omnium teſtimonium mandauit idem Do. Ioannes huic ſcripturæ ſuum apponi ſigillum.

**Expliciunt aureæ & practicabiles allegationes D. Lapi de Caſtiglionchio. Cum doctiſſimis & vtiliſſimis additionibus D. Quintiliani Mandoſij Iuriſcon. Romani, qui ipſas allegationes ita erroribus expurgauit, uero ſenſui reſtituit, & illuſtrauit, vt nil deſiderabilius, & vtilius peti poſſint.**

INDEX

# INDEX

## IN AVREAS LAPI ALLEGATIONES, QVI Hactenus inordinatiſſimus & confuſiſſimus circumferebatur, ita vt vix vnus verſiculus ſuo congruo loco poſitus eſſet, nunca Dom. Brunoro Sole ita ordinatus, vt ne vnus quidem ſuum locum egredi cognoſcatur, in omnium vtilitatem & commodum.

### A

ABBAS conueniendus eſt pro tota eccleſia ſibi ſubiecta vbi bona temporalia ſubiecta ſunt monaſterio. alleg. 48. nu. 5
Abbas an poſſit vti Mitra extra monaſterium. alleg. 19. nu. 1
Abbates non omnes poſſunt primam tonſuram conferre. alleg. 138. nu. 6
Abbatiæ an veniant ſub nomine beneficiorum alleg. 84. nu. 11
Acquiſitio hæreditatis an poſſit prodeſſe monacho ratione momentaneæ poſſeſ. & cęt. alleg. 101. nu. 22
Actibus ſine teſtibus quando ſit ſtandū. allega. 81. nu. 5
Actio iniuriarum non requirit ſpeciale mādatum. allega. 69. nu. 3
Actore agente rei vendicatione ſi reus negat ſe poſſidere, & actor hoc probat an ex quo reus debet priuari dominio illius rei requiratur litis conteſtatio. allegat. 63. numero 1.
Actor forum rei ſequitur. allega. 58. num. 2. & alleg. 72. nu. 2
Actor tenetur exprimere locum delicti. allega. 58. nu. 15
Actori non liceat, quod non licet reo. allegatio. 82. nu. 11
Actus per quos ingreditur iudicium habentur loco litis conteſt. & qui ſint illi actus. allega. 112. nu. 3
Actus eius qui habet poteſtatem iudicandi dicitur ſententia. alleg. 39. nu. 3
Actus geſtus per duas partes vniuerſitatis ſi fuit citata per non habentem poteſtatem, an valeat. allega. 131. nu. 1
Actus exterior dicitur ſignaculum, effectus interior dicitur poteſtas. alle. 138. nu. 16
Adminiſtrator an poſſit licentiam concedere monacho tranſeūdi in aliam arctiorē regulam. allega. 61. nu. 2
Adulterium monialis qualiter poſſit probari, vt illi auferatur habitus. allega. 53. nu. 1. & nume. 5.
Agens vti poſſidetis pro quacunque iniuria illata an dicatur agere contra ſacrilegum. alleg. 65. nu. 6
Agens interdicto vnde vi, quæ probare habeat. allega. 51. nu. 4
Agens ex condi. decre. ſæpe de reſti. ſpo. quid habeat probare. alle. 51. nu. 5
Agens remedio canonis reintegranda quid habeat probare. alleg. 61. nu. 6
Agens remedio canonis reintegranda qualiter formare debeat libellum. allega. 51. numero 8.
Agente aliquo, pro debito de quo conſtare dicat per inſtrumētū ſi iudex iubeat exhiberi, an, ſi nō exhibeatur iudex poſſit denegare iuriſdictionem ſuam. alle. 58. nu. 18
Agere ad commodum eccleſiæ, & nomine eccleſiæ, an idem ſit. alleg. 50. nu. 9
Alienare quod ſuum eſt aliud eſt quam non acquirere. alleg. 25. nu. 5
Alienatio etiam licita, an poſſit iuramento impediri. alleg. 30. nu. 2.
Aliud eſt ius parochialis & aliud eſt ius funerandi. alle. 59. nu. 3
Altare an exigat reſidentiam perſonalem. allega. 35. nu. 2
Anima eſt omnibus tēporalibus pretioſior, alleg. 70. nu. 7
Annuli in digitum immiſſio quare ſit inuenta in matrimonio. alle. 56. nu. 4
Annulus matrimonialis non matrimoniū, ſed ſponſalia tantum indicat. allegat. 56. numero 5.
Annus probationis quare detur religionem profitere volentibus. alleg. 46. nu. 3

Antiqua eccleſia an propter ędificationē nouæ perdere debeat ſolitas decimas.alle.66. numero 4.
Appellans non dicitur condemnatus.alle.2. nume.6.
Appellatio fieri debet coram perſona, quæ per ſuas literas fidem facere poſſit de appellatione.alleg.121. nu.1
Appellatio cum obiectione criminis cũ infamia impedit traditionē poſſeſſionis beneficij collati poſſeſſore non uocato. allegatio.121. nu.3
Appellatio interpoſita in abſentia iudicis a quo vel ad quem an valeat.alle. 38. nu.1
Appellatio an valeat in iudicis abſentia vbi eius poteſt haberi copia.alle.38. nu.2
Appellatio nullitatis ſententiæ transfert negotium principale ad ſuperiorem. allegatio.107. nu.1
Appellatio iuſta transfert iuriſdictionem ad iudicem ad quem nec remanet apud iudicem a quo.alleg.1. nu.10
Appellatio dicitur indiuiſibilis nec penes duos remanet.alle.2. nu.2
Appellatio non eſt ad finem ſuſpendēdi, ſed deuoluendi.alle.1. nu.8
Appellatio poteſt deduci in iudiciũ per viã accuſationis principalis & per viam exceptionis.alleg.2. nu.5
Appellatio a diffinitiua & ab interlocutoria in quo differant.alle.2. nu.8
Appellatio deuoluit ad ſuperiorē iudicē non ſolum id ſuper quo appellatur, ſed ēt illius acceſſoria & contingentia.alle.2. nu.12
Appellatio & collatio, & electio licet incerta quando admittantur.alle.6. nu.3
Appellans in iudicis abſentia, an ſit exēptus ab eius iuriſdictione.alle.38. nu.3
Appellatio qualiter fieri debeat in præſentia iudicis,alle.38. nu.6
Appellatio coram viris honeſtis an ſit ſufficiens.alle.38. nu.8
Appellatio in abſentia iudicis, vel partis facienda,an ſit eis intimanda.all.38.nu.10.
Appellatione facta a ſententia nulla unde iudicatur bene appellatum an teneat ſententia.alle.107. nu.2
Appellatione ſequuta a diffinitiua cum iuriſdictio transfundatur in ſuperiorem, an expenſæ poſſint per eundem iudicem taxari.allē.82. nu.7
Appellatione facta a diffinitiua ſententia appellationis articulus nō diſtinguitur a negotio principali alleg.98. nu.2
Appellatione pendēte ab interlocutoria nũquid actus factus per iudicem renunciationeſ appellationis poſtea ſubſequuta ſit validus.alle.1. nu.11
Appellatione facta a diffinitiua ſententia petitiſque apoſtolis, ſed non datis, & ideo proteſtatum, an ſi poſt lapſum petendorũ cõmittatur ſententiæ executio, poſſit executor ſententiæ appellationis exceptionē admittere.alle.2 nu.1.& nu.11
Appellatione ab interlocutoria iuſte interpoſita,an attentata poſt appellationē retractari debeant ante iuſtificationem legitimæ cauſæ.alle.2. nu.9
Appellatione deſerta, vel renuntiatione ſequuta nunquid acta poſt appellationē validentur.alle.2. nu.10
Appellationi a diffinitiua eſt deferendum.allega.2. nu.3
Apoſtoli quare cum inſtantia ſint petendi.alle.38. nu.7
Aquæ immerſio,an ſit de neceſſitate baptiſmi.alleg.103. nu.3
Arctior ordo & minor ordo quis dicatur.allega.61. nu.5
Aſſumentes tutelam filiorum vſurarij manifeſti,ſi contingat per habentem authoritatem compoſitionem fieri de abſolutione an prædicti executores ſequi debeant talē compoſitionem: an formam iuris de pauperibus reſtituendo.alle. 106. nu.1
Author originalis ſcripturæ præſumitur plene inſtructus de veritate, ideo ſtatur eius atteſtationi.alleg.77. num.5.

B

Bartoli opinio reprobatur.alle.58. nu.17
Beneficia non ſunt temporalia, ſed perpetua.alleg.9. nu.3
Beneficia conferre eſt iuriſdictionis. alle. 89. numero 12.
Beneficia patronorum laicorum an vacent in curia.alleg.96. nu.1
Beneficia patronorum laicorum an includātur in literis in quibus confertur beneficium ad præſentationem quoruncunque. alleg.96. nu.3
Beneneficia patronorum laicorum, an legatus conferre poſſit.alleg.96. nu.2
Beneficia

Beneficia duo incompatibilia tenens an ſit puniendus.alle.116. nu.1
Beneficia plura retineri poſſunt. alleg. 117. nu.2.alle.35. nu.1
Beneficia curata plura retines qua pœna puniatur.alle.117. nu.3
Beneficia vacantia conceſſa per Papam cuidam Epiſcopo, vt poſſit illa conferre an includantur ſedi Apoſtolicæ reſeruata. allega.84. nu.1
Beneficia principum ſunt large interpretanda.alleg.139. nu.9
Beneficij poſſeſſionis traditio per alium poſſeſſi facta per executorem, reuocatum an valeat.alle.117. nu.2
Beneficij verbum latiſſimum.alle. 84.nu.10
Beneficij renunciatio in cuius manibus fiat. allega.14. nu.7
Beneficij poſſeſſio colorata,& non colorata. allega.16. nu.2
Beneficij vacationis modum exprimens. Vide. Exprimens.
Beneficij reſtitutionem petens quo ſe ſpoliatum dicit cuius nomine agere debet. allegatio.50. nu.7
Beneficium de iure vacans. Vide, Executor datus,allega.103. nu.1
Beneficium deuolutum, uel reſeruatũ in curia an redeat ad ordinarium per vnicam Papæ collationem etiam ſi ille cui facta eſt collatio non poſſederit beneficium, ſed ex ſua culpa in priuationem inciderit. allega.127. nu.1
Beneficium manuale collatum per Papam, an poſſit per Abbatē reuocari.alle.9. nu.4
Beneficium etiam poſſeſſum quo caſu poſſit per executorē alteri conferri.alle.16. nu.3
Beneficium quod abſenti confertur non poteſt proprie dici abſentis ante acceptationem.alle.89. nu.6
Beneficium collatum per Papam, quod narret vacare per obitum alicuius in curia an fidem faciat de morte illius & de loco mortis.alle.7. nu.4
Beneficium collatum per Papam alicui, vt clerico,an literæ coram iudice ſeculari ꝓbent illum clericum.alle.7. nu.5
Beneficium collatum per Papam, ut perpetuum quod ex diſpoſitione conſtitutionis erat annale non facta mentione conſtitutionis an literæ dicantur ſubreptitiæ. allegatio.9. nu.1
Beneficium curatũ. Vide Habens benefici ũ.
Bona promiſſa prælato an dicantur ipſius prælati & an talia promiſſa dici poſſint bona eccleſiæ.alleg.113. nu.2
Bona hæreticorum licet ſint ipſo iure confiſcata tamen executio confiſcatio, & bonorum occupatio ante ſententiæ prolationē ſunt prohibita.alle.127. nu.8
Bona coniugis etiam ſi ſit dos an applicentur monaſterio vbi intrat de conſenſu viri etiam ſi ſit factum pactum de dote lucranda.alleg.129. nu.1
Bona per prælatum acquiſita an præſumantur eſſe de bonis eccleſiæ, vel prælati. allegatio.113. nu.1
Bona delata per monachum ad primũ monaſteriũ an tranſeant ad ſecundum monaſterium, ad quod talis monachus licite tranſiuit.alle.61. nu.6
Bona vſuraria nō ſunt pauperibus diſtribuēda quouſque fieri poſſit reſtitutio illis qui ſoluerunt vſuras.alle.74. nu.6
Bona eccleſiarum detinentes aut fraudulenter ſolutionem impedientes excommunicantur.allegat.64. nu.4
Bona vſurarij an ſint hipothecata pro vſuris extortis debenti vſuras recipere. allegatio.74. nu.4
Bona eſſe diuiſa inter prælatũ & Capitulum qualiter ſit intelligendum.alleg. 48. nu.7
Bona empta de pecunia eccleſiæ ſunt eccleſiæ.alleg.58. nu.12

C

Cadauera ubi ſepeliri debeant.allegat.83. numer. 2.
Canonici uolentes procedere ad electionem per formã ſcrutinij debent aſſumere tres qui uota inquirant,quid ſi in cap non ſint niſi duo.alleg.82. nu.5.
Canonicum poſſe agere nomine eccleſiæ impugnatur tribus medijs.alleg.50. nu.4.
Canonicus an poſſit agere nomine eccleſiæ. alleg.50. nu.2.
Canonicus agens pro præbenda ſua ſibi ſingulariter aſſignata qualiter formabit libellum.allegat. 50. nu.6.
Canonis reintegrandæ remedium an habeat locum in profanis.alleg.51. nu.7.
Cap. quanquam de uſur. libr. 6. an habeat locum in omnibus ultimis uoluntatibus. alleg.125. nu.2.
Carta aut in clauſtrum non eſt in inſtrumen

 tis

tis attendenda ſed tenor & veritas rerum, præterquam in priuilegijs imperatoris. allegatio.77. nu.7
Caſus propoſitio. alleg.56. nu.1
Cauſa vſuraria an ſit ſpiritualia. allega.70. numero 1.
Cauſa vſuraria eſt ſpiritualis: & ideo ſecularis iudex de illa ſe intromittere nõ poteſt. alleg.55. nu.2
Cauſa delegata & commiſſa ſi electus inueniatur eſſe filius ſacerdotis an ſi caſſetur electio, valere poſsit proceſſus ſine cauſæ cognitione.alle.27. nu.1
Cauſa cępta coram vno iudice an coram eo ſit terminanda.alleg.88. nu.7
Cauſa vſuraria quæ dicatur.alle.70. nu.2
Cauſa ſpiritualis tanto à ciuili differt quanto anima eſt corpore pretioſior.alle.70. nu.8
Cauſa criminalis diuerſimode conſideratur. alleg.70. nu.9
Cauſa per ſtatutum certo officiali cõmiſſa, ut de illa cognoſcat an dicatur officialis habere delegatam vel ordinariam. allegatio.88. nu.4
Cauſa cõmiſſa certo officio, ſi in medio cauſæ augumentetur officium in numero, an valeat ſententia lata per numerum augumentatum.alleg.88. nu.1
Cauſæ ſummariæ pluribus modis conſiderãtur.alleg.3 nu.5
Cauſæ debent agitari coram competenti.alleg.58. nu.3
Cauſæ eccleſiaſticæ omnes ſunt quaſi ſpirituales: & res eccleſiaſticæ ſpirituales dicũtur.alleg.70. nu.5
Cauſæ ſpirituales ſpeciale mandatum requirunt alleg.70. nu.6
Cauſæ eccleſiaſticæ debent ſecundum iura canonica terminari.alleg.92. nu.8
Cauſæ qua ratione poſsint audiri, aut commiſsiones fieri in diœceſi feſulanenſi.allega.123. nu.2
Cauſarum ſpecies ſunt plures.alleg.70. nu.3
Cautela ſeruanda in electionibus & collationibus.alle.6. nu.2.& nu.7
Ceſſante cauſa finali alicuius diſpoſitionis ceſſare dẽt & ipſa diſpoſitio.alle.106. nu.3
Charitatiuum ſubſidium an poſsit ſine pœna ſuſpenſionis ab officio impoſita ex conſtitu. Benedicti exigentibus procurationẽ vltra ſummã ibi taſſatam exigi.allega. 36. numero 1.
Cimiteria in quibus corpora paganorũ ſunt ſepulta an debeat cõſecrari.alle. 83. nu.7
Citatio vel cognitio an requiratur in proceſſu executoris.alleg. 15. nu.7
Citatio & peremptorium contra pupillũ indefenſum ſunt nulla ipſo iure. alleg. 115. numero 2.
Citatus ab incõpetenti iudice expreſſa cauſa iuſta ſi compareat, & neget cauſam veram, an teneatur probare cauſam fuiſſe veram ante litis conteſtatio. allegatio. 58. nume.16.
Ciuitas ſubiecta eccleſiæ quo ad temporalẽ iuriſdictionem an poſsit præſcribere contra eccleſiam.alleg.85. num.4
Ciuitas tudertina an ſit quoad iuriſdictionem temporalem eccleſiæ Romanę ſubiecta.alleg.85. nu.1
Ciuitas an poſsit ex præſcritione ſibi quærere libertatem. alleg.85. nu.5
Ciuitas Feſulana qualiter & quare in omnibus dicatur ſubiecta ciuitati Florentiæ.alleg.123. nu.1.
Clauſtrales an pro manuum iniectione cũ violentia in clericos poſsint a ſuo prælato abſolui.alleg.73. nu.5
Clauſula ſi non valet, quod ago &c. qualiter intelligatur.alleg.88. nu.2
Clauſula generalis adiecta expreſsioni cauſæ an comprehendat maiora expreſsis.allega.69. nu.4
Clauſula generalis adiecta ſpecialitati quomodo habeat vim ſpecialis mandati.allega.70. nu.10.& 11.
Clauſula appellatione remota vires perdere dicitur per ſolam commiſsionẽ factã per Papã ſuper appellatione.alle.121. nu.4
Clementina ſi ſummus de ſenten. excom. declaratur.alle.67. nu.1
Clementina vnica de cauſ. poſſ. & proprie. qualiter ſit intelligenda alleg.97. nu.1
Clerici quare agant coram eccleſ. contra ſeculares.alleg.58. nu.11
Clerici coniugati deſerentes habitũ, & tõſuram, an gaudere debeat priuilegijs decret. vnicæ de cleri. coniuga.alleg.118. nu.8
Clericum arctari ſtatutis laicorum inconueniens eſt.alleg.101. nu.27
Clericus an poſsit concedere bona eccleſiæ non obſtante iuramento de non donãdis, vel alienandis, vel infeudandis. alleg.30. numero 1.
Clericus ſine epiſcopi ſui licentia an poſſit prorogare iuriſdictionem non ſui epiſcopi.alleg.58. nu.14
Clericus qui poſſidebat poſſeſſiones cuiuſdã beneficij ſi eis a rectore eccleſiæ priuetur an poſſit agere poſſeſſorio. allegatio. 29. numero 10.
Clericus ſicut ad onera laicorum, & cõmunitatum contribuere nõ tenetur, ſic econtra laici ad onera clericorum non contribuunt.alleg.140. nu.4
Clericus coniugatus cum virgine in habitu & in tonſura incidens an pro debito pecuniario poſſit trahi coram iudice ſeculari.alleg.118. nũ.1
Clericus promotus ad primam tonſurã per Abbatem cui idem clericus nõ erat ſubiectus, an ex tali ordinatione ordinem receperit, ſeu ſibi caracter in animam impreſſus fuerit.alleg.138. nu.1.& nu.5
Clericus poſito, quod ordinem recepit an careat executione & an ſit ipſo iure ſuſpenſus ibid.nu.2.8.9. Item quid importet huiuſmodi executionis carẽtia poſito, quod ex ea cauſa careat executione dicti ordinis ibi, nu.3.15.17.
Clericus poſito, quod carentia executionis porrigatur ad omnia quæ rite ordinatus conſequi deberet, quod ſit remedium ipſi ita quod impetratio beneficij ſuſtẽtari poſſit.ibi.nu.4.18.20.21.22.23.
Clericus an poſſit ſine epiſcopi licentia compromittere, aut vaſallus ſine licentia domini.alleg.102. nu.1
Collatio ſiue electio dignitatum eccleſiaſticarum debet eſſe libera, nec poteſt Epiſcopus compellere ad recipiendum. alleg.31. num.2.
Collatio præbendæ vacantis de iure non de facto, an valet.alleg.16. nu.1
Collatio de aliquo beneficio facta per ordinarium ante inſinuationem ſibi factam ab executore deputato ad ipſiuſmet beneficij collationem an valeat. allega. 79. nu.6. Et quid de alio executore ibi. nu.7
Committendo alicui aliquid omnia cenſentur cõmiſſa ſine quibus illud expediri nequit.alleg.121. nu.2
Committens in legem fruſtra dicitur legis auxilium inuocare.alleg.54. nu.3
Commune quod eſt nemo proprium dicere debet.alleg.50. nu.15
Commune Florentiæ conceſſit quibuſdam officialibus priuilegium, vt poſſint ferre arma & vni alij concedere. Item conceſſit ſapientibus communis illud idẽ: vnus fuit de dictis officialibus & etiam de ſapientibus: an poſſit concedere quatuor.alleg.99. nu.1
Commune Florentiæ vult facere legem qđ creditum Montis permutari poſſit ad vitam ementis an iſte contractus licite fieri poſſit.alleg.137.nu.2. Item vult nouos creare creditores vendendo redditum annuum ad rationem qua reſpondet dictis creditoribus montium an talis cõtractus licite fieri poſſit. nu.3
Compoſitio quid importet in diſpoſitionibus Papalibus alleg.106. nu.4
Compromiſſo pendente ſi fiat ſecundum facta mentione de primo an a primo ſit receſſum.alleg.118. nu.1
Compromiſſum licet vno de collegio inuito non fiat, factum tamen a ſingularibus nõ reuocatur.alleg.78. nu.5
Concilium Maguntinum ſtatuit Letaniam maiorem.alleg.90. nu.3
Confeſſio alicuius an ſufficienter probet. allega.94. nu 8
Confeſſiones audire eſt actus iuris diſpoſitione ſecretus in quo teſtes non poſſunt exhiberi.alleg.94. nu.3
Confeſſioni annexa, ſeu dependentia, aut cohærentia quæ ſint.alle.94. nu.7
Confirmatio Papę in forma communi an tribuat plus iuris, quam ante. allegatio.7. num.8.
Conſentire factis plus eſt, quam conſentire verbis.alle.56. nu.12
Conſtare aliquid quomodo intelligi debet. alleg.60. nu.3
Conſtitutio loquens de condemnatis pro gebellinis &c. an extendatur ad monitionẽ, vt gebellinos per capitaneos partis guelfę in Florentia.alleg.39. nu.1
Conſtitutione facta per capitulum vacante ſede, & iurata de non ſoluendo charitatiuo ſubſidio niſi certam quotam an poſſint poſtea ſoluere ex quo conſtitutio non tenuit ſine pœna periurij.alleg.20. nu.1.
Conſtitutiones non extenduntur ad caſus odioſos.allega.61. nu.3
Conſuetudo Angelicana non extenditur extra territorium.alleg.90. nu.7

Conſuetudo eccleſiæ cathedralis florētiæ de redditibus percipiendis a canonicis abſentibus.alleg.35. nu.5
Contra clericum delinquentem vel excedentem an procedi poſſit coram iudice ſeculari.alleg.118. nu.6
Contractus matrimoniales fiunt ad modū obligationis.alleg.6. nu.6.
Contractus matrimonialis duo neceſſaria requirit.alleg.56. nu.7.
Contractus matrimonialis non dēt diuiſim ſeu diuerſis loco & tpe fieri. alle.56. nu.8
Contractus non poteſt eſſe vſurarius niſi ex pacto.alleg.54. nu.8
Contractus doloſi in fraudem vſurarum facti qualiter probari poſſint.alle.55. nu.3
Contractus eccleſiæ ipſam eccleſiam grauantes an poſſint reuocari.alle.80. nu.3
Contractus per iuramentum an amplietur vel reſtringatur.alle.129. nu.7
Contrahere matrimonium, & dicere ego ſum contentus eam habere differunt. alleg.56. nu.9
Conuentio & reconuentio an poſſit ſuper eadem re fieri.alleg.97. nu.4
Conuerſus tranſiens ad religionem intelligitur renuntiaſſe proprijs.alle.129. nu.9
Copula carnalis non poteſt per rerum naturam probari alleg.53. nu.2
Corpora infidelium in eccleſia ſepulta ſunt exhumanda.alleg.83. nu.4
Corpora infantiū non baptizatorū in cimiterio ſepulta, an ſint exhumāda all.83. nu.5
Corpora infidelium non debent in cimiterio ſepeliri.alleg.104. nu.1
Corrigi quædam ſtatim permittuntur quæ non cum interuallo.alle.94. nu.9
Creditores montium dell'un tre, & dell'undua, an licite percipiant tale lucrum. alle.137.nu.4.& nu. 9.
Creditores an licite vendant ius, quod habēt in dictis montibus.alleg.137.nu.5. & nu. 11. Item nunquid alij licite emant ab eis, poſito quod primi creditores licite receperint.alleg.137.nu.6.& n.12. Item nūquid dicti alij emptores prætextu dictæ emptionis licite percipiant dictum lucrum, quod a prædictis primis creditoribus percipiebatur.alle.137.nu.7. & nu.13.
Creditores primi poſito, quod lucrum licite non receperint nunquid poſt remiſſionē factam pure libere per dictam communitatem primis creditoribus vendere liceat primam ſortem, quæ iam erat ex ſolutione dicti illiciti lucri exinanita. alleg. 137. nu.8.& nu.14.
Credulitas non leuis aut temeraria, ſed grauis aut probabilis a iure non reprobatur & excuſat a dolo, & a culpa.alle.126.nu.2
Credulitas probabilis, vel non probabilis, quæ dicatur.alle.126. nu.3
Credulitas quando dicatur excuſare credentem.alleg.126. nu.5
Curam habens animarum non poteſt ſimile beneficium habere.alle. 116. nu.2
Curata beneficia duo non poſſunt, ab eodē retineri, quia in ijs requiritur reſidentia corporalis, & vnum corpus pluribus locis continue, & perſonaliter reſidere non poteſt.alle.116. nu.3
Curati ſemper dicuntur domicilium habere apud eorum eccleſiam, licet alibi habitent.alleg.62. nu.2

D

Data intereſſentibus officio funeris habentur loco diſtributionum.alle. 42. num.1.
Debitum alicuius Eccleſiæ non poteſt dici debitū vnius, ſed totius capituli.alleg. 37. num.3.
Decima pro fructibus beneficiorum perſoluitur.alleg.135. nu.1
Decima non debetur de eleemoſinis & oblationibus factis fabricæ.allc.135. nu.6
Decima quando & quomodo dicatur perſolui de minutis oblationibus & quotidianis diſtributionibus.alle.135. nu.8
Decima imponitur clericis, & eccleſiaſticis perſonis & nō de proprijs redditibus, ſed de eccleſiaſticis.alleg.140. nu.3
Decimæ ſolutio ſicut non augumētatur per augumentationem fructuum ita nec per diminutionem non diminuitur.alle.135. num. 2.8.
Decimæ an poſſint denegari rectori eccleſiæ, vbi parochianis de prouiſione ſpiritualium exigentibus recuſat prouidere.alleg.66. nu.7
Decimæ an nomine oblationum comprehendantur.alleg.66. nu.5
Decimæ impoſitio eſt temporalis non perpetua.alleg.135. nu.3
Decimarū noualium non ſoluendarū priuilegium quantum extēdatur. alle.62. nu.3
Deci-



Decimas ſolitas antiqua eccleſia an propter ędificationē nouæ perdere debea.alleg.66. num.4.
Decimas exigente rectore a parochianis q. bus adminiſtrationem diuinorum denegauerit, an ab ipſis poſſit obijci exceptio ſpoliationis diuinorum ipſis parochianis debitorum.alleg.66. nu.8
Decimas papales laici ſoluere non tenentur. alleg.140. nu.2
Decret.quia propter non arctat patronos laicos, alleg.78.nu.8.& alle.8. nu.3
Decretalis quoniā de iure patro. intellectus. alleg.78. nu.16
Decret.non ſolū de appel. declaratur. alle.1. nu.12.& nu.13
Decret.vt quis duas de elec. in quibus caſib. habeat locum.alle.8. nu.4
Decretalis vnica, de cle. coniuga. qualiter ſit intelligenda.alleg.118. nu.7
Decretalis vltra tertiam, & decre. in cauſis de teſti.intellectus.alle.82. nu.3
Decret.ſi beneficia de præben.lib.6.quo caſu dicatur exorbitare a regulis iuris communis.alleg.120. nu.2
Decretalis cum ſit, an habeat locum in moleſtante aut turbante poſſeſſionem eccleſiæ.alleg.65. nu.2
Decret.cum contingat de ętate, & qual. declaratur.alleg.138. nu.12
Decretum Papæ an ligare dicatur ignorantes.alleg.84. nu.9.
Decretum non interponitur ſuper incerto. alleg.132. nu.3
Decretum ſuper incerto an poſſit interponi. alleg.8. nu.5
Defenſio non tollitur alicui per exceptionē. alleg.54. nu.5
Deferens habitum nouitiorum per annum in ętate diſcretionis an ſit profeſſus. alleg. 129. nu.17
Dei ſpiritu quæ aguntur non ſunt ſub lege. alleg.25. nu.2
Delegatio & ſubdelegatio non ſunt acta iudicialia.alleg.81. nu.4
Delegatus iudex ante præſentationem literarū non recipit iuriſdictionē.alle.81. nu.6.
Denegare Apoſtolos appellanti eſt appellationi deferrē.alleg.124. nu.2
Determinato numero canonicorum intelligitur determinatus numerus præbendarū & econuerſo.alleg.14. nu.5
Dicēdo iudici, vt arbitrio ſuo procedere poſſit an intelligatur, vt etiam procedat per viam inquiſitionis.alleg.128. nu.2
Dicens indebite ſoluiſſe hoc probare debet. alleg.135. nu.9
Dicere ſolemnia ſeruaſſe an præſumatur pro ſententia confirmationis quando hoc factum eſt abſente parte.alleg.43. nu.1
Diebus feriatis res diuina fieri debet & a litibus hoīes abſtinere oportet.alle.90. nu.4
Dies per annum feriādi qui ſint all.90. nu.2
Dignitas non debet attribui ex diuitijs, quia cadunt etiam in viliſſimis perſonis. allega.191. nu.18
Dilatio quarta, an & quando detur ad probādum in incidenti.alle.82.nu.1.& nu.2
Dilatio quarta an in ſummarijs concedatur & quid in exceptionibus.alle.82. nu.8
Dilatio milleſima quando concedatur.alleg. 82. nu.10
Diœceſanus an poſſit abſoluere ab excommunicatione propter manuum iniectionem temerariam in clericum.all. 76.nu.1
Diſpenſare poteſt epiſcopus in retentione diuerſorum beneficiorum etiam cōtra omnem conſtitutionem.alleg.117. nu.4
Diſpenſatio ſuper abſentia cauſa ſtudiorum an includat perceptionem fructuum niſi illud expreſſe dicatur.alle.57. nu.7
Diſpoſitio legis municipalis diuerſimode cōſideratur.alleg.100. nu.5
Diſſoluere matrimonium carnale non poteſt Papa: quia quos Deus coniunxit homo non ſeparet.alleg.86. nu.7
Donatio generalis an extendatur in his quæ in ſpecie veriſimiliter erant danda. allegatio.129. nu.22
Donationibus plurib. inofficioſe factis, quæ illarum poſſit reuocari.alle.80. nu.5
Dos ad quem transferatur vxore ad religionem tranſeunte.alle.129. nu.19
Dubia probatio non releuat.alle.119. nu.2
Dubitans de inſtrumento producendo quibus verbis vti debeat.alle.119. nu.4
Duobus in eadem eccleſia impetrantibus quorum primus in forma gratiæ, alius in forma pauperum cum clauſula anteferri, quorum executores vtrique concurrunt quis ſit de iure potior in præbenda vacante.alleg.79. nu.1
Duobus procuratoribus inſolidū datis ad præſentandum ſi vnus præſentet, & præſentatus

ſentatus renuntiet an poſſit alius procurator præſentare.alleg.22. nu.2
Duorum litigantium dicitur ille probare, qui iuſtiorem titulum probat.alle.49.nu.2

E

Eccleſia collegiata non appellatur parochialis, ſed dignitas.alle.5. nu.7
Eccleſia nullo iure ſpeciali iuuatur vbi agitur rei vendicatio. vel depoſiti, vel ſimilibus actionibus.alle.58. nu.6
Eccleſia vel monaſterium quibus de cauſis, & per quos poſſit de vno loco ad alium transferri.alle.68. nu.2
Eccleſia cuiuſcũque diœceſis eſt ſubiecta cathedrali eccleſiæ.alleg.68. nu.4
Eccleſia vbi ſepulta ſunt corpora infidelium vel paganorum an poſſit conſecrari. allegatio.83. nu.1
Eccleſia an poſſit agere vti poſſidetis coram iudice eccleſiaſtico pro moleſtia, quam ſibi dicit inferri per laicum per violentiam. alleg.64. nu.1
Eccleſia curata, & non curata differunt & rector curatæ debet eſſe maioris ætatis, quam non curatæ.alleg.35. nu.4
Eccleſia S.Stephani, vel dicere plebs S. Stephani, an idem ſit.alle.15. nu.1
Eccleſia nunquam per ſe dat mandatũ, ſed aut ius, aut capitulum.alleg.50. nu.11
Eccleſia quando dicatur exempta a iure parochiali, ſed non a iure epiſcopali. allegatio.139. nu.12
Eccleſia quando dicatur exempta a iure parochiali & epiſcopali, cum tamen populus & rector quo ad ea quæ ad curam populi pertinent non ſint exempti. ibid. numero 13.
Eccleſia quando dicatur exempta ab omni iure ita quod populus & rector dicatur exemptus. nu.14
Eccleſię parochialis & collegiatę differentia.alleg.5. nu.9
Eccleſiæ de qua ſit lis cuius ſit cuſtodia. allegat.78. nu.18.
Eccleſiæ S.Mariæ in Campo parochianorũ cura & ipſius curæ commiſſio ad quem pertineat, an ad epiſcopum Florentinũ, an ad Feſulanum ſtante conceſſione facta per Papam Epiſcopo Feſulano.alleg.139. nu.3.6.15.17. Item quo ad alia iura Epiſcopo competentia an rector dictæ eccleſiæ & populus ſint exempti, & ſoli Epiſcopo Feſulano ſubiecti, an vero Epiſcopo Florẽtino.alle.139.nu.4.15.17.20. Itẽ quid importet verba appoſita in priuilegio. Cum pertinentijs ſuis. nu.10.18.21
Eccleſiæ nomine intelligitur rector ibid. numero 22.
Eccleſiam vnam alteri ſubijcere ſpecies eſt alienationis.alle.68. nu.3
Egere non dicitur nec in paupertate ſordeſcere qui habet ea quæ ſunt ſibi neceſſaria. alle.101. nu.19
Egeſtas qualiter euitari dicatur per acquiſitionem monaſterij.alle.101. nu.20
Electio per talia verba eligo talem ad beneficium talis an ſit valida. alle.6. nu.1
Electio & præſentatio ſunt diuerſæ & diuerſos operantur effectus.alle.8. nu.8
Electio facta per patronos ad eccleſiam tanquam vacantem per obitum an teneat cũ uacauerit per priuationem.alle.78. nu.14
Electiones, vel præſentationes aduerſis factas valere ſimul in eadem vacatione nõ poſſunt.alleg.78. nu.3
Electionum formæ incertæ diuerſimode cõſiderantur.alle.6. nu.4.
Electio vel præſentatio ſatis eſt, quod eligẽs vel præſentans ſit in poſſeſſione. alleg.78. nu.9.
Eligendo quis dicatur negligens. allega.78. nu.13.
Enſe enſis cuſpide cuſpis repellitur, & qui dicit quod non debet: audit, quod non vult. alleg.51. nu.1
Epiſcopalia iura quæ dicantur. allegat.139. num.11.
Epiſcopi infra quod tempus debeant conſecrari alleg.34. nu.1.
Epiſcopo mandante abbatiſſæ & conuentui recipiat vnam certam in monaſterio non mendicantium ſi minor pars conſentiat cum abbatiſſa, maiore parte contradicente an fieri debeat receptio.allegio.31. numero 3.
Epiſcopum alterius ſubditos ordinare non poſſe ſine licentia, quomodo intelligatur. alleg.138. nu.13
Epiſcopum non poſſe efficaciam, vel obligationem profeſſionis tollere, qualiter intelligatur.alleg.86. nu.5
Epiſcopus an poſſit petere procuratorem ratione viſitationis a capellanis eccleſiarũ. allega.29. nu.9
Epiſco-
Epiſcopus an poſſit diſpenſare cum ſubdiacono quem fecit promoueri ad presbyteratum, & ſic celebrauit. alleg.28. nu.1
Epiſcopus an poſſit diſpenſare cum clerico non ad hoc ordinato in apparatu miniſtrante.alle.28. nu.2
Epiſcopus de conſenſu canonicorum auferendo conſtitutionem & dato quod intelligatur temporalis an ſublata conſtitutione dicatur perpetuus.all.9. nu.7
Epiſcopus bono. an poſſit relaxare iuramentum de ſoluendis vſuris præſtito a bonon. mutinen. ſuper contractu bono. inito.alle. 10.nu.1.& nu.5.
Epiſcopus bon. in caſu prædicto nunquid poſſit procedere in abſentem ad declarationem nullitatis contractus.alle.10. nu.7
Epiſcopus an poſſit cum conſenſu habentiũ conferre beneficia in eccleſia inferiori ibidem creare nouam præbẽda.alle.132.n.1
Epiſcopus ponit iconomum in eccleſia quãdo cum eo eſt lis.alleg.136. nu.6
Epiſcopus qualiter prouidere debeat parochianis commode ad ſuam parochiam accedere non valentibus.alleg.66. nu.2
Epiſcopus imponens pœnam non producẽti titulum infra terminum an producens titulum non in forma publica incidat in pœnam.alleg.78. num.11
Epiſcopus an poſſit licentiam concedere vt vnus parochianus audiat diuina in alia eccleſia. alleg.75. num.5
Epiſcopus an poſſit concedere hoſpitali vt ibi ſit altare & ſacerdos celebrans, nõ perpetuus ſed ponendus ad libitum rectoris hoſpitalis, ſine conſenſu parochialis presbyteri.alleg.41.nu.1.& nu.3.4.5.
Epiſcopus an poſſit ponere rectorem ad eccleſiam orta lite inter coelectos & præſentatos a patronis.alle.78.nu.15.& nu.17.
Eps non põt ſe reſtringere ad cõferenda certa bñficia ante vacationem.alleg.84. nu.7
Epiſcopus eligens aliquem beneficiandum ſibi non debitum, ſi moriatur electus ante vacationem an poſſit Epiſcopus alium eligere.alleg.84. num.8
Eps an poſſit omnẽ iuriſdictionẽ à ſe abdicare: & an in generali donatione eccleſię trãſeant omnia iura epiſcopalia.allẽ.139.n.16
Epiſcopus non poteſt iura eccleſiaſtica in aliquo remittere.alleg.102. num.3.
Eps an excuſet a ſententia excommunicationis.alleg.115. nu.3
Examinatio teſtium an in cauſa matrimoniali poſſit committi ad alium locum vbi dubitat' de ſecũdo matrimonio. all.45. n.1
Exceptio vſuraria an tollatur per ſententiam abſolutoriam.alleg.52. nu.6
Exceptio ſubreptionis contra reſcriptum dilatoria eſt & ideo poſt iudicium ceptum poni non poteſt.alleg.112. nu.2
Exceptio dilatoria an poſt litẽ conteſt.valide proponi poſſit alle.112. num.1
Exceptio vſurarum ad hoc vt habeat locum quæ probanda ſint.alle.52. nu.1
Exceptio dilatoria iudicij an tollat naturalẽ obligationem.alleg.52.nu.7.& nu.9.
Exceptio vſuraria in cauſa acceſſoria ex prima poſt lit.conteſt.an ſit contra petentem vſuras admittenda.alleg.54. num.1
Exceptio vſurarum non procedit contra dominum tribus rationibus.alleg.54. n.7
Exceptio oppoſita contra vſurarium debet probari infra octo dies.alle.54. nu.10
Exceptio quod quis non contraxit con tra petitionem quæ continet quod contractus declaretur vſurarius quando opponi debeat.alleg.10.nu.8.& quid quando quis neget non contraxiſſe in tali loco.alle.10.n.9
Exceptio reprobatoria teſtium an ſit peremptoria.alleg.82. nu.9
Exceptione quod alienum retineat, volens aliquem repellere debet probare probatione certa.alleg.51. nu.2.
Exceptio ſpontaneę renuntiationis non admitti poſt ſpoliationem quomodo ſit intelligendum.alleg.22. nu.1
Exceptionis criminis & odioſæ an detur reſtitutio.alleg.52. num.10
Excommunicatio eſt pœna ſeu medicina inducta a iure poſitiuo, nec incurritur niſi in caſu a iure expreſſo.alleg.47. nu.2
Excommunicatio lata poſt appellationem legitimam in quibus caſibus dicatur ipſo iure nulla.alleg.47. num.3.
Excommunicatio lata contra impuberem propter contumaciã an valeat.alle.115.n.1
Excommunicatio poſt recuſationem non tenet ſicut nec poſt appellationem.alleg.1. num.1.
Excommunicatio poſt diffinitiuam eſt nulla.alleg.2. nu.4
Excommunicatio a delegato ſine monitione an teneat.alleg.115. num.4
Excom-

Excommunicationis ſententia an cadat in illum per quem non ſtat quin id quod ſub pęna excommunicationis præcipitur, fiat. allegat.47. nu.1
Excõmunicatus ingrediẽs religionẽ abſolui põt a prælato ipſius religionis.alle.47. n.6
Excommunicatus conuentus ſuper eo ſuper quo eſt excommunicatus iniuſte an poſſit obijcere ſe non teneri reſpondere donec ei reſtituatur cõio hominum.alleg.66. nu.9
Excommunicatus licet in iudicio poſſit repelli non tamen extra iudicium eſt ei debitum denegandum.alleg.52. nu.5
Executor datus ad diſpenſandum ſuper defectu, ſup quo depẽdet corã ordi. inqſitio an debeat aſſumere partes iudicis.alle.60.n.1
Executor datus cum clauſula, ſi ita eſt, quid importet.alle.60.nu.2.& nu.6
Executor datus ſuper gratia facta an expiret morte vel reuocatione legati.alleg.17. n.1.
Executor datus a legato vel Papa ſuper gratia facienda, qui tamen tempore reuocationis legati vel morte Papæ executione facta, ſed tantum collatione ſequuta, an poſtea poſſit ſe intromittere, alleg.17. nu.2
Executor ſententiæ non admittit exceptionem contra ſententiam licet contra commiſſionem.alleg.2. nu.13
Executor factus per Papam ad hoc vt valeat quæ requirantur.alleg.2. nu.14
Executor datus ad prouidendum beneficiũ de iure vacans an poſſit nõ vocato poſſeſſore conferre.alleg.103. nu.1
Executor de prouidendo beneficium an poſſit impediri in ſua collatione per ea quæ fiunt poſt ſuos proceſſus. alleg.103. nu.4
Executor datus ad prouidendũ alicui de beneficio an debeat vocare eos quorum intereſt.alleg.79. nu.5
Executores teſtamentorum an dici poſſint procuratores & an poſſint experiri contra hæreditarios debitores pro exequendis legatis.alleg.91. nu.6
Executoris partes quæ ſint. alleg.15. nu.8
Exprimens vnum modum vacationis beneficijs i impetratione illius ſi vacat alio modo an in ipſa impetratione includatur.allegat.89. nu.2.

F

FActa a ſeruo gerente offic. prætoris ſunt valida quandiu in officio toleratur.allegat.89. num.13.
Factum viue vocis oraculo Papæ an intelligendum ſit vt dicatur factum a Papa.allegatio.32. nu.4
Finita cauſa beneficij finitur beneficium.allegat.101. num.11.
Fœlix quem faciunt aliena pericula cautum. alleg.94. num.7
Forenſis quando poſſit coram non ſuo iudice conueniri.alleg.10. num.2
Forma purgationis rei.alleg. 10.nu.10.& alleg.81. num.4
Forma libelli in materia vſurarum dupliciter eſt conſideranda.alleg.55. num.4
Forma ſecundum quam debet fieri profeſſio quæ ſit.alleg.129. nu.5
Formæ pauperum qualitates.alleg.79. n.2
Fratres carmelitæ an ſint mendicantes. allegatio.44. nu.11
Fratrum carmelitarum regula non continet eos eſſe mendicantes ſed hæremitas.alleg.44. num.2
Fructibus beneficiorum augumentatis ſolutio decimæ non augumentatur, ita nec p diminutionem diminuitur, fallit in caſu. alleg.135.num.2.& num.8.
Fur an dicatur is qui vadens ad furandum præueniatur ante furtum & illi res donetur.alleg.71. num.1

G

GEneralis prouiſio non refertur ad ea de quibus ſpecialiter eſt prouiſum.allegatio.88. num.5
Generalis habens ex priuilegio quod poſſit abſoluere ab irregularitate præter quam ſi grauis ſit exceſſus an poſſit irregularitatẽ abſoluere quæ propter excommunicationem latam monitione non præmiſſa euenit.alleg.3. nu.2
Generali in conceſſione an veniant ea quæ quis in ſpecie non fuiſſet conceſſurus.allegat.84. num.12
Generi per ſpeciem derogatur.alleg.84. n.5

H

HAbens beneficium curatum ſi obtinet ſecundum curatum, & ante quam ſecundus habeat poſt moritur, an primum dicatur vacare per mortem ipſius.allegat. 89. num.1
Habens gratiam acceptandi primam præbendam vacaturam infra menſem acceptauit vacantem, deinde vacauit alia quã alius impetrauit acceptauit cum proteſtatione ſi ſibi eſſet debita, deinde tertius venit petens acceptatam a primo tanquam ſibi prius debitam & reſeruatam quam ille dimittit & vult acceptatam a ſecundo quæritur an poſſit.alleg.120. nu.1
Habuiſſe & reſtituiſſe ſtãt ſimul.alle.52. n.3
Hoſpitans in parochia non dicitur illius parochianus, ſed is qui domicilium ibi habet.alleg.62. num.1

I

IConomi partes quæ ſint.alleg.81.nu.8. & num.9.10
Iconomus ſine authoritate epiſcopi poteſt a prælatis inferioribus conſtitui.alleg.5. n.3
Ignorans & ſine dolo an in impetrationibus ſit ſemper excuſandus.alleg.89. nu.3
Ignorantia viris an in aliquibus excuſet clauſtrales.alleg.73. nu.6
Ignorantia non præſumitur in ijs quæ quis indagare tenetur.alleg.50. nu.17.
Illicite profeſſus in ordine mẽdicantium an poſſit ad ſeculum redire.alleg.46. nu.5
Illi de collegio ſunt idonei teſtes quando cauſa eſt collegij in communi, ſecus quando cauſa eſt de re ex qua ſinguli de vniuerſitate percipiant commodũ.alleg.135. n.14
Impediens res eccleſiaſticas ſacras ſacrilegus dicitur.alleg.72. nu.3
Impeditis non dicuntur tempora currere.alleg.34. num.2
Imperare & uetare præſupponunt authoritatem ſuperioritatis.allec.101. nu.15
Impetrans ſuper vacante ſatiſfacit mentionem de numero alleg.15. nu.3
Impoſitio decimæ eſt temporalis non perpetua.alleg.135. num.3
In actu pertinente ad vniuerſitatẽ debẽt eſſe pſentes duę partes de vocãdis.alle.131.n.2
Indefinita locutio æquipollet vniuerſali.allegat.84. num.3
Indicia cõcludentia quem velle religionem intrare quę ſint.alleg.129. nu.13
Inferiores an committere poſſint curam parochianorum alleg.5.nu.2.& nu.6.
Ingrediens monaſterium deſinit eſſe dñs & poſſeſſor ſuorũ bonorum. alleg.129.nu.18
Ingrediẽs religionem an poſſit de bonis ſuis teſtari.alleg.25. num.3
Ingreſſu religionis tollitur ius patri quæſitũ exhæredandi filium propter ingratitudinem præteritam.alleg.129. num.24
Inhibitio & decretum legati an ligent ignorantem.alleg.14. nu.5
In natura ſocietatis periculum debet eſſe cõmune ſicut & commodum.alleg.93. n.3
Innouari nihil poteſt intra tempus proſequẽdę vel iterponẽdæ appellationis.alle.2.n.7
Inquiſitor hæreticæ prauitatis an promoueri poſſit in generalẽ ſui ordinis.alleg.32. n.1
Inſtitutus a Papa ab alio non poteſt remoueri.alleg.32.& nu.2.
Inſtrumento ſine teſtibus quando ſit ſtandum.alleg.81. num.3
Inſtrumentum facit fidem de omnibus ſolẽnitatibus quæ in eo enũtiantur quę potuerunt incurrere tempore celebrati contractus.alleg.77. nu.3
Interdictum vti poſſidetis patitur petitionẽ & declarationem dominij vt iuſtior appareat.alleg.58. num.7
Intereſſe priuatum an poſſit eſſe in re communi: & an in vna & eadem re poſſit eſſe intereſſe cõe & priuatum.alleg.50. nu.13
Intereſſe ſufficit vni actui quantũ ad perceptionem diſtributionem illi actui deputatarum.alleg.41. num.3
Intereſſentia diuinorum an ſufficiat ad perceptionem diſtributionum quotidianarum. alleg.42. nu.2
Intrans religionem mendicantium neceſſe eſt ibi ſtet per annum ante profeſſionem. alleg.129. nu.12
Inuaſor dicitur qui violenter alterius poſſeſſionem ingreditur.alleg.65. num.3
Inuaſores rerum eccleſiæ & clericorum dicũtur ſacrilegi.alleg.65. nu.5
Is ad quem perueniunt bona vſurarij ſemper tenetur ad reſtitutionem.alleg.74. n.3
Itineris arreptio an habeat vim appellationis.alleg.38. num.4
Iudex eccleſiaſticus non poteſt inuitus detinere clericum pro debito ciuili.alleg. 118. num.2
Iudex ſecularis pro pecuniario debito detinens clericum coniugatum &c.an præſumendus ſit temerarius vel iniurioſus, alle. 118. num.4
Iudex debet interrogare partes de contingẽtibus cauſam quotieſcunque æquitas ipſum mouet.alleg.119. nu.6
Iudex curare debet vt ab ea parte interrogationem incipiat vnde litem facilius poſſit expedire.alleg.119. nu.7
Iudex in propria cauſa eſſe nemo poteſt.allegat.

gat.37. num.2

Iudex eccleſiaſticus de qualibet oppreſſione cognoſcit.alle.58. num.5

Iudex ſecundus cognoſcens de incidenti coram primo,an poſſit illi inhiberi ante cauſæ cognitionem.allegat.60. nu.7

Iudex quando repellit exceptionem prima facie concludentem, & de iure approbatã debet exprimere cauſam.alle.1. nu.7

Iudex non eſt petendus in ijs quæ lex ipſa facit. alle.127. num.7

Iudex appellanti congruo loco & tempore ſæpius & inſtanter apoſtolos petenti nil reſpondens: poſtea vero inter terminos appellantem citat ad apoſtolos recipiẽdum, an dictæ appellationi detuliſſe dicatur.allegat.124. num.2

Iudex reſpondens ſe daturum apoſtolos nullum exprimens terminum, quandoque æquiparatur tacenti.alleg.124. nu.3

Iudex eccleſiaſticus poteſt de qualibet fraude contra eccleſiam commiſſa cognoſcere.alle.64. num.3

Iudex appellationis & nullitatis poteſt pronuntiare ex veteribus actis validis reprobatis inualidis,ſecus ſi omnia facta forent inualida.alleg.98. nu.3

Iudex appellationis poteſt abſoluere, & ſtatim eundem ex alia cauſa condemnare.alleg.98. num.5

Iudex ad reſtitutionem ſpoliati quomodo procedere debeat alleg.51. nu.10

Iudex in reſtitutione ſpoliati quomodo procedere debeat. alleg.23. num.5

Iudex & teſtis nemo poteſt eſſe in cauſa propria.alleg.94. num.2

Iudicio ſubſtantialibus carente proceſſus redditur nullius.alleg.128. num.1

Iudicis præſentia coram quo appellandum eſt qualiter ſit requirenda. alleg.38. nu.11

Iudicium factum ſine cauſæ cognitione præſente parte & non contradicente an valeat.alle.27.nu.1.& nu.4.

Iura non porrigi ad non ſuppoſitos qualiter intelligatur alleg.101. nu.24

Iura tam communia quam municipalia debent clericis obſeruari ſicut & alijs.allegat.101. num.25

Iura ſanguinis an diſpoſitione iuris poſitiui mutentur.allegat.101. num.7

Iura duo lucroſa vel oneroſa poſſunt in vna & eadem perſona cõcurrere.alle.135. n.5

Iura epiſcopalia quæ dicantur.alleg.119. n.11

Iura diuerſa an poſſint in eadem perſona cõcurrere.alleg.99. num.2

Iuramentum temerarium non eſt ſeruandũ. alleg.21. num.3

Iuramentum an ampliet ſeu reſtringat contractum.alleg.129. num.7

Iuramentum an ſit in cauſa monachatus deferendum alleg.86. nu.2

Iuramentum deciſorium nunquam debet deferri actori vel reo niſi quando ipſi ſciũt rem de qua quęritur per veram ſcientiam. alleg.86. num.6

Iuriſdictio iudicis an ſola recuſationis propoſitione cum cauſa legitima ſuſpendatur. alleg.1. num.1

Iuriſdictio delegati expirat per obitum delegantis.alle.88. num.3

Iuriſdictio data a iure ratione cõtractus quo modo intelligatur.alleg.10. nu.3

Iuriſdictionis prorogatio dupliciter conſideratur.alleg.58. nu.13

Ius vnius eccleſiæ alteri dari nõ dẽt.al.57.n.8

Ius iniquum dici non põt vbi inductum eſt gñaliter ab eo qui poteſtatẽ hẽt ſtatuẽdi in loco in quo id ius inductũ eſt.alle.101.n.12

Ius in re & ius ad rem quo caſu æquiparentur.alleg.89. num.7

Ius facit curiæ ſtilus.alleg.60. nu.5

Ius commune & epiſcopale priuilegio exceptionis tollitur.alleg. 139. nu.7

Ius ſanguinis tolli non poteſt.alle.100. n.7

L

LAicos ſtatuere de rebus vel perſonis eccleſiaſticis ab vtroque iure prohibitum eſt.alleg.92. nu.7

Laicus impediens quo minus clericus poſſit pacifice poſſidere fundum eccle. debitum an poſſit coram iudice eccleſiaſtico conueniri.alleg.65. num.1

Laicus an propria authoritate capere poſſit clericum fugientem cum aliena re ſine pęna excommunicationis. alleg.126. nu.4

Laicus emens nomine & pecunia alicuius prælati eccleſiaſtici aliquas poſſeſſiones quas per fraudem ſibi vult apropriare an & coram quo iudice poſſit per eccleſiam conueniri.alleg.58. nu.1

Legante aliquo in vltima voluntate centum ad ędificandũ quandã capellã infra.6.ann. an ſi infra 7.an.nõ incipiat, deueiat huiuſmodi legati executio ad epiſcopum, & qñ

exe-



exequi poſſit.alleg.87. nu.1

Legata ad ipſas cauſas in teſta.in quibus non fuerunt teſtes rogati,an valeant.allega.29. num.1.& num.5

Legata ad pias cauſas in teſtamento vſurarij, an valeant alleg.29. num.3

Legata in teſtamento ante aditionem bonorum ſunt ſuſpenſa,quia in ſui eſſe pendentiam habent ab aditione hæreditatis.allegat.91. num.4

Legata in teſtamento an poſſint ante bonorum teſtatoris aditionem exigi.alle.91. n.1

Legatus an poſſit abſoluere irregularem qui incurrit irregularitatem celebrando, cum ſit ſuſpenſus.alleg.13. nu.3

Legatus poteſt vnum beneficium reſeruare & inhibere & etiam executor ab eo deputus.alleg.14. num.1

Legatus alicuius prouinciæ an habeat neceſſe probare ſe eſſe legatum.alleg.15. nu.2

Legatus an poſſit conferre beneficia patronorum laicorum alleg.96. num.2

Legis municipalis diſpoſitio diuerſimode cõſideratur.alleg.100. num.5

Lex municipalis in cauſa eccleſiæ quando ſit ſeruanda.alleg.81. num.2

Lex antiqua ſemper fuit ratione vallata aliter non eſſet lex & lex noua corrigens primam poteſt aliquo reſpectu eadem dici eura prima.alleg.100. num.2

Lex municipalis fauet eccleſijs nec concernit perſonas eccleſiaſticas niſi per Papam ſit approbata.alleg.100. num.4

Lex vel ſtatutum laicale an poſſit ad clericos extendi alleg.100. num.8

Libelli forma in cauſa vſurarum.alle.55. n.4

Libelli parte inepta reiecta an poſſit ſuper parte apta procedi.alle.54. nu.6

Libello ſufficienter moleſtiam narrante an reus cogatur reſpondere,non obſtante q̃d alleret in ea parte libellum obſcurum. alleg.64. num.5

Libertas eccleſiaſtica in quibus conſiſtere dicatur.alleg.92. num.1

Libertas eccleſiaſtica a quibus & per quę lędi dicatur alle.92. num.2

Licentia data mulieri ingredienti religionẽ de bonis ſuis diſponendi videtur eſſe data in morte:quia ciuiliter morit̃.all.129.n.25

Licet aliqui de vniuerſitate præſentes dicant ſe nolle vocem dare, non tamen per hoc ſunt priuati iure vniuerſitatis; vnde debent computari in numero duarum partium.alle.131. num.4

Limitari non debet quod lex non limitat.alleg.101. nu.8

Lite cõteſtata in ſummaria an actor habeat cauſam querelę ſi in reconuentione conteſtetur, & quid teneatur facere reus reconueniens ad hoc vt reconuentio procedat. alle.3. nu.6

Lite pendente is qui eſt in poſſeſſione iuris eligendi vel præſentandi an poſſit eligere vel præſentare.alle.136.nu.4.& nu.7. 8. Et an id quod dicitur de præſentatione extenditur ad electionem. nu.5

Lite pendente res in alium non debet transferri.alleg.136. nu.3

Litera executoria in qua ſit appoſita clauſula amoto quolibet detentore an tollat ſubreptionem literarum gratioſarum.alleg.15. num.6

Literæ Papæ in quibus confertur alicui beneficium vt clerico an coram iudice ſeculari probent illum clericum alleg.7. nu.5

Literæ a Papa vel legatis indifferenter impetrantur contra raptores ad iudicem eccleſiaſticum.alleg.58. nu.8

Literæ impetratoriæ in forma pauperũ quare continent quod beneficium etiam minoris valoris conferre poſſit volenti.allegat.79. num.3

Literæ Papæ recomendantes iudici ſeculari aliquem plebanum an probent illum plebanum.alleg.7. num.1

Literis narratiuis quando ſit credendum & quomodo per eas probetur ius alicuius.alleg.7. num.2

Loca Epiſcopo ſubiecta vel non ſubiecta.alleg.41. num.2

Loca vicina & connexa de facili poſſunt cõmunicari.alleg.123. nu.3

Locatio ad longum tempus an ſit alienatio, & qualiter in hoc caſu accipiatur longum tempus.alleg.80. num.1

Locatio rei eccleſiaſticæ facta vltra tempus a iure vel conſtitutione permiſſum an valeat, Et ſi non tenet an ſit nulla pro toto tẽpore exceſſiuo.alleg.80. num.1

Locupletari non debet quis cum alterius iactura:Nec eſt ſpoliandum vnum altare vt alterum veſtiatur.alleg.62. nu.4

Loquens non intelligibiliter habetur pro nõ loquente.alleg.56. num.15

Magnum

M

MAgnum tempus quid ſit vel m. dicũ. alleg.30. num.3
Maior pars eccleſiæ an poſſit prouidere in ijs q̃ reſpiciũt ipſius vtilitatẽ.alle.85. nu.2
Maior pars ciuitatis ſeu collegij an poſſit ea quæ conſueta ſunt per ciuitatem vel collegium fieri.alleg.85. num.3
Maior pars vniuerſitatis an poſſit alios citare.alleg.131. num.1
Mandatum habens ad agendum interdicto vti poſſidetis poteſt interdicere dominiũ quod requirit naturã interdicti.alle.49.n.3
Mandatum habens ad locandũ pro quinq; annis an vltra illos quinque poſſit locare pro alijs quinq;, & ſic ſucceſſiue.all.12.n.1
Mandatum habens ad locandum bona eccleſiæ an poſſit locare eccleſiam vel cãpanilẽ vel domos contiguas eccleſiæ.all.12.n.2
Mandatum ad cauſas ciuiles & criminales non includit cauſam vſurariã. alle.70. n.4
Mandatum de prouidendo de beneficio cathedrali an continere debeat nomen ſancti.alleg.16. num.4
Mandatur prouideri de canonicatu & præbenda cum vacauerint & ſi in eccleſia nõ ſit numerus præbendæ prouidendum erit de canonicatu.alleg.14. num.6
Matrimonio in contrahendo an verba de neceſſitate requirantur.alleg.56. num.2
Matrimonium ſpirituale non contrahitur ſine verbis conceptum mentis indicantibus.alleg.56. num.3
Matrimonium legitimum an ſignis tantũ poſſit contrahi ſine verbis.alle.56. nu.10
Matrimonium ſpirituale & carnale in quibus differant. alleg.56. num.11
Matrimonium præſumitur probata ſubaratione.alleg.56. num.14
Matrimonium an diſſoluatur per ingreſſum ligionis.alleg.129. num.6
Mendicantes fingentes pauperiem,& vulgo ſe infirmos exhibentes cum non ſint, vt extorqueant eleemoſinas, pęna falſi puniuntur.alleg.18. num.1
Mendicantes fucatis coloribus ſe deturpantes, vt animas fidelium decipiant furtũ cõmittũt & quodãmodo rapinã.alle.18.n.2
Mendicantes religioſi qui dicantur.allega.4. num.2. & nu.4
Metropolitanus an ſit iudex ſubditi epiſcopi.alleg.102. num.2
Miniſtrans non ad hoc ordinatus ignorans tamen an fiat irregularis. alleg.28. nu.3
Miniſtri vſurariorum an teneantur ad reſtitutionem vſurarum.alleg.93.nu.1.& n.4
Miniſtri vſurariorum an ſint ſubiecti pœnis inualiditatis teſtamentorum & aliorum ſicut vſurarij.alleg.93. num.6
Minor 25. annis an poſſit habere eccleſiam rectoriæ. alleg.35. num.3
Minor in quibus caſibus reputetur maior ad hoc vt nõ cõpetat ei reſtitutio.all.52. n.10
Minor compromiſſum faciens ſine curatoris authoritate an poſſit poſtea illud compromiſſum petere pronuntiari nullum.alleg.98. num.1
Minor doli capax certificatus iurans ratione minoris ætatis vel propter deceptionem non venire contra contractum,nec petere abſolutionem a iuramẽto,an poſtea de iure audiendus ſit.alleg.24.nu.1. & nu.5
Minor an coram iudice ſeculari poſſit excipere de dicto iuramento vt repellatur a petitione & lite prædicta. alle.24.n.2.& n.6
Minor facta dicta exceptione coram iudice ſeculari, & ſententia corã eo lata an poſſit recurrere ad eccleſiaſticum & peti minorem cogi ad obſeruantiam iuramenti.allegat.24.nu.3.& num.7
Minori quid magis expediat an excipere coram iudice ſeculari & impedire iudicium, an expectare ſententiam,& illa lata recurrere ad eccleſiaſticum.alleg.24. nu.4
Minus legitime facere, & non facere æquiparantur.alleg.81. num.1
Monacha ſpoliata nõ põt repetere tanq̃ monacha ſed tãquã pars collegij. all.50. nu.6
Monacho non ſucceditur: ideo nec ipſe ſuccedere debet alleg.101. num.5
Monachus an ſit capax dominij rerum.alle.101. num.4
Monachus an ſit admittendus ad ſucceſſionem iure conſanguinitatis.alle.101.nu.11
Monachus a papa de manuali beneficio prouiſus an poſſit per Abbatem remoueri.alleg.32. num.3
Monachus in duobus monaſt. ſucceſſiue & licite profitens ſi qua bona acquirat cuius erunt.alleg.61. nu.1
Monachus & conuerſus in quibus differant. alleg.129. num.3
Monaſterio obligari a ſe ſolo quis nõ poteſt. alleg.4. num.7



Monaſt.ordinis ſancti Benedicti an ſit arctioris regulæ quam ordo Seruorum ſub regula Auguſtini.alleg.61. nu.4
Monaſterium vel eccleſia an poſſit de vno loco ad alium transferri.alleg.68. nu.1
Monaſterium ingrediens deſinit eſſe dominus bonorum ſuorum.alleg.129. nu.18
Moniales non expedit eſſe expertes forenſiũ decertationum. alleg.53. num.4
Moniales ſanctæ Claræ an comprehendantur ſub cap.non ſolum de reg.li.6.all.4.n.1
Moniales mendicantes quæ ſint.alleg.4. n.3
Monialis de adulterio accuſata qualiter & qua forma debeat purgari. alleg.53. nu.6
Monialium receptio de iure cui ſpectare dicatur.alleg.31. num.1
Monitio an ſemper debeat excommunicationem præcedere. alleg.73. num.2
Montis communis Florentiæ creditores triplicis generis.alleg.137. num.1
Moriens ſine ſpeciali ſepulturæ electione dẽt in eccleſia parochiali ſepeliri.alle.59.nu.2
Motus proprius Papæ quid operetur & quã vim habeat.alle.7. num.9
Mulier tranſiens ad ſecundas nuptias infra tempus luctus olim non ſuccedebat ſed bene ſibi ſuccedebatur.alleg.101. nu.23
Mulier ſterilis an habeat priuilegia dotis.alleg.101. num.17
Mulier prægnans cum fœtu an poſſit in eccleſia ſepeliri alleg.83. num.3
Multa poſt factum tollerãtur quæ ante facta prohibentur.alleg.83. num.6
Mutuantes ſtatum etiam inuiti per decretũ ſuperioris dicuntur condẽnati.alle.39.n.2

N

NAtura literarum eſt deſtinari abſentibus non præſentibus.alleg.89. nu.4
Negare proprietatem vbi agitur principaliter de poſſeſſione non releuat.alle.65.nu.8
Negare titulum vbi agitur de poſſeſſione nõ prodeſt.alleg.65. num.9
Negligẽs in eligẽdo quis dicatur.all.78. n.13
Nominans præſentandum in abſentia ſuperioris an dicat legitime p̃ſentare.all.75.n.1
Nomine oblationum an intelligantur decimæ.alleg.66. num.5
Non præſentare & minus ſufficienter præſentare paria ſunt.alleg.22. num.1
Notarius qui non fecerat primum teſtamentum, ſed exemplificauit aliud a primo de authoritate iudicis ordinarij an probet ſicut primum originale.alleg.77. nu.1
Notorietas repellit ab effectu recuſationis quæ non poteſt proponi poſt litem conteſtatam.alleg.1. num.6
Notorium quid eſſe plus eſt quam litem fore conteſtatam.alleg.1. num.5

O

OFficio permutato permutata eſt & poteſtas & noua forma ſemper eſt ſequẽda.alleg.88. num.8
Officium iudicis pendente dilatione quieſcere quomodo intelligatur.alleg.82. n.6
Officiali de ſuo actu plene credendum eſt. alleg.77. num.6
Opera S.Ioannis de Florentiam teneatur ad papales decimas ſeu collectas perſoluendas.alleg.140. num.1
Opinio expreſſa an ſit veritati præferenda. alleg.89. num.11
Ordinarius non debet propter ſuſpitionem non certam reputare aliquem excommunicatum.alleg.47. num.7
Ordinarius an in cauſa matrimoniali poſſit committere examinationem ad alium locũ vbi dubitatur de ſecũdo matrimonio. alleg.45. num.1

P

PActum inter virum & vxorem per quod deterioratur conditio mulieris an ſit validum.alleg.129. num.23
Papa gratioſe concedens cuidam Epiſcopo conferre poſſe quædam beneficia vacantia an includat illa quæ ſpecialiter ſedi apoſtolicæ ſunt reſeruata.alleg.84. num.1
Papa dicitur illa cæteris inhibere quæ ſibi ſpecialiter reſeruata ſunt.alleg. 84. nu.2
Papa per gratiam alteri factam non ligat ſibi ipſi manus.alleg.84. num.4
Papa conferens beneficium quod narret vacare per obitum alicuius curialis an fidem faciat de morte illius, & de loco mortis. alleg.7. num.4
Papa conferens beneficium vt perpetuum quod ex diſpoſitione conſtitutionis erat annale non facta mentione conſtitutionis an literæ dicantur ſubreptitiæ.alleg.9. nu.1
Papa narrans in reſcripto ſibi a Titio fuiſſe aliquid ſignificatum, & ſibi dat iudicem nunquid per reſcripti preſentationem probetur Titium fuiſſe in curia.alleg.7. nu.6
Papa non præſumitur velle reuocare ſtatuta prædeceſſorum prohibentia cõceſſionem priuile-

·priuilegiorũ niſi ius exprimat.all.105.n.2
Papæ narrata qñ faciant fidem. alle.67. nu.5
Papæ a Deo,& alijs a papa conceſſum eſt iudicare.alleg.92. num.5
Parochiale ius & ius funerandi differunt. alleg.59. num.3
Parochiani præſentantes vnum iure ſingulari an poſſint præſentare alium iure collegij.alleg.22. num.5
Parochiani non valentes cõmode accedere ad eccleſiam parochialem qualiter & quibus medijs prouidere debeant.alle.66.n.1
Parochiani poſſunt tanquam vniuerſi & tanquam ſinguli præſentare. alle.78. num.2
Parochiani & patroni an ratione ſui intereſſe poſſint agere contra rectorem eccleſię vt declaretur priuatus ſtante conſtitutione, concubinarium ipſo iure fore priuatum alleg.11. num.1
Parochianis ad eccleſiam parochialem commode venire non valentibus an poſſit Epiſcopus inuito rectore talis eccleſiæ aliam eccleſiam ordinare.alleg.66. num.3
Parochianorum intereſſe quid ſit.alle.11. n.2
Parochianus an debeat accedere ad eccleſiã ſuam pro auditione diuinorum certis diebus & quibus.alleg.57. num.1
Parochianus vnius eccleſiæ an debeat audire diuina in alia.alleg.57. nu.3
Parochianus an poſſit extra dies ſolemnes audire diuina vbi voluerit.alleg.57. nu.4
Parochianus vnius eccleſiæ audiens diuina in alia,an debeat ibi ſuas oblationes facere.alleg.57. num.6
Partem corporis baptizare an ſufficiat vt quis dicatur baptizatus. alleg.104. nu.2
Participans crimini cum criminoſo eadem pœna debet ligari. alleg.93. num.5
Partis vocatio an ſit neceſſaria quando notarius aſſumit inſtrumentum ex ſuo prothocolo.alleg.77. nu.2
Pater perdit ius exeredandi filium ob ingreſſum filij ad religionem.
Paternitas & filiatio: caput & membrũ correlatiua ſunt nec vnum poteſt eſſe aliud. alleg.116. num.4
Patronatus mentione non facta an permutatio beneficiorum a patronis laicis facta in curia an valeat,alleg.96. num.4
Patroni laici ſi ſint præſentantes vnum poſtea vero eorum maior pars variet accumulando quis eorum præferatur.allegat. 78. num.
Patroni laici non arctantur ad decret. quia propter.alleg.78. num.8
Patroni laici non arctentur ad decre. quia propter.alleg.8. num.3
Patroni an poſſint ſecundo præſentare vbi videtur deuoluta poteſtas per primam malam præſentationem.alleg.95. nu.2
Patronis in præſentationibus non conuenientibus debet Epiſcopus rectorem ponere. alleg.75. num.5
Patronis præſentantibus aliquẽ plebano habenti poteſtatẽ inſtituẽdi & poſtea alium Epiſcopo,quis eorum ꝓferatur.alle.78.n.1
Patronis præſentare habentibus a quo tempore currat tempus.alleg.78. num.12
Patronorum beneficia an legatus conferre poſſit.alleg.96. num.2
Patronorum laicorum beneficia an vacent in curia. alleg.96. num.1
Patronus eccleſiæ licet habeat ad præſentandum tempus determinatum non ſufficit quod eligat niſi infra tempus actualiter præſentet.alleg.75. num.3
Patronus præſentare volens an debeat certã formam obſeruare.alleg.75. num.4
Patronus diuerſis locis ordinario diuerſos præſentans ſi ſit an ordinarius poſſit eccleſiam ordinare, cum inter dictos patronos infra quattuor menſes quæſtio prædicta non fuerit finita.allega.136.nu.1.& nu.10.
Et quid de quæſtione orta inter ipſos præſentatos. nu.11
Pauperes clerici beneficiandi ſuper quibus ſint examinandi.alleg.79. num.4
Pœnæ debent commenſurari delicto.allega. 115. num.5
Pendente vno compromiſſo ſi fiat ſecũdum nulla de primo mentione facta an videatur receſſum a primo.alleg.108. nu.1
Percuſſio filij clerici a patre aut diſcipuli a magiſtro nõ ꝓſumit iniurioſa alle.118.n.5
Permutatio de bñficijs reſeruatis an valeat abſq; authoritate apoſtolica ſpeciali.alleg. 26. num.2
Permutatio beneficiorum ex patronis laicis facta in curia an valeat non facta mentione patronatus.alleg.96. num.4
Perſonæ ſtatuenti non ſubditæ non ligantur ipſius ſtatuto alleg.101. num.6
Petens reſtitutionẽ bñficij quo ſe ſpoliatũ dicit cuius nomine agere debeat.alle.50. n.7
Petens



Petens teſtamentum vſurarij declarari nullum an repellatur exceptione vſuraria.alleg.54. num.4
Petere & defendere poſſeſſionem beneficij ſui poteſt quilibet ex duplici collatione.allegat.132. num.2
Petitio vſurarum quando facienda coram iudice ſeculari vel eccleſiaſtico,& quando cõpetat exceptio.alleg.54. num.9
Petitio reſtitutionis an ſuſpendat executionem ſententiæ.alleg.52. num.8
Petitione ſummaria pendente nunquid poſt litem conteſtatam contraria petitio in cauſa plenaria ſit admittenda.alleg.3. nu.4
Petitione data ab actore ſuper aliquo an ſi alia directo contraria detur admittenda ſit.alleg.3. num.1
Petitorium quo caſu poſſit per exceptionem ſpoliationis ſuſpendi.alleg.97. nu.2
Pietas proprie non ſtat in nomine pietatis ſed in ſubſtantia veritatis & caritate ſubiectionis.allegatio.91. num.5
Plebanus vel alius inferior iuriſdictionẽ habens an poſſit conſtituere vicarios temporales.alleg.5.nu.1.& nu.5. & nu.10
Plebanus an poſſit compellere presbiteros debentes ſoluere ſuæ plebi certum annuũ cenſum & eos retinentes excommunicare.alleg.37. num.1
Plura beneficia ſimplicia habere non videtur a iure prohibitum.alleg.35. nu.1
Plura beneficia poſſe de iure communi ab eodem retineri dubium non eſt.alleg.117. num.2
Pœna capituli.de multa. de præbend.non habet locum niſi in retinente duo beneficia curata.alleg.117. num.3
Pœna negligentium vltimas teſtatorum voluntates exequi multipliciter conſideratur. alleg.87. num.3
Poſſeſſio religionis requirit annum elapſum completum & continuum ſine interruptione.alleg.46. num.2
Poſſeſſio vt probetur in præſentatione, quæ requirantur.alleg.136. num.9
Poſſeſſio quæ omnino apparet vitioſa, & cui ius reſiſtit non tribuit ius canonicæ poſſeſſionis.alleg.135. nu.10
Poſſeſſio quæ non generat præſcriptionem, non eſt vera poſſeſſio quæ ius tribuat.alle. 135. nu.12
Poſſeſſio beneficij colorata & non colorata quæ dicatur alleg.16. nu.1
Poſſeſſio beneficij non colorata non impedit ipſius beneficij collationem.alle.103. nu.2
Poſſeſſionem coloratam habere quis dicatur.alleg.103. num.3
Poſſeſſionem capiens authoritate propria & inuito poſſeſſore ſeu contradicente dicitur violentus.alleg.127. nu.4
Poſſeſſionis recuperandæ auxilia ſunt plura. alleg.51. num.3
Poſſeſſori inquietato datur vti poſſidetis.allegat.72. num.4
Poſſidens beneficium altero in poſſeſſionẽ miſſo:continuans tamen poſſeſſionem an dicatur perdidiſſe. alleg.127. num.3
Potẽtia cauſæ limitata limitatur & effectus. alleg.91. num.8
Poteſtas papalis an ſe extendat ad diſpoſitionem bonorum vſurariorum.alle.106.nu.2
Poteſtas capituli eſt in vnum. allegatio. 59. num.12.
Practica quomodo ſit procedendum contra eum qui negauit inſtrumentum eſſe confectum. alleg.10. num.12
Practica Florentiæ in præſentationibus.allegat.75. num.6
Præceptor ſancti Antonij qui bona monaſterij, & adminiſtrationes reperit diuiſas per prædeceſſorem poſt reſeruationem papæ,inter ſuos fratres,an poſſit illa reuocare & reducere ad priſtinum ſtatum.allega. 26. num.1
Prælatus an poſſit agere ſine capitulo aut capitulum ſine prelato.alleg.48. num.1
Prælatus quo ad bono. poſ.dupliciter conſideratur.alleg.48. num.2
Prælatus quare dicatur diſcretus. allegat.48. num.3
Prælatus non debet grauiora negotia ſine cõſilio facere. alleg.48. num.6.& nu.8
Prælatus & quicũque adminiſtrationem habens vbicunque poteſt agere & defendere,poteſt & procuratorem conſtituere.allegat.48. num.9
Prælatus tenetur ex officio ſuo congregationum ſuarum negotia procurare.ibi. numero 4.
Prælatus vocans ad ſe monachum ſuum cui mandatum facit ſtatim reſpondere ſibi veritatem ſub pœna excommunicationis, qua pœna teneatur.allegatio.73. num.1
Præſentandi tempus quãdo incipiat currere

nouiter eccleſiam ędificanti.alle.95. nu.1

Præſentandi tempus a quo tempore currat patronis.alleg.78. num.12

Præſentandi tempus habentibus determinatum, non ſufficit patronis quod eligant niſi infra tempus actualiter præſentent.allegat.75. num.3

Præſentantes patroni laici vnum, poſtea vero maior pars eorum variat accumulando quis eorum præferatur.alleg.78. nu.7

Præſentantes vnum iure ſingulari an poſſint alium iure collegij præſentare.alle.22. n.5

Præſentantibus patronis aliquem plebano habenti poteſtatem inſtituendi & poſtea alium Epiſcopo quis eorum præferatur.alleg.78. num.1

Præſentantibus patronis diuerſis loci ordinario diuerſos an ordinarius poſſit eccleſiam ordinare cum inter dictos patronos infra quattuor menſes quæſtio prædicta non fuerit finita. Et quid de quæſtione orta inter ipſos præſentatos.alleg.136.nu.1.10.11

Præſentare poſſunt parochiani tanquā vniuerſi & tanquam ſinguli.alleg.78. nu.2

Præſentare ſecundo an poſſint patroni, vbi poteſtas per primam malam præſentationem videatur deuoluta.alle.95. nu.2

Præſentare qui eſt in quaſi poſſeſſione an poſſit lite pendente.alleg.138.nu.2.4.7.8. Et quod dicitur de præſentatione an extendatur ad electionem.ibi num.5

Præſentare legitime an dicatur is qui in abſentia ſuperioris aliquem nominat in præſentandum.alleg.75. nu.1

Præſentare volentes an habeant aliquam certam formam obſeruare.alleg.75. nu.4

Præſentare minus ſufficienter, & non præſentare paria ſunt.alleg.22. nu.1

Pręſentare an poſſit diuerſos qui mandatum habet a diuerſis ad præſentandum.allega.22. num.4

Præſentatio prædicari dicitur de patronis laicis, & præſentatio clericorum electio proprie dicitur.alleg.84. nu.6

Præſentatio canonice facta acquirit ius præſentato, nec eo inuito auferri poteſt.alleg.78. num.6

Præſentatio & electio ſunt diuerſa.alle.8.n.2

Præſentatio rectoris manualis eccleſiæ ſitæ in alterius parochia cuius ſit.alleg.66. n.6

Præſentatio an poſſit fieri per literas.allegat.75. num.7

Præſentatio quæ requirat ad hoc vt quis probet poſſeſſionem.alle.138. nu.9

Præſentatio fit ſuperiori.alleg.75. nu.2

Præſentatione rectoris non conuenientibus patronis Epiſcopus rectorem ponit alleg.75. num.5

Præſentatione facta de vno lite pendente ſi ipſe poſtea renuntiet an poſſit fieri præſentatio de alio. alleg.22. num.3

Præſentationes electiones a diuerſis factis valere ſimul in eadem vacatione non poſſunt.alleg.78. num.3

Præſentationum electionum collationum cautela. alleg.6.nu.2.& num.7

Præſentationum pratica obſeruata Florentiæ.alleg.75. num.6

Præſentato vel electo ſatis eſt quod eligens vel pręſentans ſit in poſſeſſione.alle.78.n.9

Præſentatos & inter electos orta lite an Epiſcopus poſſit ponere rectorem. alle.78.nu.15.17

Præſentatus a patrono & confirmatus & iterum præſentatus ab alio dicente habere ius præſentandi & petat confirmari, nunquid poſſit cogi alterum eligere.alleg.8. num.1

Præſentia iudicis coram quo appellandum eſt qualiter ſit requirenda.alleg.38. na.11

Præſumptio præſumptione reconditur.allegat.94. num.6

Præſumptio non ſufficit ad probationē criminis.alleg.52. num.4

Princeps non poteſt ſe intromittere circa reſeruata per Papam.alleg.26. num.3

Principali ſublato per conſequens & acceſſorium ſublatum eſt.alleg.21. num.2

Priuata ſcriptura non probat in præiudiciū alterius quam ipſius ſcribentis.allegat.77. num.4.

Priuilegia & gratię ſuū effectū a volūtate cōcedentis habere dicuntur.alleg.130. nu.5

Priuilegiū cōceſſum monialibus ordinis ſanctæ Claræ p Nicolaum Papā.alle.134. n.1

Priuilegiū conceſſum alicui licet tollat aliud conceſſum ab homine non tamen tollit priuilegium iuris communis niſi de illo iure fieret ſpecialis mentio.alle.134. nu.3

Priuilegium de decimis non ſoluēdis de noualibus quantum extendatur.all.62. nu.3

Priuilegium Gregorij Papę conceſſum Epiſcopo Florentino ſuper eccleſia ſanctę Mariæ in Campo.alle.139. num.1







Priuilegium aliud ſuper eadem eccleſia.allegat.139. num.2

Priuilegium conceſſum clerico in minoribus conſtituto ne per iudicem ſecularem poſſit grauari an extinguatur per cōtractū matrimonialē cū vnica virgine.all.40.n.1

Priuilegium de non lædendo clericum corporaliter, latiſſimum eſt de omni læſione iniurioſa non ſolum in corpus ſed etiam in res corpori adhærentes. alleg. 118.nu.3

Priuilegium non eſt large interpretandum quando ex larga interpretatione fit alicui præiudicium alleg.139. num.8

Priuilegium ſcriptum tollens vnum nō tollit nec extenditur ad alium.alleg.4. nu.5

Priuilegium concedens ordini exemptionē an excludat illum a poteſtate inquiſitionis hæreticæ prauitatis.alleg.105. nu.1

Probatio quæ fit ex duobus vel tribus teſtibus de iure diuino ſufficiēs eſt. alle.29. n.6

Probatio in facto antiquo non requiritur multum ſeuera.alle.138. nu.19

Probatio vera debet de neceſſitate concludere.alleg.53. num.3

Probatio leuis ſufficit vbi difficilis eſt probatio.alleg.94. num.4

Probationes extra cauſam ſunt impertinentes & ideo is poteſt proponere quod debet probare.alleg.64. num.2

Procurator generalis non intelligitur datus ad illicita. alleg.127. nu.5

Procurator non poteſt ſine ſpeciali mandato defectus vel crimina in electum vel eligendum opponere.alleg.69. num.1

Procurator non poteſt ea per quæ ſtatus hominis diminui poſſit.alleg.69. nu.2

Procurator commiſſus in adminiſtratione ſpiritualium, & temporalium omnia poteſt excepta alienatione bonorū.all.49.n.1

Procurator habens mādatū ad p̄ſētandū a diuerſis an poſſit diuerſos p̄ſētare.all.22.n.4

Procuratore producente inſtrumentum ſi pars aſſerat velle redarguere de falſo & petat coram iudice per aduerſarium declarari an velit ratam habere talem productionem, & reſpondeatur quod ſic in quantū inſtrumentū ſit legitimum: an parti aduerſe hoc ſufficiat. allega.119. num.1

Prodigus cui fuerat ꝓpter hoc datus curator q iā bona adminiſtrauerat an poſſit religionē igrēdi abſq; curatoris aſſēſu.alle.25. n.1

Producens inſtrumentum debet illud ante productionē examinare &c.alle.119. n.5

Producenti inſtrumentum, quod pars aduerſa vult redarguere dandus eſt terminus ad deliberandum ſi velit eo vti.alleg.119.n.5

Profeſſio ſimplex an differat a monachatu.alleg.129. num.26

Profeſſio in religionem per quæ verba inducatur.alleg.129. num.8

Profeſſio eſt certæ religionis ſolemnis promiſſio.alleg.129. num.10

Profeſſionē religionis non facit qui bona nō offert aut eis non renuntiat. alle.129. nu.2

Profeſſionis modi ſunt quinque.all.129.n.15

Profeſſus illicite in ordine mendicantiū an poſſit ad ſeculum redire.alleg.46. nu.5

Profeſſus in regula mendicantium infra annum probationis, ſi durat poſt annum an ex tacita profeſſione ratificetur ingreſſus.alleg.4. num.6

Profitens religionē non approbatā an poſſit exire & matrimonium contrahere.allega.46. num.6

Profitens religionem an intelligatur tacite bona offerre.alleg.129. num.21

Proles cenſetur legitima tempore quo communi opinione matrimonium putabatur verum, licet verum non eſſet. allegatio.89. num.9.

Proles nata ex matrimonio infidelium in gradu prohibito a lege canonica an poſt conuerſionem efficiatur legitima.alle. 89. num.10.

Promiſſio obedientiæ an ſufficiat ad profeſſionem.alleg.129. num.4

Promittere obedientiam monachalem idē eſt quod profiteri.alleg.129. num.11

Proprietatis exceptio an in poſſeſſorio in beneficialibus admittatur.alleg.23. nu.2

Proprietatem & titulum negare vbi agitur de poſſeſſione non prodeſt.alleg.65. n.8.9

Prorogatio iuriſdictionis dupliciter conſideratur.alleg.58. num.13

Prouidere de beneficio quod ſit temporale, & prouidere de beneficio manuali in quibus differant.alleg.9. num.5

Prouiſio generalis non refertur ad ea de quibus ſpecialiter eſt prouiſum. allegatio.88. num.5.

Prouocatio ad cauſam quid ſit & quę ſit eius forma.alleg.38. num.5

Punitus vna pœna an poſſit altera pro eodē puniri.alleg.29. num.8

Q

QVæſtione orta inter mulierem ex vna parte dicentem ſe vxorem talis, & ex altera inter abbatiſſam & capitulum ſe oppon. qualiter & coram quo iudice procedendum. alleg. 86. num. 1
Quod commune eſt nemo proprium dicere poteſt. alleg. 50. num. 15

R

REceptione facta per ſtatuentes authoritate Papæ qui receperunt aliquem vt perpetuum an per dictam receptionem videatur ſublata conſtitutio de temporalitate beneficij. alleg. 9. num. 6
Receptus ad profeſſionem contra conſtitutionem Epiſcopi an, & a quo poſſit liberari. alleg. 86. num. 4
Recipientes a volente an teneantur ad reſtitutionem. alleg. 36. num. 2
Reconuentio ſuper eadem re procedit. alle. 3. num. 2
Reconuentio poſt litem conteſtatam nunquid fieri poſſit. alleg. 3. num. 3
Rector eccleſiæ an poſſit habere capellā ędificatam in corpore eccleſiæ. alleg. 116. nu. 5
Rector eccleſiæ parochialis adminiſtrationem diuinorum parochianis denegans decimaſque ab eis exigens an ab ipſis poſſit ei obijci exceptio ſpoliationis diuinorū ipſis parochianis debitorum. alle. 66. nu. 8
Rector curatus an poſſit committere non curato infra ſuam parochiam certos caſus. alleg. 5. num. 4
Rector eccleſiæ non curatæ poteſt per alios officijs diuinis deſeruire. alle. 5. nu. 8
Rector collegiatæ eccleſiæ licet non ſit presbyter an poſſit dare licentiam alieno presbytero miniſtrandi ſacra ſuo parochiano. alleg. 5. num. 11
Rectorem manualem eccleſiæ ſitæ in parochia alterius præſentare cuius ſit. alleg. 66. num. 6
Recuperandæ poſſeſſionis auxilia ſunt plura. alleg. 51. num. 3
Recuſationis propoſitio ſufficit ad hoc vt pro ceſſus reddatur nullus. alleg. 1. nu. 3
Recuſationis exceptione ꝓpoſita dato quod ſit neceſſe appellare, nunquid proceſſus poſtea habitus appellatione deſerta validetur an remaneat nullus. alleg. 1. nu. 9
Regula carmelitarū non cōtinet fratres ſuos eſſe medicantes ſed hæremitas. all. 44. n. 2
Reiecta parte libelli inepta an poſſit ſuper parte apta procedi. alleg. 54. num. 6
Religionem mendicantium intrans neceſſe eſt ibi ſtet per annum ante profeſſionem. alleg. 129. num. 12
Religionem ad ſtrictiorem tranſiens licentia non petita an poſſit ad priorem reuocari. alleg. 130. num. 1
Religionem ingrediens ſi mandet vt alteri debitum reſtituatur, an poſſit monaſteriū illud reſtituere abſque ſolemnitate alienādarum rerum. alleg. 25. num. 4
Religioſus an & qualiter poſſit tranſire de vna religione ad aliam. alleg. 130. nu. 2
Religioſus an poſſit de licentia ſuperioris tranſire ad minorem ordinem. alleg. 130. num. 3
Religioſus excommunicans ſubditos monitione non præmiſſa an incurrat irregularitatem ſi poſtea celebrat ignorans ſe ſuſpenſum a iure pro tali excommunicatione. alleg. 13. num. 1
Religioſus qui dedit in carceribus euchariſtiam credens mulieri ſibi referenti hoc poſſe facere de licentia parochialis presbyteri an incurrat pœnam &c. all. 126. nu. 1
Remedium canonis reintegrāda an habeat locum in rebus prophanis. alleg. 51. nu. 7
Rem emens de pecunia fenebri an ſemper reſtituere eam teneatur. alleg. 74. nu. 2
Res empta de pecunijs eccleſiæ an efficiatur ipſius eccleſiæ vel ementis. alleg. 72. nu. 1
Res per alium inuaſa dicitur alienata & pro ea poteſt agi ac ſi eſſet alienata. allegat. 50. num. 3
Res empta de pecunia fenebri an poſſit fieri illius qui ſoluit vſuras ita quod rem ipſam poſſit pro vſuris ſolutis retinere. all. 74. n. 1
Renuntiatio beneficij ſemper debet in manibus prælati fieri qui poteſt inuitum deſtituere. alleg. 14. num. 7
Repellere volens aliquem exceptione quod alienum retineat, debet probare probatione certa. alleg. 52. num. 2
Reſcripta non ſunt ſubtilizanda. allegat. 89. num. 17
Reſcriptum impetratum contra perſonā miſerabilem non valet, niſi de ipſius miſeriæ expreſſam faceret mentionē. all. 134. nu. 4
Reſcriptum ſubreptitium quando dicatur. alleg. 23. num. 6
Reſeruatio præbendæ vacantis vel vacaturæ an extendatur ad eccleſiam non numeratam alleg. 14. nu. 4
Reſolutio contractus ibi poteſt fieri vbi ſit implementum alle. 10. nu. 6
Reſtitutio vſurarum in teſtamento pluribus non expreſſis, & pluribus expreſſis qualiter ſit facienda. alleg. 74. nu. 7
Reſtitutio an debeat fieri in beneficijs eccleſiaſticis. alleg. 23. nu. 3
Reſtitutionem fieri contra reſeruationē Papæ non eſt honeſtum. alle. 51. nu. 9
Reſtitutionis petitio an ſuſpendat ſententiæ executionem. alle. 52. nu. 8
Reus negans poſſidere ſi conuincatur de mēdacio quomodo poſſit poſſeſſio transferri in actorem. alleg. 54. nu. 2
Reus excipiendo fit actor quantum ad onus probandi. alle. 135. nu. 4
Reus in quo caſu teneatur producere inſtrumentum de domo ſua. alleg. 10. nu. 11
Reus contra quem agitur rei vendi. an poſſit ſuper eadem actorem reconuenire. allega. 97. nu. 3
Rupto vno titulo anteriori de rigore iuris rumpuntur omnes ſequentes tituli, ſicut rupto vno gradu matrimoniali, &c. allegatio. 89. nu. 16

S

SAcerdoti an impune liceat aliquo caſu decedentium confeſſionem reuelare. allegatio. 94. nu. 1
Sacramenti mentio facienda eſt quando qs vult recipi contra iuramentum. alleg. 15. numero 4.
Sacramento rei ſtatur in materia dubia etiā pœnali in ijs, quæ ſtant in ſecreto, & conſcientia alterius. alle. 94. nu. 5
Sacrilegium cōmitti dicitur tribus modis. allega. 65. nu. 10
Sacrilegus dicitur qui res ſacras eccleſiaſticas impedit. alle. 72. nu. 3. Et qui res eccleſię & clericorum inuadit. alle. 65. nu. 5
Scientiam iuris habere volens potius adhæreat iuri ſcripto quam conſuetudini: quia conſuetudo fragilis eſt & incerta. allegatio. 51. nu. 2
Scriptura priuata non probat in præiudiciū alterius, quam ipſius ſcribentis. allega. 77. numero 4.
Semel grauatus non debet iterum grauari. allega. 135. nu. 11
Sententia excōmunicationis poteſt pro manifeſta offenſa in præſentem proferri nulla monitione præmiſſa. alle. 73. nu. 3
Sententia excommunicationis lata in diem ſub conditione, non obligat ſi ille contra quem lata fuit efficitur alterius fori. allegatio. 47. nu. 4
Sententia excommunicationis ſuſpenſa per appellationem legitimam non conualeſcit, ſententia excommunicationis aut ſtatim ligat, aut ſtatutum non ligat. alleg. 47. numero 5.
Sentētia abſolutoria an tollat exceptionem vſurariam. alle. 52. nu. 6
Sententia lata in diem vel ſub conditione ſuſpenditur per appellationem medio tēpore interpoſitam: ſic & pœna, quæ prouenire habet ex prolatione ipſius ſententię. allega. 73. nu. 4
Sententia debet proferri iuxta formam libelli. allega. 50. nu. 8
Sententię executio an ſuſpendatur per petitionem reſtitutionis. alle. 52. nu. 8
Sepulturæ electio, ſi non ſit facta a moriente debet in parochiali ſepeliri. allegat. 59. numero 2.
Sepultura in vno loco electa, an poſſit mutari. alle. 59. nu. 1
Simplex reputatio, ſeu nominatio reddit verum eſſe illud de quo putatur, aut dicitur. allegatio. 44. nu. 3
Simplex profeſſio an diferat a monachatu. allega. 129. nu. 26
Singulares non habent ius in ijs, quæ ad vniuerſitatem ſpectant. alleg. 78. nu. 4
Singularibus de capitulo non licet ignorare ea, quæ facta fuerunt in capitulo. allegatio. 14. nu. 2
Societas dicitur quædam fraternitas, & paritas inter ſocios. allegatio. 93. num. 2
Societatis periculum debet eſſe cōmune. allega. 93. num. 3
Solemnitates quæ ſeruantur in ingreſſu religionis faciunt profeſſionis præſumptionem. alleg. 129. nu. 16
Soluens improuide vni quod alteri debetur an liberetur. alleg. 89. nu. 14
Solutio de ſui natura liberat non obligat. allega. 135. nu. 13
Species quando generi derogare dicatur. allegatio. 88. nu. 8
Spiritualia non debent temporalibus commiſceri. alleg. 129. nu. 20

Spoliati

Spoliati a reſtitutionem quomodo per iudicem procedatur.alleg.51. nu.10
Spoliatus ante reſtitutionem an poſſit cogi ad titulum exhibendum. alle.23. nu.4
Stans in monaſterio per quinque menſes & egreſſus extra per tres vel quatuor horas, ſi demum ad inſtantiam fratrum redit ad religionem: & fecit profeſſionem animo ſe illi tantum religionis obligandi, &c.an poſſit ad ſeculum redire.alleg.46.nu.1.itē & an poſſit in ſeculo licite remanere, & matrimonium contrahere.nu.5. Item & an poſſit teſtamentum conditum reuocare & de nouo teſtari. nu.7
Stante cōmiſſione Clementis IIII. per quā mādauit Abbati Vallis Vmbroſę & priori & S. Stephani ad pontem de Florent. quatenus Epiſcopum Florentinum & Feſulanum authoritate Apoſtolica compelleret ad exhibēdū procurationes ſuas,&c. an Abbas & prior prædictus gaudere debeant priuilegijs & fauoribus conceſſis officialibus Papæ & ſedis Apoſtolicæ per conſtitutionem D.Ioannis Papę 22. quæ incipit cum Matthæus.alle.133. nu.1.& num.5. Item an commiſſio prædicta Clementis duret perpetuo.nu.2.Item an prædicti Abbas & prior ſint officiales D. Papę & ſedis Apoſtolicę.nu.3.Item an dicta priuilegia competāt omnibus abbatibus & prioribus præſentibus & futuris. nu.4
Statuentes contra libertatem eccleſiæ qui dicantur.alleg.92. nu.3
Statuere nemo poteſt cōtra ius.alle.20. nu.2.
Statuere ſeu imponere iuſte valētes poſſunt & iuſte abſoluere.alle.21. nu.1
Status an poſſit ꝑ ſe præſcribi ſi patitur per 40.anno. ſe talem nominare & reputare. alleg.44. nu.4
Statuta duo Floren.reuocātur in dubium.allega.101. nu.1.& nu.2
Statuta laicorum quę caſu clericos ligare dicantur.alleg.101. nu.3
Statuta interpretantur ſecundum ius commune.alleg.101. nu.10.& nu.16
Statuta aut conſuetudines an poſſint dici illicita.alle.101. nu.13
Statuta ſimpliciter in genere diſponentia niſi ſint improbata porrigūtur etiam ad clericos.alleg.101. nu.14
Statutis quidam ſunt priuilegiati ſuper iniuria eis illata, quod eorum iuramento ſtetur, aliquis accuſat forenſem, qui declinādo forum negat iniuriam intuliſſe de qua ibi poſſit accuſari, an hoc probandum ſit ante vel poſt litem conteſt.alle.58. nu.4
Statuti verba debēt intelligi generaliter prout ſonant.alle.101. nu.9
Statutum excludens fœminas a ſucceſſione maſculis exiſtentibus an valeat.alleg.100. numero 1.
Statutum laicorum diſponens, quod frater excludat ſorores fratris, an extendatur ad clericos fratres.alleg.100. nu.3
Statutum puniens propinquos declinantes iuriſdictionem temporalem, an illud ſtatutum extendatur ad clericos. allega. 29. numero 7.
Statutum in territorio vbi fit teſtamentum an extēdatur ad aliud territoriū vbi ſunt bona teſtatoris.alle.91. nu.2
Statutum & ſententia in quo differant. alle. 73. nu.7
Statutum repellens filiam a ſuccedendo extante patruo an in foro eccleſiaſtico obſeruetur.alleg.101. nu.26
Stilus curiæ facit ius.alleg.60. num.5
Subarratio annuli an habeat effectum matrimonij.alleg.59. nu.18
Succedens loco alicuius debet eodē iure vti quo ille vtebatur.alleg.50. nu.5
Subreptio quæ præſupponat ad hoc, vt dicatur interueniſſe.alle.138. nu.14
Subreptionis exceptio eſt dilatoria.alle.112. numero 2.
Subreptitij materia in quibus caſibus hēat locum.alleg.15. nu.5
Subreptitium reſcriptum quando dicatur.allega.23. nu.6
Subtilizatio in materia reſcriptorum eſt vitanda quia eſt ad commune diſcrimen.alleg.89. nu.17
Superiori ſecundum iura ſemper fieri debet præſentatio.alle.75. nu.2
Suſpenſionis effectus quis ſit.alle. 138. nu.10

T

TAbellio exemplificans non probat niſi ſcripturam non autem veram rei eſſentiam.alle.77. nu.8
Taciturnitas eorum, quæ Papa non tollit, nec eis derogat reſcribendo an vitiet literas.alleg.9. nu.2
Tacitus conſenſus non ſufficit vbi requiritur licentia ſuperioris.alle.86. nu.3

Tempore

Tempore quo in eccleſia legitur Euangeliū debet populus ſtare curuus & venerabiliter adorare.alleg.57. nu.2
Tempus aſſignatum executoribus teſtamentorum an incipiat a morte teſtatoris an ab adita hæreditate.alleg.91. nu.3
Tempus præſentandi quando incipiat currere nouiter eccleſiā ędificāti. alle.95.nu.1
Tempus infra quod debent Epiſcopi conſecrari quale ſit, & quando incipiat currere. alle.34. nu.1
Tenens duo beneficia incompatibilia an ſit puniendus.alle.116. nu.1
Teſtamenti factio: probatio. authenticatio, & publicatio de prothocollis regiſtris & abreuiaturis in libro notarij & tabellionis non ſunt idem.alleg.77. nu.9
Teſtamentis & in pijs voluntatibus large eſt interpretandum. alle.87. nu.5
Teſtamentum vſurarij manifeſti, an poſſit validari.alleg.29. nu.2
Teſtamentum loquens de bonis mobilibus & immobilibus an comprehendat noia debitorum.alleg.91. nu.9
Teſtamentum vſurarij cautione non preſtita nec de reſtit.mentione habita non valet.alle.125. nu.1
Teſtamentum interlineatum præcipue in annis domini in indictione, &c.nō valet. alleg.29. nu.4
Teſtari de bonis ſuis an poſſit religionē ingrediens.alleg.25. nu.3
Teſtator in vltima voluntate mandans fieri monaſterium in vno loco, an ſi ibi nequit fieri, debeat fieri in alio loco.alle.87. nu.6
Teſtes idonei dicuntur illi de collegio quando cauſa eſt collegij in communi ſecus eſt quando cauſa eſt ex re de qua ſinguli de vniuerſitate percipiant commodum. allegatio.13. nu.4
Theologi dicunt vnam tantum eſſe religionem.alleg.130. nu.4
Titulum habens poſſeſſionis iniuſtum qualiter prouidere debeat vt excuſetur a dolo. alleg.127. nu.6
Titulum habens iuſtiorem ſemper obtinet in iudicio alle.65. nu.7
Tonſura prima an ſit ordo.alle.138. nu.11
Tonſura, ſeu pſalmiſtatus a quibus poſſit cōferri.alle.138. nu.14
Tonſurę nomine quid accipiatur. alleg.138. numero 7.
Traditio poſſeſ.beneficij per alium poſſeſſi facta per executorem reuocatū an valeat. alle.127. nu.2
Tranſiens ad ſtrictiorem religionem licentia non petita an poſſit ad priorem reuocari.alle.130. nu.1
Tranſiens ad religionem latiorem & ibidē habitū deferēs an ſit apoſtata. alle.33.n.1
Tranſiens ad aliquam nouam religionē, & ſuppoſitus nouo prælato deſinit eſſe ſubditus primi.allega.47. nu.8
Tres dies rogationum præcedentes Aſcenſionem Domini an ſint feriati in honorē Dei, ita quod a ſeruili opere, & ſtrepitu iudiciorum ſit ceſſandum.alle. 90. nu.1
Turbare per vim poſſeſſorē in ſua poſſeſſione eſt ſpecies oppreſſionis.alle. 65. nu.4

V

VAcationis modum non eſt de ſubſtātia exprimere in electionibus.alle.6. nu. 5.Quid in decreto electionis.alle.6. nu.6
Vadens ad furandum rem alicuius ſi ante furtum præueniatur & illi res donetur an dicatur fur.alleg.71. nu.1
Verba generalia derogatoria appoſita in ſecundo teſtamento non tollunt primum habens verba derogatoria ſpecialia. allegatio.134. nu.2
Verba narratiua Papę an fidem faciant.allegatio.89. nu.5
Verba narratiua & aſſertiua in hoc differunt quia narratiua fidem non faciunt aſſertiua ſic.alleg.121. nu.5
Verba aſſertiua & narratiua differunt. alleg. 7.nu.3.& nu.7
Verba ſtatuti debēt intelligi generaliter prout ſonant.alleg.100. nu.6
Verba faciunt conditionem.alleg.27. nu.3
Verba iſta ſi & inquantum & inde ſunt relatiua: importantia modum non conditionem.alleg.87. nu.7
Verba parentum pro pueris ob verecundiā tacentibus an reputari poſſint verba ipſorum puerorum.alleg.56. nu.13
Verba matrimonialia de præſenti, & annulatio habent medium.alle.56. nu.16
Verba an ſint neceſſaria ad matrimonium contrahendum.alle.56. nu.17
Verba legis ſic intelligere, ut inde iniuriarū occaſio oriatur abſurdū eſt.alle.128. nu.5
Verba an ſint neceſſaria in contrahendo matrimonium.alle.56. nu.2


Verbum

Verbum voluerit de ſui ſignificatione propria videtur importare voluntatem abſolutam.alleg.128. nu.3
Verbum vt iudex procedat etiam de facto quid ſignificat.alleg.128. nu.4
Verbũ beneficiũ latiſſimum eſt, & maxime per clauſulas ſibi appoſitas.alle.84. nu.10
Verbum compoſitio in diſpoſitionibus Papalibus quid importet.alle. 106. nu.4
Verbum ſi tibi videbitur quid importet. allegatio.60. nu.4
Veritas orationis coniunctæ requirit vtranque partem veram eſſe.allegatio. 50. nu.1
Veritas ante completum negotium declarata præfertur opinioni.alleg.89. nu.5
Vicarius tẽporalis, vel perpetuus in qb. caſibus, & a quo conſtitui poſſit. alle.5. nu.12
Vicarius Epiſcopi an poſſit dare iconomũ. alleg.81. nu.7
Vidua poteſt agere poſſeſſorio coram iudice eccleſiaſtico.alle.58. nu.9
Vinculum matrimoniale an per ingreſſionẽ religionis ſoluatur. alle.129. nu.6
Vltima voluntas teſtatoris an poſsit aliquo modo, vel facto irritari.alle.87. nu.2
Vna & eadem res non patitur diuerſos effectus.alle.46. nu.4
Vna & eadem cauſa coram diuerſis iudicibus agi non debet.alleg.78. nu.10
Vna parte in iudicio producente non eſt altera pars arctanda ad producendum. allegatio.45. nu.2
Vnam eccleſiam alteri ſubijcere ſpecies eſt alienationis.alleg.68. nu.3
Vniuerſalis eccleſia vnum corpus dicitur cuius membra ſunt aliæ eccleſiæ vniuerſales.alleg.92. nu.6
Vniuerſitatis quæ ſunt & quæ ad vniuerſitatẽ ſpectãt in ijs ſingulares ius non habẽt. alleg.78. nu.4
Volentibus non fit iniuria.alle.89. nu.8
Vſura quid ſit, & vſuræ diffinitio. alleg.137. numero 10.
Vſuræ a quibus repeti poſſunt. alle. 74. nu.5
Vſuræ an peti debeant coram iudice ſeculari, aut eccleſiaſtico.alle. 55. nu.1
Vſuraria exceptio an per ſententiam abſolutoriam tollatur.alle. 52. nu.6
Vſuraria cauſa an includatur in mandato ad cauſas ciuiles & criminales. alle. 70. nu.4
Vſuraria exceptione an repellatur petens teſtamentum vſurarij nullum declarari. allega. 54. nu.4
Vſurarij bona is ad quẽ perueniunt tenetur ad reſtitutionem.alle. 74. nu.3
Vſurarius contractus non dicitur niſi ex pacto.alleg.54. nu.8
Vſurarij teſtamẽtum quomodo valere dicatur.alle. 125. nu.1
Vſurarij manifeſti teſtamẽtum an poſſit validari.allega. 29. nu.2
Vſurarij legata ad pias cauſas an valeant. allega. 29. nu.3
Vſurariorum miniſtri an teneantur ad reſtitutionem vſurarum.alle. 93. nu.1.& nu.4
Vſurariorum miniſtrij an ſint ſubiecti pœnis inualiditatis teſtamentorum ſicut alij vſurarij.alle. 39. nu.6
Vſurarius ſub qua forma teſtari poſſit & quę requiratur in eius cautione.alle.125. nu.3
Vſurarum reſtitutio qualiter ſit facienda. allega.74. nu.7
Vſurarum petitio quando coram iudice ſeculari & quando coram eccleſiaſtico ſit facienda & quando competat exceptio. allegatio.54. nu.6
Vſuras ſoluens an poſſit rem emptam de pecunia fenebri retinere.alle.74. nu.1
Vſurpantes iuriſdictionem eccleſiarum contra libertatem eccleſiæ facere dicuntur.allegatio.92. nu.4.& nu.9
Vtile non debet per inutile vitari. allega.89. numero 4.
Vxor an per ingreſſum religionis deſineret eſſe vxor.alle.129. nu.27
Vxore ad religionem tranſeunte ad quem transferatur an ad virum an ad monaſterium.allegatio. 129. nu.19

FINIS.

VENETIIS,
Apud Marcum Variſcum. M D C.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA GRANADA